MELCHIORIS LOTTERII

A' S. DAMIANO DE MONTE FERRATO

I. C. PRAESTANTISSIMI

ET IN ROMANA CVRIA CELEBERRIMI ADVOCATI

DE RE BENEFICIARIA

LIBER POSTVMVS

CVM PRIVILEGIO CAESAREO.

Tomus Secundus.



ROMAE,

Ex Typographia Franciſci Corbelletti. MDCXXXV.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

VRBANO OCTAVO P. O. M.

FRANCISCVS, CAROLVS, ET LVCAS ANTONIVS LOTTERII.

LOTTERII de Re beneficiaria poſtumo hoc digeſta libro, Principale S. V. præſidium, quo priores duos libros excepit, acceſsionis iure ſibi vindicant. Itaquè hæreditario Auctoris muneri, ſuperſtites nati, S.V. enixè rogamus, magnanimitate propria duce annuat, ſi qua ſcripta hæc publica vtilitate niteſcant, Tanti quoque Principis ſplendido honore afflata per ora Gentium volitare lætentur.

Digitized by Google

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſſimo P. Mag. Sacrì Palatij Apoſt.

A. Epiſc. Bellicaſtren. Viceſg.

Ego Auguſtinus Barboſa V. I. D. Luſitanus, ex commiſſione Reuerendiſſimi P. Fr. Nicolai Rodulfij Sacri Apoſtolici Palatij Magiſtri, & totius Ordinis Prædicatorum Vicarij Generalis, vidi, & diligenter perlegi Tomum Secundum De Re Beneficiaria Perilluſtris, & Excellentiſsimi D. Melchioris Lotterij, nihilque quod Catholicæ Fidei, Sacrorum Canonum decretis, aut bonis moribus repugnet deprehendi, eumq; propterea vtiliſſimum in Scholis, & vtroque Foro verſantibus in lucem dari poſſe exiſtimo; & in fidem me ſubſcripſi, Romæ hac die 25. Ianuarij 1629.

Auguſtinus Barboſa manu propria.

Imprimatur.

Fr. Nicolaus Rodulfius Sacri Palatij Apoſtolici Magiſter.

Imprimatur,

Fr. Antoninus Cellius Magiſter, & Socius Reuerendiſſimi P. Fr. Nicolai Riccardij Sacri Palatij Apoſtolici Magiſtri, Ord. Præd.

A D L E C T O R E M.

ELENCHVS TRIGINTASEX PRINCIPALIVM QVAESTIONVM HVIVS TERTII LIBRI POSTVMI

Cum annotatione errorum in impreſſione.

Quæſtio 1.

GRATIA Papæ in quo perficiatur, pagina 1. vbi num. 44. allegatur *Rot. deciſ. 6. nu. 11. de prob. in no.* ſcribe *nu. 1. de prob. in antiq.*

Quæſtio 2.

Literarum expeditio, an & quatenus neceſſaria ſit, pag. 7. vbi ſub n. 26. *Manddſ. ad hanc ipſam Reg. in 3. quæſt. n. 4.* ſcribe *n. 3.*

Quæſtio 3.

Quæ narrari debeant, vt euitetur obreptio in prouiſionibus Apoſtolicis, pag. 13.

Quæſtio 4.

Quę ſint narranda pro ſingulari forma prouiſionis de ſimplici beneficio, pag. 16.

Quæſtio 5.

Qua ratione Canonicatus & Præbendæ in Collegiatis, cum ſint beneficia ſimplicia, ſub diuerſa tamen forma prouideantur, pag. 20.

Quæſtio 6.

Quę ſit ratio explicandi qualitatem impreſſam beneficio per officium, propoſito exemplo in Hoſpitali, pag. 23.

Quæſtio 7.

Quæ ſit ratio narratiuæ qualitatum, de quibus in Regula Cancell. 57. pag. 29. vbi nu. 149. *antiquis cum Academys*, dele illud *cum*: nu. 150. *approbare*, ſcribe *probare*: ſub num. 169. §. *ſed nec de cætero*, reijce illud *ſed*.

Quæſtio 8.

Quæ ſit ratio & forma narrandi vacationem, & illius modum, pag. 44. vbi n. 3. *poteſtate faciat*, reijce *poteſtate.*

Quæſtio 9.

Quæ ſit ratio ampliandi, vel reſtringendi clauſulam circa modum vacandi, ſecundum Regulam Cancell. 56. pag. 52. vbi num. 30. lin. 2. *motiuum*, lege *remotiuum*: & lin. 5. eundem errorem ita emendes.

Quæſtio 10.

Obitus in ſupplicatione expreſſus qualiter iuſtificandus, pag. 57. ante n. 14. *ſeu aliter*, ſcribe, *ſed & aliter.*

Quæſtio 11.

Literarum in forma Breuis quæ ſit ratio, quiuè proceſſus pro Apoſtolico prouiſo, pag. 64. vbi n. 30. *adſtrictus eſt*, lege, *adnixus eſt*: n. 115. 5. *par. ex n. 14.* interijce 5. *par.* §. 10. n. 178. *Put. deciſ.* 156. lege 146.

Quæſtio 12.

Qualiter per literas in forma Breuis ſuper beneficijs reſeruatis, demonſtretur non inferri præiudicium primæ inſtantię coram Ordinario, pag. 78.

Quæ-

Quæſtio 13.

Subrogationis gratioſæ literæ, qualiter expediantur, & exequutioni demandentur, pag. 84.

Quæſtio 14.

An & qualiter per reſignationem inducatur vacatio, pag. 92.

Quæſtio 15.

Regula de xx. quam vacationem, indeque reſeruationem inducat, pag. 99.

Quæſtio 16.

Regula Cancell. 45. de conſenſu in reſignationibus, quorſum tendat. pag. 104.

Quæſtio 17.

Ius ad rem, quatenus ſubijcitur ſententiæ priuationis, cùm maximè in electiuis qualiter creetur, vel creatum reſoluatur, pag. 113. vbi n. 25. *ipſius Capitulum*, lege, *ipſius Capituli*: ante n. 242. *num*. 4. adijce *par*. 1.

Quæſtio 18.

Sententiæ quæ ſit vis in inducenda vacatione beneficij, pag. 135. vbi nu. 192. *præ teris*, lege *præ cæteris*.

Quæſtio 19.

Qualiter procedat Iulij III. conſtitutio contra Intruſos literis non expeditis, pag. 146 vbi ſub nu. 16. *diſcutit*, pro *diſcernit*.

Quæſtio 20.

Annatæ quo iure exigantur, quaque ratione inducta ſit vacatio beneficij ob earum non ſolutionem, pag. 153.

Quæſtio 21.

Qualiter includatur, vel excludatur vacatio ob non factam publicationem reſignationis, pag. 161.

Quæſtio 22.

Qualiter inducatur vacatio ipſo Iure per violentiam in apprehendenda poſſeſſione, aut in violatione ſequeſtri, pag. 164.

Quæſtio 23.

Vacatio qualiter inducatur per aſſecutionem, pag. 168.

Quæſtio 24.

Tituli defectus, qualiter officio Iudicis detegatur, pag. 172.

Quæſtio 25.

Alienans rem Eccleſiæ, qualiter priuetur beneficio, pag. 175.

Quæſtio 26.

Vacatio ipſo Iure, qualiter inducatur ex derelicto, pag. 178. vbi num. 18. *can. Vt lex*, adijce 27. *q*. 1. & ſub nu. 60. *venient*, lege, *veniens*.

Quæſtio 27.

Vacatio qualiter inducatur ex priuatione ob non reſidentiam, pag. 186. vbi nu. 58. linea 17. dele illud *nimirum*, & reponas linea ſeq. poſt verbum, *condemnationem*.

Quæſtio 28.

Priuatio beneficiorum, quatenus ſit ipſo Iure inducta propter hæreſim, ſchiſma, vel blaſphemiam, pag. 202. vbi in principio *Principatuum*, lege, *Principatum*: ſub nu. 55. *fauerent*, lege *faueret*.

Quæſtio 29.

An & quando per ſimoniam inducta ſit vacatio beneficij ipſo Iure, pag. 214. vbi nu. 25. *vnici*, lege *initi*.

Quæſtio 30.

Maieſtatis humanę crimen an & qualiter inducat priuationē beneficij ipſo Iure, 227.

Quæ-

Digitized by Google

Quæſtio 31.

Qualiter inducta ſit vacatio beneficij per apoſtaſiam à natura. pag. 241.

Quæſtio 32.

Conſtitutio Gregorij XIII. contra dantes, &c. qualiter practicari poſſit in inducenda vacatione beneficij ipſo iure, pag. 246

Quæſtio 33.

Quæ ſit vis ſententiæ priuationis beneficij in clericum propter delictum, pag. 252. vbi nu. 18. *baijs*, lege, *baſis*: ſub nu. 47. *ipſi*, lege, *hi*: ſub nu. 102. totum, *lege*, totus:

num. 126. *concubinatus ſit*, reijce illud, *ſit*: ſub num. 129. *numero*, adijce, *remouet*.

Quæſtio 34.

Quę ſit neceſſitas exprimendi proprium nomen impetrantis, & quatenus error in proprio nomine gratiam vitiet, pag. 262.

Quæſtio 35

Clericatus an & qualiter in impetratione beneficij exprimendus, pag. 264. vbi ſub nu. 5. *habetudinem*, pro, *hebetudinem*.

Quæſtio 36.

Clerici officium & dignitas in quibus conſtituantur, pag. 269.

Aliquot menda in Tomo primo poſt eius editionem obſeruata.

IN Appar. num. 52. in vlt. lin pro *eam*, lege *etiam*: num 92 pro *prudentiſſimas*, lege *prudentiſſimos*: In quæſt. 5. num. 14. *Soc n. Sen. conſ.* 59. pro *conſ.* 159. In quæſt. 6 num 28. *c. vlt de reſcrip.* adijce *in 6.* ſub num. 47. vbi *de prab. nu. 7.* ſcribe, *de praben. §. 2. nu 7.* In quæſt. 8. ſub num 36. *nu. 2.* ſcribe, *nu. 3.* ſub num. 25. *quod*, pro, *quam*. In quæſt 9. ſub num. 113 *in ordine eſt 75.* ſcribe, *in ordine eſt 57.* In quæſt. 15. ſub num 4. *in verb. copia*, lege, *verb locis inſignibus*. In quæſt. 20. ſub num 11. *impoſſibilitas*, pro, *incompatibilitas*, ſub num. 52. *perquiſitione*, pro, *acquiſitione*. In quæſt. 24. num 8. *nulla*. pro, *nullo*, num 156 *qui*, pro, *quia*. In quæſt. 35. ſub nu. 20. 225. pro 325. In quæſt. 37. ſub num. 44. *num.* 20. ſcribe, *num.* 2 In quæſt. 38 num. 46. *deciſ.* 518. pro *deciſ.* 519. In quæſt. 39 num. 4 ante vocem *ſecus*, adijce negatiuam *non*. num. 70. *Feder. conſ.* 91. corrige, 81. In quæſt. 40. num. 43. *lib.* 2. corrige, *lib.* 3. num. 172. in fi. *num.* 2. adijce *par.* 1. In quæſt. 46. ſub num. 58. *verſ. falſum eſt dicere par. 5.* repone, *vnde falſum eſt dicere, par.* 1. num. 36. *c.* 14. *num.* 4. lege, *c.* 32. *in* 2. *dubit. ex num.* 240.

Et quoad lib 2. quæſt. 6. num. 28. *præſentatos*, pro, *præſentantes*: quæſt. 7. num. 5. *ſed tamen*, pro, *ſed tantum*: num. 13. *quæſt. 10. num.* 4. pone, *quæſt.* 10. *art.* 5. *num.* 62. quæſt. 10. num. 101 *de preb* adijce *in 6.* quæſt. 19. nu. 37. pro *accedat*, lege, *concedat*; num. 70. *Rota*, lege, *vota*. quæſt. 24. num 6. *voluiſſe*, pro, *noluiſſe*. quæſt. 31. nu. 103. *compoſitores*, lege, *coppoſitores*; quæſt. 33. ſub num. 46. *habitum*, pro *grabatum*. quæſt. 38. num 11. *Pute. deciſ.* 101. pro, *deciſ.* 301 ſub num. 29 *qua*, pro, *quo*: quæſt 40. ſub num. 28 *praceſſerit*, pro, *proceſſerit*: quæſt. 49. num. 70. *probatione*, pro, *ratione*; quæſt. 50. num. 48. *promouendus*, pro, *promouendum*; quæſt. 51. *ſub num.* 6. *verſ. tamen quia in prouiſo*, pro, *ſub num.* 1. *verſ. tum quia in prouiſione*, ſub num. 84. *Cæſaris*, pro, *Cæſare*: quæſt. 54. ſub num. 64. *tamen*, pro, *tanti*. num. 125 *Mantic. deciſ.* 94 pro, 99. & num. 72. *par.* 4. pro *par.* 3.

FER-

FERDINANDVS SECVNDVS *Diuina fauente clementia electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ, &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, & VVirtembergæ, &c. Comes Tyrolis, &c. Agnoſcimus, & notum facimus tenore præſentium Vniuerſis. Quod cum Honorabilis, Doctus, deuotus, Nobis dilectus Melchior Lotterius I.V.D. demiſsè Nobis exponi curarit, ſeſe non minori ſtudio, quàm induſtria certum Tractatum ſuper materia Beneficiaria conſcripſiſſe, eumque in Quatuor Libros redegiſſe, quos publico rei literariæ bono, atque eorum præcipuè qui Iuriſprudentiæ operam nauant, prali beneficio in lucem edere decreuiſſe. Vereri autem, nè, quod ſæpè fieri ſolet, æmulorum fraude, qui editionem ſuam dolosè imitentur, ſperato diuturni laboris, ac impendij ſuifructu deſtituatur, eaq. de cauſa humilitèr Nos rogarit, vt ipſius hac in re indemnitati priuilegio noſtro Cæſareo, clementer conſulere dignaremur. Nos huiuſmodi precibus, vt quæ æquitate nitantur, benignè annuendum duxerimus, vti vigore præſentium annuimus. Ac proinde omnibus & ſingulis Typographis, Bibliopolis, & alijs quibuſcunque librariam negotiationem exercentibus ſeriò inhibemus, & vetamus, nè quis prænominatos circa materiam Beneficiariam conſcriptos libros per decem annorum ſpatium à prima editionis die computandum, intra Sac. Imperij, Regnorumque, & Dominiorum noſtrorum hæreditariorum fines, ſimili, aut alio quouis typo, vel forma, ſiue in toto, ſiuè in parte recudere, aut alio recudendos dare, vel alibi etiam impreſſos adducere, vendere, aut diſtrahere, clam, vel palam, citra voluntatem & conſenſum prædicti Melchioris Lotterij, eiuſuè hæredum præſumat. Si quis verò ſecus faciendo, priuilegium noſtrum Cæſareum ſpernere, negligere, aut tranſgredi, conatus fuerit, eum non ſolum eiuſmodi libris, perperam quippe recuſis, & adductis, quos quidem antedictus Lotterius, ipſiuſuè hæredes vbicunquè deprehenſos, ſiuè propria authoritate, vel Magiſtratus loci iſtius auxilio ſibi vindicare poterunt, de facto priuandum, ſed & pœnam inſuper decem marcharum auri puri Fiſco noſtro Cæſareo fraudis vindici, & ſæpedicti Auctoris, eiuſuè hæredum vſibus, ex æquo omni ſpe veniæ ſublata plectendum decernimus. Dummodò tamen iſtiuſmodi libri nihil in ſe ſcandaloſum, aut Orthodoxæ Religioni Catholicæ, Sacriq. Rom. Imperij Conſtitutionibus aduerſum, vel bonis moribus contrarium, ſiuè in præfatione, ſiuè in contextu, ſeù alias quocunque modo contineant, & iam dictus Melchior Lotterius, eiuſue Typographus, quaternæ vt minimum dictorum librorum exemplaria ſuis ſumptibus, quamprimum ad Cancellariam noſtram Imperialem tranſmiſerit, quatenus priuilegio hoc noſtro vti voluerit. Mandamus ergo Vniuerſis noſtris, & Sac. Rom. Imperij, Regnorumque, & Dominiorum noſtrorum hæreditariorum ſubditis, cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, ac præminentiæ exiſtant, tàm Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus, præſertim verò ijs, qui in Magiſtratu conſtituti, vel proprio, vel Superiorum nomine & loco ius, ac Iuſtitiæ adminiſtrationem exercent, nè quemquam priuilegium hoc noſtrum Cæſareum temere, & impunè tranſgredi, aut violare patiantur, quin potius contumaces, ſi quos forte compererint, præſcripta pœna mulctari, alijsque modis idoneis coerceri curent, quatenus & ipſi eandem mulctam euitare voluerint. Harum teſtimonio literarum manu noſtra ſubſcriptarum, & ſigilli noſtri Cæſarei impreſſione munitarum. Datum in Ciuitate noſtra Viennæ die trigeſima menſis Martij, Anno Domini Milleſimo Sexcenteſimo Vigeſimonono, Regnorum noſtrorum Romani Decimo, Hungarici Vndecimo, Bohemici verò Duodecimo.*

Ferdinandus.

Loco † ſigilli.

Petrus Henricus à Stralendorff.

Ad mandatum Sacræ Cæſareæ Maieſtatis proprium

Ger. à Zuuethen.

MELCHIORIS LOTTERII DE RE BENEFICIARIA

LIBER TERTIVS.

SVMMARIVM.

1 *Gratia appellatione, propriè venit prouiſio Apoſtolica de beneficio.*
2 *Feudum dicitur gratia.*
3 *Collationis actus, habet hoc de ratione, vt gratis fiat.*
4 *Gratia Papæ, ſolo verbo conficitur.*
5 *Gratia Principis, ſtat in eius lingua.*
6 *Quod vti procedat, explicatur.*
7 *Affatus Principis, qui dicatur.*
8 Affatus, *vox, etiam per Canones vſurpata.*
9 *Principis placitum, qualitèr in iure æſtimetur.*
10 *Reſcripti principalis forma, antiquata.*
11 *Purpuramentarium vas, cur item Caniculus dictum.*
12 *Reſcriptum Apoſtolicum, qualitèr hodiè, circa nomen Papæ concipiatur.*
13 *Qualitèr aliena manu, de ipſius Papæ mandato exaretur.*
14 *Reſcriptum Papæ, ſiuè ſubſcriptionem, olim conſueuiſſe adijci etiam literis.*
15 *Gratia Papæ, reſcripto perficitur.*
16 *Vacatio, ſolo reſcripto conſumitur.*
17 *Etiam reſpectu præcedentis reſeruationis.*
18 *Vacatio, inducitur ex ſola Signatura, etiamſi Prouiſus moriatur ante literarum expeditionem, ſecundum opinionem Rotæ, quod tamen declaratur.*
19 *Vacatio, ſola collatione conſumitur.*
20 *Donatio eſt contractus.*
21 *Donatio, ad ſui perfectionem exigit conſenſum donatarij.*
22 *Electio non inijcit vinculum matrimoniale electo, niſi poſt acceptationem.*
23 *Collationis actus, non dicitur perfectus, niſi poſt ſequutam acceptationem.*
24 *Prouiſio, etiam facta motu proprio, antequàm ſit acceptata, dicitur prouiſio æquiuocè, & imperfecta.*
25 *Actus imperfectus, pro nihilo reputatur.*
26 *Aſtronomia, ars dicitur imperfecta.*
27 *Collationis actus, pendet ab acceptatione.*
28 *Collationis acceptatio, inducitur ex ſola ſcientia.*
29 *Acceptatio præſumitur ex ſola ſcientia, in quacunque materia lucratiua.*
30 *Scientia, ex coniecturis conſtituitur.*
31 *Scientia de prouiſione Beneficij, vel alia gratia Apoſtolica, non benè colligitur ex ſola præſentia in Curia.*
32 *Gratia, poteſt impetrari à Papa ſine mandato.*
33 *Reſcriptum, vndè dictum.*
34 *Abbreuiatorum de Parco maiori, quæ ſint facultates.*
35 *Cameræ Apoſtolicæ, quàm ampla ſit facultas in expediendis literis Apoſtolicis.*
36 *Abbreuiatores, vel Officiales Cameræ, nequeunt dare Clauſulas, per quas gratia ſubſtantia, in præiudicium Prouiſi Apoſtolici deſtruatur.*
37 *Reſcriptum, duplex, ad preces videlicet, & motu proprio.*
38 *Et qualitèr in Curia diuerſitas huiuſmodi reſcriptorum practicetur.*
39 *Motu proprio, quando dicatur reſcriptum.*
40 *Clauſula*, motu proprio, *ad quid inuecta in Signatura Papæ.*
41 *Clauſula*, fiat etiam motu proprio, *exprimit in Papa reſcribente duplicem motum.*
42 Etiam, *dictio, cuius natura ſit.*
43 *Clauſula* motu proprio, *adiecta Principis reſcripto, operatur, nè poſſit probari per teſtes gratiam eſſe factam ad preces.*
44 *Quod tamen hic declaratur.*

Tom. 2. A *45 Proba-*

45 *Probatione vniuerſaliter excluſa, non cenſetur ea quoquè excluſa, quæ conſtat rei euidentia.*

46 *Preces ſi probentur oblatæ, non dicitur Princeps argui de mendacio, qui reſcripſit motu proprio, ſed verius impetrator, de importunitate, & dolo.*

47 *Clauſulæ huius,* fiat motu proprio, *ſumma vis hic expenditur.*

48 *Actus, adſcribitur ordinanti, non exequenti.*

49 *Clauſula,* fiat motu proprio, *implicat reſectionem precum, quatenus ſunt preces.*

50 *Eadem, patefacit Principis voluntatem enixam.*

51 *Clauſula,* fiat motu proprio, *qualitèr extendatur in literis.*

52 *Clauſula,* fiat vt petitur, *eneruat vim Clauſulæ motus proprij, inducitq; neceſſitatem iuſtificandi narrata.*

53 *Et quæ ſit ratio.*

54 *Motus proprius, colligitur ex Signatura Papæ, non ex forma libelli ei porrecti.*

55 *Clauſula,* motu proprio, *vt operetur, debet eſſe ſcripta manu Papæ.*

56 *Quod vti ſe habeat, hic explicatur.*

57 *Clauſula,* motu proprio, *adiecta in literis, procedit à forma Reſcripti.*

58 *Reſcriptum Papæ, totum exaratur ipſius Papæ manu.*

59 *Reſcriptum Papæ, antequàm regiſtretur, præſumitur benè perpenſum, & conſideratum.*

60 *Card. in conſ. 142. opinio, quod Clauſula* motu proprio *exigat ſcriptionem ipſius Papæ, in literis, paſſim reſecta.*

61 *Clauſula* motu proprio, *aliquando conſueuit adijci reſcripto manu aliena, de mandato tamen ipſius Papæ.*

62 *Motu proprio conceſſa gratia, qualitèr intelligatur ſub conditione, veris exiſtentibus narratis.*

63 *Clauſula,* motu proprio, *quos effectus habeat, remiſſiuè.*

64 *Clauſula eadem, non ampliat gratiam, nec tollit inhabilitatem perſonæ.*

65 *Remouet nihilominus facultatem opponendi de obreptione, & ſubreptione.*

66 *Motu proprio reſcribendi vſus, aliquibus improbatus.*

QVÆSTIO I.

Gratia Papæ, in quo perficiatur.

1 ROMANVS Pontifex, cùm de beneficio Eccleſiaſtico prouidet, actum facit merè gratioſum, qui † propterea quodammodò per Antonomaſiam, *Gratia* nuncupatur, *cap. gratia, 7. de reſcript. in 6. cap. ſi pluribus, 24. et cap. quamuis, 58. de præben. eod. lib. Clem. Gratia, eod. tit.*

Quamuis enim prouiſus recipiat beneficium propter officium, *cap. vlt. de reſcript. in ſexto,* & declarauimus *lib. 1. q. 3. num. 25.* & latiùs *q. 6. ex num. 28.* nihilominus actus collationis, non ma-
2 gis perdit nomen gratiæ † quàm id ipſum perdat
feudum ex obligatione feudatarij, cùm ſemper
præponderet id quod conceditur, *Bal. in proœm.*
lib feud. num. 9. eum alijs adductis per *Surd.*
3 *conſ. 573. num. 39.* & tamen † longè maior vr-
get ratio denominationis huius in prouiſioni-
bus Apoſtolicis, quàm in conceſſionibus feudali-
bus; in iſtis enim ferè ſemper quidpiam penditur,
vel rependitur concedenti, in prouiſionibus autem
beneficiorum Eccleſiaſticorum, ſecùs; vndè iure
merito prouiſiones iſtæ (vt dixi) appellantur *Gra-*
tia, cùm hoc ſit de ratione beneficij, vt gratis con-
feratur, quod attigit *Suarez in tract. de legib.*
lib. 8. cap. 2. ſub num. 9. verſ. dicuntur autem
gratia.

Cæterùm, non inutile eſt, hic perquirere, in
4 quo perficiatur actus iſte; nam non deſunt, † qui
ſolo verbo, abſque vlla ſcriptura, velint eum cou-
fici, vt videtur probari per *text. in clem. dudum,*
§. nos etenim, de Sepultur. ibi, *vniuerſa priuilegia,*
gratias, indulgentias, verbo, ſeu ſcripto, ſub qua-
cunque forma, &c. & ibi declarat *gloſſ. in verb.*
5 *Verbo,* vndè totam † Principis gratiam, ſtare in
eius lingua, multi tradidere, vt notat *Gonzal. ad*
Reg. de menſ. gloſſ. 12. num. 47.

Quod ſanè referendum eſt, non ad omnem gra-
6 tiam, ſed ad † eam dumtaxat, quæ ex ſui natura
nullam exigit ſcripturam, & quam Princeps vult
ſine aliquo ſcripto valere, vt declarat idem
Suarez eod. cap. 2. num. 2. & num. 8. & pro-
pterea dicendum eſt, actum huiuſmodi, ſcriptu-
7 ram omninò exigere, eſt enim ipſius † Princi-
pis affatus, de cuius ratione eſt, vt eius reſcripto
propria manu confecto conſtet, vt eſt *text. in l.*
Sacri affatus, C. de diuerſ. reſcript. & ex pluribus
docet *Briſſon. de formul. lib. 3. pag mihi 324. verſ.*
verùm priuſquàm. & pag 326. verſ. illa autem
8 *verba.* Neque verò † minus Gratiæ iſtæ ſiuè māda-
ta Apoſtolica, Affatus apud Canones vocantur, vt
legitur in *can. Auguſtino, 12. q. 2.* quàm apud le-
ges, gratiæ, & mandata Imperialia, vt in *d. l. Sacri*
affatus, l. 3. C. de Epiſcopal. audien. & in
l. iubemus, §. filios inſuper, C. de natural. liber.
9 Et hinc † quod traditur, Principis placitum, etiam
per Epiſtolam, vim legis habere, ſtatim explicatur
per aliam circumſtantiam, *& ſubſcriptionem,*
vt loquitur *Vlpian. in l. 1. §. quodcunquè igitur, ff.*
de conſtitut. Princ.
10 Et licèt forma † Reſcripti, de qua in *d. l. Sacri*
affatus, videatur à Curiæ vſu receſſiſſe, tàm apud
Pontifices, quàm apud Cæſares, vt ibi aduertit præ
cæteris *Salycet. ſub nu. 1.* in extremis verbis, præ-
cipuè reſpectu liquoris illius purpurei, quo Impe-
riale Reſcriptum exarabatur, vt declarat ibi *Ca-*
ſtren itidem *ſub n. 1. verſ. hoc hodiè non eſt in vſu,*
11 (à quo, vas in quo ſeruabatur, dictum eſt † purpu-
ramentarium, & alibi, quòd Caniculi formam, ef-
figiemquè præſeferret, Caniculus eſt appellatū, in-
dèquè *A Caniculo,* miniſter illi prępoſitus, vt ex
Anaſtaſij auctoritate, ad octauā Synodū, *act. 10.* in
lucem eduxit *Nicolaus Aleman. in notis ad arcan.*
hiſtor. Procop. ſuper pag. 29. linea 2.) Attamen in

reliquis

Digitized by Google

reliquis, etiam nunc tenacitèr obſeruatur, nec
alitèr gratiæ huiuſmodi per Papam conceduntur,
quàm per illius reſcriptum, ſiue Signaturam, pro-
12 pria eius manu firmatum, adiecta † prima litera
nominis proprij, qui etiam fuit mos Cæſarum, vt
demonſtrat *eod. loco Aleman. pag. 28. lin. 35.*
Quamuis minimè negandum ſit, ſæpiùs Signatu-
13 ram † hanc, ſiuè Reſcriptum, adijci manu alte-
rius, de mandato tamen ipſius Papæ, ſub hac for-
ma, *conceſſum in præſentia D. N. Papæ*, vt clarè
innuit *Reg. 34.* ſuper concurrentibus in data,
quæ forma eſt deſumpta ex *text. in can. inſtitu-
tionis*, ibi, *ſiuè quæ ſcripto decreuimus, ſiuè quæ
in noſtra præſentia videntur eſſe diſpoſita, 25.
14 quæſt. 2.* & inferiùs dicetur; nèc ſimilitèr † negem,
antiquitùs reſcripta hæc, ſiuè ſubſcriptiones, ma-
nu eiuſdem Principis, adijci quoquè conſueuiſſe
ipſis literis, quæ ſuper gratia expediebantur, ſi-
cuti infinita vidimus exempla, & commemorat
etiam *Caſtren. in d. l. Sacri affatus, ſub num. 2.
verſ. quod autem.*

15 Conſtat igitur, Papæ † reſcripto gratiam perfi-
ci, *Caſſad. deciſ. 4. num. 2. de cauſ. poſſeſſ. &
propriet. Rota deciſ. 418. num. 3. par. 1. diuerſ.
quod notauimus etiam in ſecundo lib. quæſt. 23.
num.* 29 indequè conſumi præcedentem vacatio-
16 nem beneficij, nedùm † ſi Prouiſus moriatur ante
captam poſſeſſionem, *cap. ſi tibi abſenti, de præ-
ben. in ſexto, vbi Gemin. num 2 & Franch. nu. 3.*
cum adductis per *Gonzal. ad d. Reg. de menſi
gloſſ. 15. §. 1. num. 15. & 33. & §. 2. num. 31.
Garz. de benef. par. 4. cap. 2. num. 1. & 2.* & qui-
17 dem † cùm omni eius effectu, etiam reſpectu vin-
culi reſeruationis, aut affectionis priùs iniecti,
Rota deciſ. 498. ſub num. 1. par. 1. in recen. ſed
18 etiam † ſi moriatur ante aliquam literarum expe-
ditionem; licèt enim in hoc puncto contrarium
opinetur Cancellaria, *Caſſad. deciſ. 8. num. 9. &
11. de reſtit. ſpol.* tamen ſententiam hanc perpe-
tuò Rota eſt amplexa, vt per *Caſſador. eod. loco
num.* 10. *Sarnen ſuper Reg. de impetran. per ob.
fam. quæſt. 23. num. 2. Pariſ. de reſignat. Benefic.
lib. 2 quæſt. 24 num. 6. Mandoſ. ad Regul. 27.
Cancell. quæſt. 13. ſub num. 4. verſ. aut ſubro-
gatus, Gonzal. d. gloſſ. 15. §. 1. num. 34. & §. 2.
num. 32. Simonet. de reſeruat. quæſt. 55. num. 11.
Garz. in præcitat. cap. 2. num. 14. Rota deciſ. vlt.
num 4 de reſcript. in antiq.*

19 Quod intelligitur, vbi † ſequuta eſt accepta-
tio, nam cùm tota hæc vis extinctiua præceden-
tis vacationis attribuatur actui collationis, *Ge-
minian. in cap. ſi electio, num. 6. de electio. in ſexto,*
20 non dicitur perfectus † collationis actus, niſi ta-
li acceptatione ſequuta, vt dicitur de donatione,
quæ cum ſit contractus, *l. ſi quis donationis, C.
quod metus cauſa, l. ſi quis emptionis, in princip.
21 C. de præſcript. trig. annor.* exigit ad † ſui perfe-
ctionem conſenſum donatarij, *l. 1. vbi omnes ff. de
22 pact. cum ſimil.* nequè ideo Electo, ex † ſola ele-
ctione inijcitur vinculum matrimoniale cum Ec-
cleſia, niſi ſequuta acceptatione, indequè mu-
tuo conſenſu efformato, vt benè per *Ioan. Andr.
in d. cap. ſi electio 26. ſub num. 2. ad fin. ſuper*
23 *verb. recuſat, de elect. in ſexto.* Et hanc † ſenten-
tiam, quod ſit neceſſaria acceptatio, vt dicatur
actus collationis perfectus, indequè inducta va-
catio, probauit *Geminian. in cap. præſenti. in
princip. ſub num. 2. verſ. & ſic videtur, de præ-
ben. in ſexto, Bellame. conſ. 33. num. 14.* cum
pluribus adductis per *Couarr. var. reſolut. lib. 3.
cap. 16. ſub num. 3.*

24 Prouiſio † enim non acceptata, etiam ſi facta
ſit motu proprio, dicitur prouiſio equiuocè, &
ſic imperfecta, vt præ cæteris benè explicat *Col-
lectar. in cap. Eccleſia veſtra, num. 10. de ſortileg.*
25 conſtatquè † apud omnes, actum imperfectum,
minuſquè abſolutum, & conſumatum, reputari
pro nihilo, *l. ſi is qui quadringenta, 79. §. quadã,
ff. ad l. Falc. l. rei appellatio §. opere locato, & ibi
Alc. ex num. 1. & 6.* qui id exemplificat in ar-
26 te † diuinatoria ex aſtris, *ff. de verbor ſignificat.*
cum alijs benè perpenſis per *Reuerendiſſ. Domi-
num Ricc. deciſ. 93. num 2. par. 1.* ſecundum ea
tamen quæ explicat *Mart. del rio, magica. diſquiſ.
lib. 4. c. 3. in prima quæſtio per to.*

27 Adeò vt, cum de hoc † quæritur, nihil attentius
contemplemur, quàm actũ aliquem, vndè conclu-
datur acceptatio, ſecundum ea, quæ latè expli-
cauimus *lib. 2. quæſt. 28. ex num. 81.* Quamuis
28 enim talis acceptatio † induceatur ex ſola ſcien-
tia, *Bero. in cap. 1. ſub num. 77. verſ. notanda
etiam ſunt, de conſtitut.* vbi declarando *text. in
29 cap. ſi tibi abſenti, de præben. in ſexto,* vult, eo † ip-
ſo cenſeri habitum ratum, actum prouiſiuum,
quòd deuenit ad notitiam Prouiſi; quod eſt re-
gulare in omni materia lucratiua, vt videlicèt ex
ſola ſcientia inferatur ad acceptationem, vt non
improbatio habeat vim approbationis, iuxta
doctrinam *Bartol.* communitèr receptam in *l. quo
enim, §. rem haberi, ſub num. 1. verſ. aut geri-
tur aliquis actus ff. rem rat. haber.* quem in ſpe-
cie ſequitur *Dec. in l. traditionibus, ſub num.
16. verſ. eo ipſo C. de pactis*, & in *conſ. 58 ſub
num. 2. verſ. imò ex eo duntaxat, Aym. conſ. 261.
num. 5. Rolan. conſ. 19. ex num. 34. lib. 1. Cephal.
conſ. 33. num. 19. Menoch. conſ. 92. num. 66.
lib. 1. Scraphin. deciſ. 1184. num. 12. Surd.* qui
alios allegat *deciſ. 206. num. 11.* cum copioſè
adductis per *Beltram. ad Gregor. deciſ. 97. ſub
num. 8. verſ. ſatis tamen dicitur conſtare*, & per
Rotam, me ſcribente, in *Romana fructuum
Cenſus, 9. Decembris 1624. coram bon. mem.
Franciſco Vbaldo.*

Attamen, difficultas ſtat in probanda huiuſ-
30 modi ſcientia, quæ † licèt ex coniecturis conſti-
tui poſſit, *Dec. in l. eius qui in Prouincia, §.
quod ſi ſtipulatus, ſub num. 10. verſ. quia in iſta
materia, ff. ſi cer petat. Ruin. conſ. 42. nu. 21. vol. 1.
Cephal. in præalleg. conſ. 33. eod. nu. 19.* cum multis
adductis per *Surd. deciſ. 221. num. 10. & cen-
ſuit Rota in præalleg. Romana fructuum Cen-
31 ſus*; ex nihilominus † deducendæ ſunt ex actu
aliquo poſitiuo, qui neceſſariò implicet ſcien-
tiam, vndè ex ſola præſentia Prouiſi in Curia,
minus rectè deducetur ſcientia hæc, nedum,
ſi ſimplicitèr ſignata ſit ſupplicatio, verùm

etiam ſi ſit regiſtrata, vt latè tradunt *Pariſ. d. lib. 2. ead. quaſt. 24. num. 6. & Garz. d. par. 4. cap 2. num. 16.*

32 Et eſt ratio, quia † in impetrandis huiuſmodi gratijs, non exigitur mandatum aliquod, vt notat *gl. ſſ. in cap. ad aures, num. 8. in verb. literas impetrantes, ad fin. de reſcript. Nauarr. in relectio. cap. ſi quando, in primo prælud. num. 2. & conſ. 2. de reſcript. in no. alias in antiq. de ſponſal. conſ. 51. num. 3. Tiraquell. de pœn. leg. temper. cauſ. 22. num. 38.* quos collegit *D. Barboſ. ad d. cap. ad aures, num. 8. & 9.* & latiſſimè poſt alios, quos cumulat, tradit etiam *Monet. de commut. vlt. vol. c. 7. num. 416.* & propterea in deducenda hac ſcientia, non eſt recedendum ab his, quæ expoſuimus *lib. 2. praell. q. 28. ex num. 81.*

Ex his ergò ſatis tutò concludi poteſt, gratiam Apoſtolicam ad beneficium, in tota ſua ſubſtantia, radicari in ipſius Papæ reſcripto, ideſt in Signatura propria manu adiecta ſupplicationi, vndè ſortitum eſt nomen iſtud. Quippè Reſcriptum

33 dicitur, † quaſi reſponſum ſcriptum ad petitionem alterius, vt colligitur ex *l. 1. & 4. C. de diuerſ. reſcript. Suarez. de legib. lib. 8. præcitat. cap. 2. num. 7. & 9.* Vndè ſignata ſupplicatione, adeoquè gratia perfecta, conſtat Officiales Curiæ, literarum expeditioni præfectos haud quaquàm poſſe eandem gratiam in ſua ſubſtantia imminue-

34 re: qnia tametſi † Abbreuiatores de Parco maiori nuncupati, habeant facultatem cōſcribendi minutas, quas vocant, literarum, & in hoc potiſſimùm conſiſtat eorum munus, *Veſtr. in praxi lib. 1. cap. 4. num. 2. Tholoſ. Syntag. iur. lib. 15. cap. 42. num. 3.* quo & ipſi nomen illud ſortiti ſunt, quaſi breui compendio concipiant in ſupplicationibus impetrata, vt cenſuit *Pariſ. conſ. 112. nu. 9.*

35 *lib. 4.* Camera † autem maiori etiam facultate in hac parte nitatur, *Veſtr. eod. lib. 1. cap. 6 num. 1.* vtpotè quæ conſueuerit ſupplere clauſulas dari conſueras, quantumcunquè omiſſas, vt per *Pa-*

36 *riſ. eo. conſ. 112. ſub n. 9. lib. 4.* nihilominus † nequè Cameræ, nequè cuipiam alteri ex officialibus prędictis permiſſum eſt ità conſtringere literas, & eatum formam, vt deſtruatur ipſa gratia in præiudicium prouiſi, vt per *Pariſ. eo. loco num. 10. Caual. deciſ. 255. num. 9. & deciſ. 285. num. 2.*

37 Quemadmodum † igitur tota gratia pendet à Reſcripto, Reſcripti autem virtus ab ipſius reſcribentis voluntate, ſicuti ca voluntas mouetur aut ab obiecto meritorum ipſius prouiſi dumtaxat, aut etiam ab obiecto oblatarum precum, ita reſpectu formæ duplex conſequitur huiuſmodi reſcripti genus, vt ſie aliud fieri dicatur motu proprio, aliud verò, ad ſupplicationem, ſiuè petitionem, vt probat *text. in cap. ſi motu proprio, 23. de præben. in ſexto.*

38 Quod † vt melius Tyrones percipiant, aduerti oportet, cùm Papa motu proprio excitatur ad faciendam alicui gratiam ſuper beneficio; aliquando prouidendum ipſum moneri, vt curet fieri ſchedulam in forma motus proprij, quam mox propria manu Papa ſignat, ſub his verbis, *fiat motu proprio:* aliquando verò, etiam oblatis ſibi precibus, eundem Papam, illis reſcribere ſub hac eadem forma, *fiat motu proprio:* & tandem, nonnunquam è conuerſo, oblata ſibi aut ſchedula in forma ſimplicis motus proprij, aut etiam oblata ſupplicatione, in qua petitur, fieri gratiam in forma motus proprij, Papam reſcribere, *fiat vt petitur.*

39 Priori itaque caſu, † gratia dicitur facta motu proprio, nec ſuper hoc eſt ambigendum, ex clara diſpoſitione *text. in d. cap. ſi motu proprio, §. motu quoque, & in Clem. ſi Romanus Pontifex,*

40 *eod. tit.* cuius † diſpoſitionis ratio, alia non fuit, quàm vt per hanc expreſſionem in ipſa Signatura Papæ, remota cenſeatur omnis ambiguitas circa eius animum, quæ alioqui ſemper fuiſſet, propter emiſſas preces, *vt in eo. cap. ſi motu proprio* aduertit Geminian. *ſub num. 8. poſt med. verſ. & poſſet aſſignari.*

Secundo verò, plurimum dubitationis habet, an dicatur facta motu proprio, vel potius

41 ad preces; licet enim † eo caſu, quo Papa ſupplicationi ita reſcribit, *fiat etiam motu proprio;* ſint qui exiſtiment, duplicem motum concurrere in Papa, vt videatur per preces excitatus ad faciendam gratiam motu proprio, nequè ideo hos motus inter ſe pugnare, vt cenſuit *Bald. in cap. niſi ſpectabilis, ſub num. 4. verſ. pone in literis, & num. 5. de offic. deleg.* cuius doctrinam ſequuti fuere *Pariſ. in repetit. cap. accedentes, num. 23. de præſcript. Cagnol. in l. qui cum alio, num. 22. de regul. iur. Felin. in conſ. 31. ſub num. 16. verſ. etſi diceretur, Petra de iur. quaſ. cap. 33. in ſecundo principali dub. de Clauſula motu proprio, num. 35. Menoch. de Arbitrar. caſ. 201. num. 80. Gambar. de offic. leg. lib. 3. nu. 61. Seraph. deciſ. 365. nu. 1. cum ſeq.*

Attamen, id habet ſingularem rationem, pro-

42 pter † dictionem illam, *etiam*, cuius natura eſt augere, & adijcere, *Ruin. conſ. 53. num. 19. & conſ. 61. num. 9. volum. 2. Bellamè. deciſ. 734. num. 5. cum alijs per Cened. ſingul. 51. num. 3. Surd. deciſ. 8. num. 12. Rota in recen. deciſ. 721. num. 7. par. 2.* & notauimus *lib. 1. q. 25. num. 59. & q. 40. num. 228*

Proindequè videtur impracticabile, cùm hæc reſcribendi forma non ſit in vſu; atquè ità difficultas ſtat in forma illa ſimplici, *fiat motu proprio* quæ perpetuò videtur pugnare eum veritate demonſtrata ad oculum, poſtquàm clarè conſtat, ſignaturam hanc, verè & realitèr, adiectam

43 eſſe precibus. Vtcunquè enim nequeat † probari per teſtes gratiam eſſe factam oblatis precibus, vt indè concludatur, non eſſe factam motu proprio, nè hoc modo videatur Papa argui de mendacio, iuxta *gloſſ. vlt.* communitèr receptam, in *eodem cap. ſi motu proprio*, vbi præ cæteris *Geminian. num. 8. Iaſ. in l. ſi quis inſiquum, num. 3. ff. quod quiſquè iur. Rota deciſ. 6.*

44 *num. 11. de probat. in no.* hoc tamen † referendum videtur ad priorem caſum, vbi ſcilicèt ſchedula ſignata, non eſt concepta in forma ſupplicationis, ſed ſimplicis motus proprij, minimè verò ad iſtum, in quo ſupponimus ſchedulam

conceptam

conceptam eſſe in forma ſupplicationis, & in quo
propterea videtur ceſſare ratio prædicta. Quia
45 vbicunquè vniuerſaliter † eſt excluſa probatio, ad-
huc, tamen non cenſetur excluſa ea, quæ ex rei
euidentia proponitur, *Bald. in Rubr. ſub num. 4.*
verſ. ſed certum eſt, quod probatio, C. de probat.
Curt. Sen. conſ. 69. num. 6. Alex. conſ. 35. num 9.
lib. 4. cum propè innumeris adductis per *Tira-*
quel. de retract. lignagier. §. 4. gloſſ. 1. num 37.
Maſcard. de probat. q. 8. num. 7. & Menoch.
conſ. 378. num. 7.
46 Nequè videtur † hoc caſu Princeps argui de
mendacio, ſed potius is qui ab eo reſcriptum
extorſit, de importunitate, & dolo, *Socin. Iun.*
conſ 77. num. 9. lib. 1. Menoch. conſ. 103. num. 81.
& 82. ad fin.
47 Veruntamen, in caſu præmiſſo, videlicet, † vbi
Papa, oblatum ſibi libellum in forma ſimplicis
ſupplicationis, ſignauit in hæc verba, *fiat motu*
proprio, concludendum eſt, gratiam omninò cen-
ſeri factam motu proprio, abſolutè, & ſimplici-
tèr, ideſt abſquè concurſu alterius motus extrin-
ſeci; ſiuè ipſe iuſſerit ſibi offerri preces, quas ſi-
gnaret, ſiuè nullo præuio huiuſmodi iuſſu, ſed illis
ſibi oblatis, eaſdem ſub dicta forma ſignauerit;
nam ſi ſupponamus, eum iuſſiſſe ſupplicationem
porrigi, res admodum eſt clara, cùm iam nemo
48 videri poſſit ſupplicaſſe; actus enim † adſcribitur
ordinanti, non autem exequenti, *l. item eorum,*
§ ſi Decuriones, ff. quod cuiuſquè vniuerſit. nom.
cap. in aliquibus, de reſcript. in ſexto, cum addu-
ctis per *Menoch. conſ. 340. num. 10.* & alios con-
geſſimus *lib. 1. q 38. num. 153.*
49 Si verò ſupponamus, verè, ac † realitèr, ſine
iuſſu ſuo confectam fuiſſe ſupplicationem, & ei
porrectam, quia tamen reſcripſit ſub ea forma,
fiat motu proprio, cenſetur declaraſſe, ſe nullate-
nus motum ex precibus ſibi oblatis, ſed ſuo pro-
prio motu, quatenus verò preces ſunt, eas reieciſ-
ſe, quod videtur fuiſſe de mente *Bal. in praeſtat. c.*
niſi ſpectabilis, num. 4. de offic. deleg. cum quo vl-
tra præmiſſos tranſeunt *Dec. in cap. cum M. Fer-*
rarienſis, num. 116 de conſtitut & in cap. ex parte
num 28. de reſcript. Rebuff. in concord. ſuper for-
ma motus proprij, in princip. verſ. notandum eſt,
Ruin. conſ. 41. ſub num. 15. verſ. nam iſto caſu
lib. 1. optimè Sanch. de Matrim. lib. 8. in praecit. di-
ſputat. 1. num. 5. & Seraphin. deciſ. 365. num. 1.
cum ſeq.
50 Tametſi enim † Decius *in d. cap. ex parte*
num. 28. de reſcript. id temperet, ſi conſtet, Prin-
cipem voluiſſe gratiā facere motu proprio, nihilo-
minùs quia in hac noſtra controuerſia, ſupponi-
mus ſua propria manu verba hæc adieciſſe, *fiat*
motu proprio, vtiquè iam ex hoc ſatis dicitur de
hac enixa eius mente conſtare, vt concludit idem
Dec. in conſ. 51. ſub num. 3. verſ. nec obſtat, Curt.
Iun. conſ. 65. ſub num. 10. poſt med. verſ. adijcien-
do clauſulam.
51 Præcipuè, cum † vbi literæ deſuper expediun-
tur, Signatura hæc ita extendatur, *motu proprio,*
non ad ipſius, vel alterius pro eo nobis, ſuper hoc
oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera li-

Tom. 2.

beralitate, &c. vt ponderat *Rebuff. in prax. tit. de*
clau. mandato. num. 21. & 22.
52 Altero verò caſu, † quandò ſcilicet, vel porrigi-
tur ſchedula in forma motus proprij, vel ſupplica-
tur gratiam concedi in forma motus proprij, Papa
autem reſcribit, *fiat, vt petitur*, hoc inquam caſu,
cenſetur Papa negare, ſe motu proprio gratiam
facere, ſed ad puram, & ſimplicem ſupplicationē,
ſeù petitionem alterius, & in conſequens, nec in-
de velle eam aliter conſiſtere, quàm ſi narrata iu-
ſtificentur, ſecundum Regulam *cap. 2. de reſcript.* vt
latè deducit *Gomeſ. ad Reg. de ann. q. 10. in pe-*
nult. col. verſ. quando igitur, Ant. Auguſt. in epit.
par. 1. de liter. form. cap. 2. de motu propr. num. 1.
& aduertit etiam *Rota apud Verall. deciſ. 45. &*
237. par. 2. & in vna Hiſpalen Beneficij de Xeres,
6. Nouembris 1602. coram Litta, impreſſa apud
Marcheſ. tom. 2. pag. 432.
53 Quippè, hoc † quidem caſu dicitur oblata ſche-
dula in forma motus proprij, ſed non dicitur in ea
forma ſignata, vt ait *Verall. d. deciſ. 237.* tota enim
54 vis huius formæ, ſtat in ſcriptura † ipſius Principis,
non in libello ei porrecto, vt concludunt prædicti,
optimèque explicat *Ruin. in praall. conſ. 41. n. 15.*
lib. 1. Ant. Auguſt. loco praecit. n. 3. cum multis ad-
ductis per *Seraph. deciſ. 356. nu. 2.* & per *Rotam in*
recen. deciſ 656. ſub num. 1. verſ. attamen dixerunt
Domini, par. 2.
Et hoc eſt, quod veriſſimè pronunciarunt aliqui,
55 clauſulam † hanc, *motu proprio*, nihil præſtare, niſi
ſit ſcripta propria ipſius Papæ manu, vt ſuperiùs
aduertimus, ex *Gabr. de Clauſ. concluſ. 2 n. 102.* nō
quidem in literis, vt plerique exiſtimarunt, ſed in
ipſo reſcripto, ſuper quo mox literæ expediuntur;
56 Cuius rei † vti ſe habeat vſus, aliqui non aduertē-
tes, perperam exiſtimarunt, non obſtante quod in
literis hæc Clauſula ſit expreſſa, adhuc poſſe reuo-
cari in dubium, an gratia ſit facta motu proprio,
vt in ſpecie id exiſtimarūt *Card. conſ. 142. ſub n. 5.*
ad fi verſ. & quanquā in literis, Socin. Iun. praal.
conſ 77. ſub n. 98. verſ. aliquādo Imperatori lib. 1.
57 *& Pariſ. conſ. 79 n. 23. lib. 4.* Vbi enim dantur † li-
teræ ſub hac forma, neceſſitas ita expediēdi pro-
cedit à forma Reſcripti, non autem ab inſtantia
58 partium, vt ij fortè putarūt: Etenim † ſubſtātia gra-
tiæ, ſtat (vt iam dictum eſt) in Reſcripto, Reſcriptū
verò, totum eſt manu ipſius Papæ ſcriptum: nec ſa-
59 tis † ſanus is quoquè videri poſſet, qui tale reſcri-
ptum leuitatis argueret, quod ex ſcriptura ipſius
Papæ, & viſione Datarij, priùs quàm regiſtretur,
præſumitur curioſiùs ac diligētiùs quàm fieri poſ-
ſit examinatum, *Caualer. in ſuprac. deciſ. 255. n. 8.*
verſ. & ratio eſt, quia ſupplicatio, quæ etiam legi-
tur impreſſa inter recent. dec. 465 ſub n. 6. par. 2. ac
60 propterea † paſſim illud Cardinalis conſilium eſt
reiectum, cum ſuis Aſſeclis, *Seraph. d. deciſ. 356.*
nu. 5 & in ſpecie Socinum iuniorem *in d. conſ 77.*
non ſatis rectè reſpondiſſe aduertit etiam *Menoch.*
d. caſ. 201. ſub num. 80. verſ. hinc intelligimus.
61 Quod verò dixi, clauſulam † hanc, *motu proprio*,
cùm in Signatura, ſeù reſcripto adijcitur, non alia
manu ipſius Papæ exſcribi, referendum eſt ad vſum
ordinarium; quia nihil eſt, quin Papa, ex cauſa

A 3 aliqua

Digitized by Google

aliqua poſſit facultatem hanc ita reſcribendi alteri ſpecialitèr mandare, quod innuit *Reg. Cancell. 34.* ſuper concurrentibus in data, & duo exempla ſe vidiſſe commemorat *Mandoſ. ad eam ipſam Reg. q. 2. ſub num. 4. & 5.*

62 Hinc conſtat, eos qui putarunt, gratiam † motu proprio conceſſam, recipere hanc cõditionem, *veris exiſtentibus narratis*, vt in ſpecie arbitratus eſt *Dec. in præall. cap. ex parte, nu. 27. de reſcript. & in conſ. 602. num. 2.* vel eſſe intelligendos, quando clauſula hæc, *Motuproprio*, non legitur in reſcripto ipſo, ſed in corpore oblatæ aut ſchedulæ, aut ſupplicationis, vel certè eoſdem à iuris ſemita
63 receſſiſſe, cum inter † xxxvii. effectus iſtius clauſulæ, quos recenſet *Rebuff. ſuper concordat. tit. de form. mand. Apoſtol. in verb. motuproprio*, quibus alij poſſunt addi, congeſti per *Germon. de Indult. Card. §. nos itaque ſub num. 4.* ille ſit præcipuus,
64 quod, tametſi † non ità amplificet gratiam, vt tollat inhabilitatem perſonæ, *Cardin. d. conſ. 142. num. 5. Pariſ. conſ. 1. num. 78. lib. 1.* vel ius Tertij, *Rota de reſcript. in antiq. deciſ. 71. num. 1. Pute.*
65 *deciſ. 377. num. 1. lib. 1.* remoueat † nihilominus facultatem opponendi de obreptione, & ſubreptione, *Pute. ibid. Rota de praben. deciſ. 33. n. 6. & 8. in antiq.* cum innumeris adductis per *Gabr.*
66 *de Clauſ. praecita. concluſ. 2. ex num. 1.* † vtcunquè vſum hunc ita reſcribendi valdè damnet *Ant. Fab. ad tit. Inſtit. de Iur. natur. gen. & Ciuil. princ. 8. in 3. confut.* quod iurenè, an iniuria, alij viderint.

SVMMARIVM.

1 *Literæ Apoſtolicæ, tacitè mandantur confici, ex Papæ reſcripto.*
2 *Conditio, importat formam.*
3 *Literæ priuſquàm expediantur, gratia dicitur informis.*
4 *Poſſeſſionem beneficij nactus, ante literarum expeditionem, etiam citra vllius oppoſitionem, non facit fructus ſuos.*
5 *Beneficium non poteſt obtineri, ſine canonica inſtitutione.*
6 *Inſtitutio canonica, ſumitur pro titulo.*
7 *Literæ Apoſtolicæ, ſunt loco tituli.*
8 *Literæ Apoſtolicæ, non ſunt de ſubſtantia intrinſeca gratiæ.*
9 *Potentia, reſpectu actus, dicitur ens æquiuocè.*
10 *Gratia, ſumit initium ex reſcripto, exequibilitatem autem ex literis.*
11 *Literis expeditis, adhuc reſpectu gratiæ, conſiderantur duo actus diſtincti.*
12 *Literæ, ad vſum veriùs, & exequutionem pertinent, quàm ad gratiæ ſubſtantiam.*
13 *Subſtantia gratiæ, alia intrinſeca, alia extrinſeca, ſiuè probatoria.*
14 *Regula 27. de non iudicando iuxta formam ſupplicationis, quorſum tendat.*
15 *Regula Cancellariæ 31. vt non valeant commiſſiones cauſarum niſi literis expeditis.*
16 *Regulæ Cancellariæ 27. 31. & 52. an concordent in vno fine.*
17 *Iudicium, non poteſt ferri ſuper incerto.*
18 *Sententia certa, non poteſt ferri ſuper incerto.*
19 *Literis necdùm confectis, gratia æquiparatur homini adhuc clauſo in vtero matris.*
20 *Regula* de non iudicando iuxta formam ſupplicationis, *quid contineat.*
21 *Ratio reſtringit diſpoſitionem.*
22 *Poſſeſſorium, non admittit diſcuſſionẽ ſuper titulo.*
23 *Etiam ſi ſit Poſſeſſorium adipiſcendæ, præterquàm incidentèr.*
24 *Poſſeſſorium recuperandæ, exigit ſimplicem colorem.*
25 *Nec hunc quidem, vbi ſupponitur violentia, vel attentatum.*
26 *Regula de non iudicando, non habet locum in poſſeſſorio recuperandæ, in quo ſufficit colorare poſſeſſionem ex ſola ſupplicatione.*
27 *Conſtitutio Iulij III. contra apprehendentes poſſeſſionem, non expeditis literis, quorſum tendat.*
28 *Literæ, ſunt exhibendæ in poſſeſſorio adipiſcendæ.*
29 *Et quæ ſit ratio.*
30 *Interdicta omnia poſſeſſoria, pendent à Prætoris edicto.*
31 *Poſſeſſio, perpetuò decernitur in literis Apoſtolicis ipſi Prouiſo.*
32 *Poſſeſſorium adipiſcendæ, reſpuit pronunciationem ſuper titulo.*
33 *Et ineptus eſſet Iudex, qui ſuper eo pronunciaret.*
34 *Regula* de non iudicando, *non militat, cùm agitur ſimplicitèr de probando facto cõceſſæ gratiæ.*
35 *Supplicatio ſola, ſine literis, ſufficit pro abſolutoria.*
36 *Literæ, quando remittendæ correctioni.*
37 *Literarum correctio, quam exigat diſcordantiam à ſupplicatione.*
38 *Eadem, non eſt ſemper neceſſaria.*
39 *Arbitrium cenſetur collatum ex clauſula poteſtatiua, ſiuè facultatiua.*
40 *Literarum diſcordia à ſupplicatione, pertinet ad Officiales, earum expeditores.*
41 *Quod declaratur.*
42 *Inſtrumenti exemplati error, detegitur ex lectura matricis, ſecundum quam iudicatur, abſque eo quòd exemplatum corrigatur.*
43 *Et quæ ſit ratio.*
44 *Supplicatio, quo caſu præualeat literis, vt potius ſecundum eam iudicetur.*
45 *Regula* de non iudicando iuxta formam ſupplicationis, *ſatisfactum cenſetur, per qualemcunque expeditionem literarum.*
46 *Protocollum, reſpectu Inſtrumenti publicati, dicitur ſcriptura magis originalis.*
47 *Supplicatio, non niſi benè excuſſa, regiſtratur.*
48 *Literæ vbi diſcordant à ſupplicatione, diſcordia penitus inconciliabili, remittuntur ad officiales pro correctione.*
49 *Regula 31.* vt non valeant commiſſiones cauſarum, niſi literis expeditis, *expenditur ratio.*
50 *Regula eadem, in ſui ratione, diuerſa à Regula de non iudicando.*
51 *Regulæ eiuſdem vis, extinguitur, vbicunquè oſtenduntur literæ expeditæ antè commiſſionẽ cauſæ.*
52 *Regula eadem, reſpicit impetrationes, non autem prouiſiones; Et in hoc conſiſtit eius ratio.*

53 *Regula*

53 *Regula eadem, non impedit introduci litem reſpectu committentis.*
54 *Secus verò, reſpectu Rei, & Poſſeſſoris.*
55 *Regula eadem, procedit quatenus de ea detur.*
56 *Regulæ eidem, ceſſante manifeſta ſuſpicione calumniæ, derogatur.*
57 *Et quomodo derogatio hæc practicetur.*
58 *Triennalis curſus non impeditur, ſi commiſſa cauſa ante expeditionem literarum, cum derogatione Regulæ, actor differat ſeruare terminum ad articulandum.*
59 *Diſpenſationes, non ſuffragantur niſi literis expeditis, & quæ ſit ratio.*
60 *Gratia, an poſſit cuiquam ſuffragari in foro conſcientiæ, literis non expeditis.*
61 *Diſpenſatio, non poteſt ſuffragari cuiquam, in foro conſcientiæ, niſi literis expeditis.*
62 *Eadem, ex toto dependet à voluntate Principis diſpenſantis.*
63 *Poſſideri quod non poteſt, ex natura rei, vel caſu contingibili, abſolutè dicitur non poſſideri.*
64 *Paria ſunt, non eſſe, vel nō apparere, reſpectu vſus.*
65 *Lex, obligat etiam in conſcientia.*
66 *Præcipuè lex Eccleſiaſtica.*
67 *Niſi appareat de contraria mente Legislatoris.*
68 Suffragari, *verbum, qualitèr in iure ſumatur.*
69 *Regula* nè diſpenſationes ſuffragentur literis non expeditis, *minimè reſtringitur ad forum contentioſum, vt latè hic oſtenditur.*
70 *Diſpenſatus ad incompatibilia, dum vtrunque retinet literis non expeditis, non incidit in pœnam extrauagantis*, Execrabilis.
71 *Et quæ ſit ratio.*
72 *Literarum expeditionē, non impedit litis pendētia.*
73 *Diſpenſatus ad incompatibilia, dum retinet ante expeditionem literarum, mortalitèr peccat.*
74 *Thomæ Sanchez opinio, quod diſpenſatus, vtendo gratia diſpenſationis literis non expeditis, non peccet mortalitèr, malè ſundata, & tanquam abſurda hic latè reiecta.*
75 *Diſpenſatus, non poteſt vti diſpenſatione, ante confectas literas, propter reſiſtentiam Regulæ.*
76 *Potentia impedita, nullatenus æquiparatur actui.*
77 *Lex eatenus obligat in conſcientia, quatenus Legislator non relaxat eius obligationē in eo foro.*
78 *Legem contemnens, mortaliter peccat, etiam quod aliàs non obligaret in conſcientia.*

QVÆSTIO II.

Literarum expeditio, an & quatenus neceſſaria ſit.

LICET autem, dum Papa ſignat ſupplicationē, atquè ita gratiam facit de beneficio, tacitè mandare videatur, literas confici ſecundū ipſam Signaturam, *Mil. verb gratia Apoſtolica, circa fin.* tamen minimè hinc
1 dixeris, literas † eſſe de for-
2 ma, quamuis enim conditio † importet formam, *Ruin. conſ. 199. num. 1. lib. 1.* cum alijs adductis
per *Tiraquel. de retract. conuention. §. 2. gloſſ. 1. nu. 3. Franc. Bec. conſ 39. n. 19. & Surd. conſ. 371.*
3 *nu. 69.* itàut † ob id antè literarum expeditionem gratia videatur informis, & rudis, veluti egens expolitione circa clauſulas, & earum extenſiones per Officiales, qui (vt dicunt *Aegid.* & alij mox allegandi) poſſunt ſoli eam in mundum reducere, & expolire, ac etiam denegate literas, *Milis, loco præalleg. Gloſſat. Antiq. ad Regul. de non iudican. in princ. Mandoſ. ad eand. Reg. q. 3. nu 4. Rota deciſ. 19. num. 5. de conceſſ. præben in no. Bellame. deciſ. 110. num. 6. & 7. Caſ. de Graſſ. deciſ 1. num. 5. & 6. de probat. Gonzal. ad reg. de Menſ. gloſſ. 15. §. 3. ex num. 32. Ferret. conſ. 127. ex nu. 1. vſque ad 8.* alios cumulat *Sanch. de matrim. lib. 8.*
4 *diſput. 29. nu. 2.* & hoc amplius, ſi quis fuerit † adeptus poſſeſſionem antè literas expeditas, ſuos non faciat fructus, & teneatur in conſcientia ad illorū reſtitutionem, etiamſi nemo ſe oppoſuerit, vt benè per *Felin. in cap. venient, ſub num. 3. verſ. & adde, de accuſ* & latè diſputat, ac cōcludit *Hier. Paul. in pract. Cancell. Rubr. declarat. ſup. proponent. ſub*
5 *verſ. vbi Papa, in 9. col. fol. mihi 603.* Quod † manifeſta ratione conſtat, cùm beneficium non poſſit ſine canonica inſtitutione teneri, *cap. 1. de Reg.*
6 *iur. in ſexto*, ideſt ſine † titulo, vt ibi explicat *gloſſ. vlt. circa med. verſ. & nota quod hæc Regula*, ti-
7 tuli autem † loco, ſint ipſæ literæ, vt docet *Compoſtellan. in cap ſuper literis, num. 19. de reſcript. Rot. in no. deciſ. 20. ſub num. 5. de conceſſ. præben. Bellam. deciſ. 110. nu. 9.* & hanc rationem ponderat etiam poſt alios Milis loco proximè allegato.
8 Nihilominùs hæc, & huiuſmodi alia, † veniunt referenda, non ad ſubſtantiam gratiæ intrinſecam, quæ conſumitur (vt in ſuperiori oſtendimus) in voluntate Papæ, ſed ad ſimplicem vſum extrinſecum, & exequibilitatem reſpectu perſonæ cui prouidetur; nam reſpectu iſtius vſus, & exequibilitatis, non poteſt dici gratia perfecta, niſi ea perfectione, qua ſe habet potentia ad actum, quæ dici-
9 tur † ens æquiuocè, veluti habitus quidam duntaxat, & principium poſſibile, ſecundum *Ariſtotel.*
10 *in Metaphyſ. lib. 5. cap. 12.* & proptereà vſus † hic extrinſecus, atquè exequibilitas, ſumit quidē initium, & principium ſuum ex Reſcripto, ſed perfectionem, atque ipſum ens habet in literis, vt præclarè deducit *Socin. Sen. conſ. 41. num. 3. vol. 3.* interim tamen, eſt ens diſtinctum, & ſeparatum.
11 Itaut, tametſi literis expeditis, videantur † coniungi duo actus, Reſcriptum ſcilicet, & literæ; tamen hi actus, conſiderentur tanquam inter ſe diuidui, ac penitus ſeparati, quod præ cæteris notarunt *in procemio Sexti, Archid. ſub num. 2. ad fin. verſ. item res non erat integra, & Gemin. in §. vniuerſitati, ſub num. 3. verſ. ſunt enim iſti actus.*
12 Non ergò literæ † pertinent ad ſubſtantiā gratiæ, ſed, vt dixi, ad illius ſimplicem vſum, & exequutionem, *Rota in recen. par. 2 deciſ. 585. ſub n. 2. verſ. expeditio enim*, niſi id referatur ad ſubſtan-
13 tiam † illam, quæ aliquibus dicta eſt ſubſtantia probatoria, ſecundum *Bald. in l. humanam nu. 6. C. de leg. Gomeſ. ad Reg. de non iudican. quæſtio 1. in vlt. col. verſ. tamen quoad eſſentiam*, quam alij
vocant

vocant probatoriam ſolemnitatem, vt in his terminis loquitur *Gemin. conſ. 106. ſub num. 6. verſ. nam licet quoad ſolemnitatem*, & benè etiam declarat *Rota deciſ. 645. ſub nu 5. verſ. & propterea par. 1. in recen. & deciſ. 656. itidem num. 5. par 2.*

Hinc verò quiſquè facilè animaduertere poteſt, quænàm ſit cuiuis prouiſo de Eccleſiaſtico beneficio neceſſitas expediendi literas: Etenim præter hanc ipſam rationem à iure communi petitam, tres editæ fuerunt Cancellariæ Regulæ; Prior, quæ
14 hodiè † in ordine eſt 27. de non iudicando iuxta
formam ſupplicationum, ſed literarum expeditarum: Et hæc reſpicit Iudices, non in articulo exercitij Iuriſdictionis ſimplicitèr, ſed in articulo exercitij ipſius Iudicij, dum videlicet pronunciant ſu-
15 per ipſa gratia: Altera † eſt 31. vt non valeant com-
miſſiones cauſarũ, niſi literis expeditis, itàut proceſſus antè deſuper habiti, nullius ſint roboris, &
16 momenti; Poſterior † deniquè eſt 51. vt nulla ſuf-
fragetur diſpenſatio, niſi literis confectis; Quamuis enim *Gomeſ. in d. Regula de non iudican. q. 1. verſ. & iſta omnia*, putauerit tres iſtas Regulas concordare in vno fini, & eandem mentis intentionem habere; nihilominus longè inter ſe ratione diſſident, vt mox oſtendam.

Prior enim illa, eſt fundata ſuper eo principio,
17 quod † iudicium, ſiuè ſententia debeat ferri ſuper
certo, non autem ſuper incerto, *§. curare, inſtitut. de actio l. 3. C. de ſenten. quæ ſine cert. quant. Menoch. conſ. 711. num. 6.* & diximus *ſuper. lib. 2. q. 13 num 99.*

Conſtat autem, vtcunquè gratia in ſui ſubſtantia ex ſolo reſcripto perfecta, eam tamen certitudinem, non porrigi ad qualitates, & contingentia, ſuper quibus eſt iudicandum; hæc enim dependent ab extenſione, vel reſtrictione clauſularum iſtius ſupplicationis, ſecundum ſtylum Cancellariæ, & ſic à facto ipſorum Expeditorum, vt diximus *ſupra nu. 3.* Quo fit, vt donec literæ expeditæ ſint, & Iudici exhibeantur, impoſſibile prorſus ſit ferre
18 iudicium eorum ſuper gratia, quæ hac † ipſa ratio-
ne adhuc eſt incerta, *can graue, qui in ordine eſt 74. 11. q 3. Natta conſ 32. ſub num. 23 verſ. ſufficit namquè, Surd. conſ. 311. nu. 18 & dixi d. q. 13. num. 98. lib. 2.*

19 Porrò gratia † illa reſcripto complexa, nondum
literis explicata, æquiparatur homini adhuc clauſo in vtero matris; qui licet in his quæ eius fauorem concernunt, inter humanas res reputetur, tamen ad alios effectus non prodeſt, *l qui in vtero, de ſta. homin.* & hinc gratia, dum ex reſcripto ſiuè ſignatura deducitur ad perfectionẽ illam, quã recipit ex literis, duci videtur ex quodam tenebricoſo vtero, in lucem iſtius mũdi, quemadmodum ſimilitudinẽ hanc attigerunt, *Gomeſ. d. q. 1. in 2. col. verſ. nam ſola ſupplicatio, & adden ad Creſcen. deciſ. 1. nu. 5. de exceptio.* vbi Rota aptiſſimè, gratiam antè expeditionem literarum vocat ius quoddam implicitum, & minus clarum, & etiam probat *Mandoſ.* ad hanc ipſam *reg. q. 15. num. 2.*

Ex hac igitur ratione ita explicata, & ceu principio quodam expoſita, in primis illis verbis Regulæ, ibi, *Item cum antè confectionem literarum gratia Apoſtolica ſit informis*, duo per eandem Re-
20 gulam illatiuè conſtituta ſunt, Prius, vt † nè Iudi-
ces, ſiuè in Romana curia, ſiuè extra (de quo prius ſatis probabilitèr dubitatum fuit, vt latè apud *Mandoſ. in 1. q.*) iudicent iuxta formam ſupplicationum ſignatarum, ſed iuxta tenorem literarũ deſuper confectarum: alterum, vt ſi eæ literæ minus benè expeditæ appareant, remittantur ad Officiales, ad effectum, vt ad debitam formam reducantur. Ratio autem prioris eſt, quam iam nos aperuimus, nè iudicium feratur ſuper incerto, quæ cùm tantum militet in caſibus vbi pronunciandum eſt ſuper titulo ipſo, vtiquè ad hos dun-
21 taxat † caſus diſpoſitionem ipſam contrahit, *vulg. l cum Pater, §. dulciſſimis, de lega. 2. cum ſimil. adductis per Franc. Bec. conſ 41. num. 6.*

22 Proindequè, cùm in † poſſeſſorio non iudicetur
ſuper titulo, *l. naturaliter §. nihil commune, de acquir. poſſeſſ.* ſiuè illud ſit Retinẽdę, *l 2 ff. vti poſſi. de. Rota deciſ. 287. num. 8. par. 2. in recen.* ſiuè Adi-
23 piſcendæ, præterquàm † incidentèr, vt poſt alios
aduertit Rota apud *Gregor. deciſ. 335. num. 7.* ſi-
24 uè † etiam Recuperãdæ, cùm in hoc ſufficiat colo-
rare poſſeſſionem, *Achill. deciſ. 386. num 3.* nec is
25 quidem † color exigatur, vbi ſupponitur violen-
tia, vel attentatũ, *Rota deciſ. 202. n 4 par. 1. diuerſ.*
26 cõſequitur, Regulam hanc † non habere locum in
poſſeſſorio iudicio: vt in indiuiduo de hoc ipſo Recuperandæ, quod ſufficiat colorare poſſeſſionẽ per exhibitionẽ ſolius ſupplicationis, latè diſcuſſo articulo, pleniſquè ſuffragijs Rotam cenſuiſſe, refert *Caſſad deciſ. 8. ex num. 1. de reſtitut. ſpol. deciſ. 4. ex num. 2. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. & dec. 1. n. 5. & 6 ſup. reg. Ant. Aug. in epit. ſup. hac reg. nu. 14.* nec quicquam in hac ſententia firmius, & tenacius vſque ad ſua tempora fuiſſe in Rotæ Auditorio ſeruatum, tradit *Mandoſ. ad hanc ipſam Reg. in 3. q. num. 2.*

Cui ſententiæ non refragantur deducta per eundem *Mandoſ. eo. loc. ex n. 3.* petunt enim extranea
27 ab hac Regula, nimirum diſpoſita † per Conſtitu-
tionem Iulij contra apprehendentes poſſeſſionẽ ante expeditas literas, & ſic factum extraiudiciale, quæ materia non eſt cum hac permiſcenda;
28 ſicuti nec illud, quod in interdicto † Adipiſcendæ,
opus ſit literas ipſas exhibere, nec prius poſſit decerni immiſſio, nec valeat neceſſitas hæc euitari, prætextu viæ exequutiuæ, *Ant. Auguſt. in epit. ad hanc ipſam Reg. num. 1. & eſt Rota deciſ. 1148. per to. lib. 3. par. 3. diuerſ.*

29 Etenim hoc eſt veriſſimum, ſed non † prouenit
ex diſpoſitione huius Regulæ, cuius nec verba, nec ratio ſatis caſui huic conueniunt; ſed prouenit ex diſpoſitione Iuris communis, ſecundum cuius re-
30 gulas, omnia † interdicta poſſeſſoria pendent à
Prætoris edicto, *inſtitut. de interdict. in princ. Pichar. in Rub. eiuſd. tit. num. 10. & 11.* & diximus
31 *lib. 1. q. 40. num. 301.* Proindequè † impoſſibile eſt,
vt Iudex decernat immiſſionem, & pronunciet ſuper interdicto Adipiſcẽdę, niſi prius ſibi exhibeantur literæ Apoſtolicæ, in quibus legitur ipſum Papæ mandatum. & ſic Magni Prætoris Edictum, quo expreſsè decernitur ipſi prouiſo poſſeſſio; quo fit

vt nihil

Digitized by Google

32 vt † nihil ipſe Iudex pronunciet ſuper titulo, nec
ea diſcuſſio ſuper titulo, ſi it ad hunc effectum, vt
ſuper eo pronuncietur, vel vt pronunciatio exce-
dat terminos interdicti, vt ſubtiliter deducit *Caſ-
ſad. deciſ. 4. ſub num 3. verſ quoniam ſufficit, vt lite*
33 *pend.* attenditur † enim id quod principaliter agi-
tur, vt inquit in propoſito *Ferret. conſ. 12. ſub n. 4.
ad fin. verſ. nam attenditur*, nec niſi ineptè extra
ſuæ poteſtatis cancellos, Iudex hoc caſu pronun-
ciaret ſuper titulo, vt patet ex *Aegid. deciſ. 99.
ſub num. 1. verſ. nec mirum*, & benè facit *d. Gregor.
deciſ. 335. num. 7. & 8.*

34 Ex eodem principio profluit, vbicunquè † non
agitur de canonizanda gratia, ſed tantum de fa-
ciendo fidem ſuper illius conceſſione, ad effectum
iuſtificationis alicuius narratiuæ, aut ſuppoſitio-
nis neceſſariæ, longè minus eſſe locum huic Regu-
læ, vt diſputat, & concludit *Caſſad. deciſ. 2. ex n 1.*
35 *de ſent. & re iud.* qui † loquitur de iuſtificatione
non iuris collitigantis pro obtinenda abſolutoria,
vt in *praall. deciſ. 8. num. 13. de reſtitut ſpol. Rota
deciſ. 1161. num. 6. lib. 3. par 3. diuerſ. Creſcen. d.
deciſ. 1. de exceptio.* & latè explicat *Mandoſ. in
praall. q. 15. ex num 1. & per to. Seraph deciſ. 775.
num 3.* vbi ait, id plus quàm ſexcentiès fuiſſe ob-
ſeruatum.

Alterum, quod dicta Regula ex eodem princi-
36 pio decernit, eſt, vt *ſi † quando literæ, per praoccu-
pationem, vel aliàs, minus benè expeditæ reperian-
tur, ad illorum, quorum intereſt inſtantiam, ad
Apoſtolicam Cancellariam remitti poſſint per eius
Officiales, quibus huiuſmodi tenores, & formas re-
ſtringere conuenit, ad formas debitas reducenda:*
hæc enim ſunt verba ipſius Regulæ, quæ ſigillatim
explicantur per *Mandoſ. quaſt. 19.* Procedit ve-
37 rò totũ hoc ex ſuppoſitione, quod literæ † diſcor-
dent à ſupplicatione in ſubſtantia, ſimulquè quod
dum Iudex, ex ſuperiori parte Regulæ adſtringitur
iudicare iuxta earundem literarum formam, indè
præiudicetur ipſi gratiæ in ſubſtantia, quod eſt ex-
tra omnem poteſtatem ipſorum Officialium, vt
reſpondit Rota in *Toletana Parochialis de Alcau-
dete 4. May 1596. coram Cardinali Arigonio, im-
preſſa apud Marcheſ. tom. 1. pag. 426. num. 2. & ſe-
quuta eſt Rota in cauſa Ortolen Canonicatus 10.
Iun. 1610. coram bo. mem. Remboldo, Caualer. dec.
255. num. 9. & deciſ. 285. nu. 2. poſt Butr. conſ. 49.
num. 4. & Pariſ conſ. 112. ex num. 8. lib 4.*

38 Nequè tamen iſta † remiſſio ad corrigendum
ſemper eſt neceſſaria, vndè nec regula imponit
hanc neceſſitatem, ſed potius id relinquit arbitrio
39 Iudicis, † ibi, *remitti poterũt, l. Nepos Proculo 125.
cum ibi nota. de verb. ſign. Bart. in l. alio harede
num. 9. de alim. & ciba. lega. cum adductis per
Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. quaſt. 8. num. 47.* licèt
40 enim † teneatur iudicare ſecundum literas, & co-
gnitio diſcordiæ, ex qua deducitur mala expedi-
tio, videatur pertinere ad ipſos expeditores, *Ve-*
41 *rall. deciſ. 174. n. 1. & 2. par. 2.* attamen † id intelli-
gitur de diſcordia inconciliabili; nam ſi conciliabi-
lis ſit, vel deprehendatur error, non eſt neceſſaria
remiſſio, ſed ſaluantur literæ, & earum expeditio, vt
benè per *Verall. dec. 175. n. 5. & per to. ead. par. 2.*

Nequè hoc caſu videtur deflecti à ſuperiori par-
te iſtius Regulæ; adhuc enim dicitur iudicari ſe-
cundum earum formam intrinſecam, quam re-
cipiunt à forma ipſius ſupplicationis, in qua ſub-
42 ſtantiatur gratia; exemplo inſtrumenti † per No-
tarium publicati, & diſcordantis à matrice: quip-
pè exhibita matrice, ſtatim detegitur error Nota-
rij in exemplatione, vt concludit *Bart. in l. ſi Li-
brarius 90. num 9 de Reg. Iur* indequè errore
huiuſmodi detecto, non eſt neceſſe, quod remit-
tatur inſtrumentum illud publicatum, ad corrigẽ-
dum, ad effectum vt ex eo validè iudicari poſſit,
ſed eſt ſatis exhibere matricem, vt ſecundum il-
lius tenorem reguletur inſtrumẽtum publicatum,
& ſecundum illud ſic regulatum, Iudex pronũciet;
43 ea ſcilicet ratione, quod † illæ duæ ſcripturæ con-
ſiderentur tanquam vnum quid, ad faciendum vni-
cam probationem; modò vt matrix præualeat, ve-
luti ſcriptura magis originalis, ad hunc ipſum effe-
ctum adæquandi formam publicati inſtrumenti,
ad propriam ſuam, vt elegantiſſimè ex mente
Bart. ibi num. 3. docet *Bald. in l. Sempronius 48.
ſub num. 1. verſ. nota hic. quod dua ſcriptura, &
verſ. & dicit hic Bartolus, de leg. 2.* & in his termi-
nis cenſuit Rota in præfata *Toletana Parochialis*,
& in dicta *Ortolen Canonicatus*.

44 In tantum, vt ſi literæ † reſtringãt gratiam, puta
ex cancellatione alicuius vocis adiectę in corpore
ſupplicationis, quæ nihilominus fuerit admiſſa in
clauſulis generalibus, adhuc præualeat ſupplica-
tionis virtus in ſecunda parte, ſufficiatquè dari hãc
inſtantiam, quod Camera, cui in expediendo la-
tiores fuerunt conceſſæ habenæ, dediſſet literas,
cum illa clauſula, vt reſoluit Rota apud *Pute. deciſ.
228. lib. 1. in correct.* Nec quicquam in Curia adeò
45 eſt vulgatum, quàm † ſatisfactum cenſeri Regulæ
huic, ſi ſemel fuerint literæ qualeſcunquè produ-
ctæ, vt exinde obſeruetur tenor, & forma ſuppli-
cationis, ad hunc ipſum effectum docendi de qua-
litatibus gratiæ, ex decretis, & alijs clauſulis in
ipſa ſupplicatione appoſitis, ſecundum opinionem
Rotæ, quam retulit Sarnenſis, licèt ipſe videatur
reluctari, ad hanc ipſam Regulã *quaſt. 10. Seraph.
deciſ. 764. nu. 4. & 5. Caualer. in praall. deciſ. 255.
num* 10. & fuit dictum in *Aretina commenda, 19.
Iun. 1587. & in Toletana annatarum, 19. Iun.
1589. coram Orano*, prout refert *D. Theodoſ. Rube.
in iuri ſingul. pag. mihi 398.*

46 Et hæc quidem æquiparatio † inter matricem,
ſiuè protocollum inſtrumenti, & ſupplicationem,
ſiuè reſcriptũ Papæ, quàm aptiſſima eſt; quemad-
modum enim ideo protocollum Bartolo, & Baldo
loco ſuperiùs allegato, in comparatione inſtru-
menti inde ſumpti, dicitur ſcriptura magis origi-
nalis, veluti confecta partibus præſentibus, ità di-
citur magis originalis ſcriptura ipſius ſupplicatio-
nis manu Papæ ſignatæ. in comparatione litera-
rum, quæ poſtmodum ſunt expeditæ; quià ſcilicet
47 habeat † ſubſcriptionem ipſius Papæ, nec priùs
ſignata, & regiſtratã ſit, quàm fuerit per Datarium
viſa, & per Reuiſores & reliquos Officiales reuiſa,
adeoquè curioſiùs & diligentiùs examinata, vt põ-
derat *Rota apud Caualer. d. deciſ. 255. ſub nu. 9.*

verſ.

Digitized by Google

verſ. & ratio eſt, quæ duplicatur in *recen. par. 2.*
deciſ. 465. ſub num. 4. Diuerſo tamen iure vti-
48 mur, ſicubi † ſupponatur diuerſitas inconciliabi-
lis, quæ nullitatem ipſam literarum concludat, quò
tendit motiuum *Sarnen. in practt. quæſt. 10. verſ.*
tamen iſta ratio, veluti in caſu *Achil. deciſ. 281.*
aliàs 18. de conceſſ. preb. vbi in fine legitur, literas
vel eſſe corrigendas, vel de nouo expediendas.
49 Alterius † autem Regulæ 31. *Quod omnes, &*
ſingulæ commiſſiones cauſarum, quas in antea fie-
ri contigerit, obtentu, vel occaſione conceſſionum
duntaxat Apoſtolicarum, de beneficijs Eccleſiaſti-
cis gratiarum, ſuper quibus literæ Apoſtolicæ con-
fectæ non fuerint, ac proceſſus deſuper habendi,
nullius ſint roboris, vel momenti, longè alia, quàm
50 ſuperioris eſt ratio, tametſi enim † Mandoſ ad hãc
ipſam Regulam, *in 1. q. ſub num. 12. ad fin. verſ. ra-*
tio tamen, & numeris ſequentibus, exploſa opi-
nione Caſſadori, exiſtimauerit, rationẽ huius Re-
gulæ eſſe perſpicuitatem neceſſariã ceù in libello,
quæ non poteſt aliter concipi, quàm ex literis ex-
peditis, ex quo, vt ſuprà viſum eſt, ſupplicatio ru-
dem duntaxat, & informem exhiber gratiam; at-
tamen iſthæc eius doctrina, non videtur recipien-
da; confundit enim eum hac Regula, ſuperiorem
de non iudicãdo iuxta formã ſupplicationum: Nec
quadrat ratio hæc ſua Regulæ huic; nam vis iſtius
Regulæ, non reſpicit exercitium iuriſdictionis in
iudicando, vt illa prior, ſed in procedendo, adeò vt
annullet proceſſum vſquè à principio, reddatquè
inefficacem commiſſionem ipſam, ſiuè reſcriptum
delegatorium pro cognitione cauſæ: & vlteriùs
non exigit Regula iſta productionem literarum,
itàut ſecundum eas poſſit conſtitui illa certitudo
libelli, ſed earundem literarum confectionem dun-
51 taxat: quapropter † quandocunquè iuſtificetur
literarum confectio ante commiſſam cauſam, re-
manet extincta vis iſtius Regulæ, vt ſupponitur
apud *Caſſad. deciſ. 4. & 5. per to. ſuper Reg. Ant.*
Auguſt. ad hanc ipſam *Reg. 29. in epit. num. 3.*
Verall. deciſ. 39. par. 3.
52 Eſt igitur aduertendum, Regulam hanc † non
reſpicere gratias Apoſtolicas de vacantibus tàm
de iure, quàm de facto (in quibus poſſet videri
fruſtratoria illius diſpoſitio) ſed reſpicere gratias,
ſeù conceſſiones de beneficijs, quæ fiunt ex ſuppo-
ſitione intruſionis alterius, cum quo neceſſariò de-
beat inſtitui formale iudicium, ſecundum ea, quæ
ſcripſimus *lib. 2. q. 44* ſæpè enim, antequàm poſ-
ſeſſor efficiatur annalis, vel triennalis, eſt qui eius
beneficium impetret, vt mox inſtituendo litem,
curſum annalitaris, vel triennalitatis interrumpat,
poſſitquè ad ſubrogationẽ aſpirare; quod vt plu-
rimum cùm temerè fiat, aliquando verò iuſta de
cauſa, ideò ad cohibendum temeritatem, & dolum
impetrantiũ, ſi quod latet malum conſiliũ, illi non
leuitèr occuritur, per neceſſitatem hanc inſumen-
di pecunias pro expediendis literis Apoſtolicis,
antequàm poſſit per eos lis moueri, & hoc eſt
quod ſubtilitèr aduertit *Caſſad. deciſ. 1. ſub nu. 5.*
verſ. ſeu potius, ſuper Reg. vbi contemplatur incõ-
modum iſtud impetrantis in abſumendo pecunias,
in ordine ad auertendum ab eo temeritatem hanc.

53 Et quamuis † reſpectu ipſius actoris, & commit-
tentis, non impediatur lis, *Ant. Auguſt. loco ſuprà*
54 *alleg. num. 6.* nihilominus reſpectu † Rei, & poſſeſ-
ſoris, id prorſus eſt impoſſibile, nec ideo poſſunt
pro eius parte conſiderari attentata, vt per eun-
dem *Ant. Auguſt. eod. lo. num. 21. Creſcen. deciſ. 2.*
num. 9. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.
Cæterùm, quià ratio hæc fundatur in facto ma-
55 gis poſſibili, quàm neceſſario, Regula † iſta eatenus
procedit quatenus de ea detur per ipſum poſſeſſo-
rem, tunc enim demùm fit retrotractio, etiam an-
nullando quoſcunquè proceſſus, cum re iudicata,
56 *Verall. deciſ. 38. n. 1. & 2. par. 3.* & ceſſante † ma-
nifeſta ſuſpicione calumniæ, huic quoquè Regulæ
derogatur, in committenda cauſa per Signaturã,
ſiuè Gratiæ, ſiuè Iuſtitiæ, ſub hoc temperamento,
videlicet, dummodò ante terminum ad articulan-
dum, literæ expediantur, *Caſſador. deciſ. 4. num. 1.*
57 *ſuper Reg.* & ſi † commiſſio reperiatur expedita
ſine dicta clauſula, conſueuit reformari, & com-
mitti eidem Auditori in Curia, qui procedat
perinde ac ſi præinſerta ſignata eſſet cum Clauſu-
la huiuſmodi; quod ſine aliqua difficultate, & etiã
abſquè citatione partis obtinetur, vbicũquè Actor
eſt prouiſus tanquam de reſeruato, contra intru-
ſum per inferiorem, & cuius propterea interſit ar-
ticulum reſeruationis diſcuti, antequàm expenſa-
rum mole grauetur in expediendis literis, & ſol-
uenda annata; quemadmodum ſeruatum fuit in
vna Placentina Archipresbyteratus, in qua ad cõ-
ſultationem meam de anno *1622.* ſimilis commiſ-
ſio fuit per Sanctiſſimum D.N. Vrbanum Octauũ,
tunc Signaturæ Iuſtitiæ Præfectũ ſignata, directaq;
Rpd. Pirouano; & Rota exhibita ſibi ſola ſuppli-
catione, ſub die 14. Nouembris iuſſit diſputari, an
gratia Apoſtolica eſſet quoad reſeruationem iu-
58 ſtificata: ceſſat enim † hoc caſu ratio Regulæ, &
nihilominus, vis illius (quatenus concernit fauorẽ
Rei, & poſſeſſoris qui laceſſitur) penitus non extin-
guitur; nam ſi diù differat actor validè ſeruare
terminum ad articulandum, quià medio tempore
non datur vndè conualeſcat commiſſio, cum toto
proceſſu, hoc neceſſariò ſequitur, vt non impedia-
tur, quin ſemper æſtimetur poſſeſſio Rei pacifica,
& ſine lite, & ſic poſſit effici triennalis, vt reſoluit
Rota apud *Verall. deciſ. 37. ex num. 4. & per tot.*
par. 3.
Poſtrema deniquè eſt fundata ſuper ratione ibi
59 relata, videlicet quià diſpenſationes † habent ſuas
formulas, ad quas petita in ſupplicatione perpe-
tuò reſtringuntur, quapropter, dum formulæ ip-
ſæ, non ſunt in literis extenſæ, impoſſibile eſt, vt
cuiquam ſuffragentur diſpenſationes, nec quidem
in foro conſcientiæ, vt latè deducit *Hieron. Paul.*
in pract. Concellar. tit. declarator. ſuper proponen.
verſ. vbi Papa concedit gratiam, quem ſequutus
fuit *Gomeſ. ad Reg. de non iudican. in 9 quæſt. verſ.*
ſed prædictis non obſtantibus, quos minus iuridi-
cè improbat *Sanchez de matrim. lib 8. diſput. 29.*
num. 5. vt merito ab eo accuratè ſit cauendum,
quemadmodum ab alijs, quos in hanc rem rolli-
gunt *Garz. de benefic. par. 4. cap. 2. nu. 30. & Mo-*
neta de commut. vlt. vol. cap. 6. in 3. quæſt. n. 116.

Quamuis

Digitized by Google

Quamuis enim id videatur probabiliter aſſumi
60 ex doctrina † *Abb. in clem. audum ſub n.58. verſ.*
& fere ſemper, de ſepultur quem ſequitur *Felin. in*
Rubr. ſub num.6 ad fin. verſ. ſecundus caſus eſt, de
Conſtitut. Rebuff in prax. tit. de Signat grat. in
princ. num.8 Emanuel Sa, in Aphoriſm. confeſſar.
in verb. gratia, nu.21. & poſt alios ex moderni-
oribus, præter *Sanch. vbi ſupra*, id etiam videantur
probaſſe *Garz. de benef. d. par.4. c.2. nu.30 et Mo-*
net. de Commut. vltim. volunt. ca 3. quæſt. nu.116.
Attamen id intelligitur, niſi refragetur ipſius Papæ
voluntas, & propterea, vt magis explicaretur vo-
luntas hæc in contrarium, in hac ipſa Regula, adie-
61 cta fuit illa † clauſula, *in iudicio vel extra*, vt ad
ipſam Regulam nuper aduertit *Io. à Cok. ſub num.*
11. verſ. ſed cum à tempore Pÿ Quinti, & Garz.
d. cap.2. num.31.

Si enim literis non expeditis, nec quidem ex-
tra iudicium, diſpẽſatio ſuffragatur diſpenſato, vti-
què in eo eſt penitus eliſa ipſa diſpenſatio, ſiuè ſit
in forma commiſſaria, ſiuè ſit in forma gratioſa,
62 cùm ex toto † pendeat à volũtate Principis, *Sua-*
rez. de legib. lib.6. cap 20. num.5. & 6. Quocirca
quantum pertinet ad perſonam diſpenſati, perinde
eſt ac ſi nuſquam emanaſſet talis diſpenſatio, vt in
63 ſimili, ſi propter † naturam rei, veluti ſi inunda-
tum ſit, aut propter latronum potentiam non po-
teſt prædium poſſideri, rectè dici non eſſe quod
poſſideatur, prudentiſsimè Paulus ait in *l. cùm*
vnus 12. §. vlt. C. de bo. auctor. Iud. poſſi.

Quæ verò ipſe Sanchez eodem loco, ad adſtruẽ-
dam adeò abſurdam ſententiam, in re plena pe-
riculi aſſumit, longè à terminis iſtius Regulæ peti-
ta ſunt: nam quod primum admittit, gratiam lite-
ris expeditis, eſſe informem, & imperfectam, re-
ſpectu tamen perfectionis requiſitæ per Regulas
Cãcellariæ, certè nihil concludit, poteſtquè videri
mancum, & mutilum; cùm imò potius ſecundum
ipſius iuris communis Regulas imperfectio iſta
conſtituatur; nam licèt non tangat ſubſtantiam
gratiæ, ſed illius probationem dumtaxat, attamen
dum quæſtio noſtra eſt de vſu ipſius gratiæ, hæc pa-
ria ſunt, cùm vbi de vſu huiuſmodi agitur, idem ſit
64 non † eſſe, vel non apparere, *d. l. cum vnus, Rota*
decif.79 num.3. par.2. diuerſ.

Neque ſuppoſitio gratiæ in ſua ſubſtantia, ſal-
uat conſcientiam; quia dum is qui gratiam prætẽ-
dit illi innititur, actus hic, ex ſui natura implicat
vſum inordinatum, cõtra mentem videlicet Prin-
cipis gratiam concedentis, & ordinem præſcribẽ-
tis, & ſic aliquid iam molitur, & contra mentem
ipſius concedentis, & contra ipſius legis intentio-
65 nem: neque verò dubium eſt † legem obligare
etiam in conſcientia, vt contra nonnullos diſputat
Couarr. in Reg. Peccatum, 2. par §.5. ſub n.2. verſ.
hæc verò concluſio, poſt D. Thom. 2 2. q.96. art.4.
66 quod nullam admittit difficultatem † in lege Ec-
cleſiaſtica, adeoquè ipſius Summi Pontificis, *Soto*
de Iuſtit. & Iur. lib.1. q.6. art.4. in 4. concluſ. niſi
67 videlicet † appareat de contraria intentione Legiſ-
latoris, qui noluerit obligationem ad forum con-
ſcientiæ extendi, vt latè explicat *Suarez de legib.*
lib.3. cap. 22. num.5. & 10.

Quod verò ſubijcit, reſpondendo ad hanc Regu-
lam, eam non dicere, gratiam non valere literis
non expeditis, ſed gratiam non ſuffragari, verbum
68 autem † iſtud *ſuffragari*, referendum eſſe ad forum
contentioſum, quaſi propriè ſignificet aliquid per-
tinens ad controuerſiam, ex notatis per Doctores
in *Rubric. C. de ſuffrag.* non eſt alicuius momenti,
nam imò verbum iſtud *ſuffragari*, idem ſignificat,
quod iuuare, & opitulari, & ita ſumitur *in l. vn.*
C. de ſuffrag. in cuius ſpecie, non venit in iudicium
ſuffragium, ſed certum, quod petitur ex ſuffragio;
neque exiſtimo, aliquem eſſe adeo rudẽ Latini ſer-
monis, qui ignoret, per Metaphoram, verbum hu-
iuſmodi *ſuffragari*, referri ad quodcunquè extrin-
ſecum (vt ita loquar) iuuamen, ſiuè deferatur à
perſona perſonæ, ſiuè à quacunquè re perſonæ, vel
rei; *capiebam animo, non mediocrem voluptatem,*
quod cuius officium mihi ſaluti fuiſſet, ei meorum
temporum memoriam ſuffragari videbam, inquit
Cicero *in oratio.51. pro Cne. Planeio.*

Neque aut Gigas in *tractat. de Penſion. q. 34.*
nu.9. & 10. aut Ludouicus Gomes *ad Reg. de non*
iudican. iuxta formam ſupplicationis, in q. 14.
aliquid in hanc ſententiam confert, quod merea-
tur attendi; vterquè enim præſupponit id de quo
69 diſputatur, videlicet Regulam reſtringi † ad forum
contentioſum, ſed neuter hoc probat, nequè at-
tingit rationẽ ipſius Regulæ; & deniquè Gomeſius
ipſe, *ad fin. d. q.14.* agnoſcit, ſententiam ſuam non
tranſire ſine difficultate, propter motiua Hierony-
mi Pauli in contrarium, & ſic remanet perplexus;
tametſi enim adhùc, pro ſua opinione afferat au-
ctoritatem Gloſſatoris antiqui ad hanc Regulam,
tamen Gloſſator hoc non dicit, ſed tantum mo-
70 net, tunc pependiſſe in Rota articulum, an † diſpẽ-
ſatus ad incompatibilia, ea retinens literis non ex-
peditis, incidat in pœnam extrauagantis, *execrabi-*
lis, quod vt ſimpliciter concedi poteſt, *ex Caſſado.*
decif. 36. nu. 1. & per to. ſuper Regul. ità nihil ad
71 forum conſcientiæ: habet enim id † particularem
rationem; quià dum ità diſpenſatus continuat in
retentione, nihil de nouo molitur, ſatiſquè eſt eũ
non eſſe in mora expediendi literas, nam ſi in mo-
ra ſit, quamuis expeditis mòx literis, eæ ſibi ſuf-
fragentur, vt non videatur nouam inhabilitatem
72 incurriſſe in vim dictæ extrauagantis, nequè † litis
pendentia facultatem hanc expediendi interci-
piat, *Caſſado. decif.35. num 4. ſup reg. Soc conſ.41.*
num.4. lib.3. quos ſequuta eſt in his terminis Ro-
ta in vna *Vrgellen. & Viſen. prapoſitura 28. Maÿ*
1557. coram Oradino, impreſſa per *Garz. de benef.*
par.4. cap.2. num.29. Attamen interim dum reti-
73 net, facit actum contrarium Iuſtitiæ, & ſic † graui-
ter peccat; nequè à peccato excuſatur, quià habe-
ret gratiam ex reſcripto, ſiuè Signatura Papæ, vt
benè diſtinguit, & rem hanc aperit *Gemin. in*
conſ.106. ſub num.6. ad fin. verſ. ſtatim ergò, ibi,
licet peccauerit retinendo, quod non ſatis perpen-
ſum fuit per *Gomeſ. loco præcita.* dum nititur au-
ctoritati ipſius Geminiani, quæ eſt in oppoſitum.
74 Et hinc conſtat, † perperam quoquè per eundẽ
Sanchez exponi verba prædicta, *in iudicio vel ex-*
tra, vt per ea non intelligatur innouata receptiſ-
ſima

ſima (ſic ipſe loquitur) doctrina, quod diſpenſatio literis expeditis ſuffragetur in foro conſcientiæ, cùm poſſint intelligi de controuerſijs extraiudicialibus. Nam quantum pertinet ad hanc Regulam, tantum abeſt, vt ea opinio dicatur receptiſſima, vt imò potiùs per neminem Claſſicum Doctorem approbetur; & qui in contrarium citantur, vel loquantur extra terminos diſpenſationis, adeoquè huius Regulæ 51. quales ſunt Abbas. Felinus, Rebuffus, Emmanuel Sà, & alij ſuperiùs allegati, vel eam abſolutè non approbent, qualis eſt *Gomeſ. in d. q. 14.* qui tamen ſibi parum conſtans eſt, nec videtur attigiſſe rationem iſtius Regulæ: vt meritò nihili facienda ſit eorum ſententia, qui non expenſo, quomodò, vel qualitèr loquatur, adeò abſurdum axioma ex illius auctoritate conſtituerunt, vt in ſpecie Gigas, & moderniores alij ſuperiùs allegati.

Et ſanè abſurditas hæc patet ad ſenſum; aliud enim eſt, quod ante literas expeditas quis dicatur habere gratiam diſpenſationis, & longè aliud, quod ea gratia habeat ſuam actiuitatem reſpectu finis, in quem eſt intenſa; vndè vel ità diſpenſatus habet intentionem expediendi literas, aut non habet; & primo quidem caſu grauitèr peccat, dum gerit ſe pro diſpenſato, non quia literas adhuc nõ expedierit ſimplicitèr, ſed quià propter interdictum ſibi vſum, ſeù (vt cum ipſa Regula loquar) diſpenſationis ſuffragium, reſpectu ipſius vſus, non
75 eſt diſpenſatus; ſi enim † non poteſt gratia vti, reſiſtente Regula, vt in his terminis admittit *Socin. ſen. d. conſ. 41. ſub num. 3. verſ. tertio reſponderi poteſt, lib. 3.* iam reluctatur contra mentem Papæ diſpenſantis, & ſic peccat, iuxta ſententiam *Gemin.* ſuperiùs relatam, & expenſam: Quod non animaduerterunt ij, qui tàm facilè, quaſi ex ſententia eorundem *Socin. Sen. & Gemin.* contrarium firmarunt, & qui non conſiderarunt, poten-
76 tiam † impeditam, nullo modo eſſe æquiparandam actui, *l. quæſitum 76. §. illud fortaſſis de leg. 3. Franc. Bec. conſ. 105. num. 3. Decian. conſ. 88. num. 19. lib. 2.*

Altero verò caſu grauiùs peccat, quià præuaricatur legem ipſius Papæ, à quo reatu in foro conſcientiæ, eum minimè excuſat, quòd Papa verbis claris, & rotundis, non expreſſerit in hac Regula, eum adſtringi etiam in foro conſciẽtiæ, nam, cum id ſit de ratione ipſius legis, vt non minus in foro conſcientiæ, quàm in foro externo obliget, vt ſuprà oſtenſum eſt, argumentatio ex ſe corruit;
77 cùm, ſecus ac ipſi exiſtiment, eatenus † maneat hæc obligatio in foro conſcientiæ, quatenus expreſsè, & verbis manifeſtis, non eſt relaxata per ipſummet Legiſlatorem, vt concludunt *Soto de Iuſtit. & Iur. in præcita. lib. 1. q. 6. in 4. art. poſt med. verſ. quocirca fidiſſima Regula eſt, & Suar. de legib. d. lib. 3. cap. 22. num. 5. & 10.*

Quod ſi inſuper contemptus accedat, etiam quod
78 aliàs † ſupponeremus, Papam noluiſſe inducere hanc obligationem in foro conſcientiæ, actus non poſſet vacare peccato mortali, quod operatur, vel ſolus ipſe cõtemptus, quemadmodum ex doctrina *D. Thom. 2. 2. q. 186. art. 9. per to. & Io. Andr. in cap. Sacris, ſub num. 20. verſ. ſed nunquid participans, de his quæ vi metuſuè cauſa fiunt.* & ex alijs pluribus colligit *Couarr. in cap. peccatum §. 5. ſub num. 2. ad fin. verſ. nec interim omittendum eſt.* Non me tamen fugit, humanam, ſeù veriùs inhumanam audaciam eò proceſſiſſe, vt inter Chriſtiani nominis viros reperti ſint qui hanc, & alias leges Romani Pontificis, neceſſitatem expediendi literas imponentes, de iniuſtitia, & iniquitate arguere auſi fuerint, quorum argumentis inferiùs commodiori loco reſpondebitur, nè ſub eorum auctoritate, puſilli, diris adeò implicentur laqueis.

SVMMARIVM.

1 *Narrarè quæ oporteat, vt tacita, reddant gratiam nullam.*
2 *Nullitas actus, eſt pœna.*
3 *Pœna, dicitur, quæ patrimonium noſtrum minuit.*
4 *Secundum tamen ſtrictiorem ſignificationem.*
5 *Pœna, dicitur, quæ eſt intenſa ad coercitionem.*
6 *Gratiam amittere, pœna eſt.*
7 *Pœna, non incurritur, niſi in caſibus à iure expreſſis.*
8 *Exprimi, quot modis, quid dicatur.*
9 *Expreſſio narrandorum in reſcriptis Apoſtolicis, debet fieri verbis Latinis, & vſitatis.*
10 *Verba affectata, vel obſoleta, Iuriſconſulti vbiquè ſtomachabantur.*
11 *Verbum, quod dicatur ambiguum, & quod obſcurum.*
12 *Supplicans Papæ, debet vti ſermone, qui poſſit per Papam intelligi.*
13 *Ambigua intentio, in iudicijs, explicatur, ſecundum quod eſt vtilius ponenti, ſecus verò, in gratijs ad beneficia.*
14 *Gratiæ beneficiales, reputantur ambitioſæ.*
15 *Verba ambigua expoſita Principi, recipiunt interpretationem, ſecundum ſenſum ipſius Principis.*
16 *Princeps, gratiam à ſe factam interpretando, nemini iniuriam infert.*
17 *Interpretatio, nulla admittitur in claris.*
18 *Expreſſum dicitur, quod venit in neceſſariam conſequentiam expreſſi.*
19 *Expreſſum, quomodo aliquid intelligatur in ſcriptura.*
20 *Tacitè, quid cenſeatur ſcriptum.*
21 *Et qualitèr id inducatur.*
22 *Expreſſum dicitur, quod ſequitur ex verbis expreſſis, tametſi expreſſio requiratur pro forma.*
23 *Modò conſequentia ſit infallibilis.*
24 *Et quæ ſit ratio.*
25 *Electiuum quod ſit beneficium, narrari debet.*
26 *Et an ſufficiat narrare, Eccleſiam habere Collegium, vel Conuentum.*
27 *Collegiata poteſt dari Eccleſia, abſque eo quod actu habeat Prælatum.*
28 *Prælatura in Collegiata, ſemper datur habitu.*
29 *Et actu, reſpectu perſonæ repreſentatæ in maiori parte Capituli.*
30 *Cura animarum, qualitèr cenſeatur implicitè narrata.*

31 *Cura*

31 *Cura animarum, debet narrari in indiuiduo, & ſpecificè.*
32 *Expreſſio reſultans ab expreſſis, quando ſufficiat.*
33 *Expreſſio per æquipollens, ſufficit, pro ſuſtinenda gratia.*
34 *Exprimendorum in reſcriptis Apoſtolicis ad beneficia, ſumma partitio.*

QVÆSTIO III.

Quæ narrari debeant, vt euitetur obreptio in prouiſionibus Apoſtolicis.

1 OMISSIS inutilibus diſputationibus, generaliter cō-
ſtituimus, ea demū † nar-
rari oportere, & tacitā
gratiam reddere nullam,
quæ lex exprimi mandat,
non autem alia, quantum-
cunquè videri poſſint a i-
qua ratione expreſſione di-
gna, fuit hæc ſententia *gloſſæ in clemen. 1. in verb.
vel alteri, verſ. non enim habetur in iure expreſ-
ſum, de praben. Felin. in d. cap. ſuper literis, ſub
num. 2. verſ. limita primo, & in cap. poſtulaſti,
ſub num. 1. verſ. Declara etiam, & in cap. In
noſtra, ſub num. 19. ad fin. de reſcript. Bellam.
decis. 697. num. 4. verſ. Tertio, Rota deciſ. 32.
num. 1. eod. tit. de reſcript. in nou.* plures conge-
rit *Menoch. de arbitr. Iud. caſ. 201. num. 26.* qui-
*bus addi poſſunt Calderin. conſ. 10. eod. tit. de
reſcript. Milis, in verb. gratia non dicitur ſem-
per ſubreptitia, Verall. deciſ. 46. num. 1. & 2.
par. 2. & deciſ. 224. par. 3. Gregor. deciſ. 150.
num. 2.*

Cuius ſententiæ ea eſt manifeſta ratio, quià
2 quod † gratia ſit nulla, eſt quædam pœna. *l. ſenatus
cenſuit, 52. in princip. de contrab. emptio. Bart. in
l. Turpia 57 num. 1. de legat. 1. l. Prætor ait, 19.
§. interdictum, num. 2. verſ. & ideò dicatis, de op.
no. nunciat. & in l. 1. num. 2. ff. de his quæ pro
non ſcrip. hab. Bald. in l. nemo martyres, num. 5.
C. de ſacroſanct. Eccleſ. Felin. in cap. 1. num. 1.
de teſtibus, quos ſequutus fuit Vant. de nullit. tit.
quid ſit nullitas num. 15. Caſſador. deciſ. 14. nu. 9.
ſuper reg.*

3 Quamuis enim pœna, † in ſtrictiori ſignificatio-
ne, ea dicatur duntaxat, quæ patrimonium no-
ſtrum minuit, *Ioann. Andr. in cap. quoniam, 50.
num. 5. verſ. circa quod nota, de electio. in ſexto,* &
4 propterea † id videatur referri ad impropriam
ſignificationem, *Bald. in d. l. nemo martyres, num.
6. & Felin. in d. cap. 2. num. 1. de teſtib.* nihilo-
5 minus † quantum attinet ad ſubiectam materiam,
propriè dicitur pœna ab effectu, ex quo intenſa
eſt ad correctionem, *l. Aliud eſt fraus, 131. §. pœ-
na, de verb. ſignif. §. pœnæ quoquè nomine, Inſti-
tut. de legat. Io. Kal. in ſuo lexico iurid. in verb.*
6 *Pœna;* & quod ideò † gratiam amittere ſit pœna,
pronunciauit *Rota in recent. deciſ. 567. num. 2.
par. 1.*

7 Pœna verò nunquàm † incurritur, niſi in caſi-
bus à iure expreſſis, *gloſſ. in cap. vlt. in verb. ex vi
iuris patronatus, ad fin. verſ. propter hoc non
puniuntur, de iur. patron. & in cap. vn. in verb.
eis cenſendum, verſ. contenti enim eſſe debemus,
de vo. & vo. redempt. inter extrauag. Ioan XXII.
& probat text. in l. at ſi quis, §. Diuus, ff. de relig.
& ſumpt. fun. & in §. cum igitur, Auth. de non
elig. ſecun. nub. Menoch. conſ. 431. num. 2. & conſ.
526 ſub num. 5. verſ. & primo quod ſicuti, & nu.
11. & in tract. de arbitr. caſ. 276. num. 1.* Et hanc
rationem, pro confirmatione ſententiæ huius, pro-
bauit *Calderin. conſ. 10. ſupracit. de reſcript.*

Diligenter igitur inquirenda ſunt ea, quæ lex
iubet in impetrationibus beneficiorum exprimi,
tùm vt certò conſtent, tùm vt modus exprimen-
8 di ſeruetur: quamuis enim quid † multipliciter ex-
primi dicatur, genericè videlicet, ſpecialiter, &
ſingulariter, vt docet *Bart. in l. 1. num. 9. ff. de
vulg. & pupill. & in l. ſi quis in principio, 22. ſub
num. 10. verſ. ego dico ſic, de liga. tertio,* & latè
explicant *Guglhel. de Bened. in cap. Raynutius,
in verb. ſi abſquè liberis moreretur, il ſecondo, ex
num. 14. de teſtam. Natta conſ. 474 num. 13. cum
alijs quos refert Surd. deciſ. 265. num. 43.*

Tamen, quocunque modo expreſſio fiat, eam
9 fieri † oportet per verba Latina, & vſitata, quæ
vel nulla, vel leui interpretatione egeant, vt mo-
net Iuſtinianus *in §. Nos igitur, verſ. illa namquè
in authen. de non alien. aut permut.* nequè enim
10 affectata, † vel obſoleta verba in ſupplicationibus
admittuntur, quæ etiam noſtri Iuriſconſulti per-
petuò ſtomachantur, vertuntquè in ſenſum, qui
plurimum ità loquenti noceat, vt in memorabili
exemplo apud Alciatum, *de verbor. ſignific. lib. 2.
num. 14.*

Idemquè prorſus de ambiguis, & æquiuocis di-
11 cendum; quamuis † enim ex ſententia Diodori,
reſpectu proferentis nullum ſit verbum ambiguū,
tamèn hinc non euitatur, quin reſpectu exaudien-
tis, cauſetur deceptio, ſiuè verbum in ambas ſigni-
ficationes exponi poſſit, vndè ambiguitas propriè
dicta, ſiuè in quamplures, vndè obſcuritas reſul-
tat, vt docet *Alciat. in l. nepos Proculo 125. nu.
8. & 9. de verbor. ſignif.* His ergò caſibus, expreſ-
12 ſio † non ſuffragatur, cùm Papa non poſſit diuina-
re ſibi ignota, vt optimè deducit *Aegid. deciſ. 2.
num. 3. Silua de benef. par. 3. quæſt. 11. num. 6.
verſ. ſeptima qualitas.*

13 Et propterea licet in iudicijs † intentio ambi-
gua, explicetur ſecundum quod eſt vtilius ponen-
ti, *l. ſi quis intentione, 66. de Iudic.* videaturquè
id quoquè trahi ad impetrationes reſcriptorum,
*Imol. conſ. 146. num. 5. Caſſad. deciſ. 6. num. 4. de
reſcrip. Petr. Barboſ. in repetit. d. l. ſi quis intentio-
ne num. 11.*

Tamen, ſecus eſt in gratijs ad beneficia; quià
14 præter id quod † ſapiunt ambitum, *Ioann. Andr.
in cap. duobus, 14. num. 7. de reſcript. in ſexto,* pen-
dent etiam ex toto, non ab intentione ſupplican-
tis, ſed ab intentione Papæ concedentis, ad quem
15 propterea † ſolum ſpectat declarare, in quo ſenſu
exceperit verba ſupplicis, vt eſt textus clarus, *in l.*

Neratius, 102. *de Regul. Iur.* nequè propterea
16 cuipiam † cenſetur iniuriam facere, *l. haredes pa-
lam.* §. 1. *vbi Caſtr. num. 4. ff. de teſtamen.* cum
alijs adductis per *Menoch. de Arbitr. Iud. q. 73.
ex num.* 16. ſequitur *Petr. Barboſ. in d. l. ſi quis
intentione, num.* 91. vbi ſub *num.* 94. admonet,
17 ideò † vtendum eſſe oratione clara, & perſpicua,
vt ſic euitetur periculum iſtud, cum in claris, nul-
la ſit opus interpretatione, *l. ille, aut ille* §. *cum
in verbis de leg.* 3. *cum ſimilib. vulgat.*
Implicita tamèn expreſſio, omni caſu ſufficiet,
18 etenim expreſſum † id ſatis dicitur, quod venit in
neceſſariam conſequentiam expreſſi, *Alciat. in l.
quod dictur.* 86. *num.* 7. *verſ. qua ratione, de ver-
bor. obligat. Felin. in cap. translato, ante num.* 5.
*verſ. ſed generalitèr, de conſtit. Menoch. de adi-
piſc. rem.* 4. *num.* 126. *verſ. quibus conſtat, Perег.
de fideic. art.* 3. *num.* 89. *Rota deciſ.* 450. *num.* 8.
par. 1. *diuerſ.*
19 Quamuis enim expreſſum, † relato termino ad
ſcripturam, id tantùm dicatur, quod ex intimo
mentis pectore ità in palam deductum eſt, vt cu-
iuſuis exterioribus oculis pateat, & legi poſsit, vt
per *text. in l. Gallus,* §. 1. *de lib. & poſth. ex Ruino,
& alijs per ipſum citatis, dicit Surd. in conſ.* 426.
num. 49. Quodquè apertum, & manifeſtum eſt,
Lap. Abb. in cap. 1. *num.* 6. *de conſtit. in ſexto*, taci-
20 tum verò, † quod per interpretationem diſcer-
nitur, vt *Surdus loco mox citato*, & ſic quod ex ſi-
gno aliquo tantùm inſpici, & legi quidem poteſt,
at non oculis corporeis, ſed lumine intellectus,
*Gugliel. de Bened. in cap. Raynutius, in verb. ſi
abſquè liberis moreretur, il primo, num.* 111. *de
teſtam. Cagnol. in l. expreſſa,* 156. *num.* 5. *de reg.
21 iur.* quod triplex † eſſe, nimirum præſumptum, ex
legis diſpoſitione inductum, & conſequutiuum,
tradit *Alciat. in l. cum quid ex num.* 16. 26. & 31.
ff. ſi cert. petat.
22 Tamen, expreſſum † etiam dicitur illud, quod
reſultat ex verbis expreſſis, etiamſi aliàs requira-
tur expreſſio pro forma, *Surd. qui alios allegat,
deciſ.* 254. *num.* 38. & *deciſ.* 255. *num.* 23. dum-
23 modò † conſequentia inferatur ex neceſſitate, at-
què ità prorſus ſit infallibilis, vt declarat *Felin.
in cap. In noſtra ſub nu.* 15. *circa fin. in* 11. *coroll.
verſ. ſed tenendum iſtud dictum, de reſcript.* data
24 enim † hac conſequentia infallibili, iam quod con-
ſequitur, dicitur oculis corporeis legi in expreſſis,
l. 1. *in princ. iuncta gloſſ. in verb. ſi extrinſecus, ff.
de his quæ in teſtam. del.*
Vndè licèt inter alias qualitates de iure expri-
25 mendas, illa præcipua † ſit, quòd beneficium ſit
electiuum, vt per *Felin. ibid. num.* 25. *Rota in
antiq. deciſ.* 41. *de reſcript cum alijs per Menoch.
de arbitr. d. caſ.* 201. *num.* 84. & *per Gonzal. ad
reg. de menſib. gloſſ.* 19. *num.* 7.
Non erit tamen huic requiſito ſatisfactum per
expreſſionem quod Eccleſia habet Collegium, vel
26 Conuentum, tametſi enim † electio Prælati ſpe-
ctet ad Collegium, ſiuè Conuentum, *cap.* 1. & *ibi
Panorm. & Anchar. vterquè num.* 1. & *alij paſ-
ſim, de electio.* vt ideò poſſit videri in neceſſarium
conſequens expreſſa hæc qualitas, quod benefi-
cium ſit electiuum, nihilominus quià conſequen-
27 tia illa non eſt infallibilis, ex quo † dari poteſt in-
ſtantia, quod dignitas Eccleſiæ Collegiatæ ad aliũ
pertineat, quàm ad Collegium, ad cuius eſſe non
exigitur, quod habeat formalitèr, & actu Præla-
turam, vt voluit *Archid. in can. ſicut in vnaqua-
que, ſub num.* 2. *verſ. & licèt non habeant Præla-
tum,* 21. *quæſt.* 2. *Abb. in cap. cum non ignores nu.* 5.
de praben. Lambertin. de iurepatron. lib. 2. *par.* 1.
quæſt. 5. *in princ. ſub num.* 20. *cum alijs per nos
28 citatis lib.* 2. *quæſt.* 14. *num.* 81. (quicquid ſit † re-
ſpectu potentiæ, & habitus, ad quod eſt referen-
da diſpoſitio *tex. in can. nulla ratione, diſtinct.* 95.)
29 & quicquid etiam ſit reſpectu † perſonæ Superio-
ris fictæ, & repreſentatæ in maiori parte Capituli,
Bald. in auth. habita num. 78. *C. nè fil. pro patr.
Felin. in cap. ex literis, num.* 5. *in princ. & verſ.
ad quod iſti non aduertunt, de conſtit.*) vtiquè cir-
cumſtantia hæc non poterit videri expreſſa, vi ne-
ceſſariæ conſequentiæ, iuxta doctrinam *Felin.
vbi ſuprà.*
30 Sicuti ex diuerſo, ſi narratum ſit, † Eccleſiæ
coniunctam eſſe poteſtatem excommunicandi, au-
diendi confeſſiones, conferendi Sacramenta Ec-
cleſiaſtica, & huiuſmodi, ſatis dicetur expreſſa
qualitas, quod Eccleſia ſit curata, quià licèt cir-
cumſtantia iſta debeat de neceſſitate exprimi, *Fe-
lin. in d. c. In noſtra, n.* 15. *in* 10. *coroll. Rota deciſ.* 1.
num. 3. *de offic. Archipresbyt. in antiq. cum alijs
per Menoch. d. caſ.* 201. *num.* 61. *Gonzal. vbi ſu-
31 pra gloſſ.* 6. *num.* 3. & 4. & iſta † expreſſio debeat
fieri in indiuiduo, & ſpecificè, *Bellam. deciſ.* 472.
quam ſic expendit Rota, in vna *Piſcien. ſeu Nul-
lius Iuriſdictionis*, 16. *Decembris* 1583. *coram
Gypſio, cuius meminit D. Theodoſ. de Rubeis ad
32 d. Bellam. deciſ. pag.* 246. ſatis tamèn dicitur † ex-
preſſa per ſuprà relatas circumſtantias ad hanc
ipſam neceſſariò concludentes, & ità hos caſus
optimè diſtinguendo, & declarando, determina-
uit *Rota in antiquior. deciſ.* 13. *num.* 6. & *per tot.
de praben.* & *comprobat Felin. vbi ſuprà d. num.*
15. & *latiſſimè diſcutit Caſſad. deciſ.* 12. *per tot.
33 de praben.* vbi quod expreſſio † facta per æqui-
pollentiam valet, ſicuti directa, & nominata, *vt
ibi per eum num.* 4. & *ſequuta eſt Rota in præall.
Piſcien. ſeu Nullius Iuriſdictionis*, 29. *Nouembris*
1585. *coram Gypſio*, & *in Aretina, ſeu Montis
Politiani Iuriſdictionis*, 10. *Martij* 1595. *coram
eod. quarum meminit idem Dominus Theodoſius
ad d. deciſ. Caſſad. pag.* 293.
34 Eorum igitur, quæ de iure exprimenda † ſunt,
alia reſpiciunt ſubiectum ipſum, quod impetratur,
alia perſonam impetrantis, & alia deniquè præiu-
dicium tertij, vt optimè colligit *Menoch. eod. caſ.*
201. *ſub num.* 32. *verſ. crederem ego*, de quibus ſin-
gulis, per ordinem eſt videndum.

SVMMARIVM.

1 *Literæ obſcuræ ſumunt interpretationem à ſuppli-
catione.*
2 *Reſcriptum, regulatur ex narratis in ſuppli-
catione.*

3 *Suppli-*

Digitized by Google

3 *Supplicatio, exponit reſcriptum.*
4 *Reſponſum indefinitum, intelligitur ſecundum interrogationem finitam.*
5 *Reſcriptum Principis, cenſetur conformatum petitioni.*
6 *Reſcriptum exigit concurſum intentionis reſcribentis, cum petitione ſupplicis.*
7 *Reſcriptum, reſtringitur ad limites narratorum in ſupplicatione.*
8 *Gratia, de vno beneficio, non extenditur ad diuerſum.*
9 *Reſcriptum determinatum, non ſumit interpretationem à petitis.*
10 *Supplicationem pro beneficio, quantum referat benè concipere.*
11 *Conſiſtoriales prouiſiones, fiunt cauſa cognita.*
12 *Qualitates, quot generi adyciuntur, tot inde efformantur diuerſa ſubiecta ſpecie differentia.*
13 *Qualitas, apud Iuriſconſultos, pro ſpecie vſurpata.*
14 *Qualitas generi ſuperinducta, rem nouam facit.*
15 *Informatquè ſubiectum.*
16 *Adÿcit nomen ſpeciei ex ſe producta, ſuppreſſo generis nomine.*
17 *Qualitas, nomen ſignificat.*
18 *Nomen generis, apud genus remanet, pro denotanda illius ſimplicitate.*
19 *Beneficiũ ſimplex ſolùm, retinet nomen beneficÿ.*
20 *Qualitas beneficÿ, quæ de natura ipſius, ſecundum ius commune ineſt, non eſt neceſſariò narranda.*
21 *Etſi narretur, non eget iuſtificatione.*
22 *Obreptio non cadit in his, quæ conſiſtunt in iure.*
23 *Qualitas naturalis, præſumitur durare, & qui negat probare tenetur.*
24 *Qualitas beneficÿ, quæ illi inhæret de iure ſingulari, narranda, & explicanda eſt.*
25 *Qualitates alterantes ſubſtantiam beneficÿ, quænam ſint.*
26 *Beneficium ſimplex, poteſt conferri puero.*
27 *Beneficium ſimplex, eſt illud, quod caret officio, Dignitate, & adminiſtratione.*
28 *Beneficium ſimplex, aliquibus opponitur curato.*
29 *Altare erectum, & dotatum in aliqua Eccleſia, dicitur beneficium ſimplex.*
30 *Beneficium, qua miſtura deſinat eſſe ſimplex.*
31 *Qualitates ſubſtantificæ, quæ dicantur.*
32 *Qualitas naturalis, quando cedat accidentariæ.*
33 *Beneficÿ appellatione, non venit beneficium qualificatum.*
34 *Miſtum, nunquam venit appellatione ſimplicis.*
35 *Miſtio, vbi eſt huiuſmodi, vt non poſſit ſecerni quod ſimplex eſt, nuſquam comprehenditur ſub ſimplici.*
36 *Beneficium ſimplex, vbi impetratur, qualitèr concipiatur ſupplicatio, & huius conceptionis ratio latè explicatur.*
37 *Beneficÿ ſubſtantia, non ſtat in nomine, ſed in re.*
38 *Nomen non curatur, vbi ſubſtantia eſt certa.*
39 *Curæ animarum qualitas, quàm accuratè narranda.*
40 *Beneficia omnia, de iure communi præſumuntur ſimplicia.*
41 *Cura animarum, poteſt annecti beneficio ſimplici.*
42 *Beneficium, quod ſit ſimplex, & ſine cura, ſola præſumptione conſtitui poteſt.*
43 *Beneficium ſimplex eſſe non deſinit, quià ſit ſeruitorium, nec hæc qualitas neceſſariò eſt exprimenda.*
44 *Beneficium ſeruitorium, minorem habilitatem exigit, quàm curatum, & poteſt per alterum in eo deſeruiri.*
45 *Reſidentia, narranda in impetratione ſimplicis beneficÿ.*
46 *Reſidentia, in ſimplicibus beneficÿs, exigitur de iure communi, ſecus verò de generali conſuetudine.*
47 *Conſuetudo, ius commune facit, etiam per abrogationem iuris ſcripti.*
48 *Beneficia ſimplicia, ſola iuris præſumptione, iuſtificantur libera à reſidentia.*
49 *Beneficium, quod ſit perpetuum, explicatur in ſupplicatione pro ſimplici, & quæ ſit ratio.*
50 *Beneficium manuale, ſi per Papam prouideatur, non poteſt reuocari per inferiorem.*
51 *Manualitas, non præſumitur in beneficio, ſed potius perpetuitas.*
52 *Beneficium quatenus præſumatur perpetuum, & collatiuum, ſicquè hæc qualitas poſitiuè iuſtificanda.*
53 *Certum, deducitur ex duabus demonſtrationibus: denominationis videlicet, & loci.*
54 *Beneficÿ identitas, colligitur ex denominatione, & loco.*
55 *Identitas conſtituitur ex certa denominatione.*
56 *Beneficÿ erronea denominatio, gratiam non vitiat, modò conſtet de corpore.*
57 *Error admiſſus in denominatione beneficÿ, vel circa tempus vacationis, ſi manifeſtus ſit, poteſt corrigi per Datarium, etiam lite pendente.*
58 *Beneficium, qualitèr explicetur in ſupplicatione, ſi ignoretur titulus, & locus.*
59 *Beneficialis titulus, deſtruitur deſtructa Eccleſia.*
60 *Quod declaratur vt hic.*
61 *Deſtructio Eccleſiæ caſualis, æquiparatur deſtructioni factæ cum auctoritate ſuperioris.*
62 *Eccleſia deſtructa, an gaudeat immunitate Eccleſiaſtica, & an cum ea deſtruatur Collegium, remiſſiuè.*
63 *Deſtructa Eccleſia, quando nihilominus non cenſeatur deſtructum beneficium.*
64 *Text. in l. ſeruitutes §. ſi ſublatum, de ſeruitut. Vrban. prædior. expenditur.*
65 *Ens, conſeruatur in virtute informabili deliteſcente in habitu conſeruato in aliquibus reliquÿs.*
66 *Beneficÿ poſſeſſionem non cenſetur apprehendere, qui apprehendit poſſeſſionem prædÿ eiuſdem beneficÿ.*
67 *Beneficÿ poſſeſſio, rectè apprehenditur per adeptionem poſſeſſionis prædÿ, vbicunquè non adeſt Eccleſia, vel Altare, nec conſtat de deſtructione facta ſine ſpe reſtaurationis.*
68 *Poſſeſſio dum apprehenditur, quod naturali apprehenſioni deficit, animus implet.*

Digitized by Google

QVÆSTIO IV.

Quæ ſint narranda, pro ſingulari forma prouiſionis, de ſimplici beneficio.

EX ſtylo Curiæ, pro diuer-
ſitate beneficiorum, diuer-
ſæ quoquè vſu receptæ ſũt
formæ ſupplicationum;
ſecundum quas mox lite-
ræ expediuntur, quæ pro-
1 pterea † ſi in aliquo videã-
tur obſcuræ, certam ab ip-
ſa ſupplicatione interpre-
tationem recipiunt, iuxta celebre *Roma. conſ 80.*
num. 2. ipſius verò ſupplicationis Signatura ex-
2 plicatur † ſecundum narrata in eiuſdem ſupplica-
tionis corpore, vt *ex eod. Roman. conſ. docet*
Felin. in cap. ſuper literis, ſub num. 9. verſ. ad-
3 *de Ludouicum, de reſcript.* adeò vt forma † ſup-
plicationis afferat verum intellectum Reſcripto,
& literis deſuper expeditis, *Pariſ. conſ. 3 num.*
56. lib. 4. quem ſequitur *Menoch. conſil. 33.*
num. 14.
4 Quemadmodum enim, reſpondens, † cenſetur
adæquare ſuum reſponſum indefinitè conceptum,
interrogationi finitè ſibi factæ, *l. ſi defenſor 10. §.*
qui interrogatus de interrogat. actio § præterea,
5 *inſtit. de verbor. obligat. cum ſimil.* ità † Princeps
reſcribens cenſetur conformare ſuum Reſcriptum
petitioni ſibi porrectæ, & ſequi aſſeuerationem
ipſius ſupplicis, vt eſt *text. in l. eam quam, verſ.*
quod reſcripſimus C. de fideicommiſſ. vbi Baldus,
6 qui in propoſito dicit, impoſſibile eſſe † valere
Reſcriptum, niſi concurrat Princeps in intentio-
ne cum ſupplicante, vt ibi per eum *num. 32.*
verſ. ſubdit text. & hanc eandem ſententiam,
7 quod Reſcriptum † ad limites narratorum in
ſupplicatione reſtringatur, poſt alios tradit *Surd.*
conſ. 49. num. 24. & conſ. 357. num 34. Rota
in recen. deciſ. 617. num. 6. par. 2. & videtur
text. expre ut in l. 1. C. de diuer. reſcript. quem
ità expendit *Crott. conſ. 130. num. 3. & Cephal.*
conſ. 77. num. 36.
8 Quapropter, ſi in ſupplicatione, vnum † ali-
quod beneficium deſignetur, eaquè ſignata, & li-
teris expeditis, aliud pretendatur, cui non con-
ueniant narrata, impoſſibile eſt, vt ad iſtud gra-
tia ſe extendat, *cap. eum de non Sacerdota-*
9 *li, 27. cum ibi nota. de praben. in ſexto*, niſi † ta-
men Princeps in ſuo ipſo reſcripto gratiam am-
pliet ad non narrata; quià vbi ſic ampliando, vel
adhuc magis reſtringendo, determinat vim ſui
reſcripti, tunc in ea parte determinata, gratia
non ſumit interpretationem à petitis, iuxta do-
ctrinam *Abb. in cap. inter dilectos, ſub num. 4.*
poſt med. verſ. nota bonam limitationem, de fide
inſtrumen. ſequitur *Natta conſ. 276. ſub num. 1.*
verſ. non obſtat id quod ſcribit.
10 Hinc verò patet, quantum † referat, rectè con-
cipere narratiuam cuiuſquè ſupplicationis, quod
totum pendet à perfecta cognitione ſubiecti, in
quod mens ſupplicis intenditur, tàm circa illius
ſubſtantiam, quàm circa qualitates, ex quibus di-
uerſitas ſpecierum reſultat; nequè verò nunc age-
re inſtitui de beneficijs, aut officijs Conſiſtoriali-
bus, quorum prouiſiones, non alitèr expediun-
tur, quàm per Conſiſtorium, & quæ in conſe-
quens vix eſt, vt in forenſes controuerſias ca-
11 dant, cum † in illis procedatur per relationem,
præuia cauſæ cognitione, vt fuit animaduerſum
in vna *Sancti Angeli penſionis, 16. Nouembris*
1594. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio ſe-
niore; ſed de his duntaxat, quæ per Datariam,
via ordinaria promouentur, moxquè in exequu-
tionis articulo varias excitant tricas.
Itaquè pro inſtructione Iuuenum, ſcire opor-
tet, omnia beneficia Eccleſiaſtica, vt in vna ſub-
ſtantia conueniunt, ſecundum definitionem, quam
poſuimus *lib. 1. quæſt. 3.* ità pro diuerſis vniuſcu-
12 iuſquè qualitatibus inter ſe differre; † quotquot
enim qualitates generi adijciuntur, tot inde ef-
formantur diuerſa ſubiecta ſpecie differentia,
etiam ſi eiuſdem maneant generis, *l. 1. ff. ſi cer.*
petat. l. 1. §. dolus ff. de dol. Mar. Salomon. in
repetit. l. Gallus. in proœm. num. 43. de liber.
& poſthum.
13 Vnde Iuriſconſulti † eam ipſam qualitatem
generi adiectam, per quam in effectu diuerſitas
hæc ſpecierum conſtituitur, nunc qualitatem,
nunc vocant ſpeciem, ſic enim nummorum qua-
litatem pronunciauit Vlpianus in *in l. heredes pa-*
lam, 21. §. ſed et ſi notam ff. de teſtamen. quam Pa-
pinianus *in l. qui non militabat 78. §. Lucio Titio*
ff. de hære. inſtituen. nummorum ſpeciem nuncu-
pauit, quod aduertit *Io. Kal. in ſuo lexico Iurid.*
14 & vt iſta diuerſa † ſubiecta diuerſimodè qualifica-
ta, inter ſe ſpecie differunt, ità vnaquæquè dif-
fert ab ipſo genere, quatenus diuerſam ſumit ſpe-
ciem, ſeu figuram, cum ſemper iſta qualitatis
adiectio, rem nouam efficiat, *l. ius ciuile ff. de*
Iuſt. & Iur. cum ſimil. adductis per *Tiraquel.*
de retract. conſanguin. §. 1. gloſſ. 18. num. 55.
Cephal. conſ. 35. num. 58. Burſat. conſ. 219. nu. 3.
& conſ. 386. num 12. Surd. conſ. 202. ſub num. 8.
ad fin. verſ. & eſt generale. Honded. conſ. 85.
num. 4 lib. 1. Mantica deciſ. 17. num. 14. vnde
15 hoc caſu, qualitas † dicitur informare ſubiectum,
Pariſ. conſ. 53. num. 45. conſ. 58. nu. 59. & conſ. 60.
num. 6. lib. 4.
16 Huius verò qualitatis alia quoquè † eſt vis, vt
ſcilicet ſpeciei ex ſe productæ, nomen ſuum com-
municet, ſuppreſſo nomine ipſius generis, vt ideò
in explicando termino qualitatis, eam ità appel-
lari Dialectici velint, quià indè nominentur res
quales ſunt, modò qualitas ipſa non facilè muta-
bilis ſit, vt optimè declarat *Conna. comment. Iur.*
Ciuil. lib. 4. cap. 7. ſub num. 8. verſus fin. verſ.
ratio autem eſt, & hoc quidem eſt, quod noſtri
17 tradunt † qualitatem, nomen ipſum ſignificare, vt
cenſuit *Bald. in l. etiam num. 7. C. de fidei-*
18 *commiſſ.* tuncquè nomen generis † remanet apud
genus, veluti ſpeciem quandam nudam, & ſim-
plicem ab omni qualitate ſuperinducta, *l. 1. ff.*
de adoptio.

Igitur

Igitur vnicuiquè beneficio quod impetratur,
reſpectu formæ ſupplicationis, de qua nunc tantũ
agimus, hoc commune eſt, vt non ſolùm ſupponatur
illius exiſtentia, verum etiam exprimatur qua-
19 litas, ideſt an ſit ſimplex, quod † retinet purum
nomen generis, vt eſt expreſſum in *cap. vlt. de præ-
ben.* vel an potiùs ſit diuerſæ ſpeciei, per qualitatẽ
aliquam, quæ ſecundum præmiſſa, alteret ſubſtan-
tiam beneficij, illudquè reponat in propria ſpecie;
20 nam vt † qualitas, quæ ex natura rei, & de iure
communi ineſt, veluti nota Principi, neceſſariò nõ
eſt exprimenda, *Caſſador. deciſ. 4. n. 6. & deciſ. 12.
ex num. 7. de præben, Rota deciſ. 75. de reſcript. in
antiq.* in qua refertur hoc pronunciaſſe Vrbanum
Quintum, *Gregor. deciſ. 221. num. 8.* & ſi narretur,
21 alia † non eget iuſtificatione, ſiuè, quod in his,
22 quæ conſiſtunt in iure, non † cadat ſubreptio,
*Felin. in cap. ſuper literis, ſub num. 8. verſ. ſecun-
da Regula, de reſcript. Rota diuerſ. deciſ. 19. n. 1.
par. 1. & in recen. deciſ. 466 ſub num. 2. verſ. Papa
enim, par. 1. et poſt Gonzal. ad Reg. de menſ. in §. 4.
procem. num 83.* notauit *Beltram ad præall. Greg.*
23 *deciſ 321. num. 12.* ſiuè quod † mutatio non præ-
ſumatur, adeoquè iſta durationis præſumptio ha-
beatur pro veritate, vt hinc reijciatur onus pro-
bandi defectum in negantem, vt ex doctrina *Bart.
in l. ſi prius 15. num. 18. de no. oper. nunciat.* & ex
alijs per eum adductis, colligit *Rolan. conſ. 46. nu.
48. vol. 3. Ladereb. conſ. 183. num. 2. & 7.*
24 Ità è conuerſo, ſi ſupponatur † qualitas, quæ
non inhęreat à iure communi, ſed de iure ſingula-
ri, & narranda, & iuſtificanda omnino eſt, ſecun-
dum *Rot. in præcitat. deciſ. 75. de reſcript. in antiq.
Felin. in cap. in noſtra, num. 14. eod. tit. de reſcript.
Crott. conſ. 242. num. 13.*
25 Qualitates autem † eæ, ex quibus contingit di-
uerſitas hæc ſpecierum, quamuis permultæ videri
poſſint, tamen non plures ſunt, quàm tres, qui-
bus cæteræ omnes ſubalternantur, nimirum offi-
cium, Dignitas, & animarum cura, vbicunquè
enim alterum ex his adiungitur beneficio, dicitur
alterari illius ſubſtantia, ſumitquè nomen à nomi-
ne, aut Officij, aut dignitatis, aut deniquè ipſius
oneris Curæ animarum; & è conuerſo, vbi ceſ-
26 ſat † adiunctum, vel ex officio, vel ex dignitate,
vel deniquè ex cura animarum, dicitur beneficium
purum, & ſimplex, adeò vt, vel puer illius ſit ca-
pax, ſecundum doctrinam *gloſſ. in præall. cap. vlt.
in ver. ad talia, de præben.*
27 Et propterea ſimplicitatem hanc † beneficio-
rum, ad hanc ipſam carentiam Officij, Dignita-
tiſuè, vel adminiſtrationis, referunt communitèr
Doctores, præcipuè *Hoſtienſ. in cap. ſuper inor-
dinata nu. 9. de præben.* quem ibi ſequuntur *Ioan.
Andr. ſub num. 4. Aneher. num. 5. Io. de Imol. &
Henric. Boich. vterquè itidem num. 5. Speculat.
de diſpenſat. §. 10. num. 7.*
28 Et quamuis aliqui † ſimplici beneficio oppo-
nãt beneficium cum cura, *Hoſtienſ. in cap. ſi aliqu-
ius 59. num. 5. de elect. Cardin. in Clem. 1. ſub n. 2.
verſ. ſed diſpoſitio de præben. Staphil. de qualit. &
ſta. benef. in princ. num. 1. Hoted. de benef. compa-
tibil. par. 1. in præfatio. ſub num. 7. verſ. vndeci-*

*mum beneficium, Silua de benef. par. 1. in 2. quæſt.
num. 77. Garz. de benef par. 1. cap. 6. num. 8. Tholo-
ſa. eo. tracta. cap. 10. ſub num. 11. ad finem, verſic.
non curata, Lara, de anniuerſar. lib. 2. cap. 7. nu. 8.*
29 Et non deſunt, qui altaria † erecta, & dotata
in aliqua Eccleſia, videantur, veluti digito indicaſ-
ſe, pro beneficijs ſimplicibus, vt in ſpecie *Abbas
in cap. recolentes, ſub nu. 3. circa fin. verſ. in gloſſa
in verb. Altaria, de ſta. Monachor. Dec. in Rubr.
num. 27. de reſcript. & in conſ. 210. ſub nu. 4. verſ.
& dicitur beneficium.*
Attamen, hæc, & huiuſmodi alia, numero exem-
plorum, accipienda ſunt ad indicandum ſtatum,
aut duplicis, ſiuè (vt ita loquar cum *Speculat. vbi
ſuprà*) compoſiti benefici, aut è conuerſo, ſimpli-
cis, ideſt nudi ab omni officio, Dignitate, & cura,
30 cùm † vnumquodquè ex his, cauſet duplicitatem
illam, ſiuè miſturam, vt idem non poſſit dici bene-
ficium ſimplex, ex *Hoſtienſ. & alijs præcitat.* &
tradunt *Silua dicta q. 2. nu. 77. iuncta q. 3. nu. 19.
& Burſat. conſ. 352. num. 1.*
31 Porrò, qualitates iſtæ † dicuntur qualitates ſub-
ſtantificæ, ex quo concurrunt cum qualitate na-
turali, ad conſtituendum vnum indiuiduum reſpe-
ctu formæ, *Ruin. conſ. 20. num. 7. vol. 1. Gozadin.
conſ. 84. num. 12.* proindequè etiam ſi reſpectu na-
turalis qualitatis beneficij, altera poſſit videri
32 accidentaria, tamen † naturalis, huic accidentariæ
cedit, propter indiuiduitatem, vndè & hæc repu-
tatur potentior, vtpotè, quæ magis incaleſcit, ma-
giſquè fauorabilis eſt, *Aretin. conſ. 29 num. 25.
Crott. conſ. 244. num. 23. iuncto conſ. 399. num. 64.
Burſat conſ. 148 num. 24. & nu. 43.* indequè im-
33 poſſibile eſt, vt † appellatione beneficij, veniat be-
neficium ſic qualificatum, vt diſponitur in *d. c. vlt.
de præben.* quod eſt regulare in omni materia, in
qua incidit quæſtio miſti, & ſimplicis, diuerſimo-
34 dè † enim hæc iudicantur, *Aneher. conſ. 37. ſub n. 6.
verſ. item aliter, Natta conſ. 463. num. 19.* & vbi
35 mixtio † eſt talis, vt nequeat ſecerni id quod ſim-
plex eſt, nuſquam diſpoſitio de ſimplici, includit
miſtum, ſeù qualificatum, *Surd. conſ 429. ſub n. 26.
verſ. addo quod vbi mixtio, & num. 27.*
36 Atquè ex his optimè deducitur, quæ ſit † ratio
concipiendi preces ſiuè ſupplicationem, quæ por-
rigitur Pontifici, pro obtinendo ſimplici benefi-
cio: Vt enim euitetur omne æquiuocum, exprimi-
tur circumſtantia hæc verbis claris, proponendo
videlicet, id pro quo ſupplicatur eſſe nedùm bene-
ficium Eccleſiaſticum, vt excludatur quoduis be-
neficium temporale, de quo in *cap. fælicis, de pœn.
in ſexto*, vel quid aliud cum beneficio ſymboli-
zans, cui non conueniat ea beneficij definitio, quã
poſuimus in *e. lib. q. 3. ex nu. 1.* verum etiã quod ſit
ſimplex. Et quoniã adhuc poſſet ex certa denomi-
natione, miſtura aliqua, ſeù diuerſa ſpecies, primo
aſpectu occurrere, propterea hoc etiam narratur,
tale beneficium ſic nuncupari, putà Capellaniam,
præſtimonium, Canonicatum, Penſionem, Anni-
uerſarium, Legatum pium, & quiduis aliud eiuſ-
37 modi generis, vis enim non † ſtat in nomine, ſeù
nuncupatione iſta, ſed ſtat in re ipſa, vt pulchrè de-
ducit *Abb. in conſ. 47. ſub num. 1. ad fin. verſ non*

debet eſſe vis, par.2. vndè è conuerſo, ſi id pro quo
ſupplicatur, verè non eſſet beneficium Eccleſiaſti-
cum, & tale, quale exprimitur, nihil referret ſi
paſſim nuncuparetur beneficium Eccleſiaſticum,
Rota deciſ.254. num 5. par.2. in recen. vt enim
38 ibi dicitur, vbi rei ſubſtantia † eſt certa, non cu-
ratur de nomine, l.2. §. ſed ſi ſint ff. ad Tertullian.
§. ſed hæc ſolemnia, inſtitut. de Verb. Obligat.

Fitquè iſta expreſſio circumſtantiæ huius, quod
beneficium ſit ſimplex, nè (vt dixi) ſub verborum
inuolucro, aliquid contra mentem Papæ, ab ipſo
extorqueatur. Et quia maius periculum verſatur
circa qualificata ex cura animarum, quàm ex Offi-
cio, aut dignitate. vndè nulla alia eſt qualitas, quæ
39 adeò † præcisè debeat exprimi, vt ſcribunt omnes
in cap. in noſtra, de reſcrip. vbi præ cæteris Calder.
in 4. quæſt. num. 31. Felin. num. 15. in 10. coroll.
Card. ſub num. 7. in 8. quæſt. Collectar num 6. &
Barbat. ſub num. 128. verſ. idem videtur de quali-
tate Curæ; ideo circa id cautius etiam proui-
ſum eſt, vt poſitiuè narretur beneficium eſſe ſine
huiuſmodi cura, vt aduertit Hier. Paul. in pract.
Cancel. in notab. ſuper vacant. nō reſeruat verſ. in
40 vacante debet dici. licèt enim de iure † omnia be-
neficia præſumantur ſimplicia, Staphil. in ſupraci.
tit. de qualit. & ita. benefic. in princ. nu 2. Bellam.
deciſ. 676. cum alijs cumulatis per Gonzal. ad
Reg. de menſ. gloſſ. 6. num. 91. Gregor. deciſ. 108.
num. 1. & deciſ. 387. num 4. Rota in Recen. deciſ.
233. num. 4. & deciſ. 632. itidem num. 4 par. 1. ta-
men quià poteſt dari inſtãtia, quod beneficio ſim-
41 plici † annexa ſit cura, & ſic non deſinat eſſe ſim-
plex, Felin. in præallega. cap in noſtra, ſub nu. 15.
verſ. item dicas, de reſcrip. propterea qualificatur
beneficium per hanc negatiuam, magis vt Papæ
aperiatur veritas, quàm vt onus aliquod impona-
tur ſupplici hoc etiam probandi; ſola enim præ-
42 ſumptio † hæc iuris ſufficit, Aegid. d. deciſ. 675. Ro-
ta deciſ. 101. ſub n. 8. verſ. vltra quod talis, & deciſ.
632. num. 4. par. 1. & deciſ. 699. num. 3. par. 2. in
recen. Cardin. Caualer. deciſ. 315. num. 2. & 517.
num. 8. Mantic. deciſ. 132. num. 2. Beltram. ad
Gregor. deciſ. 108. num. 13. vbi quod hoc millies
fuit deciſum.

43 Eadem tamen † neceſſitas non tenet impetran-
tem, reſpectu beneficij ſeruitorij, vt reſpondit
Rota apud Seraphin. deciſ. 1026. vbi ſub num. 4.
44 redditur ratio, quia † minor habilitas requiritur,
quàm in curato, & quia etiam in his ſeruitorijs
poteſt deſeruiri per ſubſtitutum, quod etiam re-
ſpondit Sacra Congregatio ſuper Concilio, in vna
Spoletana fructuum 21. Iulij præſentis anni 1629.
pro D. Antonio Cantauena, contra Capitulum
Collegiatæ Eccleſiæ Colliſtatus, quod pretende-
bat eum vrgeri ad perſonalem reſidentiam, ſub
pœna amiſſionis omnium fructuum.

45 Idemquè prorſus dicitur † de alia circumſtan-
tia reſidentiæ, quæ nuſquam prætermittitur: vt
46 enim eſt qualitas merè accidentaria, ex quo † ius
commune illam cuicũquè ſimplici beneficio adie-
cit, generalis autem cõſuetudo eandem ſubduxit,
iuxta doctrinam Innocen. in cap. vlt. ſub num. 1.
verſ. intelligo tamen, de Cler. non reſiden. quem ibi
omnes ſequuntur, præcipuè Card. nu. 16. & Imol.
num. 9. docetque etiam Felin. in cap. dilectus il
ſecondo, ſub num. 1. verſ. & dicunt non requirere
reſidentiam, de reſcript. Alex. conſ. 2. num. 1. lib. 7.
Rebuff. in prax. tit. diſpenſatio de non reſidendo,
n. 7. & 8 Rota in recen. deciſ. 375. ex n. 2. & 489.
n. 1. ita eſt explicanda, vt Papa eam intelligat, non
etiam, vt adſtetur prouiſus negatiuam reſidentiæ
iuſtificare; iuris enim præſumptione, propter eam
47 generalem conſuetudinem (quæ ius † commune fa-
cit, etiam per abrogationem iuris ſcripti, l. de qui-
bus 32. § vlt ff. de legib. Abb. conſ. 7. ſub n. 4. longè
poſt med. verſ. item ſecus quando eſt conſuetudo,
par. 2. quod latè explicat Suarez de legib. lib. 7.
48 cap. 18.) omnia beneficia ſimplicia † præſumuntur
libera ab huiuſmodi onere reſidentiæ, & hæc præ-
ſumptio, ſuperfluit pro iuſtificatione huiuſmodi,
Rota in præalleg. deciſ. 101. num. 8. par. 1. recen.
Cardin. Caualer. deciſ. 55. nu. 5. Mantic. in præall.
deciſ. 132. num. 3.

Nequè diuerſo iure vtimur circa aliam circum-
49 ſtantiam, quod beneficium † ſit perpetuum, quæ
ante omnes alias in ipſa ſupplicatione præponitur,
per hæc penè verba. Cùm perpetuum ſimplex Ec-
cleſiaſticum beneficium: quippè, & hæc neceſſaria
eſt, nè quando extorqueatur gratia de manuali,
indequè præiudicetur habentibus poteſtatem mo-
50 uendi, quod illico † conſequeretur ex prouiſione
Papæ, Lap. alleg. 9. ſub num. 5. verſ. aliud eſt pro-
uidere, non autem quia manualitas ſit contra
ſubſtantiam benefici), vt latè explicauimus lib. 1.
51 q. 7. ex num. 14. Verùm, quia manualitas † non
præſumitur, ſed potiùs contraria qualitas perpe-
tuitatis, cum hæc ſit natura beneficiorum ſecula-
rium, vt perpetuò conferantur, Cardin. conſ. 57.
num. 5. Caſſador. deciſ. 4. num. 2. de præben. Fran-
ciſc. de Marcb. deciſ. 1073. num. 1. & deciſ. 1122.
num. 22. par. 1. Rota deciſ. 25. nu. 6. & deciſ. 415.
num. 2. verſ. quod autem Sebaſtianus, par. 2. in re-
cen. Cardin. Caualer. deciſ. 72. num. 3. Gregor.
deciſ. 77. ſub num. 4. verſ. & multum mouebant
Dominos, præſumptio hæc ſufficit pro iuſtifica-
52 tione † talis narratiuæ; quæ eatenus præualet,
quatenus etiam ipſa exiſtentia Eccleſiaſtici be-
neficij non reuocatur in dubium; tunc enim
opus eſt probare exiſtentiam huiuſmodi cum hac
qualitate, vt reſpondit Rota apud Seraphin. deciſ.
1095. num 2. difficultasquè tunc maior oritur in
probanda exiſtentia, quam, ea ſuppoſita, in pro-
banda hac qualitate, quæ, vel ex vltimo ſtatu con-
ſtituitur, etiam in beneficijs ſpectantibus ad Col-
lationem regularium, Rota deciſ. 578. num. 1.
par 1. recen.

Præter hæc verò, omninò explicanda eſt ipſius
beneficij intitulatio, vt ſubiectum ipſum redda-
53 tur certum; nimirum † ex denominatione Sancti,
in cuius honorem eſt erectũ, & ex loco, l. hac con-
ſultiſſima, C. qui teſtamen. facer. poſſ. Bar. in l. de-
monſtratio num. 14. & 15. de condit. & demonſtr.
Alex. conſ. 153. num. 4 lib. 2. Aretin. conſ. 103. n. 3.
54 Dec. conſ. 13. num. 9. & † hinc concludi ad identi-
tatem beneficij, vbi ea reuocatur in dubium, fir-
mauit Rota in Hiporegien. Capella S. Martini

14. Octo-

14. Octobris 1605. *coram Penia*, vt propterea alle-
ganti pluralitatē, hoc caſu omnino incumbat pro-
batio, *Dec. in c. in præſentia ex nu. 39. de probatio.*
Quinimò, circumſcripto ſtylo Curiæ, vt cum
ipſa intitulatione beneficij explicetur etiã locus;
ſufficeret ſola ipſa intitulatio, cùm ad proban-
55 dam † identitatem rei, ſatis ſit iuſtificare deno-
minationem, vt ex ſententia Bartoli *in l. ſi in rem.*
6. nu. 2. verſ. idem eſt faciendum in Ciuitatibus, in
villis, & caſtris, ff. de rei vindicat.; cum alijs per
Menoch. conſ. 202. num. 302. & Gregor. deciſ. 578.
num. 1.
56 Quòd ſi in ea ſuppouatur † error, non ideò ta-
men vitiatur gratia, modò conſtet de corpore
beneficij, *l. ſi quis in fundi vocabulo, 4 de legat. 1. l.*
ſi in nomine, C. de hæred. inſtituen. & reſpondit Ro-
ta apud *Mantic. deciſ. 138. num. 4.* quinimò, ſi er-
57 ror ſit patens, vt † meritò veniat corrigendus, *Re-*
buff. in prax. in 3. par. ſignat. ſub num. 73. ſu-
per verb. denominationem, poteſt Datarius illum
corrigere, etiam lite pendente, vt in ſimili de er-
rore admiſſo circa tempus vacationis, eſt *Verall.*
deciſ. 57. per to. lib. 2.
Circa autem circumſtantiam hanc adeò neceſ-
58 ſariam, aliquandò à regula † receditur, vbi ob tem-
poris antiquitatem ignoratur nomen Sancti, & lo-
59 cus intitulationis; licet enim deſtructa † Eccleſia
materiali, deſtruatur titulus beneficialis in ea exi-
ſtēs, *Silua de benef. par. 3. q. 42. n. 8, Greg. dec. 405.*
60 *n. c.* (dummodò ea deſtructio facta † fuerit auctori-
tate Superioris, ſecus ſi de facto, putà hoſtium in-
curſu, aut Tyranni iuſſu, vt diſtinguunt *in cap. cum*
ex iniuncto, Innocen. num. 2. & Abb. num. 5. de
no. oper. nunciatio. & declarat etiam *Beltram. ad*
d. Gregor. deciſ. 405. in 1. annotat.) ſimulquè æqui-
61 paretur † Superioris auctoritati, caſus omnis con-
tingens à natura, ſi inde ceſſet ſpes reſtauratio-
nis, vt poſt Baldum, & alios docet *Felin. in cap.*
cum dilecta, n. 22. de reſcript. & Remig. de Gonny
in tracta. de Immunita. Eccleſiaſt. in 20. amplia-
tio. ſub num. 5. circa med. verſ. quid tenendum, vbi
62 larè tractat, an & quando † locus ità deſtructus
gaudeat immunitate Eccleſiaſtica, & quando in-
dè conſequatur deſtructio Collegij, tàm actu,
quàm habitu, qua de re ſatis ſcripſimus *lib. 1. q. 14.*
ex num. 107.
63 Nihilominus, vbi † non conſtaret de cauſa hu-
iuſmodi deſtructionis, adhuc poſſet conſeruari
ſubſtantia beneficij nedum in ſola denominatio-
ne Sancti, ſub cuius inuocatione fuit inſtitutum,
ſed in ſimplici nuncupatione beneficij, etiam rela-
to vocabulo ad prædium aliquod, quià dum non
apparet de cauſa huiuſmodi deſtructionis, ſemper
eſt aptum reintegrari ad amiſſa, & in illa aptitudi-
64 ne conſeruat totam ſuam eſſentiam, vt eſt † caſus
in *l. ſeruitutes, §. ſi ſublatum, de ſeruitut Vrban.*
prædior. per quē textū, & alios in ſimili adductos,
Baldus *in cap. 1. num 8. de electio.* notabilitèr do-
65 cuit, quædam † remanere in virtute informabili,
licèt deſtituta ſint virtute informante, ſat enim
eſt manſiſſe reliquias, vt in illis conſeruetur ip-
ſum ens, vt ex eiuſdem Baldi mente in eodem
loco, colligunt *Felin. in præcita. cap. cum dilecta*
ſub num. 22. verſ. & dicit de reſcript. & alij quos
refert, & ſequitur Remigius loco *præcit. ſub n. 5.*
verſ. quid tenendum.
66 Vndè, quamuis aliud ſit poſſeſſionem † benefi-
cij, & longè aliud poſſeſſionem prædiorum bene-
ficij apprehendere, *Rota deciſ. 19. num. 11. par. 2.*
diuerſ. Cardin. Caualer. deciſ. 333. nu. 5. quæ du-
plicatur *in recen. par. 2. deciſ. 634. ſub num. 3. verſ.*
67 *preterea fuit capta poſſeſſio*, tamen † vbicunquè
Eccleſia, prout eſt locus beneficij, ſecundum ea,
quæ ſcripſimus in *1. lib. q. 13. num. 2. & per to.* non
apparet, minuſuè aliquod certum altare, ſufficit
apprehendere poſſeſſionem prædij alicuius ipſius
beneficij, cum in eo, ceù in reliquijs, conſeruetur,
vt dictum eſt, ipſius beneficij ens, vt reſpondit Ro-
ta, me ſcribente, *in Neapolitana beneficij 5. Iunij*
1628 coram Illuſtriſſ. D. Cardinali Virili: quod
68 enim † deſijt naturali poſſeſſioni, ſiuè apprehen-
ſioni, id animus implet, inquit *text. in l. 3. §. Ne-*
ratius, vbi gloſſ. in verb. naturali poſſeſſione de
acquiren. poſſeſſ.

SVMMARIVM.

1 *Canonicatus reputantur beneficia ſimplicia.*
2 *Impetrantur tamen ſub diuerſa forma à ſimplicibus.*
3 *Canonicatus cum expectatione præbendæ, non venit appellatione beneficij ſimplicis.*
4 *Imò, nec ſi habeat præbendam.*
5 *Canonicatus, diſtinguitur ab Officio, Dignitate, & Cura.*
6 *Canonici Cathedralis Eccleſiæ, vocantur Clerici primi gradus.*
7 *Canonici Cathedralis Eccleſiæ, non dicuntur conſtituti in dignitate.*
8 *Aequiparantur tamen dignitatem obtinentibus.*
9 *Cenſenturquè pars corporis Epiſcopi.*
10 *Impropriè tamen dicuntur Dignitates.*
11 *Officium quid ſit.*
12 *Canonici inferioris Eccleſiæ, non eadem potiuntur prærogatiua honoris, qua Canonici Cathedralis.*
13 *Text. in cap. ſtatutum, de reſcript. in ſexto, reſtringitur ad Canonicos Cathedralis Eccleſiæ.*
14 *Canonicus Collegiatæ inferioris à Cathedrali, non eſt capax delegationis Apoſtolicæ, etiam ſi peritior, & diſcretior ſit Canonico Cathedralis.*
15 *Canonicatus, ex annexione ordinis, non recipit differentiam conſiderabilem.*
16 *Canonici Collegiatæ Eccleſiæ, diſtinguuntur ſpecie, à Clericis ſimplicibus.*
17 *Canonicatus, veniunt appellatione beneficiorum ſimplicium in expectatiua, ſi in Eccleſia nulla ſint alia beneficia ſimplicia præter Canonicatus.*
18 *Canonicus, ſiuè in Cathedrali, ſiuè in Collegiata, dicitur ſimplex Beneficiatus.*
19 *Canonicatus, cur non comprehendatur appellatione ſimplicis beneficij in ſupplicatione.*
20 *Canonicus, propriè dicitur recipi, reſpectu Capituli.*
21 *Receptio dicitur, non electio, de Canonicatu.*
22 *Canonici receptionis formula, remiſſiuè.*

23 *Colle-*

Digitized by Google

23 *Collegium, eſt quadam Societas.*
24 *Socio inuito, non additur ſocius.*
25 *Canonicatus, dum per Papam confertur, proſpicitur, nè lædatur ius receptionis, in Capitulo.*
26 *Canonicatus, cùm prouidetur per Papam, iubetur, per Capitulum prouiſum recipi.*
27 *Receptio in Canonicum, duplex, iuris, & facti.*
28 *Receptionis ius circa Canonicatus, in expectatiua, non cenſetur reſpectu Capituli alteratum.*
29 *Canonicatus poſſeſſio, ex conſuetudine generali apprebenditur per aſſignationem ſtalli in Choro, & vocis in Capitulo.*
30 *Stallus vbi aſſignatur pro traditione poſſeſſionis, debet eſſe proprius, non diuerſus.*
31 *Receptio Canonici vbi mandatur in literis prouiſionis, intelligitur de receptione de facto, poteſtq; fieri per ſingulos.*
32 *Canonicatu prouiſo per Papam, datiſquè exequutoribus in Curia, ſi qui Canonici in eadem Curia reperiuntur, poſſunt compelli ad tradendum poſſeſſionem prouiſo.*
33 *Poſſeſſio in Collegiatis debet eſſe Capitularis.*
34 *Etiamſi in regreſſu reſeruata ſit facultas eam apprebendendi propria authoritate.*
35 *Niſi exſtet particularis conſuetudo in contrarium.*
36 *Aut Capitulum ipſum impedierit.*
37 *Vel ſi in actibus ſucceſſiuis collegialitèr factis fuerit Canonicus admiſſus.*
38 *Poſſeſſio in collegiatis, debet eſſe Capitularis, etiam vbi proceditur ad illius traditionem, mediante exequutore.*
39 *Impedimenta, quæ proponuntur pro ſuſtinenda poſſeſſione non Capitularitèr adepta, vbi ea eſt neceſſaria, debent proponi ex facto Capituli.*
40 *Poſſeſſio in Collegiatis, in quo ſenſu dicatur valida, ſi à ſingulis, & non ab vniuerſis fuerit tradita.*
41 *Poſſeſſio eadem, quando poſsit ratificari per Capitulum.*
42 *Canonicus, qui diù ſtetit in poſſeſsione Canonicatus, ſine titulo valido, ſuperueniente valido, non eget noua inſtallatione.*
43 *Poſſeſsionis cauſa, non poteſt mutari, in præiudicium tertij.*

QVÆSTIO V.

Qua ratione Canonicatus, & præbenda in Collegiatis, cùm ſint beneficia ſimplicia, ſub diuerſa tamen forma prouideantur.

QVæ in ſuperiori firmauimus, videntur poſſe euerti, reſpectu Canonicatuũ, ſeù Canonicalium præbẽ-
1 darũ; nam † has inter ſimplicia beneficia retulere, *in cap. ſuper inordinata, Hoſtienſ. num. 9. Io. Andr. num. 4. Ancher. num. 5. & Henric. de Boich. ibidem nu. 5. de præben. Marſil. Colum. de redit. Eccleſ. par. 1. cap. 14. num. 19. Rebuff. in prax. tit. ſecul. benef. quotupl. num. 12.*

2 Et tamen, ſatis conſtat diuerſa † ſub forma
pro his ſupplicationes concipi, vt enim, cùm impetrantur ſimplicia, ſic ſcribitur, *Cum ſimplex, perpetuum Eccleſiaſticum beneficium*, itâ vbi impetratur Canonicatus, ſic pro eo preces emittuntur, *Cùm Canonicatus, & Præbenda in Eccleſia, &c.* nequè fit mẽtio de beneficio in genere, ea euidenti ratione, quod appellatione beneficij, non
3 veniat, aut Canonicatus † ſimplex cum expectatione Præbendæ, vt docuit *Abb. in cap. in noſtra num. 1. ad fin. de reſcript. vbi latè adden.* aut Ca-
4 nonicatus † cum præbenda, vt poſt alios ſcribit *Dec. in Rubr. num. 19 eod. tit.*

Quippè hæc inter ſe pugnare vidẽtur, quod ſint ſimplicia; ſimplicium autem appellatione, non veniant, & ſub diuerſa forma impetrantur; nequè leuem habet indaginem, ſi ſimplicia ſunt, vndè eis miſtura incidat, quæ illa reponat in diuerſa ſpecie, cum iam firmauerimus, non niſi ex officio, Dignitate, & Cura qualitates deduci, quæ ſint habiles inferre nouam ſpeciem, certoquè certius ſit, Ca-
5 nonicatus † ab his omnibus diſtingui, & ſeparari, *cap. 1. de conſuet. in ſexto.*

Quamuis enim admittamus, ſi de Canonicatibus Eccleſiæ Cathedralis quæſtio ſit, qui Canoni-
6 catus huiuſmodi obtinent, vocari † Clericos primi gradus, *Innocen in c. Sedes 15. n. 2. verſ. & poſſunt dici Clerici, de reſcript. Tboloſ. ſyntagm. Iur.*
7 *lib. 15. cap. 23. num. 16.* & vtcunquè † non poſſint dici conſtituti in Dignitate, *Bal. in cap. paſtoralis ſub num 3. ver. Canonia autem de offic. deleg. cum alijs adductis per Pacia de probat. lib. 2. cap. 27. ex*
8 *nu. 101.* in pluribus tamen † æquiparantur dignitatem obtinentibus, vt in *cap. ſtatutum in princ. de reſcript. in ſexto*, nequè careant honore & decore, vt ſcripſimus *lib. 2. quæſt 48. num. 156.*
9 adeoquè cenſeantur † pars corporis Epiſcopi, *Rota de fil. Presbyt. deciſ. 2. num 1. in no.* Tamen hæc, & ſimilia non cõcludunt ad Dignitatem, quod pa-
10 tet ad ſenſum, † probatquè textus *in cap. ſtatutum 1. de reſcript. in ſexto*, vbi omnes, præcipuè *Franch. num. 2. Butr. num. 8. Gomeſ. num. 21.* prætetquàm impropriè, & largè ſumpto vocabulo dignitatis, pro honore ſine gradu, *Felin. in cap. Paſtoralis. ſub num. 12 ad fin. verſ ſed largo modo, de Offic deleg* quem ſequitur *Gomeſ in d. cap. ſtatutum ſub num. 25. verſ. ſed Felinus.*

Nequè verò magis concludunt pręmiſſa ad Officium aliquod; nam quantum pertinet ad mate-
11 riam ſubiectam, Officium dicimus † cui ſubiecta eſt adminiſtratio rerum Eccleſiaſticarum, ſine aliqua prærogatiua in Choro, *Felin. in Rubr. de offic. deleg. ſub nu. 3. ſuper verb. Officij, Hoted. de benef. compatib. par. 1. cap. 8. num. 3. Ioannes Coraſ. de benef. par. 4. cap. 3. num. 8.*

Præterea, nequè eadem pertinent ad Canonicatus in inferioribus Collegiatis, nam qui eos ob-
12 tinent, † haud quaquam ea qualicunque Dignitatis prærogatiua fruuntur, vt concludit *Gomeſ. loco proximè cit. verſ. & ideo ego alitèr reſoluerem.* In-
13 tantum, vt † diſpoſitio *d. cap. ſtatutum, de reſcript. in ſexto*, coarctans paſſiuam delegationem, ad Canonicos Cathedralis, non porrigatur ad Ca-

nonicos

nonicos Collegiatæ, nedùm ſimplicis, vt ibi poſt
14 gloſſ. Doctores omnes conueniunt, ſed nec † do-
ctiores, vel diſcretiores quam ſint Canonici ipſius
Cathedralis, Io. Monach in eo. cap. ſtatutum n. 1.
verſ. ſed quæro, & n. 2. vbi rationem reddit, quem
ibi alij paſſim ſequuntur, præcipuè Io. Andr. n. 17.
Ancher. ſub num. 3. verſ. ex quo infert, Franch.
num. 7. Butr. ſub num. 11. verſ. ibi præmittitur, &
ex modernioribus, tenuerunt Genuenſ. in ſuis præ-
cticab Eccleſiaſt. q. 612. ex num. 1. & ex mente S.
Congregationis ſuper Concil. Maſſobr. de Synod.
Diæceſ. Dub. 10. quos nuper ſequutus videtur D.
Barboſ. in Collectan. ad d. cap. ſtatutum, num. 17.

Et tamen hoc eſt certiſſimum, etiàm dum ſup-
plicatur pro Canonicatu, & Præbenda in Colle-
giata, non admitti ſupplicationem in alia forma,
quàm ſi narretur vacatio talis Canonicatus cum
præbenda; quòd ſi fiat narratiua de ſimplici benefi-
cio, vtiquè inutilis erit prouiſio, cùm nõ capiat Ca-
nonicatus, & Canonicales prębẽdas, ex diſpoſitio-
ne text in d. cap. vlt. de præben. Nequè dicas id pro-
15 uenire † ex annexione ordinis; quià de iure com-
muni, nequè hoc eſt perpetuum, nequè ea annexio
vllam, ſaltim conſiderabilem, facit differentiam
inter Canonicatus, vt aduertit Innocen in eo. cap.
vlt. ſub num. 4. immediatè ante verſ. eſt ergo ſic in-
telligendum.

Quòd ſi quiſpiam inſtet, eam honoris prærroga-
tiuam, ſi non ſolidam, ſaltim in parte aliqua dif
fundi ad Canonicatus inferiores, indequè conſti-
tui rationem hanc, quam perquirimus; cùm nega-
16 ri nequeat, hos quoquè Canonicos † facere vnum
corpus cum ſuo Prælato, haberequè ius eligendi,
proindequè reſpectu ipſorum, alios clericos repu-
tari inferiores, atquè ità dum retinent nomen ſui
generis, ſpecie aliqua diſtingui, vt ſcribit Feder. de
Sen. in conſ. 73. n. 2. & 3. reſpondetur, hanc diſtin-
ctionẽ non videri attendendam, niſi vt appellatione
Clerici, non veniat Canonicus, non itẽ vt appella-
tione beneficij ſimplicis, non veniat Canonicatus,
cũ Canonicatũ beneficium ſimplex eſſe Doctores
17 admittant; vndè † in Eccleſijs in quibus nulla alia
ſunt ſimplicia, ſi concedatur expectatiua genera-
litèr concepta ad beneficia vacatura, veniret etiã
Canonicatus, nè gratia reddatur fruſtratoria, vt
poſt Goffr. docuit Io Andr. in d. cap. vlt. n. 2. quem
ſequitur Abb. in cap poſtulaſti, nu. 27. de reſcript.
quod non poſſet ſuſtineri, ſi ſub propria appellatio-
ne beneficij ſimplicis, non veniret Canonicatus.

Pro reſolutione itaquè, dicerem, Canonicatum,
præbendamquè ipſam Canonicalem, prorſus eſſe
beneficium ſimplex, iuxta ſententiam Hoſtienſis,
& aliorum ſuperiùs citatorum; & Canonicum,
ſiuè in Collegiata, ſiuè in Cathedrali, propriè eſ-
18 ſe † beneficiatũ ſimplicem, vt pronunciarunt Imol.
in cap. relatum, il ſecundo. ſub num. 13. ad fin. verſ.
idem videtur, de teſtam. quem ſequutus eſt Gomez.
in præcitat. cap. ſtatutum, ſub num. 25. verſ. pro iſta
diſtinctione, de reſcript. in ſexto; at Canonicatum
19 non comprehẽdi † ſub appellatione beneficij ſim-
plicis in ſupplicatione, non ratione alicuius qua-
litatis ſubſtantificæ, per cuius adiectionem ſit mu-
tata beneficij ſpecies, ſed ex iuris neceſſitate, vi-
delicet, vt nè dum Papa non intelligit hanc circũ-
ſtantiam, præiudicium inferat Capitulo, ſiur Col-
legio, circa ius recipiendi prouiſum in Canonicũ,
20 & fratrem, quod illi perpetuò adhæret, † propriè
enim Canonicus dicitur recipi, cap. cum M. Fer-
rarien. de Conſtit. cap. pro illorum 22. de præben. &
cap. cum in Eccleſiis 33. eod. tit. in ſexto, vndè eſt,
vt dum Capitulum ipſum, ceſſantibus reſeruatio-
nibus Apoſtolicis, & concurſu Ordinarij, prouidet
21 vel eligit, actus ille veriùs dicatur Receptio. † vt
probant textus præallegati, docetquè Rspa in d.
cap cum M. Ferrarien. num. 25. & ad primum
decretalium, reſp. 15. nu. 4. Cardin. conſ. 103 nu. 5.
Borr. deciſ. 223. ſub num. 6. verſ. nam Canonicus, &
22 formulam † iſtius Receptionis explicat Feder. de
ſen. conſ. 141.

Ratio igitur iſtius formæ præſcribendæ, ea mihi
23 videtur; quià cùm Collegium † ſit Societas, l. vlt.
24 ff. de colleg. non patitur ius, quempiam † in illud
trudi, contra Collegarum, ſeù ſociorum voluntatẽ,
l. qui admittitur, 19. ff. pro ſoc. aliàs videretur (vt
25 dixi) per Papam † præiudicium inferri ipſi Colle-
gio, cuius in hoc ius, ſemper intendit ſaluum eſſe,
Puteo. deciſ. 22. ad finem lib. 2. in correct. Quapro-
26 pter forma literarum † in parte exequutiua, hæc
eſt, vt Capitulum perſonam recipiat, vt eſt expreſ-
ſum in cap. ſi Capitulo, 5 de conceſſ. præb. in ſexto.
27 Eſt autem hæc † receptio duplex, altera iuris,
altera facti; iuris eſt, cùm ipſum Capitulum iure
proprio declarat, ſe Canonicum recipere in Cano-
nicum, & fratrem; facti verò eſt, cùm de mandato
eiuſdem Capituli, perſona ad id deputata, Cano-
nico ita recepto, in exequutionem præcedentis
actus, aſſignat ſtallum in Choro, & locum in Ca-
pitulo, vt benè explicat Lap. Abb. in d. cap. cum in
Eccleſiis, ex nu. 2. vſquè ad fin. de præben. in ſexto,
& has receptiones optimè cum earum formulis
diſtinguit Feder. de ſen. præalleg conſ. 141. per tot.
28 iſte enim modus tradendi poſſeſſionem † Canoni-
catus per aſſignationem ſtalli in Choro, & vocis
huiuſmodi in Capitulo, ex generali conſuetudine
præcipuus habetur, vt aduertit Ancher. in cap. ſi-
ne poſſeſſione, 3. ſub num. 10. longè poſt med. verſ. in
iſta acquiſitione, de Regul. iur. in ſexto, & quoad
29 ſtallum † aſſignandus eſt ſtallus proprius, aliàs nõ
transferretur poſſeſſio, prout nec ſi particularis
Eccleſiæ conſuetudo non ſeruaretur ad vnguem,
Innocen. in ſupracit. cap. in literis n. 17. de reſtitut.
ſpol. cuius doctrinam tanquam notabilem extollit
Abb. in cap. 2. num. 16. de conſuetud.

Cùm ergò Papa ipſe mandat recipi, eſt diligen-
30 ter obſeruanda forma literarum, nam ſi † concede-
ret expectatiuam, ſecundum terminos dicti cap.
ſi Capitulo, non cenſeretur alterare ius ipſius Ca-
pituli, Lap. Abb. in eo. cap cum in Eccleſiis, ſub n. 3.
31 ad fin. Si verò ipſe prouideat † & in exequutionẽ
prouiſionis mandet prouiſum recipi in Canonicũ,
& fratrem, iſtud mandatum, non intelligitur de il-
la receptione de Iure, quæ implicat actum colla-
tionis, & conſequentèr conſumit eam receptionẽ
tituli collatiuam, ſed de receptione de facto, quæ
propterea pertinet quidem ad Canonicos, non
tamen vt vniuerſos, ſed vti ſingulos, vt pulchrè
determi-

Digitized by Google

determinat Innocentius *in c. bona memoria, il ſecondo, ſub nu. 7. ad fin. verſ. vnde ſi Papa mandaret, de poſtulat. Prælat.* & eſt communis opinio, à qua non eſſet tutum recedere, propterea quòd, cùm agatur non de receptione tituli collatiua, ſed facti, poſſunt ad id compelli ſinguli de Collegio, vt poſt longam articuli diſcuſſionẽ, cõcludit Felinus *in cap. eam te, ſub num. 13. verſ. non aperit Dominicus, de reſcript. & idem docet in cap. cum omnes, num 27. & ibi etiam Io. Imola, nu. 55. & Ferret. num. ibidem 55. de conſtit. neque ab his diſſentit Lap. Abb. in præalleg. cap. cum in Eccleſiis, quem ibi ſequuntur Gemin. nu. 8. & Ancher. ſub nu. 1. Fonta. de ſpol. lib 2. num. 156. Surd. conſ. 28. n. 39. & hanc ſententiam probauit Rota in vna Andrien Archipresbyteratus, 30. Martij 1618. coram Buratto.*

32 Et propterea, cùm in literis † dantur exequutores in Curia, ſi reperiantur aliqui Canonici in ipſa Curia, poſſe eos compelli ad receptionem huiuſmodi, concludit Federicus *de ſen.* qui hanc eandem ſententiam tuetur *conſ. 290. ſub num. 6. verſ. aliam autem receptionem.*

Quod minimè aduerſatur rationi prædictæ, de adhibendo conſenſu ſociorum in receptione noui ſocij; nam vt ſocietas non eſt cum ſingulis, prout ſingulis, ſed prout vniuerſis, id ſanè exigitur, vt
33 actus † iſte, Capitularis ſit, nec aliter apprehenſa poſſeſſio ſuffragari poſſit, quantumcunquè proceſſerit à Canonicis, quod eſſe de iure, probat *Ferret. conſ. 220. nu. 13.* & per Rotam ſeruari tradit *Caſſad. deciſ. 8 num. 1. & 2. de cau. poſſeſſ. & proprieta. Rota deciſ. 1156. num. 1. lib. 3. par. 3. diuerſ. & in recen. deciſ. 701. nu. 5. par. 2. Cardin. Caualer. deciſ. 359. num 3.* & millies fuit deciſum,
34 etiam † ſi quis haberet decretum in regreſſu, de capienda poſſeſſione propria authoritate, *Pute. deciſ. 22. lib 2. in carrect.*
35 Verùm, iſta circumſtantia ſuppletur aut † à cõſuetudine contraria, cui in hac parte ius deſert, quemadmodũ expreſsè admittit *Caſſad. ea. deciſ. 8. nu 2. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* aut ex iuris di-
36 ſpoſitione, ſi videlicet † vel appareat, per Capitulum propoſitum impedimentum, quominus ita apprehenſa ſit, *Gregor. dec. 364. n. 2. Caual. deciſ. 359.*
37 *num. 4.* vel ſi in actibus † ſucceſsiuis collegialiter factis, fuerit Canonicus admiſſus, *Caſſad. ibid n. 3.*

Et vbi procedatur auctoritate exequutoris de-
38 putati in literis, eadẽ ſolẽnitas † eſt ſeruanda quia ea poteſtas tradendi poſſeſsionem, quæ originaliter eſt in Capitulo, & quæ illi per literas præſeruatur, non tranſit in Exequutorem, præterquam ſi negligat, vel impedimentum præſtet, iuxta doctrinam *gloſſ in præcita. cap. ſi Capitulo, in verb. factam, de conceſſ. preben. in ſexto, vbi Ancher. ſub num. 2 verſ. quaro poſt gloſſam,* docet practicam reddendi Capitulũ, in hac parte, contumax, & procedendi per Exequutorem, quam concluſionem latè firmarunt DD. in cauſa *Meten. Canonicatus 4. Iuly 1618. coram R.P.D. Pirouano,* vbi etiam fuit
39 dictum, impedimenta quæ in hac † controuerſia proponuntur, deducenda eſſe ex Facto Capitoli, non autem ex facto alterius, quod etiam notauit *Beltram. ad præcitat. Gregor. deciſionem 364. ſub num. 6.* vbi totam hanc materiam latè diſcutit.
40 Et quamuis videantur hæc etiam † ad inuicem pugnare, quod poſſeſsio poſſit tradi à ſingulis, & quod debeat eſſe Capitularis, in quo videntur quodammodo diſſentire præallegatæ duæ deciſiones in cauſa Andrien, & in cauſa Meten, in quibus ego ſcribebam, nihilominus facillimè poſſunt cõciliari, vt traditio quæ fit à ſingulis, proſit, ad effectum vlterioris vſus iuris Canonicalis, qui deniquè conſummitur in actu aliquo Capitulari, qui nõ poſsit ſeparari à patientia, & tolerantia ipſius Capituli, quod eſt in effectu totum id quod dicit *Caſſad. d. deciſ. 8. num. 3. de cau. poſſeſſ. & propriet.*

Quapropter ſi in iudicio manutentionis, nihil aliud deducatur, quàm factũ extra vniuerſitatis nomen, profectò manutentio denegabitur, vt in dicta Meten Canonicatus, & ſæpiſsimè fuit deciſum; ſi autem iuſtificetur etiam implicitum Factũ Vniuerſitatis, aut præſumptè ex conſuetudine, aut expreſsè, ſiuè implicitè per admiſsionem ad actus Canonicales, manutentio concedetur, vt in dicta
41 Andrien; niſi † re minus integra factum iſtud proceſsiſſet, idest poſt poſſeſsionem Capitulariter alteri traditam, *Rota in præalleg. deciſ. 1156. verſ. nec patientia par. 3 lib. 3.* & fuit reſponſum in *Calien. Canonicatus 29. Ianuary 1619. coram Illuſtriſſ. D meo Cardinali Io. Baptiſta Pamphilio.*

Ab hac autem neceſsitate, prorſus eximeretur
42 is Canonicus, qui diù † ſtetiſſet in poſſeſsione cum titulo infecto, vel aliàs nullo, & ſuperueniente ſibi titulo valido, eandẽ poſſeſsionem ſibi commutaſſet, neque enim is habet opus noua inſtallatione, quia ipſo iure fit quædam conuerſio, & mutatio ex cauſa ſuperuenienti, iuxta theoricam *Bald. in l. 2. ſub num 63. verſ. ſed pone, aliquis diu*
43 *ſteterat in Choro, C. de ſeruitu. & aqu.* Niſi & † effectus iſtius conuerſionis, eſſet impeditus ex antecedẽti ſuperuenẽtia tituli, ad fauorem alterius, vt ſingulariter declarat *Aym. conſ. 171. ſub num. 1. verſ. ſecundo, pro hac parte, iuncto num. 19. & poſt eum Hippol. Rimin. conſ. 100. nu. 25.* & vtrunquè dictum approbauit *Rota in vna Alexandrina Archipresbyteratus, 28. Iunij 1627. coram R.P.D. Merlino.*

SVMMARIVM.

1 *Officium, à Dignitate iuriſdictione diſtinguitur.*
2 *Officium, caret omni iuriſdictione.*
3 *Archipresbyteratus in Eccleſia, aliquibus, pro ſimplici Officio.*
4 *Dignitas vnica, poſt Pontificalem, in vnaquaque Eccleſia datur, neque multiplex, ſecundum ius commune.*
5 *Officium, cum præeminentia gradus, Dignitas dicitur.*
6 *Hoſpitale, eſt ſimplex Officium.*
7 *Venitquè ſub generali appellatione Officij.*
8 *Quod tamen declaratur.*
9 *Hoſpitale, cadit ſub Conſtitutione Gregoriana de publicandis.*
10 *Etiã ſi ſimpliciter cõmittatur eius adminiſtratio.*

11 Hoſpi-

11 *Hoſpitale, quando detur in titulum, vel in admi- niſtrationem.*
12 *Hoſpitalia, cadunt ſub regula de vacaturis per promotionem.*
13 *Hoſpitale, non eſt beneficium Eccleſiaſticum.*
14 *Eſt tamen titulus Eccleſiaſticus, vel ſaltim permiſſibilis Eccleſiaſtico.*
15 *Hoſpitalia omnia, ſubiecta ſunt viſitationi Epiſcoporum.*
16 *Etiamſi habeant certum Viſitatorem, niſi datus ſit priuatiuè quoad Epiſcopum.*
17 *Hoſpitalia, non ſecus ac Eccleſiæ, potiuntur immunitatis priuilegio.*
18 *Modò fundata ſint authoritate Epiſcopi.*
19 *Hoſpitale priuatum, reputatur profanum, nec gaudet priuilegio immunitatis.*
20 *Hoſpitalia, eatenus gaudent immunitate Eccleſiaſtica, quatenus ſunt perpetua.*
21 *Hoſpitalitas de facto, non concludit ad formam Hoſpitalis.*
22 *Hoſpitalia, etiamſi perpetua ſint, comprehenduntur ſub appellatione beneficij, in materia prouiſiua.*
23 *Hoſpitale, non aliter efficitur locus religioſus, quam authoritate Epiſcopi.*
24 *Et quandò præſumatur talis authoritas.*
25 *Hoſpitale, propriè dicitur, etiam priuata authoritate erectum.*
26 *Hoſpitale intra proprias ædes conſtituere, cuiquè permiſſum eſt.*
27 *Non tamen illicò erit Eccleſiaſticum.*
28 *Hoſpitale, non reputabitur erectum auctoritate Epiſcopi, ex conſtitutione Oratorij priuati.*
29 *Etiamſi ibi celebretur Miſſa.*
30 *Hoſpitalium reditus, reſpectu finis, longè diuerſi à reditibus beneficiorum.*
31 *Hoſpitalium rectores, debent ali ex reditibus Hoſpitalium.*
32 *Vnà cum eorum familijs.*
33 *Hoſpitalis Rector, ſi obierit contracto ære alieno, cauſa alimentorum, non hæres ipſius, ſed Hoſpitale tenetur illud diſſoluere.*
34 *Hoſpitalis Rector, adminiſtrat, & contrahit nomine Hoſpitalis.*
35 *Officij qualitas exprimenda in impetratione beneficij, quid referatur.*
36 *Hoſpitalium Rector, habet inſtar Tutoris, & Curatoris.*
37 *Hoſpitale ſimplex non confertur, ſed committitur ſub ſolemni iuramento, de quo hic.*
38 *Hoſpitalis Rector, non tenetur ſatiſdare.*
39 *Hoſpitale, non exigit Clericatum, in Rectore ſuo.*
40 *Poteſt tamen, etiam Clerico committi.*
41 *Text. in Clem. quià contingit, §. vt autem de religioſ. domib. excludens Clericos ſeculares à regimine Hoſpitalium, quomodo intelligatur.*
42 *Hoſpitale, etiam Eccleſiaſticum, poteſt committi merè laico.*
43 *Quod aduerſatur de directo naturæ beneficij.*
44 *Hoſpitale, in quo, per abuſum non ſeruatur hoſpitalitas, adhuc retinet naturam ſuam.*
45 *Hoſpitale, debet conferri perſonæ qualificatæ ex lege fundationis.*
46 *Hoſpitale, poteſt committi per Epiſcopum.*
47 *Non cadit ſub generalibus reſeruationibus beneficiorum.*
48 *Beneficium, non ideo recedit à natura beneficij, quià nuncupetur Hoſpitale.*
49 *Beneficium, poteſt erigi in Hoſpitali, eritquè tunc de Iurepatronatus Hoſpitalarij.*
50 *Hoſpitale, quod ex lege fundationis confertur in beneficium, non poteſt conferri, niſi Clerico.*
51 *Et quæ ſit ratio.*
52 *Hoſpitale, quod confertur in beneficium, non eſt beneficium, ſed eſt loco beneficij, nec deſinit eſſe Hoſpitale.*
53 *Debitum ex teſtamento, transfuſa actione, in actionem ex ſtipulatu, animo nouandi, non deſinit eſſe debitum ex teſtamento.*
54 *Hoſpitale, non venit appellatione beneficij, etiamſi ſit collatiuum, vel electiuum.*
55 *Beneficium, non arguitur ex titulo, quo confertur.*
56 *Hoſpitale, quod confertur in beneficium, præter actum collationis, retinet naturam Hoſpitalis.*
57 *Hoſpitale, ſi reperiatur annexum beneficio, cenſetur annexum acceſſoriè ad illud.*
58 *Nec hoc caſu, eſt locus diſpoſitioni Clement. 2. de præbend.*
59 *Hoſpitale, qua ratione, non veniat appellatione beneficij, in materia prouiſiua.*
60 *Fabrica, ſiuè Operaria Eccleſiæ, quatenus eſt Officium, regulatur eo modo quo Hoſpitale.*

QVÆSTIO VI.

Quæ ſit ratio explicandi qualitatem impreſſam beneficio per Officium, propoſito exemplo in Hoſpitali.

1 OFFICIVM, quatenus per illud qualificatur Eccleſiaſticum Beneficium, † eſt miniſterium aliquod, ſine vlla penitus iuriſdictione, etiãſi perpetuum ſit, nam ſi illi quoquè accedat iuriſdictio, mutatur ſpecies, & dicitur Dignitas, ità docuit *Innocen. in cap. de multa, ſub num. 7. verſ. miniſtri autem, de præben.* quem ibi ſequuntur alij, præcipuè *Io. Andr. ſub num. 13. verſ. miniſtri verò, Hoſtienſ. num. 10 Anchara. ſub num. 19. circa finem, Io. de Imol. nu. 30. & Zabarel. in §. hoc idem nu. 4. ac alij paſſim.*

Et licèt Abbas *ſub num. 23. verſ. ſeptima concluſio*, inter hæc officia videatur diſtinguere, vt alia ſint cum præeminentia, alia ſine, tamen hoc ſemper eſt verum, ſubiectum Officij, nihil eſſe
2 aliud, † quàm munus, aut adminiſtrationem ſine iuriſdictione, quæ propriè ad Dignitatem pertinet, vt conſentiunt omnes præcitati, cenſuitquè *Rota deciſ. 11. ad fin. de præb. in nou. Ant. de Prat. de iuriſdict. Epiſcop. cap. 6. num. 7. Burſatt. conſ. 377. num. 10.*

Et ſecundum hanc acceptionem, non ſolùm dicentur

Digitized by Google

dicentur Officia, Primiceriatus, ſiuè Cantoria,
Sacriſtia, ſeù Theſauraria, & Cuſtodia, ſiuè Præ-
3 poſitura, verum etiam † Archipresbyteratus, cum
neque in eo ſit iuriſdictio, vt benè per Germon. in
paratitla de Offic. Archid. verſ. cæterū quis neſcit;
Vt propè hinc pateat, circumſcripta cōſuetudi-
4 ne, in † quacūquè Eccleſia Collegiata, ſiuè Cathe-
drali, ſiuè inferiori, poſt pontificalem, non dari ni-
ſi vnam Dignitatem, videlicet Archidiaconatus in
Cathedrali, & obtinentis prælationem, exiſten-
tiſquè ibi, tanquam caput Collegij in inferiori,
cætera verò, vtcunquè in nomen Dignitatis, ſe-
cundum vulgi opinionem, ſonent, ea mera eſſe, &
pura Officia, vt dixit Rota ead. deciſ. 1. verſ. Do-
minus Nicolaus, quam ſequitur Butr. in præal-
lega. cap. de multa num. 24. ad med. verſ. allegat
Dominus Innocentius.

Verùm, non ita accipienda hic eſt vox Officium,
5 vt etiam † comprehendat miniſterium aliquod
cum præeminentia gradus, nam verior ea eſt ſen-
tentia, tunc mutari ſpeciem, & effici Dignita-
tem, vt diſputauimus, & latè oſtendimus lib. 2. q.
33. ex num. 23. & huius quidem Officij, aliud non
facilè occurrit exemplum quàm hoſpitalitatis, nā
6 Hoſpitale, † eſt ſimplex Officium, & illius Recto-
res potiùs dicuntur habere Officium quàm Bene-
ficium, Lap. de Caſtellion. in tract. de hoſpitalit ſub
num. 6. verſ. vnde dicunt potius, quapropter ſicuti
7 appellatione † Officij veniet Hoſpitale, Can. Apo-
ſtolica, 8. q. 1. Cardin. in clem. diſpendioſam, n. 11.
ad fin. verſ. pro hoc etiam, de Iudic. ita è conuerſo
excludetur appellatione beneficij, Clem. 2. vbi om-
nes notant, de praben. Mohed. de cauſ. poſſeſſ. &
propriet. deciſ. 18. ſub num. 1. verſ. ſed de iure com-
muni. Creſcen. deciſ. 1. num 4. de Priuileg. Rota
diuerſ. deciſ. 753 nu 2. & deciſ. 862. per tot. par. 4.

Quicquid in contrarium aliquando cogat na-
8 tura ſubiectæ materiæ, quia † ſit valdè fauorabi-
lis, & agatur de diſpoſitione, cuius ratio adapta-
bilis ſit etiam Hoſpitalibus, veluti in caſu Conſti-
9 tutionis Gregorij XIII. de publicandis † reſigna-
tionibus, quæ ideò locum obtinet, nedum in Ho-
ſpitali conceſſo in titulum beneficij, vt latiſſimè
tradit Pariſ. de reſignat. benef. lib. 11. q 3 ex n. 43.
& in his terminis loquitur Rota deciſ 667 nu. 5.
10 d. par 4. diuerſ. verum etiam in eo † cuius admi-
niſtratio ſimpliciter eſt commiſſa, vt per eundem
Pariſ. ead q. 3. ex nu 47. & tenuit Rota deciſ. 668.
11 num. 2 ead. par. 4. Quando verò † Hoſpitale detur
in titulum, vel potiùs in adminiſtrationem, optimè
etiam explicat Pariſ. eod. loco ex nu. 38. Quemad-
12 modum etiam hac ipſa ratione † comprehendun-
tur Hoſpitalia ſub Regul. Cancell. 26. de beneſic.
vacatur. per promotio. Felin. in cap. de quarta
num. 16. de præſcriptio.

Nequè enim id totalitèr repugnat verbi pro-
13 prietati, licet enim Hoſpitale non † ſit beneficium
Eccleſiaſticum, ſecundum beneficij definitionem,
14 quam explicauimus lib. 1. q. 3. non eſt † tamen ti-
tulus profanus, ſed Eccleſiaſticus & (vt ita loquar)
permiſtibilis Eccleſiaſtico, ſiuè ſpirituali, vt benè
aduertit poſt alios Benedict. Capra de beneficior.
permutat. num. 34. Pariſ. qui alios refert. d. q. 3.
num. 51. & 52. vt hinc meritò quæcunquè Hoſpi-
15 talia † ſubiecta ſint viſitationi Epiſcoporum, tàm
ex diſpoſitione Clem. quia contingit, de Relig. dom.
quàm ex diſpoſitione Sacri Tridentini Concilij,
ſeſſ. 22. cap 8 de reformat & ſeſſ. 25. cap. itidem 8.
16 etiamſi habeant † certum Viſitatorem, in funda-
tionis limine, præterquàm ſi ex eiuſdem fundatio-
nis lege, hoc ipſum expreſſè cautum ſit, nè Epiſco-
pus viſitet, vt excuſſo articulo reſpōdit Rota, apud
Gregor. deciſ. 4. ex num. 3. iuncta deciſ. 8. ex nu. 1.
pro quo optimè facit Pariſ. conſ. 34. nu. 2. vol. 4.
Cattren. conſ. 167. ſub num. 3. verſ. ſi tamen con-
ſtaret de contraria voluntate, vol. 2. potianturquè
17 immunitatis † priuilegio, non ſecus ac Eccleſiæ,
Archidiacon. in can. definiuit ſub num. 1. verſ. in
loco ſancto, 17. q. 4. Bal. in l. omnes 31. §. præterea
num. 3. C. de Sacroſan. Eccleſ. Alex. conſ. 9. ſub n. 1.
18 lib. 2. Petr. de Rauen. ſingul. 153. modò † ſint fun-
data authoritate Epiſcopi, ſaltim præſumpta itaut
non ſint reuocabilia, ſiuè reducibilia ad profa-
nos vſus, iuxta diſtinctionem Goffr. quam proba-
uit Abb. in cap. Eccleſia num. 7. de immunit. Ec-
cleſ. & declarat etiam Alex. eo conſ. 9 ſub n. 1. verſ.
quod eſt verum. Nihil enim eſt, quin intra proprias
19 ſuas priuatas ædes, poſſit quis Hoſpitale † conſti-
tuere merè profanum, quo caſu huiuſmodi priui-
legio non potitur, vt latè deducit Lap. de Caſtel.
in præcita. tract. de Hoſpitalit n. 10. vbi ſub n. 11.
eandem diſtinctionem Goffredi approbat.

Poſita enim hac reuocabilitate, non poſſunt di-
20 ci perpetua, in quo † ſtat tota vis iſtius Priuilegij,
cùm tunc locus minimè poſſit reputari aut. ſacer,
aut religioſus, imò nec publicus, vel formatus:
21 quia licet † de facto in eo ſeruetur Hoſpitalitas,
veriùs tamen eſt, non haberi formam Hoſpitalis,
Bal. in l. Orphanotrophos, 30. ſub nu. 7. verſ. quaro
vtrum lex noſtra, C. de Epiſc. & Cler. Pariſ. in
præall. conſ. 34. ex num. 9 præcipuè num. 12. lib. 4.
Gabriel de pia cauſ. concluſ. 2. num. 7.

22 Nequè adhuc ſi perpetua † ſint, eadem appella-
tione Beneficiorum comprehendentur, vt ſuprà
dictum eſt, quod in materia prouiſiua, ſiuè collati-
ua, definitum habemus per textum expreſſum in
Clem. 2. vbi gloſſ. & Doctores omnes, de præbend.
nimis enim recedunt à natura, & ſubſtantia Bene-
ficij, tum maximè reſpectu cauſæ efficientis, & cau-
ſæ finalis, nam etiamſi pro erigendo Eccleſiaſtico,
23 ſiuè publico, & in conſequens † religioſo Hoſpi-
tali, neceſſaria ſit authoritas Epiſcopi, quæ eo ipſo
24 præſumitur, quòd habeat † Eccleſiam, cum Cam-
panili, & alijs requiſitis, de quibus per Siluam,
de benef par. 1. q 7. ſub num. 5. verſ. tertio argui-
tur, quod gaudet, vt dictum eſt, priuilegio Eccle-
ſiæ, & ſubijcitur Edicto de reb. Eccleſ. non alie-
nan. Felin. in cap. de quarta, ſub num. 3. verſ. ſe-
cundo in alienatione de præſcriptio. & firmauit
Rota in recen. deciſ. 368. ſub nu. 1. circa fin. verſ.
& in terminis, parte 1.

25 Tamen, nō ſecus, ac propriè † dicetur etiā, Ho-
ſpitale, illud authoritate priuata, & ſine vlla parti-
cipatione Epiſcopi erectum, l. omnia, vbi not ſcri-
26 ben. C. de Epiſc. & Cler neque enim id † vlli pror-
ſus eſt interdictum, Turrecrem. in can. de Mo-
nachis

27 nachis num.2.18.q.2. tantum † repotabitur pro-
fanum, & non Eccleſiaſticum, Cardin. in Clem. 2.
28 num.7. de praben. Et pro ſigno † adhibitæ autho-
ritatis Epiſcopi non deſeruiet Oratorium priua-
tum illi annexum, Butr. in cap. inter dilectos, ſub
num.15. ad fin. verſ. vidi maximam quæſtionem,
& ibi Imol. ſub num.18. verſ. ſed aduerte, & Bar-
29 bat. num. 6. de Donatio. etiamſi ibi † celebretur
miſſa, poteſt enim eſſe, eatenus pro celebratione
huiuſmodi, authoritatem Epiſcopi acceſsiſſe, prout
de iure requiritur, vt benè etiam conſiderat Lap.
de Caſtell. in præcitat. tracta. de Hoſpitalit. ſub
num. 10. verſ. & Ioannes Andrea.
30 Pariter, tametſi † reditus Hoſpitalium, in ſu-
ſtentationem pauperum ſint deſtinati, nec minus
quàm reditus beneficiorum, panes pauperũ dican-
tur, tamen reditus beneficiorum principalitèr de-
putati ſunt ad cultum diuinum, acceſſoriè autẽ ad
vſum pauperũ per erogationem ipſius Beneficia-
ti, qui eos interim facit ſuos; at è conuerſo, redi-
tus Hoſpitalium principaliter ad vſum pauperum,
acceſſoriè verò, ad cultum diuinum: quapropter,
nec Rector Hoſpitalis illos facit ſuos, ſed ſimpli-
citer, ad inſtar Tutoris adminiſtrat, iuxta diſpoſi-
tionem Clem.2. de Religioſ. domib. quam diuerſi-
tatem agnouit Cardin. in Clem.2. ſub num.2. &
num.12. de praben. & ibi etiam Ancharan. ſub n.7.
verſ. nec eſt bona ſimilitudo, & ex eius ſententia,
Rota deciſ.714. num.11. par.1. diuerſ.
31 Vix enim † huiuſmodi Rectoribus conceditur
ius percipiendi victum, & veſtitum pro alimentis,
Roman. conſ.440. ex num.1. Baetia. tracta.3. de
decim. tuto. Hiſpaniæ iur. præſtan. c.3. nu.22. quod
32 tamen etiã extenditur † ad eius familiã, Matheſil.
ſingul. 190. incipien. nota quod licet Procurator,
num.2. Adden. ad Alex. in l.1. ſub num.23. ſol. ma-
trimon. Surd. qui alios refert, de alim. tit.4. q.24.
33 n.15. ita vt ſi quid contraxerit † æris alieni pro ali-
mentis huiuſmodi, non hæres ipſius, ſed Hoſpita-
le illud diſſoluere teneatur, vt conſuluit Roman.
eo. conſ. 440. ſub num. 4. verſ. ex his ergo; Quod
quidem ius habet in retributionem proprij Offi-
34 cij conſiſtentis † in adminiſtratione ipſius Hoſpi-
talis, cuius nomine etiam contrahit, Socin. ſen.
conſ.127. num. 1. lib. 1.
35 Quando verò dicimus, † in impetratione bene-
ficij, oportere fieri mentionem qualitatis ei im-
preſſæ ex officio, iam neceſſariò ſupponimus Of-
ficium non eſſe diſtinctum à beneficio, & naturam
illius; dato enim quod ſit ſimplex Officium, fru-
ſtratoria, & inepta eſſet controuerſia. Quapropter
ſi ſupponamus impetrari vnum aliquod Hoſpitale,
36 prout eſt ſimplex Officium, cuius † adminiſtratio
geritur ad inſtar tutelæ, & curæ, vt probat tex. in
Clem. quia contingit, §. vt autem, verſ. illi etiam,
vbi optima gloſſa, in verb. Tutorum, de Religio. do-
mib. probantquè Roman. & alij præcita. quibus
addi poſſunt Gemin. conſ.89. num.5. & Socin. ſen.
conſ.181. num. 1. lib. 2. traditquè etiam Pariſ. in
37 præcita. q.3. num.40. clarum eſt † ſub alia formam
conceſſionem fieri, ideſt per modum ſimplicis Cõ-
miſſionis ad inſtar tutelæ, ſub ſolemni iuramento,
de conficiendo inuentario, & de erogando fru-
ctus in pauperes, vt probat text. in præcita. Clem
& docent Gemin. in cap. vlt. num. 20. de elect. Feli
in præcita. cap. de quarta, ſub num.4. verſ. addem
quod Doctores, de præſcriptio. Rota in præalleg.
deciſ.714. num.2. & 3. par.1. diuerſ. citrà tamen
38 vllam † neceſſitatem ſatiſdandi, l. Orphanotrophos.
C. de Epiſc. & Cler. & ibi Bald. num.1. in 2. notab.
Petr. de Rauenna ſing. 252.
39 Nequè etiam, in eo † cui ſit talis commiſſio, re-
quiritur qualitas neceſſaria pro obtinendo benefi-
cio, nimirum quod ſit Clericus, ſat enim eſt, quod
ſit vir prouidus, idoneus, & boni teſtimonij, vt di-
cit text. in præallegat. Clemen. §. vt autem. Etſi
40 enim † nihil aduerſetur, quin itidẽ perſonæ Cleri-
ci poſsit fieri hæc commiſsio, cùm illud, quod ar-
centur Clerici ſeculares à regimine Hoſpitalium
in d. §. vt autem, referatur ad titulum prouiſi-
uum, non autem ad ſimplicem commiſsionem,
41 prout † ibi declarat Vitalin. num.38. & 44. Car-
din. in cap. quæſitum, num.13. in 4. q. de rer. per-
mutatio. Mil. in verb. Hoſpitale, quod Laicis con-
fertur, Lap. de Caſtel. in præci. tract. de Hoſpitalit.
num.68. Rota dicta deciſ.714. num.18. par.1. di-
42 uerſ. attamen † nullo modo eſt neceſſaria, nec qui-
dem vbi agitur de Hoſpitali Eccleſiaſtico, quia
adhuc huius regiminis capax eſt Laicus, vt in eadẽ
43 Clemẽtina decernitur, quod † totũ aduerſatur na-
turæ beneficij, vt plenè deducit Rota ead. p.1. di-
uerſ. deciſ.725. ex num.6. vbi num.12. idem eſſe
44 tradit, † ſi de facto ibi nulla ſeruetur Hoſpitalitas,
quia id ſit merus abuſus.
Procedunt què hęc de capacitate, tã Laici, quàm
45 Clerici ſecularis, ſi non etiam refragetur lex † fun-
dationis, ſiuè erectionis: quippè nil impedit ita in
fundationis limine decerni poſſe, vt videlicet ſem-
per conferatur vel Clerico, vel Laico, ſicut etiam,
vt committatur Regulari, quo caſu Hoſpitale, non
poſſet alteri, quàm Regulari cõmitti, Cara. in ead.
Clem. quia contingit, §. vt autem, n.4. de Religioſ.
domibus, Gambar. de Offic. Legat. lib.8. tit. de Offic.
Leg. in Regular. num.43. & 44. Rota in recen.
deciſ.202. ſub num 3. verſ. tamen dicebatur, par.1.
Vt hinc pateat, ſimplex Hoſpitale, ſiuè profanũ
ſit, ſiuè Eccleſiaſticum, non eſſe aliquod ſubiectum
46 cõferibile, ſed tantum cõmiſsibile: quæ † poteſtas
committendi, non minus, quàm apud Papam, repe-
ritur apud ipſum Epiſcopum, iuxta ſententiam
gloſſ. in ead. Clem. quia contingit, in princ. in verb.
de iure, & ibi etiam Imol. num.3. Rota in ſepecit.
47 deciſ.714. num.17. par.1. diuerſ. nequè cadit † ſub
aliqua generali reſeruatione beneficiorum, Feder.
de ſen. conſ.280. per to. Lap. eod. tract. ſub nu. 63.
verſ. offert ſe modo, cum multis, quos ſequutus fuit
Gonzal. ad Reg. de menſ. gloſſ.5. §.4. ſub num.10.
& latè probat ex num.7.
48 Pariter, nequè in † hac controuerſia, veniet be-
neficium, Hoſpitale, nũcupatum, quod in effectu,
non habet Hoſpitalitatem aliquam de iure, vel de
facto; iſtæ enim nuncupationes, non immutant, vel
alterant ſubſtantiam beneficij, quod ex Abb. conſ.
47. ſub num.1. ad fin. verſ. nec debet eſſe vis, par.2.
49 notauimus in præcedenti quæſtione, ſicut † nec
veniet beneficium, in Hoſpitali aliquo erectum,

nam & hoc iure permiſſum eſt aliquod Beneficiũ,
vel Capellaniam erigi in Hoſpitale, quæ ſit de Iu-
repatronatus ipſius Hoſpitalarij, *Seraphin. deciſ.
1120. num. 3.*

Petit igitur noſtra hæc quæſtio, eum caſum, quo
ſcilicet Hoſpitale habet formã propriam, & nihilo.
50 minus† ex lege fundationis cõfertur Clericis ſecu-
laribus in titulum beneficij, vt diſponitur per di-
ctam *Clem. in præcita. §. vt autem*, hoc etenim ca-
ſu reputatur beneficium, nec alteri poteſt confer-
51 ri quàm Clerico, quia † *d. Clem.* loquitur de bene-
ficio Eccleſiaſtico ſecundum ſtrictam huius vocis
ſignificationem, prout ibi aduertit *Card. in d. §. vt
autem, ſub nu. 9. ad med. verſ. dicit etiam Paulus,
& Vitalin. ex num. 97.*

52 Et licet non deſinat † eſſe Hoſpitale, proindeq;
non poſſit videri ſubiectũ aliquod diuerſæ naturæ,
vel formæ, nihilominus reſpectu actus collationis,
habetur loco beneficij, vt rectè loquitur *Rebuff. in
prax. tit. de deuolutio nu. 73.* vbi non dixit, Hoſpi-
tale hoc caſu eſſe beneficium Eccleſiaſticũ, prout
in hunc ſenſum illius verba accepit *Alfonſ. Hoied.
de benef. compatibil. in præfatio. ſub n. 4. verſ. pro
concordia*, ſed eſſe loco beneficij, ſecundũ *præcita.
Clement. quia contingit*, vnde in effectu, non deſi-
53 nit eſſe Hoſpitale; non ſecus † ac non deſinit eſſe
debitum ex teſtamento, quod originaliter ex te-
ſtamento debetur, licet actio ex teſtamento tranſ-
fuſa ſit in actionem ex ſtipulatu animo nouandi, ex
his, quæ ſcribit *Caſtren. in conſ. 164. ſub nu. verſ.
ſed adducamus exempla legalia, lib. 2.*

54 Et propterea, tàm hoc caſu, † quando ſcilicet
ex lege fundationis Hoſpitale debet conſerri Cle-
ricis ſecularibus, quàm altero, vbi videlicet debet
prouideri ex eadem lege, per electionem, itidem
deciſo per *d. Clem. quia contingit, in §. vt autem*,
habet locum diſpoſitio *Clem. 2. de præben.* vt ap-
pellatione beneficij, non veniat Hoſpitale, omni-
noquè ſit hæc circumſtantia explicanda; cùm non
55 valeat illatio, iſtud datur in titulum beneficij, † er-
gò eſt beneficiũ, vt determinat *gloſſ. in ead. Clem.
2. in verb prouideri*, quam ibi præ cæteris ſequitur
Io. de Imol. ſub num. 19. verſ. gloſſ. prouideri, &
tradit etiam *Vitalin. ex num. itidem 19.* retinet
56 enim † in alijs naturam Hoſpitalis, vt aduertit *Car-
din. eod. loco, ſub num. 12. verſ. decimo octauo quæ-
ro, in extremis verbis.*

Et quamuis præmiſſa ratio videatur eo quoquè
caſu vrgere, vbi Hoſpitale eſt annexum Beneficio,
57 annexione acceſſoria, quod † in dubio præſumitur,
vt notant omnes in *ead. Clem. 2. traditquè Aegid.
deciſ. 387. incip. ſi contra petentem, Rota in
58 practicabil. tit. de vnio. nu. 16.* nihilominus, † quia
propter huiuſmodi annexionem, ſiue vnionem, di-
citur extinctus titulus, & ſubſtantia Hoſpitalis, ip-
ſumquè Hoſpitale effectum cenſetur prædium be-
neficij, non eſt locus diſpoſitioni dictæ *Clem. 2. de
præben.* in quo omnes poſt *gloſſ.* ibi conueniunt,
præcipuè *Io. de Imol. ſub nu. 15. verſ. deinde quæ-
ro, & Vitalin. num. 20.*

59 Nequè tamen † eneruatur iuris ratio, ſuper qua
eſt fundata *dicta Clem.* videlicet, vt piæ voluntates
diſponentium, in alium vſum non commutentur,
prout ibi aduertunt præ cæteris *Ancharan. num.
7. & Vitalin. ex num. 15.* nam vel vnio, ſiuè
annexio fuit extinctiua tituli, & ſubſtantiæ Hoſpi-
talis, & tunc ceſſat quoquè de facto ratio prædicta,
aut fuit præſeruatiua Hoſpitalitatis, & vt fieri ſolet
cum Clauſula *ſupportatis oneribus*, & tunc ſatis
cenſetur factum intentioni iuris, in hac parte.

60 Quæquè dicta † ſunt de Hoſpitali, eadem ratio-
ne militat in officio Operariæ fabricæ Eccleſiæ, &
in ſimilibus, vt latè in *ead. Clem. 2.* tradunt *gloſſ. in
verb. Eleemoſynarijs*, *Card. num. 11. Anchar. ſub
num. 7. verſ. idem eſſet, Io. de Imol. ſub nu. 13. verſ.
& eadem ratione, Vitalin. num. 17.*

SVMMARIVM.

1 *Regula Cancellariæ, de expreſſione qualitatum beneficiorum, refertur; & eſt de daudit.*
2 *Dignitas, Perſonatus, & Officium, in quo conueniant, & in quo differepent.*
3 *Eadem, ſynonyma ſunt.*
4 *Dignitatis, triplex gradus.*
5 *Dignitatis ſubſtantia, gradus eſt.*
6 *Dignitas cui incumbit cura animarum, non dicitur Parochialis.*
7 *Nequè prouidetur per concurſum.*
8 *Concurſus non exigitur, vbi cura eſt penes Collegium.*
9 *Etiã reſpectu Vicarij, qui inſtituitur in exercitio.*
10 *Cura vbi incumbit beneficio, maior idoneitas requiritur in promouendo.*
11 *Curæ expreſſio, ſi omittatur in impetratione beneficij, non poteſt ſuppleri in literis ex Clauſula facultatis exprimendi qualitates.*
12 *Quod declaratur.*
13 *Clauſula*, cui imminet cura animarum, *quando apponatur in ſupplicatione.*
14 *Cura gregis, commiſſa cenſetur cuiuis Prælato Collegialis Eccleſiæ.*
15 *At non cura plebis, ſiuè Parochia.*
16 *Cura Collegij, omnino exprimenda in impetratione Dignitatis.*
17 *Niſi ſit talis Dignitas, quæ eam habeat de iure communi.*
18 *Cura plebis, ſiuè Parochia, non eſt neceſſariò exprimenda, quando adhæret cura Collegij, quæ in eadem ſupplicatione ſit narrata.*
19 *Quod declaratur.*
20 *Cura annexi, non eſt exprimenda, vbi ea exercetur per Vicarium perpetuum.*
21 *Et quæ ſit ratio.*
22 *Cura, vt dicatur ſatisfactum Regulæ, poteſt exprimi per æquipollens.*
23 *Parochialis quod ſit Eccleſia, debet poſitiuè exprimi.*
24 *Nec toleratur expreſſio dubitatiua.*
25 *Electiua beneficia, egent ſingulari expreſſione.*
26 *Modò electio pertineat ad Capitulum.*
27 *Et quæ ſit ratio.*
28 *Electiua ſi aſſeratur Dignitas in ſupplicatione, deletur illa dictio qualificatiua.*
29 *Dignitas ſine cura, exigit in promouendo xxij. annum.*

30 Et in

30 *Et in hoc, Concilium corrigit ius commune.*
31 *Dignitas cùm cura, exigit in promouendo xxiv. annum completum.*
32 *Dignitatis gradus, qua ratione explicandus ex Regula Cancellariæ. 57.*
33 *Archidiaconus, eſt oculus Epiſcopi.*
34 *Archidiaconi Officium.*
35 *Archidiaconus, habet iuriſdictionem.*
36 *Archidiaconi iuriſdictio alicubi veriùs eliſa ex conſuetudine, quàm per eam introducta.*
37 *Archidiaconus, habet iuriſdictionem, ſecundum conſuetudinem cuiuſcunque Eccleſiæ.*
38 *Archidiaconatus, aliquando eſt ſimplex dignitas ventoſa.*
39 *Archidiacono, aliquãdo maior eſt Archipresbyter.*
40 *Archidiaconi iuriſdictio, & prærogatiua, aliquando in alterum transfuſa.*
41 *Archidiaconatus, quibus ſit prouidendus, ex decreto Concilij.*
42 *Dignitates, quibus conferendæ, ex diſpoſitione Concilij.*
43 *Dignis digna rependi oportet.*
44 *Dignitates cùm prouidentur, qualitèr concipiatur ſupplicatio pro non graduato.*
45 *Literatis hominibus, non aſinis ferratis Eccleſia eget.*
45 *Indignus, dum promouetur ad beneficium contra mentem Papæ, & qui illi cooperatur, mortaliter peccat.*
47 *Doctoris gradum qui petit, ſi habilis ſit, excuſatur à peccato ambitionis, ſi verò inhabilis non excuſatur à peccato præſumptionis.*
48 *Et incurrit peccatum mortale.*
49 *Dignitatem Eccleſiaſticam obtinens, tanquam graduatus, ſi gradus fuerit per fraudem extortus, peccat.*
50 *Doctoratus, confert honorem perſonæ.*
51 *Locus, honoratur ex perſona.*
52 *Doctoratus gradus, qualitèr expendatur in vtilitatem Eccleſiæ.*
53 *Literati, qualitèr intelligantur ſplendere in Eccleſia.*
54 *Qualitates vbi plures exiguntur, omnes concurrere debent.*
55 *Scholaris, quantumcunquè doctus, & prouectus, non eſt capax Dignitatum requirentium gradum Doctoratus.*
56 *Bacalariatus, an ſit gradus.*
57 *Vndè dictus.*
58 *Bacalarius, non eſt capax Dignitatum exigentium Doctoratum, vel Licentiaturam.*
59 *Bacalarius formatus, vbi admittitur, cenſetur Bacalarius currens excluſus.*
60 *Lytæ, & Prolytæ gradus, quinàm in iure.*
61 *Graduati ſi plures concurrant, præferendus eſt magis graduatus.*
62 *Licentiatus, in fauorabilibus, habetur pro Doctore ſecundum aliquos.*
63 *Licentiatura, quid præſtet.*
64 *Licentiatus, indiſtinctè, non venit appellatione Doctoris.*
65 *Dignitatem qui obtinet, eo eſt potior, qui ad illam adſpirat.*
66 *Licentiatus, qualitèr æſtimetur minor Doctore.*
67 *Licentiatus, in concernentibus adminiſtrationem, nuſquam reputatur vt Doctor.*
68 *Licentiatus, ſi aſſumatur in Aſſeſſorem, non ſatisfit ſtatuto, de aſſumendo Doctorem.*
69 *Aſſeſſoris officium non exigit gradum Doctoralem, modò in perſona Aſſeſſoris concurrant peritia, & practica.*
70 *Quod declaratur.*
71 *Licentiatus, ſecundum Baldum, videtur habere Dignitatem Doctoralem, ſed hæc opinio reijcitur hic, & declaratur ſub num. 59.*
72 *Doctoralis Dignitas, pendet ex collatione Doctoralium inſignium.*
73 *Doctoratus de ſubſtantia, eſt coronatio.*
74 *Doctor, eximitur à Plebeijs, & exæquatur Nobilibus, per traditionem inſignium Doctoralium.*
75 *Licentiatura, ſiuè licentiæ gradus, concludit ad Dignitatem perſonæ.*
76 *Licentiatus priùs, & poſtmodum graduatus, an præferatur medio tempore graduato.*
77 *Doctoratus, Dignitatem confert.*
78 *Largo tamen modo, Dignitatis voce accepta.*
79 *Licentiatus, habet gradum proprium, & in iure cognitum.*
80 *Gradus, reputatur ſignaculum internæ virtutis perſonæ graduatæ.*
81 *Doctoratus gradum multi aſſumere omittunt propter Paupertatem.*
82 *Doctor vtriuſquè iuris, præfertur Doctori in vno iure tantum.*
83 *Doctor iuris, cui acceſſit gradus in Theologia, præfertur graduato in Theologia tantum.*
84 *Etiam quod poſteriùs, gradum ſit adeptus.*
85 *Regula de cõcurren. in dat. quomodo intelligatur.*
86 *Theologia, & Ius Canonicum, plurimum inter ſe communicant circa interpretationem legis diuinæ.*
87 *Habentquè ſe ad inuicem, eo modo, quo ſe habent theorica, & practica.*
88 *Canonum ſcientia, non poteſt perfectè haberi ſine ſcientia Iuris ciuilis.*
89 *Et quæ ſit ratio.*
90 *Doctor Iuris Canonici, qui non ſtuduit legibus, nihil valet.*
91 *Gradus Magiſterij in artibus, non habetur in conſideratione reſpectu Dignitatum Eccleſiaſticarum.*
92 *Theologus, vel Iuris Canonici Doctor, quamuis mediocris, præfertur in Dignitatibus Eccleſiaſticis ſupremo Doctori iuris ciuilis tantum.*
93 *Gradus, cur non in alijs ſcientijs, quàm Theologica, & Canonica conſiderentur.*
94 *Artes liberales, conſiderantur tanquam anſæ, ad ſcientias.*
95 *Theologus, ſine ſcientia Canonica, non ſufficit adminiſtrationi Eccleſiæ.*
96 *Canoniſta purus, ſi concurrat cum Theologo puro, quis debeat præferri.*
97 *Theologi opinio, in interpretandis dubijs, quæ tangunt forum conſcientiæ, eatenus præferri debet ſententiæ puri Canoniſtæ, quatenus Theologus ſit etiam peritus Legum, & Canonum.*

98 *Morum perfecta diſciplina, poteſt haberi ex ſcientia Iuris Canonici.*

99 *Theologus, circa quæ debeat præferri Canoniſtæ, vel è contra.*

100 *Morales materiæ, ſunt omnes determinatæ à ſacris Canonibus.*

101 *Theologus Canonum peritus, non facilè diſſentiet ab opinione Canoniſtarum.*

102 *Theologi proprium eſt, perpendere ius diuinum.*

103 *Text. in cap. 1. de conſanguin. & affin. expoſitus.*

104 *Theologiam ſolam, non ſufficere regimini Eccleſiæ, qualitèr, & in quo ſenſu, per Hoſtienſem, & alios enunciatum.*

105 *Canones, ex quibus fontibus deſumpti.*

106 *Iuriſprudentia, in quo ſenſu dicta fuerit ſcientia diuinarum rerum.*

107 *Ius publicum, conſiſtit in ſacris, & Sacerdotibus, ac Magiſtratibus.*

108 *Legum authoritate, diuina, & humana res benè diſponuntur.*

109 *Canonici iuris ſtudium, qua ratione coniunctum ſtudio iuris ciuilis.*

110 *Iuriſprudentia, communicat cum omnibus ſcientijs, etiam cum Medicina.*

111 *Iuriſconſultus, debet de omnibus reſpondere.*

112 *Iuriſprudentia, ex quibus fontibus ſit haurienda.*

113 *Sapientes, per Antonomaſiam, Iuriſconſulti vocati.*

114 *Et qua ratione.*

115 *Ciuilis ſapientia, Encyclopedia, aliquibus dicta.*

116 *Doctoratus in iure, magis ſplendet, quàm præfocetur ex ſuperuenienti Dignitate.*

117 *Epiſcopus Doctor, præcedit non Doctorem, quantumcunquè antiquiorem.*

118 *Doctor in vtroquè iure, Papa illicò vt aſſumitur ad Pontificatum, iuris ipſius authoritate efficitur.*

119 *Legiſta purus, malè audit.*

120 *Medicis, vel alijs, quàm Legiſtis, non poteſt tutò committi regimen Reipublicæ.*

121 *Medici, per Legiſtas parui penduntur.*

122 *Legiſtæ puri, ſiuè Legulei, qua ratione boues, & aſini nuncupentur.*

123 *Doctorandi Priuilegia, et Indulta Comitibus Palatinis, & alijs, authoritate Apoſtolica conceſſa, ex Conſtitutione Pij Quinti reuocata.*

124 *Doctorandi facultas, in Romana Vniuerſitate, hodiè ex Conſtitutione Pij V. ſolidata apud Collegium Dominorum Aduocatorum Conſiſtorialium.*

125 *Scriptum minus, quàm dictum, quomodò deprehendatur.*

126 *Doctoratus gradum aſſumens extra Vniuerſitates publicas generalis ſtudij, præſumitur indoctus.*

127 *Et dicitur Magiſter fictus, vel bullatus.*

128 *Vocaturquè Aſinus.*

129 *Et in Hiſpania, non reputatur pro graduato.*

130 *Nequè exæquatur Nobilibus.*

131 *Doctor, non poteſt creari in Iure Canonico, aliàs quàm authoritate Papæ.*

132 *Iuriſdictio voluntaria, excedit terminos ſuos in territorio alieno, dum remouetur inhabilitas perſonæ.*

133 *Doctorandi licentia, cur hodiè minus frequentèr impetretur à Papa.*

134 *Doctoratus prærogatiua, nõ conſideratur ex qualitate conferentis gradum in articulo prælationis, ſed ex qualitate examinis rigoroſi.*

135 *Doctoratus a Principe, non præfertur illi, qui tranſiuit per viam ordinariam.*

136 *Niſi adhibitum fuerit rigoroſum examen ſecundum aliquos.*

137 *Quod tamen reijcitur, & qua ratione.*

138 *Doctoratum adeptus per ſaltum, non conſequitur Priuilegia Doctoralia.*

139 *Lex generalitèr loquens, generaliter eſt intelligenda.*

140 *Vniuerſitas quæcunquè ſtudij generalis, gradum ſufficientem confert, quod tamen hic declaratur.*

141 *Statutis inferiorũ, nõ ſubijcitur ſummus Põtifex.*

142 *Vniuerſitates ſtudiorum generalium, quæ ſint.*

143 *Vniuerſitas ſtudij generalis Romana, omnium antiquiſſima, & Auguſtiſſima.*

144 *Bononia, quando credatur ſtudij generalis publica Vniuerſitas inſtituta.*

145 *Vniuerſitas ſtudij generalis Romana, quo tempore inſtituta, vel adaucta.*

146 *Profeſſoribus, in ſtudio generali Romano, olim ſalaria authoritate Senatus deputata.*

147 *Profeſſoribus, interdictæ priuatæ lectiones.*

148 *Leges, cum primùm Romæ publicè interpretari cœperint.*

149 *Academia Græca, in Vrbem traducta.*

150 *Vniuerſitas ſtudij Romani, inter alias famoſa.*

151 *Bononiæ, qui, & quo tempore viri inſignes, primùm docuerint.*

152 *Bononiæ Archidiacono conceſſa facultas doctorandi per Honorium III.*

153 *Decretalium libri, per Gregorium Nonum, Vniuerſitati ſtudij Bononien. dirigitur.*

154 *Studium Bononienſe, creditur inſtitutum ex diplomate Lotharij Imperatoris.*

155 *Bononia, in Ciuitatem ampliſſimam creditur erecta per Theodoſium iuniorem.*

156 *Iuris profeſſores, qualitèr profiterentur ante tempora Theodoſij.*

157 *Vniuerſitates publicæ ſtudiorum generalium, ideo adeuntur, vt ſtudentes ibi optimis moribus inſtruantur.*

158 *Doctori neceſſaria eſt ſumma peritia, & facundia, ſiuè doceat, ſiuè aduocet.*

159 *Iuriſconſulto, priùs mores animi, quàm linguam erudiri neceſſe eſt.*

160 *Doctoralis gradus, nulla habetur ratio, in concurſu, ob malos, & incomptos mores.*

161 *Iuris ſtudium, olim non permittebatur, niſi viris magnæ dignationis.*

162 *Et ab eo arcebantur homines cohortalis cõditionis.*

163 *Doctoralis gradus, non confertur infamia notatis.*

164 *Veluti condemnato ad fuſtes.*

165 *Vel Apoſtatæ.*

166 *Doctoratus in iure, non confertur Iudæo.*

167 *Nec Neophyto.*

168 *Neophyto confertur gradus doctoralis in iure non alitèr quàm ex diſpenſatione.*

169 *Docto-*

169 *Doctoratus in iure non confertur, niſi illi qui ſtuduerit per quinquennium.*
170 *Doctoralis gradus aeſtimatio, pendet à rigore examinis.*
171 *Doctores, magis aeſtimantur, qui gradum obtinuerunt in Vniuerſitate, in qua examen rigoroſius eſt.*
172 *Doctoralis examinis rigor, in quo conſiſtat.*
173 *Doctoralis examinis forma, & ordo.*
174 *Doctoratum promouentes, ſi peccent, non euitant pœnam gehennalem.*
175 *Iidem inquirunt, & referunt ſuper moribus.*
176 *Doctoratus gradus, propter malos mores denegatur.*
177 *Et deſtituitur.*
178 *Doctorali gradu, ſi à conſequendo quis repellatur, poteſt diſcendo iterum examinari, & approbari.*
179 *Doctorum triplex munus.*
180 *Doctoratus gradus, an vlla praeſtituta ſit aetas.*
181 *Poſtulare non licet pueris.*
182 *Toga, & forus, pueris, ante annum decimumſeptimum interdicta.*
183 *Doctor, iuriſdictionem habet in ſuos ſcholares.*
184 *Et inter eos, videtur quidam Regulus.*
185 *Iudex, non poteſt eſſe minor 20. annorum.*
186 *Et an poſſit Princeps cum impubere diſpenſare, vt ſit Iudex, remiſſiuè.*
187 *Minor, poſt exactum 18. annum, poteſt eſſe Iudex, ſi acceſſerit partium conſenſus.*
188 *Doctoralis iuriſdictio, aliquibus viſa eſt non exigere maiorem aetatem 17. annorum.*
189 *Auth. habita C. ne fil. pro patr. expoſita.*
190 *Doctor, de facto promotus ante annum 17. non deijcitur, ſed non recipitur inter Aduocatos, niſi impetrata ſit venia à Principe.*
191 *Authoris filij duo, qua aetate promoti ad Doctoratum in vtroquè iure.*
192 *Fulgoſius anno aetatis ſuae 15. repetijt l. manifeſtae ff. de iureiur.*
193 *Doctori, ſi Princeps indulgeat, vt ante annum 20. doceat, cenſetur eum habilitare, vt poſſit eſſe Iudex in ſuos ſcholares.*
194 *Doctores, propriè dicuntur graduati in iure, in alijs verò ſcientijs, Magiſtri.*
195 *Doctoratus, vel Magiſterij gradus expreſſus in literis, qualitèr ſuſſiciatur.*
196 *Doctoratum, quando ſufficiat verificari de facto.*
197 *Doctoralis gradus, in beneficialibus, maxima eſt praerogatiua.*
198 *Doctoratus vilitas, ex quibus vulgo comparata.*
199 *Doctores notati, qui non intelligunt rubricas iuris in quo graduantur.*
200 *Doctorellorum, aliquo modo neceſſarius vſus in Republica.*
201 *Doctoribus antiquis, cur tantum in opinione deferatur.*
202 *Cuiacij artificium in docendo.*
203 *Doctores antiqui, praeferendi iunioribus.*
204 *Niſi manifeſta ratio contrarium ſuadeat.*
205 *Vel Doctor iunior ſit excellentior.*
206 *Doctoris iunioris ſententia, praeualet in adſtruenda communi.*
207 *Quemadmodum in his quae pertinent ad verborum iuris ſignificationem.*
208 *Cuiacius, in qua parte maximè iuuerit doctrinam iuris.*
209 *Accurſius non ſatis idoneus verborum iuris interpres.*
210 *Doctores antiqui, viſi aliquibus ſunt, purae latinitatis hoſtes.*
211 *Doctor, qui non intelligit verba Iuris, neceſſe eſt, vt ſit etiam Iuris imperitus.*

QVAESTIO VII.

Quae ſit ratio narratiuae qualitatum, de quibus in Regul. Cancell. 57.

1 REGVLA Cancellariae, nũc 57. *de expreſſione † qualitatum beneficiorum, in impetrationibus*, conſtitutum eſt, ſuper beneficijs Eccleſiaſticis, cùm ſupplicationes porriguntur, mẽtionem fieri de qualitatibus eorum; videlicet an Dignitates Perſonatus, vel Officia ſint, eiſquè immineat cura animarum, & ad illa cõſueuerint, qui prouidentur, per electionem aſſumi, aliàs gratiae deſuper factae ſint nullae, & ſi qualitates huiuſmodi affirmatiuè, vel conditionalitèr non exprimantur, negatiua expreſsè deſuper fiat in beneficijs, quae tales qualitates, vel ex eis aliquas conſueuerint habere. Haec ſunt fermè verba Regulae, ex qua duo colliguntur praecepta, prius in ipſos ſupplices, ſiuè impetrantes, circa formam concipiendi ſupplicationes ſub pœna nullitatis gratiae, niſi illã ſeruent, qua ratione haec Regula dicitur de dãdis, vt per *Gloſſato. antiq. ad eam n. 4. & tenet Caſſad. deciſ. 12. num. 12. de praeben.* alterum, in Officiales expeditionum Praefectos, circa formam conſtringendi gratiam, vbi animaduerterint, qualitatum, de quibus in Regula, aliquam non affirmari in ſupplicatione.

Quò igitur ad primum, qualitates hic exprimi iuſſae, duae principales ſunt, vna videlicet, ſubſtantiam beneficij concernens, & altera prouiſionis actum, quae eſt conſequutiua, & in ordine ad primam; nam prior eſt, quod beneficium ſit qualificatum praerogatiua Dignitatis: licet enim in Re-
2 gula ponantur tanquam † diſcreta, Dignitas, Perſonatus, & Officium, tamen diſcretio haec petit diuerſitatem nominis, ad ſignificandum diuerſitatem gradus, non autem ſubſtantiae, quatenus haec eadem nomina conueniunt in ſignificando vnum
3 aliquod Dignitatis ſubiectum, veluti † ſynonyma, *cap. cum acceſſiſſent, vbi Cardin. ante num. 1. verſ. tertio nota, de conſtitut. quem textum ita expendit Abb. in cap. de multa, ſub num. 21. verſ. nam quandoquè, extra de praeben. poſt Innocen. ibid. num. 6. & Ioan. Andr. ſub num. 13. verſ. ſciendum eſt*, idẽ quoquè in effectu ſentiunt eodem loco *Collectar. ſub num. 34. verſ. quod niſi, Butr. num. 23. Io. de Imol. ſub num. 39. verſ. Ioan. Andreae hoc dicit*, & hunc intellectum Regulae praedictae, ad eam agno-

 uit *Gloſ-*

uit *Gloſſat. antiq. ſub num. 1. verſ. cùm iſta tria.*
Enimuerò, voces iſtæ potius diſtinguunt, vt dixi,
gradus Dignitatis, quàm ſeparent Dignitatem, ab
4 aliquo ſubiecto ſine gradu; potior † ſiquidem gra-
dus, eſt adminiſtratio cum iuriſdictione, medius
eſt cum nuda præeminentia, qui dicitur Perſona-
tus, vt explicauimus *lib. 1. q. 16. ex num. 47.* infe-
rior eſt adminiſtratio, cum ſimplici gradu, & dici-
tur Officium. Quemadmodum enim ſubſtantia
5 Dignitatis, † non eſt alia quàm gradus, vt oſtendi-
mus *lib. 2. q. 33. ex num. 28.* ita, cùm de Officio
aliquo Eccleſiaſtico agitur, id obſeruatur, an ſit
cum gradu in ipſo Capitulo, quo caſu dicimus il-
lud eſſe Dignitatem, vel potiùs ſit ſine tali gradu,
quo caſu dicimus eſſe Officium ſimplex, vt iam de-
clarauimus in præcedẽti *quæſt. ex n. 1. vſque ad 9.*
Quia verò ſæpè contingit Dignitatibus huiuſ-
modi, ſiuè Perſonatibus, vel Officijs curam ani-
marum incumbere; itemquè eaſdem Dignitates
per electionem prouideri, eadem Regula cautum
eſt, qualitates iſtas, quantumcunquè contingibi-
les, exprimi quoquè oportere. Nam reſpectu cu-
6 ræ, licèt † Dignitas, cui talis cura incumbit, ſiuè
ratione annexionis, ſiuè ratione exercitij, dum ea
radicatur in Capitulo, non dicatur Eccleſia Paro-
chialis, *cap. ſtatutum, vbi gloſſ. & Doctores de ele-
ctio. in ſexto, & ibi præ cæteris Archid. num. 1.
Gemin. num 3. 10. Anar. num. 2. Anchar. in princ.
verſ. ex quibus iuribus, Lap. num. 4. Butr. num. 3.*
7 *Franch. num. 2.* vnde † neque in his exigitur con-
curſus per Sacrum Tridentinum Concilium indi-
ctus, vt ex mente S. Congregationis latiſſimè de-
ducit *Garz. de benef. par. 9. cap. 2. num. 195.* non
8 ſecus ac † eo caſu vbi cura eſt penes Collegium,
9 *Caualer. deciſ. 274. num. 5.* etiam † reſpectu Vi-
carij, qui in illius exercitio inſtituitur, vt per eun-
dem *deciſ. 595. num. 4.* & nos latius explicauimus
lib. 2. q. 31. ex num. 21.
Nihilominus qualitas hæc iubetur exprimi, vt
Papa expendat ſupplicantis idoneitatem, quæ lon-
10 gè † maior exigitur in eo, qui prouidetur de tali
beneficio, cui imminet cura animarum, quàm in
eo, qui de quouis alio, *cap. cum in illis, de præben.
in ſexto, Cardin. in cap. vlt. num 19. extra eod. tit.
Biſignet. deciſ. 13. num. 1. pariter eod. tit. de præb.
Felin. in cap. in noſtra, ſub nu. 15. in 10. Corollar.
de reſcrip.* quibus addi poſſunt nuper cumulati per
*D. Barboſ. ad d. cap. cum in illis, num. 4. & dixi-
11 mus ſuprà q. 3. nu. 39.* quapropter ſi iſta † expreſ-
ſio omittatur in ſupplicatione, de nihilo deſeruiet
conſueta Clauſula facultatis exprimendi qualita-
tes, cuius vis hùc minimè ſe extẽdit, vt notat *Mã-
doſ. de Signat. grat. §. prouiſiones, in 15. col. verſ.
12 aperti iuris eſt,* tametſi † de vna tantum qualita-
te, aliter ſe habere ſtylum, atteſtetur *Gloſſat. an-
tiq. ad hanc Reg. num. 6.*
Et propterea, ex diſpoſitione iſtius Regulæ, in
13 ſupplicatione † adijcitur hæc Clauſula, *cui immi-
net cura animarum,* quæ quidem Clauſula, non
admittitur niſi in his prouiſionibus de Dignitati-
bus, deſumpta ex *Clement. 1. de præbend. vt ad-
uertit Hieronymus Paul. in pract. Cancell. Apo-
ſtolic. in notabilibus ſuper vacantibus non re-
ſeruatis, verſ. in vacante debet dici.*
Refertur autem Clauſula hæc ad curam plebis,
ſiue Parochiæ, non autem ad curam ipſius Colle-
14 gij, ſiuè Capituli, eſt enim aduertendum; † cuiuis
Prælato Collegialis Eccleſiæ cenſeri curam gregis
commiſſam, *Nauarr. de reditib. Eccleſiaſt. in 11.
monit. num. 1.* ideſt ipſius Collegij, non autem ple-
15 bis, ſiuè Parochiæ, vt declarat idem † *Nauarr. in
comment. 2. de regular. num 63. & notat Barboſ.
in collect. ad c. cum ab Eccleſiarum, n. 4. de Off. ord.*
Quando igitur Dignitati, pro qua ſupplicatur,
ineſt ea cura Collegij, quæ dicitur cura iuriſdi-
ctionalis, de qua ſatis egimus *lib. 1. q. 20. ex n. 19.*
16 tunc de illa quidem † omnino eſt facienda men-
tio, vt concludit *Felin. in cap. in noſtra, ſub nu. 15.
in eo. Corollar. verſ. de cura Collegij, de reſcript.*
17 niſi huiuſmodi ſit Dignitas, quæ ſui † natura illam
habeat de iure communi, qualis eſt Archidiaco-
natus in Cathedrali, *cap. ad hæc, de Offic. Archid.*
& tenuit pro maiori parte Rota in *antiquior. Bi-
ſignet. deciſ. 13. num. 1. & 2. de præben. & docuit
Felin. in cap. ſuper literis, ſub nu. 8. verſ. ſecunda
Regula, de reſcript. Rebuff. in prax. in 3. par. Sign.
ſuper Clauſula, etiam ſi tuationis, num. 4. verſ. li-
mitant quidam.*
18 Cæterùm, ſi eidem † Dignitati adhæreat alia
cura plebis, ſiuè Parochiæ, nõ item huius eſt neceſ-
ſaria expreſſio, & in conſequens neque adiectio
iſtius Clauſulæ; quia hoc caſu cura hæc Parochiæ,
veluti adhærens, non habetur in conſideratione in
qualificando ſubiecto, vt diſputat, & concludit
Cardin. in cap. vlt. num. 18. de præben. & videtur
de mente Rotæ apud *Biſignett. deciſ. vlt. eod. tit. de
præb. quem ſequitur Felin. loco proximè allegato.*
Et ità ſeruatur in Curia, vbicunquè ſupponitur
iſta adhæſio, ſeù vnio acceſſoria Curæ Parochialis;
19 ſi enim † eſſent vnitæ æquè principaliter, de vtra-
què eſſet facienda mentio, vt latiſſimè docet poſt
alios *Franch. in d. cap. cum in illis, in princ. nu. 5.
per to. de præben. in ſexto,* quam diſtinctionem
probauit *Caſſad. deciſ. 12 num 5. de præben.*
20 Ceſſaret verò ratio hæc, & in † conſequens di-
ſpoſitio Regulæ huius, ſi beneficium curatum eſſet
quidem annexum Dignitati, vel Officio, verùm
cura ipſa foret penes Vicarium, qui eſſet in eius
exercitio intitulatus; Quippè hoc caſu non poſſet
dici curam imminere alteri, quàm tali Vicario,
*Card. conſ. 30. paulo antè num. 1. verſ. ſi enim cura
competeret, Dec. in cap. ad aures n. 13. de reſcript.*
& cum ſupradicta ratio ipſius Regulæ, non petat
ſimplicem habitũ, neque illi adaptetur, fruſtrato-
ria eſt illius conſideratio, ex quo totum exercitiũ
eſt apud talem Vicarium perpetuum, vt in ſimili
concludit idem *Card. in Clem 1. ſub nu. 11. verſ.
21 item debet ponderari, de Offic. Vicar.* hoc enim † ca-
ſu propter annexionem neque is qui obtinet Di-
gnitatem, cui ea eſt facta, dicitur intitulatus in be-
neficio curato, neque rurſus propter intitulatio-
nem alterius in exercitio, ipſe illud habet: & ſic nõ
attenditur iſta qualitas, ad inferendam mixturam
conſiderabilem, quominus Dignitas huiuſmodi,
ſimplex non dicatur, vt pulchrè determinat *Felin.
in cap. poſtulaſti ſub num. 22. verſ. & hoc videtur*
certum

Digitized by Google

certum, de reſcript. & repetit in praeall. cap. in
noſtra, ſub nu. 15. in 10. Coroll. verſ. & dixi ſatis,
cui poſſunt addi alij cumulati per *Menoch. de ar-*
bitrar. caſ. 201. num. 67.
Ex quibus colligitur, veriſſimam eſſe ſententiã
Caſſadori *praeit. deciſ. 12. de praeben.* pro ſuſtinẽda
22 gratia † ſufficere exprimere ſubiectum pro quo
ſupplicatur, eſſe Dignitatem, & eam quidem in
Collegiata; cùm ſi Dignitas ſit in Collegiata, id
ſatis implicet curam, & hæc expreſſio per æqui-
pollens valeat ſicut directa, & nominata, vt ibi per
eum num. 3. & 4. non obſtante hac Regula, quæ
hanc interpretationem non excludit, vt per eun-
dem *ex num. 12. ſequitur Io. à Chok. ad ean. Reg.*
ex num. 11.
23 Pariter eadem Clauſula, non † refertur ad curã
animarum informantem (vt ita dixerim) ſubie-
ctum quod impetratur, cuiuſmodi eſt Parochialis
Eccleſia, hoc enim caſu alitèr concipitur ſupplica-
tio, narraturquè poſitiuè eſſe Eccleſiam Parochia-
lem: aliud enim eſt prouideri de beneficio, ſiuè
Dignitate in Eccleſia, & longè aliud de ipſa Ec-
cleſia, quod videtur voluiſſe *Biſignett. d. deciſ. vlt.*
ad fin. verſ. & ideo non venit ſub gratia, & optimè
etiam exemplificando, tradit *Rebuff. ſuper d. clau.*
etiam ſituationis num. 7.
24 Quòd ſi narratiua hæc cõcipiatur † dubitatiuè,
per dictionem *fortè*, vel cancellatur iſta dictio, vel
ſi inaduertenter non cancelletur, remanet tamen
otioſa, habeturquè pro non adiecta, vt monuit
Mandoſ. d. §. prouiſiones, in 1. col. ad fin. verſ. ſi in
prouiſione dicatur.
Reſpectu autem alterius qualitatis, quod Digni-
tas quæ impetratur ſit electiua, non eſt qui igno-
25 ret † id prorſus de iure eſſe, *Felin. in praeita. cap.*
in noſtra, ſub nu. 25. in 31. Corollar. de Reſcript.
Gomeſ. ad Regul. de annal q. 11. in 3. col. in princ.
verſ. & quia iſta beneficia, Verall. deciſ. 41. nu. 1.
par. 3. Gonzal. ad Regul. de menſ. gloſſ. 19. num 6.
& diximus ſuprà q. 3. num. 25. modo ſcilicet ele-
26 ctio fiat † per ipſum Capitulum Eccleſiæ, ſiuè Ca-
thedralis, ſiuè Collegiatæ, vt explicat Rota, etiam
de mente præmiſſorum apud *Caualer. deciſ. 278.*
ſub num. 7. & verſemur in electione vera, vt nos
latiùs explicauimus *lib. 2. q. 18. num. 16. & 17.*
27 Ratio eſt in promptu, nè † videlicet circumue-
niatur Papa in præiudicando electoribus: nam ius
illud multos tangens, & perficiens opus benè cæ-
mentatum, non præſumitur per Papam vnquam
tolli, ſunt verba Felin. *in praall. cap. in noſtra ſub*
d. nu. 25. verſ. nam tale ius, & propterea dum im-
28 petratur † dignitas, ſi qualificetur ex hac circum-
ſtantia, quod ſit electiua, iſta vox prorſus deletur,
cùm nec Papa conſueuerit iuri eligendi deroga-
re velle, *Mandoſ. d. §. prouiſiones d. col. 15. verſ.*
quando dicitur in ſupplicatione.
Quantum igitur pertinet ad expreſſionem prin-
cipalis qualitatis, quod videlicet id quod impe-
tratur, ſit Dignitas, nulla alia videtur proponi ra-
tio, quàm vt Papa expendat ſtatum perſonæ cui
prouidet, ſecundum gradum ſibi expoſitum, tàm
reſpectu ætatis, quàm aliarum habilitatum: nam
29 ſi fuerit ſimplex Dignitas, † exigetur in promouẽ-
do ætas xxij. annorum, ex diſpoſitione Tridenti-
ni Concilij *ſeſſ. 24. cap. 12. §. ad cæteras autem Di-*
30 *gnitates, de Reform.* per quod † corrigitur, quod
olim permittebatur *ex cap. indecorum, de ætat. &*
qualit. & cap. vn. eod. tit. in ſexto, vt videlicet
pro huiuſmodi Dignitatibus obtinendis, ſat eſſet
expleuiſſe xiv. annum, quæ quidem ætas debet eſ-
ſe completa, vt concludit *Garz. de benefic. par. 7.*
cap. 4. ex nu. 58. & ſequitur Monet. de commutat.
vlt. vol. cap. 10. num. 115.
31 Si verò fuerit cum † cura, tunc proculdubio ne-
ceſſaria erit ætas xxiv. annorum benè completo-
rum, itàut promouendus attigerit vigeſimũ quin-
tum, ex eodem decreto Concilij *in §. nemo dein-*
ceps, quod etiam dudum antea ſtatutum fuerat
in cap. cum in cunctis, §. inferiora, de electio. &
tradit Monet. loco praeit. num. 114.
32 Reſpectu verò aliarum † qualitatum, ideò di-
ſtinctè exprimitur gradus ipſius Dignitatis, vt in-
telligat, an ſit ſupremus; quem diximus conſtitui
ex adminiſtratione cum iuriſdictione, cuiuſmodi
33 in Cathedralibus obtinet Archidiaconus, qui † vt
eſt oculus Epiſcopi (quemadmodum ex Epiſtola B.
Clementis relata *in can. Diaconi, qui in ordine eſt*
ſextus, iuncta ibi gloſſa, in verb. Oculi, diſtin. 13.
colligit Innocentius Tertius, *in cap. ad hæc, §. item*
in Epiſtola, de offic. Archidiac. probauitquè Con-
cilium præfato loco, ſuper quo dicto, iocum refert
Hoſtienſis *in eo. cap. ad hæc, ſub num. 2. verſ. nam*
34 *& dixit quidam*) ità dum vice † ipſius Epiſcopi cũ-
cta obſeruat, & circumluſtrat, vt loquitur *text. in*
d. can. Diaconi, dumquè imperat Subdiaconis, &
Leuitis, ſollicitudinemquè & obſeruationem Pa-
rochiarum habet, & iurgia deniquè ſingulorum
audit, & in negotijs minimè arduis quæ corre-
ctione, & emendatione egere proſpicit, corrigit,
& emendat, promouendoſq; aut ad ordines, aut ad
beneficia examinat, vt diſtinctè refertur *in praeit.*
35 *cap. ad hæc*, proculdubio † iuriſdictionem habet,
cap. vlt. §. coram quibus eo. tit. de off. Archid.
36 Et licèt † Alexãder *in conſ. 142. n. 5. lib. 6* pronũ-
ciauerit, hanc iuriſdictionem potius eſſe ex cõſue-
tudine, quàm ex iure communi, tamen rectius lo-
quutus fuiſſet, dicendo eam eſſe de iure communi,
veruntamen aliquando ex conſuetudine vitiari,
ſiuè elidi, ità enim loquitur gloſſa, ſuper qua ipſe
fundat ſe, *in cap. 2. in verb. conſuetudines, de exceſ.*
37 *Prælat.* quo fit, vt iam in his ſtetur † conſuetudini
cuiuſque Eccleſiæ, quod cenſuit *gloſſ. vlt. in cap.*
vn. de offic. Primicer. & Specul. de offic. Archid.
num. 1.
Proindequè, decretum Concilij loco ſuperiùs
allegato, qualificauit Dignitatem hanc Archidia-
conatus, *ſi oculus Epiſcopi ſit*: ſicut enim contin-
38 gere poteſt, † vt ex ſingulari iure aliquo, non ſit
oculus Epiſcopi, ideſt nullum Officium, aut iuriſ-
dictionem obtineat, ſed ventoſa ſit Dignitas, vt de
Archidiaconatu Parmenſis Eccleſiæ notarunt ſcri-
bentes *in cap. de multa, de praeben. & in cap. 1. de*
conſuetud. in ſexto, quos retulimus *lib. 1. q. 16.*
39 *num. 111.* aut † ſi non ventoſa omnino, ſaltim non
ſit principalis, vt in Eccleſia Paduana, in qua
Archipresbyter eſt maior Archidiacono, ſecun-
dum

dum *Alex.d.conſ.142.ex num.1.lib.6.* ità etiam
40 fieri poteſt, vt Officium huiuſmodi † cum omni
eius prærogatiua iuriſdictionis, transfuſum ſit in
aliam perſonam Capituli, etiam per geminatio-
nem duplicis Officij, ſiuè adminiſtrationis, *Me-
noch. conſ. 52. num. 28.*

Et propterea ſtylus Curiæ, inhærendo ſupradi-
cto decreto, quatenus diſponit Archidiaconos,
41 qui † oculi dicuntur Epiſcopi, debere eſſe in omni-
bus Eccleſijs, vbi fieri poteſt, Magiſtros in Theo-
logia, ſeù Doctores, aut Licentiatos in iure Ca-
nonico, vbi porrigitur ſupplicatio pro obtinenda
42 Dignitate, non tàm † attendit nuncupationem,
quàm rei ſubſtantiam, an videlicet in effectu ſit
maior poſt Pontificalem in Cathedrali, vel princi-
palis in Collegiata, cui in conſequens naturaliter
illi inſit iuriſdictio: vtroquè enim caſu (modò, ſi de
Collegiata agatur, non etiam narretur eam non
eſſe inſignem) exigit in promouendo gradum Ma-
giſterij in Theologia, vel Doctoratus ſaltim in iu-
re Canonico, & vbi in ſpecie ſupplicatur pro Ar-
chidiaconatu, qui non ſit prima Dignitas, poſitiuè
etiam narratur eum non eſſe oculum Epiſcopi.

Ratio igitur Regulæ iſtius in hac parte, alia non
eſt in ordine ad decretum Concilij loco ſuperiùs
43 relato, quàm vt † dignis digna rependantur, vt lo-
quitur *text. in cap. vn. in princ. de reliq. & vene-
rat. ſanctor.* & ſuper hac ratione fundatur ſtylus
Curiæ, quæ eſt obſeruantiſſima decretorum Con-
44 cilij, vt dum porrigitur ſupplicatio † pro huiuſmo-
di Dignitatibus, ea non aliter ſignetur, quàm ſi po-
ſitiuè etiam narratum ſit, Oratorem eſſe, aut Ma-
giſtrum in Theologia, aut Doctorem, ſaltim in
iure Canonico, vel in eodem iure Licentiatũ; quod
ſi talis non ſit, non alitèr reſcribitur ſupplicationi,
quàm ſub hac Clauſula, *& cum decreto, quod di-
ctus Orator infra annum proximum, Magiſteriũ
in Theologia, ſeù Doctoratus, aut Licentiatura in
decretis gradum, in aliqua approbata Vniuerſita-
te ſtudij generalis, præuio rigoroſo examine, ac
aliàs ſeruatis ſeruandis, ſuſcipere omnino teneatur,
alioquin præſens gratia nulla ſit, ipſequè Archi-
diaconatus vacet eo ipſo.* & cùm literæ expediun-
tur, Clauſula hæc excuditur per verba decreto-
ria, & præceptiua, *volumus autem, quod tu infra
annum, &c. tenearis, &c. alioquin, &c.*

Ex quo, primùm infertur, ſi quandò conferuntur
huiuſmodi Dignitates ignaris, & indoctis, id pror-
ſus eſſe contra mentem Summi Pontificis, qui vt
45 nouit Eccleſiam † Dei egere hominibus literatis,
non Aſinis ferratis, vt poſt *Ioann. Monach. in cap.
cum ex eo 34. notat ibi Prob. num. 2. de electio. in
ſexto, Felin. in cap. ſi quando num. 7. de reſcript.*
vbi etiam *Nauarr. in 16. exceptio. num. 5.* cum
alijs relatis per *Gonzal. ad Regul. de menſ. in §. 6.
proœm. num. 33. & in gloſſ. 4. num. 4.* ità quidquid
in ſe eſt molitur, & prouidet, nè indignis huiuſmo-
di perſonis, de Dignitatibus prouideatur; Qua-
46 proptèr † ſi etiam doloſo artificio huic ſuæ ſanctæ
menti fraus fiat, qui fraudem huiuſmodi operatur
vel illi cooperatur, mortaliter peccat, *Nauarr. in
manual. in miſcellan. de oratio. ſub num. 66. verſ.
quam concluſionem, & ex num. 69.* licèt enim qui
47 dignus eſt, & † idoneus alios docere, excuſetur
à peccato ambitionis, ſi gradum hũc petat, tamen
ſi minus idoneus ſit, incurrit peccatum præſum-
ptionis, vt docet *Archid. in c. 1. nu. 6. 48. diſtinct.*
quem fuit ſequuta *gloſſ. in Clem. 2. in verb. honorẽ
48 de Magiſtr.* & † hinç peccari mortaliter, notauit
etiam *Alex. in addit. ad Bar. in l. 2. in vlt. addit. ad
finẽ verſ. gloſſa in Clem. C. de profeſſ. et med. lib. 10.*

49 Nequè excuſaretur † prætextu Magiſterij, vel
gradus, ſiuè Licentiaturæ, ſiuè Doctoratus, ſi & hic
fuiſſet per fraudem extortus; adhuc enim fieret
fraus menti ipſius Papæ, reſpectu harum Dignita-
tum, *vulg. l. fraus legi ff. de legib.* & in conſequens
committeretur contra Iuſtitiam, nam & hoc ex
frequenti hominum malitia compertum eſt, ſta-
tim non poſſe ex gradu huiuſmodi inferri ad do-
ctrinam, vt notat *Mandoſ. ad Regul. 16. Cancell.
q. 15. ſub nu. 3. verſ. hodiè video, & diximus lib. 1.
in appar. ex num. 126.*

Enimuerò, quamuis gradus videatur hic exigi,
ad ſpeciem decoris ipſius Eccleſiæ, cum nequeat
50 negari per eum † conferri honorem perſonæ gra-
duatæ, *Clemen. 2. in princ. & §. vlt. de Magiſtr.* ex
51 perſona autem locus † ipſe honoretur, *can. multi
diſtinct. 40.* & diximus ſuprà *lib. 1. q. 16. num. 7.* ta-
men magis ponderatur ipſius Eccleſiæ vtilitas, quę
52 non † tàm conſiſtit in illa ſpecie, quàm in re ipſa,
vt perſona ſit literata, & valdè docta, vt probat
*text. in praeſtat. cap. vn. de reliq. & venerat. ſan-
ctor. in ſexto, & in cap. vlt. de Magiſtr.* qui exigit
talem doctrinam, vt perſona ſit ſufficiens alios do-
cere: Et huc cõtrahenda ſunt omnia, quæ tàm Ca-
nones, quàm Doctores vbiquè extollunt circa
53 perſonas literatas, vt cenſeantur † fulgere in Ec-
cleſia Dei, ad inſtar ſtellarum, quæ ſunt in firma-
mento, vt latiſſimè declamant citati per *Caſſan. in
Catal. glor. mun. par. 10. conſideratio. 24. Gonzal.
d. gloſſ. 4. ex num. 5. & nouiſſimè D. Barboſ. in Col-
lectan. ad d. cap. vlt. num. 2. de Magiſtr.*

Infertur ſecundò, pro obtinendis huiuſmodi Di-
gnitatibus, non ſufficere qualemcunquè ſcientiã,
aut in Sacra Theologia, aut in decretis, niſi con-
54 currat gradus, nam cum duo hæc † ſimul requiran-
tur, alterum non ſufficit, *vulg. l. ſi hæredi plures ſ.
de condition. inſtitution. cap. vlt. de Verbor. ſignif.
in ſexto, cum ſimil. adductis per Gonzal. ad Reg.
de menſ. gloſſ. 13. in princ. num.* 100.

55 Quò fit vt nedum † ſcholaris, quantumcunquè
doctus, & prouectus harum Dignitatum non ſit ca-
pax, vt in ſimili concludit *Gloſſ. pragmat. ſanctio.
tit. de collatio. §. inſuper, in verb. graduatis,* ſed ne-
56 què etiam ſufficiat gradus † ille minimus, potiùs
ex vſu, quàm ex mente iuris, alicubi introductus,
qui vocatur *Bacalariatus:* tametſi enim aliqui eũ
referant inter gradus legitimos, *Mandoſ. ad d.
Regul. 16. num. 5. Gloſſat. antiq. ſuper Reg. 50.
de diſpenſation. ſuper defect. natal. nu 4.* (vbi *Ioan.
à Chok. num. 57. & 58. poſt Aleiat. & Mandoſ.* la-
57 tè agit de † hoc denominatione, conſiſtens tandẽ
in quadam opinione Pontani *progymnaſmat. par. 1.
progymnaſm. 38.* quæ nullum habet authorem fide
dignum; vt ideo mihi magis veriſimilior videatur
Rhenani opinio, quod Bacalarij iſti, ità fuerint

nuncupati

nuncupati à bacillo, cuius traditione, primi pro-
feſſi per eos ſtudij authoritatem videantur conſe-
quuti, vt refert *Io Kal. in ſuo lexic. iurid. in verb.*
58 *Bacalarij*) nihilominus gradum hunc † ſatis vide-
tur excluſiſſe, & decretum Concilij, & ſtylus Cu-
riæ, in concipienda ſupplicatione pro Dignitati-
bus, per incluſionem videlicet duorum graduum à
iure agnitorum, nēpè Magiſteriatus, ſiuè Docto-
ratus, & licētiaturæ, *vulg. l. cum Prætor ff. de Iud.*
59 Et in ſimili, vbi † admittitur Bacalaureus, ſiue Ba-
calarius formatus in differentia Bacalarij curren-
tis, cenſetur excluſus Bacalarius currens, *Rebuff.
ſuper concord. tit. de collatio. §. 1. in verb. Bacalau-
reo formato, Gloſſ. pragmat. ſanctio. eod. tit. §. 1. in
verb. formato.*
60 Et ſanè, vt dixi, gradus † hic nullatenus eſt in iu-
re cognitus, prout ſunt cogniti duo ſupradicti,
Magiſterij videlicet, ſiuè Doctoratus, & licentiæ,
ſiuè Licētiaturæ, ſub græcis nuncupationibus Ly-
tarum, & Prolytarum, quibus vtitur Iuſtinianus in
hiſtoria iuris, *ſub tit. de ration. & method. ſtuden.
ad Anteceſſor. in § ſed quis ſolitum, verſ. quibus ſi
benè ſeſe imbuerint, & notauit etiam Io. Kal. in
d. eius lex. iurid. in verb. Licentiati.*
Infertur tertiò, nequè decretum ſupradictum,
nequè vſum Curiæ tangere articulum prælationis
61 in graduatis iſtis, quominus † ſi plures concur-
rant ad eandem Dignitatem, magis graduatus
debeat præferri minus graduato, iuxta *Reg. 17.
de concurren. in data:* & propterea ſi concur-
rat Licentiatus, cum Doctore, præferendus erit
62 Doctor; licet enim † Licentiatus in fauorabilibus
habeatur pro Doctore, iuxta opinionem *Ioan.
de Imol.* quam videtur probaſſe *Geminian in
proœm. 6. Decretal. num. 10.* & tradit etiam *Felin.
in proœm. Decretal ſub nu. 18. verſ. de quo tamen
vide, & in cap. eam te, ſub num. 1. verſ. ſimiliter
dicit, de reſcript. ſequutus ſententiam Baldi, in l. 1.
ſub num. 24. verſ. quid ſi filius, ff. ſolut. matrimon.
Iaſ. in l. ad perſonas, 15. num. 11. ff. de iureiur.*
63 Attamen, in rei veritate talis non eſt, † quippe
nihil vltra eſt nactus ex gradu huiuſmodi, quam
opinionem, vt ſit habilis ad Doctoratum, vnde di-
ctus eſt Licentiatus, quaſi conſequutus licentiam
ſuſcipiendi doctoralem inſulam, vt ait *Ludouicus
Sebrader. in §. reſponſa prudentum, ſub num. 3. ad
fin. verſ. quod etiam in illis, inſtitut. de iur. natur.
gent. & ciuil.* vt propterea non videatur procede-
re illatio de potentia ad actum, quam faciunt præ-
64 miſſi Doctores, & meritò ab his † diſſenſerit *Are-
tin. in §. ſed ſi quis, ſub num. 1. verſ. ego indiſtin-
ctè teneo, inſtitut. quib. non eſt permiſſ fac. teſtam.*
Vndè ſi concurrat, vt dixi, Licentiatus cum gra-
duato in eadem facultate, nulla erit habenda ratio
65 Licentiati, præſtat † enim Dignitatem obtinere,
quàm potentia vtcunquè proxima ad eam aſpira-
re, *l. 1. C. de Conſul. lib. 12. per quem text. ità deci-
dit Roman. in conſ. 333. num. 10.*
66 Licentiatus enim, ratione † adhuc non perfun-
cti examinis publici, & quidem duplicis, ſemper
reputatur minus habens, quàm Doctor, vel Magi-
ſter, vt conſiderat *Aretin. loco proximè allega.* vn-
dè in his, quæ adminiſtrationem concernunt, cu-
iuſmodi eſt materia de qua nunc agimus, nuſquàm
67 appellatione † Doctorum veniunt Licētiati, etiam
ſecundum eos, qui in fauorabilibus contrarium
tenuerunt, vt poſt alios ſcribit *Sebrader. in d. §.
reſponſa Prudentum, num. 4.* Et videmus in Iudi-
68 ce, qui ex ſtatuto † tenetur ſibi in Aſſeſſorem aſſu-
mere Doctorem, nec enim ſatisfacit ſtatuto hu-
iuſmodi, aſſumendo ſibi in Aſſeſſorem vnum ali-
quem Licentiatum, ex doctrina *Bal. in l. filiusfam.
43. in extremis verb. de teſtamen. Milit* quem ſe-
quutus fuit *Iaſ. in l. filiæ licèt nu. 9. C. de Collatio.*
Tametſi pro huiuſmodi officio Aſſeſſoris obeundo
69 nullatenus ſit gradus † hic Doctoralis de Iure ne-
ceſſarius, modò ſit peritus, & practicus, ſecundum
*Purpur. in l. 1. num. 72. ff. de offic. aſſeſſ. Franc. de
Petr. ſeſtiu. lectio. lib. 1. cap. 9. ſub num. 5. ad fin.
verſ. ſanè doctoratus lauream.*
Quod minimè tamen producerem ad eum effe-
ctum excuſandi Iudicem, qui per imperitiam iudi-
caſſet: quippè licet in Aſſeſſore ſufficiant hæc duo,
70 nimirum peritia & practica, tamen † reſpectu peri-
tiæ, ſi deficiat in eo gradus Doctoralis, vel Licen-
tiatus, adeoquè teſtimonium publicum, vtiquè de-
ficiet etiam talis peritiæ, præſumptiua ſaltim, pro-
batio; & propterea vtrunquè requiri, ideſt publi-
cum teſtimonium Vniuerſitatis ſtudij generalis, &
quod in alijs ſimilibus officijs publicè fuerit exer-
citatus, docuit *Salic. in l. vlt. ſub nu. 3. verſ. quinto
an poteſtas C. de pœn. Iud. qui male iudic.*
Et quamuis Baldus *in l. qui indignus, ſub nu. 2.
verſ. modò hic reuocatur ff. de Senator.* videatur in-
71 nuere † Licentiatum habere Dignitatem Doctora-
lem, licèt careat adminiſtratione facultatis, tamē
id iure minimè ſubſiſtit, vt aduertit *Dec. in l. cùm
72 quid, num. 10. ff. ſi cer. pet.* pendet enim † ius iſtud
ex collatione Doctoralium inſignium, ſiuè coro-
nationis, per impoſitionem birreti, ſiuè Doctora-
lis inſulæ, vt poſt *Ioan. de Butrigar.* notat *Bal. in l.
bene a Zenone, num. 6. C. de quadrienn. præſcript.*
quod in ſpecie notandum eſſe contra Licentiatos,
monuit idem *Bal. in l. Athletæ num. 8. C. de excuſ.
73 Tutor.* & hanc coronationem eſſe de † ſubſtantia
Doctoratus, cum traditione aliorum inſignium,
paritèr idem docuit in *proœm. decretal. in princ.
74 nu. 24.* traditio enim hæc demum † eximit perſo-
nam, ſi de Plebe ſit, ab ipſa Plebe, & eam exæquat
nobilibus, *Guid. Pap. Delphin. deciſ. 88 ſub num. 2.
verſ. multo ergo magis,* & aperit facultatem publi-
ce conſulendi, *Pax. Sebal. de conſil. Sapien. lib. 1.
cap. 5. verſ. dixi approbatum.*
Infertur quartò, citra contingentiam hanc con-
curſus Magiſtri, vel Doctoris, ex eiſdem decreto,
& vſu Curiæ, æquè reputari idoneum pro huiuſ-
modi Dignitatibus, Licentiatum, ac Doctorem ip-
ſum; quia effectus Licentiæ alius non eſt, quàm
75 concludere † ad Dignitatem perſonæ pro gradu
Doctoratus, & illam certo ſigno indicare, vt ex
ponderatione *text. in l. 1. C. de conſul. lib. 12. ad-
uertit Socin. ſen. conſ. 70. ſub nu. 1. verſ. vndè non
video, lib. 4.*
Et ideò *Bal. in ſupradicta l. qui indignus, nu. 2.
verſ. modo hic reuocatur, ff. de Senator.* non malè
videtur fuiſſe loquutus, cùm dixit, Licentiam con-

ferre

ferre Dignitatem, ſi id accipiamus de Dignitate
perſonæ, ex merito virtutis, non autem de Di-
gnitate emergente ex gradu. Quamuis non igno-
rem, aliquos eam doctrinam huc quoquè exten-
76 diſſe, vt † Licentia ſit quædam inchoatio Doctora-
tus, in tantum vt eo ſequuto fiat retrotractio ad
ipſius Licentiæ tempus, etiam in præiudicium me-
dio tempore graduati, quemadmodum latè con-
ſuluit *Socin. ſen. d. conſ. 70. per to.* quē ſequutus eſt
Ferrett. conſ. 240. n. 10. Staphil. de prærog. expect.
§. ſecūdo principalitèr dubitatur in ea parte n. 23.
quod nūc non definio, cùm articulus ſit valdè con-
trouerſus, ex his quæ ſcribit *Horatius Mandoſ. ad*
pracit. Rom. conſ. 333. ſub n. 10. & indiſcuſſum quo-
què reliquit *Schrader. in d. §. reſpōſa prudētū n. 18.*
Quamuis ergò Licentiatus non habeat gradum
77 Doctoralē, per quem † volunt noſtri conferri per-
ſonæ Dignitatem, ex *c. quanto, ad fin. de Magiſtr.*
vbi Maria. Socin. nu. 4. (largo adhuc tamen mo-
78 do accepta † Dignitate, vt declarat *Alciat. in l. ſi*
quis in conſcribendo, 29. num. 17. de pact. Mandoſ.
d. Reg. 16. q. itidem 16. num 8. 10. Royas in epitom.
de ſucceſſ. cap. 20. nu. 87) habet nihilominus gra-
79 dum † proprium, & in iure cognitum, cui impli-
citus eſt ſtatus habilitatis, ad maiorem gradum
Doctoralem, vt admittunt præcitati Doctores,
& in ſpecie *Roman. in d. conſ. 333. ſub num. 9.*
verſ. ſunt enim iſti; ideoquè hoc caſu ipſa licen-
80 tia non ſimplicitèr conſideratur † tanquam gra-
dus, ſed tanquam ſignaculum publicum virtutis in-
trinſecæ latentis, *cap. cum in iuuentute, in princ.*
& ibi gloſſ in verb. honeſtum, de præſumpt. Et in
hoc ſignaculo acquieſcit mens legis, cum etiam
81 intelligat † plerunquè ob paupertatem, multos nō
poſſe graduari, *Mandoſ. in pracit. tract. de Signat.*
grat. tit. de licent. Doctoran. verſ. aliquando verò:
& ſic interim ſatisfit, & decori extrinſeco Eccle-
ſiæ, & eiuſdem Eccleſiæ vtilitati; quia concurrunt
in eadem perſona, & gradus, & ſufficientia litera-
turæ requiſitæ pro maiori gradu.

Infertur quintò, dùm decretum ſupradictum
ſimplicitèr admittit Magiſtrum in Theologia, &
Doctorem, vel Licentiatum in Iure Canonico, ne-
què tamen excludit effectū ſupradictæ Regulæ 17.
de concurren. in dat. ſi concurrat magis graduatus,
vtputà in vtroquè iure, vel etiam in vtroquè iure
& in Sacra Theologia, hunc omnino eſſe præferē-
82 dum. Vt enim Doctor † vtriuſquè Iuris debet præ-
ferri Doctori in altero tantùm, *Dec. in cap. Conſti-*
tutis, il ſecondo, n. 20. de appell. Menoch. conſ. 126.
83 *num. 11. & conſ. 902. num. 66.* ità Iuris † Doctor,
cui acceſſit gradus in Theologia, debet præferri
graduato in Theologia tantum, *Idem Dec. in cap.*
Clerici num. 34 de Iudic.
84 Et hæc quidem duplicitas † gradus operatur
effectum prælationis, quāuis poſteriùs contigiſſet,
vt benè deducit *Ferrett. in ſuprà alleg. conſ. 240.*
85 *nu. 4.* huncquè † eſſe intellectum magis conſonan-
tem literæ illius Regulæ, innuit *Mandoſ. in q. 15.*
ſub num 5. verſ. tertius intellectus: Et penè ex na-
tura iſtarum ſcientiarum, Theologiæ videlicet, &
decretorum, quæ ſpecificantur per Sactum Con-
cilium, & in forma ſuprà relatæ ſupplicationis, ve-
86 riſſimus demonſtratur. Quippè plurimum † inter
ſe communicant, circa interpretationem legis di-
uinæ, vt latiſſimè demonſtrat *Caſſan. in pracitat.*
87 *par. 10. conſideratio. 22. & 23.* habentquè † ſeſe
ad inuicem ſcientia Theologica, & ſcientia Iuris
Canonici, eo modo, quo ſe habent Theorica, &
practica, *Rebuff. de nominatio. q. 5. num. 7. ad fin.*
88 Sed nequè † poteſt perfectè haberi ſcientia Ca-
nonū, ſine ſciētia Iuris Ciuilis, *Mandoſ. de Signat.*
grat. tit. licentia audien. leg. & Phyſic. §. contra
89 *verò verſ. & idem voluit Abbas*, maxima † enim
pars Canonum à fontibus Iuris Ciuilis, mentequè
illius deſumpti ſunt, vt poſt alios docet *Felin. in*
c. Eccleſia S. Mariæ nu. 37. & 38. de Conſtit. adeò
90 vt Decretorū † Doctor, qui etiam legibus non ſtu-
duit, nihil valere credatur, vt poſt alios monent
Rebuff. d. tract. de nominat. q. 5. ſub n. 14. ad med.
verſ. facit dictum, & Decian. conſ. 43. nu. 7. vol. 1.
Et propterea, quamuis in ſupradicto decreto,
non habeatur ratio alterius gradus, quàm in Sacra
91 Theologia, & in decretis, itàvt cenſeatur † exclu-
ſum Magiſterium in artibus, *Roman. conſ. 333. n. 7.*
& quodammodo paruipenſus Doctoratus in Iure
92 Ciuili, vſquè adeo † vt mediocris Theologus, vel
Iuris Canonici Doctor, præferatur ſupremo Do-
ctori Iuris Ciuilis tātùm, *Dec. in pracit. c. Clerici,*
93 *n. 45. de Iudic.* attamen id prouenit, † nō ex negle-
ctu, vel artiū, vel Iuris Ciuilis, ſed quia, & artes, &
ipſius Iuris Ciuilis ſcientia ſunt incluſæ in his dua-
bus Eccleſiaſticis diſciplinis, Theologica videlicet,
94 & Canonica: nam ſine † artibus liberalibus ad has
ſcientias aſpirare vanum eſt prorſus, poſſetquè tē-
tanti illud Xenocratis opponi, *Abi, abi, non enim*
anſas habes Philoſophiæ, vt refert *Lipſ. in manu-*
duct. ad Stoic. diſſertatio. 2. in princ. verſ. itaquè
Xenocrates, & quemadmodum diximus Doctorem
in decretis nihil valere, ſi ignoret Ius Ciuile, mul-
95 tò minus † valebit (quantum pertinet ad regimen
Eccleſiæ) Magiſter in Theologia, qui Canonum
decreta ignoret, *cap. 1. de conſanguin. & affin.*
Vndè, in ea quæſtione, in prouiſionibus Eccle-
96 ſiarum, ſi concurrat † purus Theologus, & purus
Canoniſta, vter præferri debeat, ſunt qui exiſti-
ment, præferri debere Doctorem Iuris Canonici,
modò Eccleſia non ſit vicina Hæreticis, vt ideò
Theologo magis indigeat, *Roman. d. conſ. 333.*
num. 11. quam ſententiam, licèt ibi non probet
Horatius Mandoſ. in verb. Theologo, tamen eam
tuetur Quintilianus pater ipſius, ad *d. Regul. 16.*
Cancell. q. itidem 16. ſub num. 5. ex verſ. contra-
rium tamen eum ſeqq.
Ego verò præferrem eum, qui minùs in ſua pro-
feſſione purus eſſet; nimis enim malè audit ea pu-
ritas. Itaquè etiam qui ex Theologis ſibi blan-
97 diuntur, adſtruuntquè, † in interpretatione dubio-
rum quæ tangunt forum conſcientiæ, præferen-
dam eſſe ſententiam Theologorum, ſententiæ Ca-
noniſtarum, puritatem hanc abominari videntur,
temperantquè ſuam opinionem, modò Theologus
ſit inſtructus peritia legum, & Canonum, prout in
ſpecie ità declarat *Roder. regular. quæſt. to. 1. q. 10.*
art. 4. verſ. debet tamen, quod tantū eſt, quātum di-
cere id quod noſtri aſſumūt, videlicet purū Theo-
logum,

logum,nõ eſſe tãti,vt ſine Iuris Canonici facultate
poſſit ius dininum, quantũ pertinet ad moralitatẽ
perfectè interpretari : & in hoc præſtantior eſt Iu-
98 ris Canonici Doctor. Morum etenim perfecta † di-
ſciplina poteſt haberi ex ſcientia ipſius Iuris Ca-
nonici, quod qui negat, quantuluſcunque ille ſit,
neceſſe eſt, vt ſtatuat faciem ſuam contra ſum-
mum ipſum Pontificem id profitentem in *procem.*
ſexti Decretal. §. quem librum.

99 Poterit ergò Theologus † purus, melius prædi-
care opera Chriſti, aperire dogmata veræ fidei, ſi-
uè contra Hæreticos, ſiuè contra Iudæos, aut alios
Infideles; at ex ſola, & pura Theologia, in his quæ
pertinent ad mores, Eccleſiam regere, adeoquè
ſine ſcientia Legum & Canonum, negat expreſsè
Pontifex in *d. cap. 1. de conſanguin. & Affin.* &
ſemper ex ſuppoſitione puritatis huius, ita diſtin-
guit *Aneber. in quadam quaeſt. incip. Antiquis, &*
modernis temporibus, quem refert, & ſequitur *Io.*
de Anau. in cap. in Ciuitate, ſub n. 18. verſ. ſed con-
trariũ, & n. 19. de vſur. vbi in materia decimarũ,
Teſtamentorum, matrimoniorum, vſurarum, & ſi-
milium, ſubijcit viſos fuiſſe plures Magiſtros in
ſacra pagina, erraſſe; proindequè fore eis pericu-
loſum, aliquid in his materijs affirmare, vel nega-
re, ſequitur *Dec. conſ. 111. num. 5. lib. 2. & in ter-*
minis vſurarum, Alex. conſ. 1. nu. 10. lib. 2. Rimin.
Iun. conſ. 177. num. 25. Arnald. de Albertin. in
tract. de Haeret. q. 10. num. 10. Io. Baptiſta Lup. in
tracta. de Vſur. comment. 4. §. 4. num. 9. Gaſpar.
Roder. de ann. redit. lib. 3. q. 6. num. 64. Pariſ. qui
loquitur in materia matrimoniali, conſ. 67. nu. 31.
lib. 4. Natta qui loquitur in materia decimarum,
in conſ. 136. num. 8. & vniuerſalitèr de omni mate-
ria morali iuxta dictum aſſumptũ Ancherani, tra-
dunt *Natta conſ. 250. num. 2.* & alij cumulati per
Decian. conſ. 43. ſub num. 4. verſ. nam & in ma-
teria matrimonij, lib. 1. & in tracta. Criminal.
lib. 2. cap. 18. num. 5. plures alios refert, & ſequi-
tur *Mant. de tacit. & ambig. conuention. lib. 2.*
tit. 1. num. 58.

100 Sunt enimuerò materiæ † eæ omnes per Cano-
nes determinatæ, vt monet *Card. Mant. loco ſu-*
perius allega. indequè ſi Theologus, etiam Ca-
101 nonum peritus ſit, facilè eſt, vt † conueniat cum
Canoniſtis, ſi verò purus ſit, facillimum eſt, vt ab
his quoquè diſſentiat, diuerſuſquè abeat ab ipſis
Canonibus, vt in eo articulo, an Papa poſſit diſpen-
ſare in matrimonio rato, & non conſumato, no-
tauit *Nauarr. in manual. cap. 22. ſub num. 21.*
verſ. diuiditur etiam ante conſumationem.

102 Non itaquè negatur, ſi occurrat perpenſio † iu-
ris ipſius diuini, à quo ducatur aliqua deciſio, quin
ea propriè pertineat ad Theologicam facultatem,
ſecundum *Sot. de Iuſtit. & iur. lib. 6. art. 1. in 4.*
col. verſ. is de nomine, ſed hinc nõ ſequitur, purum
Theologum, ideſt qui non profitetur etiam iuris
Canonici ſcientiã, valere ex ſola, & ſimplici ſua fa-
cultate decidere caſus occurrentes in materijs hu-
iuſmodi Eccleſiaſticis, vtcunquè dependentibus à
103 Iure Diuino; & hoc eſt † quod Alex. III. accuratè
admodum inſinuauit, reſpectu cauſarum matrimo-
nialium, Abbati Caſſinenſi, in ſuperiùs *alleg. c. 1.*
de Conſanguin. & Affin. ex quo textu noſtri mini-
104 mè id † aſſumunt, quod ipſis imponitur, videlicet,
per Theologiam non poſſe regi Eccleſiam, ſed per
Theologiam puram, & ſolam; quemadmodum, nec
per ſolam facultatem in Iure Canonico, aut aliam
quamcunquè: quia cùm quotidiè emergant nouæ
controuerſiæ, opus ſit eum qui velit eas decidere,
eſſe multiſcium, vt valeat noua quoquè decerne-
re, per reductionem cuiuslibet controuerſiæ, ad
iuris principia, de quibus in *l. Iuſtitia, de Iuſtit.*
& Iur. videlicet honeſtè viuere, alterum non læ-
dere, & ius ſuum vnicuiquè tribuere, atquè ita, &
non alitèr loquitur *Hoſtienſ. in d. cap. 1. ſub nu. 3.*
ſuper verb. diſcretos, de Conſanguin. & Affin. dum
ait, eum textum eſſe apertum, contra quoſdam
Theologos, dicentes, Eccleſiam Dei poſſe regi per
ſolam, & puram Theologiam, nequè etiam alitèr
loquuntur, qui eum ibi ſequuti fuerunt videlicet
Io. Andr. num. 5. Aneber. nu. 7. Zabarell. ſub nu. 5.
verſ. quocirca, Collectar. n. 4 Butr. nu. 13. Henric.
Boic. num. 1. & Abb. num. 7.

Ex quibus patet, non melioris æſtimationis eſſe
purum Canoniſtã quam ſit purus Theologus; nam
105 vt Canones † omnes, partim ſunt deſumpti ex le-
gibus ciuilibus, partim verò ex actibus, & ſcriptu-
ra legis diuinæ, & ex dictis originalibus Sanctorũ,
& Doctorum ſacræ Scripturæ, vt aduertit *Col-*
lectar. in ſuo procem. epiſt. ad Decretal. in prima
col. verſ. verum quia ſcientia, impoſſibile eſt, vt
fontibus iſtis ignoratis, non etiam ignorẽtur prin-
cipia ipſius Iuris Canonici. Et propterea, dum
Concilium exigit gradum in decretis, intelligit de
gradu in eo, qui habeat decretorum ſciẽtiam per-
fectam, non autem imperfectam; & qui non ſolum
ſecundum gradum poſſit vocari Decretorum Do-
ctor, ſed ſi ſibi gradus in Iure Ciuili deficiat, poſ-
ſit tamen dici Iuriſconſultus optimus; dum Iuriſ-
106 prudentiam callet, quæ eſt † Diuinarum, atquè hu-
manarum rerum notitia, iuſti, atquè iniuſti ſcien-
tia, ſecundum definitionem Vlpiani in *l. Iuſtitia*
ff. de Iuſtit. & Iur. quam probauit *Iuſtin. in*
princ. inſtitution. eod. tit.

Etſi enim iſtud minimè eò trahendũ ſit, vt ſimul
eſſe debeat Magiſter in Theologia, vel ea callere,
quæ de fide orthodoxa, & rebus Diuinis in Codi-
ce Iuſtiniani ſcripta leguntur, cùm talis mentis nõ
potuerit eſſe Vlpianus, qui fuit Ethnicus, & longè
ante ea tempora floruit, vt rectè aduertit *Franc.*
de Petr. Feſtiu. lectio. lib. 1. c. 1. ex n. 12. nihilomi-
nus neceſſariò referẽdum eſt ad eam Iuris Ciuilis
principaliſſimã poſitionem, quæ dicitur ius publi-
cum, veluti concernens ſtatũ ipſius Reipublicæ, ni-
107 mirũ quæ † conſiſtit in ſacris, & Sacerdotibus, ac
Magiſtratibus, vt in *l. 1. §. huius ſtudij de Iuſtit.*
108 *& Iur.* ſicquè in hoc ſenſu per legum † authori-
tatem diuinas, & humanas res benè diſponi, pro-
nunciauit Imperator in *l. 1. in princ. verſ. cum*
itaquè de veter. iur. enuclean. quòd quoad huma-
nas alia ratione fieri nequit, quàm per aſſequu-
tionem Iuris Canonici, quòd totam ferè Theolo-
109 giam † complectitur, vt per *Ant. Fab. ad tit. de*
Iuſtit. & Iur. in Inſtitutio. princ. 3. illatio. 1. &
110 quoad humanus per † communicationem cum

omnibus

omnibus ſcientijs, quatenus ex dt ſeruiunt, & an-
cillantur ipſi Iuriſprudentiæ. Adeò vt quamuis ſtu.
dium Medicinæ, videatur prorſus extraneum à Le.
gali Philoſophia, in eo tamen, non debeat prorſus
hoſpes eſſe Iuriſconſultus, vt apertè ſentit *Rebuff.*
in pracit. tract. de nominatio. q. 5. num. 7. & eſt in
argumento text. in l. quæſitum. 60. ff. de re iudic.
111 nequè ei quandoquè, † ſalua verecũdia, videtur ſatis
integrum, non reſpõdere de remotis à profeſſione
legali, ex notatis per *Roman. ſing. 53. nu. 1. & 2.*
112 Ex quibus etiã innuitur, † quàm maximè referat
Iuriſprudentiã hauriẽti ex iure ſcripto, eodẽ tẽpo.
re nõ negligere fontes, à quibus illud deriuatũ eſt,
qui in effectu alij non ſunt, quàm naturaliũ, ac mo-
ralium Philoſophorum placita, adeoquè omnis ars
& ſcientia, quæ huic, vt dictum eſt, ancillatur, *Zaſ.*
in repet. l. 2. in princ. nu. 2. de origin. iu. vt meritò
113 qui in Iuriſprudentia † excellunt, titulo ſapientis
donati fuerint, *l. 2. §. poſt eos, de origin. iur.* & ſanè
114 aperta ratione, quia † nõ aliter in Iure Ciuili pru-
dens haberi quis poteſt, niſi multarum rerum vſum
habeat, vt ex *Cicer. in lib. de amicit. in princ. colli-*
git Pax. Sebal. in tract. de conſil. ſapien. cap. 1. ità
115 quod † ciuilis hæc ſapientia, Encyclopedia, dicta
aliquibus ſit, quòd omnium ſcientiarum, bona-
rumquè artium diſciplinam complectatur, inquit
Franc. de Petr. Feſtiu. lectio. lib. 2. cap. 8. num. 1.
116 Vndè etiam ſit, prærogatiuam hanc † tanti æſti-
mari, vt non præfocetur ex ſplendore ſuperueniẽ-
tis Dignitatis, ſed magis in ea ſplendeſcat, *quale*
manus (vt cum Poeta loquar) *addunt ebori de-*
cus, aut vbi flauo argentum, pariuſuè lapis cir-
117 *cundatur auro:* ſic, Epiſcopus † Doctor, præce.
dit non Doctorem, quamuis priùs ad Epiſco-
patum promotum, *Gemin. in can. Iſidorus, ad fin.*
verſ. quod notat, 17. diſtinct. Felin. in cap. Clerici,
ſub num. 3. poſt med. verſ. Doctor qui eſt, de iudic.
Boer. de ord. grad. vtr. for. cap. 1. num. 19. Menoch.
conſ. 902. num. 67.
118 Quin, ſi contingat eligi in Pontificem † Maxi-
mum, qui non ſit Iuriſconſultus, illico authoritate
iuris, efficitur Iuris vtriuſquè Doctor, ſecundum
Bald. in cap. 1. num. 6. de confeſſ. & Felin. in cap.
nonnulli, ſub num. 18. ad fin. verſ. vnde dicit, de
reſcript.
Quòd ſi Iuris etiam vtriuſquè Doctor, in ſua
profeſſione purus ſit, quem vulgò vocamus, *purum*
119 *Legiſtam*, malè quoquè in hac † ſua puritate audit.
Tametſi enim Regimen Reipublicæ, Legum Do-
ctoribus committatur, nequè ſine euidenti peri-
120 culo, † alterius profeſſionis viris poſſit aman-
dari, cuiuſmodi ſunt Medici, vt aduertit *Aretin.*
in proœm. Inſtitution. §. vlt. quem ſequitur *Prob.*
ad Gloſſ. pragmat. ſanctio. de collatio. §. videli-
cet, ſuper verb. Medicina, nu. 5. indeq; ſæpè Legi-
121 ſtæ deſpiciãt † Medicos, præcipuè dũ eos in æſtima.
tione æquiparant Obſtetricibus, & vix præferunt
Notarijs, ex ſententia *Io. Andr. in cap. ad aures,*
ſub num. 2. verſ. & ſetas quod Medici, de æta. &
122 *qual.* nihilominus audiunt † ipſi quoquè puri Le-
giſtæ à Medicis, ſe nuncupari boues, & aſinos, dum
illud eorum purum ſcire Medici referũt ad groſſi-
tiem huiuſmodi animalium, quod eſt Medicorum
vulgare conuicium in leguleios, cuius meminit
Gloſſ. pragmat. ſanctio. loco proximè citat. poſt med.
verſ. ideo debent Iuriſperiti.
Inſertur ſexto, pro capacitate perſonæ, in ob-
tinendis his Dignitatibus, non ſufficere gradum,
niſi ille fuerit quoquè obtentus in publica Vni-
uerſitate ſtudij generalis: vt enim præmiſſum eſt,
qualitas hæc expreſsè adijcitur in decreto pro nõ
graduato, qui graduandus eſt, & licèt circũſtantia
hæc in literis nõ explicetur, tamen ſatis eſt expli.
cata per Extrauagantẽ *Pij V. de anno 1563. Kal.*
Iunij, quæ in nouo Bullario eſt Conſtitutio 60. il-
123 lius Pontificis; per quã † omnia Priuilegia, & Indul-
ta Comitibus Palatinis, ac etiam quibuſuis Offi-
cialibus Romanæ Curiæ, Collegijs, ſinguliſquè
alijs perſonis, cuiuſcunquè ſtatus, gradus, ordinis,
& præeminentiæ exiſtentibus, ad Doctoratus, Li-
centiaturæ, & Magiſterij gradum promouendi per
quoſcunquè Romanos Pontifices prædeceſſores
ſuos, & Sedẽ Apoſtolicã, ac etiã per ipſum Pium,
etiam motu proprio, deq; certa ſcientia, & pote-
ſtatis plenitudine, quomodolibet conceſſa, confir-
mata, & innouata, authoritate Apoſtolica perpe-
tuò reuocauit, caſſauit, & annullauit. Ac Decretis
Cõcilij Tridẽtini inhęrẽdo, decreuit, & declarauit,
eos qui à Comitibus, & alijs præfatis promoti
fuerint, quò ad Dignitates, cæteraquè beneficia
Eccleſiaſtica, nulla gradus prærogatiua frui, & gau.
dere poſſe, vel debere, cum Clauſula ſublata, & de-
creto irritanti, atquè ampliſſima derogatione ob-
ſtantium: adiecta etiam ratione; quia intellexerat
huiuſmodi Indultarios, quamplurimos, tàm Lai-
cos, quàm Clericos, tàm in Iure Ciuili, quàm Ca-
nonico, & Theologia, nullo, aut non debito exa-
mine præuio, indoctos, & inhabiles, Doctores, Li-
centiatos, & Magiſtros creaſſe, & promouiſſe, vt
ad Dignitates, cæteraquè beneficia Eccleſiaſtica
facilius aſſumerentur, & de eis prouiderentur, in
animarum ſuarum iacturam, & quampluriniorum
ſcandalum.
124 Huic verò Conſtitutioni † alia fuit conſequuti-
ua Sixti V. per quam, applicato Rectoratu Studij
Romani Excellentiſſimo Collegio DD. Aduocato-
rum Cõſiſtorialium, huic ſoli (quod dudum antea
ſimul etiam decreuerat Iulius Tertius, vt in eius
Conſtitutione 16. ſecundum nouum Bullarium)
conceſſit facultatem doctorandi in ipſa Vniuerſi-
tate, priuatiuè etiam quoad Collegium Reueren-
diſſ. DD. Prothonotariorum, ſuper quo exſtat fa-
moſa *Seraphin. deciſ. 1271.*
Ex præfata verò Conſtitutione Pij Quinti, dum
Papa refert, ſe adhærere decretis Sacri Concilij,
vtiquè indicat, Concilium *d. ſeſſ. 24. cap. 12. de re-*
form. cùm exigit, pro obtinẽdis Dignitatibus iſtis
Magiſterium, Doctoratum, aut Licentiaturam, in-
tellexiſſe de Magiſterio, Doctoratu, & Licentiatu-
ra, in publica Vniuerſitate ſtudij generalis, non
125 autem intra priuatos parietes, itàut nimis † ſcri-
ptum, quàm fuerit dictum, vt Papinianus ait in *l.*
cum auus, 101. de condition. & demonſtration.
Nequè enim fit veriſimile, Sacrum Concilium
intellexiſſe de graduatis extra vniuerſitates pu-
126 blicas generalis ſtudij, dum in his † præſumitur
doctrinæ

Digitized by Google

doctrinæ defectus, *Felin. in cap. per tuas ſub nu. 3. verſ. limita primo, de maiorit. & obed.* vndè dicun-
127 tur Doctores, ſeù † Magiſtri ficti, & bullati, etiamſi
ſint creati à Principe, aut de illius mandato, vt
loquuntur citati per *Cagnol. in l. ſi quis maior, ſub num. 169. verſ. quamuis in puncto iuris, C. de*
128 *tranſactio.* & vocantur † aſini, prout eos ſic vocat
Rebuff. in tractat. de nominatio. q. 10. num. 4.
vbi ſubijcit, in *verſ. in Hiſpania*, huiuſmodi Do-
129 ctores non reputari † in Hiſpania pro graduatis;
neque eos conſequi Priuilegia Nobilium in his
130 locis, † in quibus Doctores Nobilibus circa ali-
qua æquiparantur, tradit *Guid. Pap. in ſuperius cita. deciſ. 88. ſub nu. 2. in vlt. col. verſ. ſed an præmiſſa, & deciſ. 388. num. 11.*

Idemque & multò magis dicendum eſſet de
graduatis ab Indultario aliquo ipſius Cæſaris,
vel etiam ab ipſomet Cæſare; non ſolum quia
reſpectu facultatis Theologicæ, & Iuris Canoni-
ci, (quas duntaxat Concilium, & Summus Ponti-
131 fex conſiderat) deficit † illius authoritas, *Felin. in d. cap. per tuas, ſub num. 3. de maior. & obed.*
Sed quia, quos Papa inhabilitat in materia ſibi
ſubiecta, non poteſt Cæſar habilitare; etiam ſi
admittamus, actum doctorandi eſſe voluntariæ iu-
riſdictionis: quatenus enim remoueretur inhabi-
132 litas † inducta per Papam, eſſet contentioſæ, vt
ſubtiliter aduertit *Aneberan. conſ. 320. num. 5.*
Quamuis nec voluntariam poſſit exercere in ter-
ritorio Eccleſiaſtico, ex forma iuramenti, de quo
in *Clementina prima de iureiuran.* quemadmo-
dum eodem loco tradit *Aneber.* quem ſequutus
eſt *Felin. in cap. graue num. 4. ad fin. de Offic. Ordin.* & in iſtis præciſis terminis, in *c. per tuas, ſub eo n. 3. verſ. ſecundo limita, de maiorit. et obedien.*
133 Pariter, ex eadem † Conſtitutione educitur ra-
tio, cur hodiè minus frequens ſit vſus impetran-
di licentias doctorandi à Summo Pontifice, cum
clauſula, *præuio rigoroſo examine*, de qua per
Mandoſ. d. tit. de licent. doctoran. nimirum quia
huiuſmodi licentia, reſpectu Dignitatum, & be-
neficiorum Eccleſiaſticorum, prorſus eſt inutilis;
& quamuis ratio illa, quod in hac materia non
134 attendatur † authoritas Doctorantis, ſed rigoro-
ſum examen, vt in Doctorato per Imperatorem
docet *Iaſ. in l. 2. §. prius autem num. 17. de Vulg. & pupill. & in l. ſi quis maior n. 30. C. de tranſact.*
135 ex dicta clauſula videatur ceſſare, vndè qui † ne-
gant, Doctoratum à Principe ita dignum repu-
tari, vt ille qui tranſiuit per viam ordinariam,
quemadmodum loquitur *Caſtren. in l. vlt. num. 5.*
136 *C. vbi Senat. vel Clariſſim.* admittant, imò † di-
gniorem reputari, adeoque præferendum, quate-
nus in exequutionem reſcripti, adhibitum fuit tale
rigoroſum examen, *Felin. in cap. Clerici, ſub n. 3. circa fin. verſ. nota etiam, iuncto num. 5. verſ. item Doctor Imperialis, & ibi etiam Dec. num. 19. & 20. de Iudic.*
137 Nihilominus adhuc per † huiuſmodi rigoroſum
examen, non eſt ſatisfactum intentioni iuris, quia
iſtud erit ſemper vnicum examen, non autem
triplex, & ordinatum, quod ſecundum iuris di-
ſpoſitionem exigitur: vndè ita promotus, per-
138 petuò dicetur promotus per † ſaltum, id eſt omiſſo
ordine triplicis eius examinis, de quo per *Bart. in l. Athleta, num. 1. C. de Athlet. lib. 10. Barbat. in proœm. Clement. ſub num. 35. verſ. limita ſecundo,*
ac proinde in ita graduato ſemper conſiderabitur
defectus hic, neque integrè potietur Priuilegijs
aliorum graduatorum, *l. nemo 8. C. de Aduoc. diuerſ. Iud.* quem textũ ita expendit, & contra iſtos
tales Doctores ponderat *Roman. in l. ſi verò, 63. §. de viro, num. 31. ff. ſol. matrim. Thom. Parpal. in repetit. l. placet, ſub num. 71. ad fin. verſ. & præmiſſa omnia notetis, C. de Sacroſanct. Eccleſ. Rebuff. in pracit. tract. de nominatio. d. q. 10. nu. 4.*

Infertur ſeptimo, gradũ Magiſterij, ſiuè Docto-
ratus, vel licentiaturæ narratũ pro obtinendis hu-
iuſmodi Dignitatibus, iuſtificari eo ipſo, quod pro-
betur adeptus in aliqua Vniuerſitate publica ſtudij
generalis; quia cùm neque decretum Concilij, ne-
que decretum appoſitum in ſupplicatione diſtin-
139 guat, ſed generaliter † loquatur de Vniuerſitati-
bus publicis, nec nos diſtinguere debemus, *vulg. l. de pretio, de publician. cum ſimil. adductis per Franciſcum Becc. conſ. 16. nu. 4.* Prxterquàm ſi ali-
140 cui † nationi, aut Eccleſiæ, ex ſpeciali Priuilegio
Apoſtolico, aliter indultum eſſet, ex deductis per
Rebuff. dicta q. 10. ex num. 5. & in concorda. de collatio. §. 1. in verb. priuilegiata, vel etiam cau-
tum in limine fundationis alicuius Eccleſiæ, vt in
ſpecie fuit reſponſum in vna *Ratiſbonen. Canonicatus, 13. Ian. 1617. coram R. p. d. Pirouano.* aliàs
ſequeretur abſurdum, Summum Pontificem ſubia-
141 cere † ſtatutis inferiorum, *Put. deciſ. 301. num. 1. & 2. lib. 1. Ant. Auguſt. in epitom. ſuper Reg. 8. Cancell. num. 15. & diximus lib. 2. q. 38. num. 11.*
præcipuè vbi prouidet tanquam de reſeruato, *Rota deciſ. 18. num. 2. de reſcript. in antiq.* & fuit
ponderatum in *d. Ratisbonen.* & benè facit in
propoſito *Rota deciſ. 161. nu. 1. lib. 2. p. 3. diuerſ.*

Vniuerſitates autem ſtudiorum generaliũ, quæ
142 olim præcipuæ referũtur † in decreto Concilij ge-
neralis Viennenſis relato in *Clemen. 1. de Magiſtr.*
multas alias commemorat *Caſſan. in Catal. glor. mun. p. 10. conſider. 32.* & in Italia noſtra, antiquis
aliquot acceſſerunt, maximè in ditione temporali
Eccleſiaſtica, Maceraten, ex Cõſtit. Pauli III. anno
1540. quæ eſt Conſtit. 22. illius Pontificis, ſecundũ
nouum Bullariũ, & Firmana, ex Conſtitutione Bo-
nifacij VIII. nouis priuilegijs decorata per Sixtũ
Quintum, dudum etiam antea erecta fuerat Ferra-
rienſis, cuius meminit *Rota in præall. deciſ. 161. n. 1. lib. 2. p. 3. diuerſ.* & poſtremò extra eandem di-
tionem, Mãtuana, ſub Sanctiſs. D. N. Vrbano VIII.
143 Conſtat autem, omniũ omnino antiquiorẽ, † &
auguſtiorem, Romanam eſſe; vt non immeritò pri-
mo loco recenſita fuerit in *d. Clem. 1. de Magiſtr.*
Quamuis enim *Io. Andr. in ſua gloſſ. ibi poſita, in verb. Bononien.* videatur ægrè tuliſſe, illam præfer-
ri Vniuerſitati Bononienſi, aſſerens ſtudium gene-
rale fuiſſe inſtitutũ Romæ per Innocentium Quar-
144 tũ, Bononiæ verò † per Theodoſium Iuniorẽ, in quo
vltimo dicto, fortè inaduertenter, eum ſequutus
fuit *Caſſan. in ſupracitat. conſiderat. 32. in 8. col. verſ. de ſtudio Bononienſi*, nihilominus confundi-

145 tut † hæc eius traditio per textum expreſſum in
l.vn.C.de ſtud.liberal.Vrb.Rom.lib.11, quæ verè
eſt Conſtitutio Theodoſij iunioris ſupradicti, &
Valentiniani, data 3.Kalen. Martij, ſub vndecimo
Cōſulatu ipſius Theodoſij, ideſt anno Chriſti 427.
ex cuius lectura apparet, iam tunc, & dudum an-
tea Romæ, habitum fuiſſe ſtudium generale,
in quo aderant publici profeſſores artium libe-
146 ralium, quibus auctoritate Senatus † Salaria
deputabantur, quod etiam liquet ex Symmacho
lib.1. epiſt. 73. præfatos autem Principes, per di-
ctam Conſtitutionem eo anno idem ſtudium,
147 in melius reformaſſe, præcipuè in eo, nè † profeſ-
ſores publici, priuatim docerent, ſimulquè acceſ-
148 ſione duarum facultatum † ampliaſſe, videlicet
Phyſicæ, cui vnum, & legalis Philoſophiæ, cui
duos adiecerunt Doctores, vt disertè in ipſa Con-
ſtitutione refertur, & benè etiam explicant *Luc.
de Penn. num. 12.* & latius enarrat *Garſ. Tolet.
ad eum tit. num.3. & 4.*

Vt propterea ſi de Vniuerſitate ſtudiorum, in
genere tractetur, ſatis conſtet nullā in Italia fingi
poſſe Romana antiquiorem, præcipuè ſi verū eſſet
149 antiquis cum Academijs † ex Græcia tranſporta-
tis in Vrbem, tum inſtitutum generale iſtud ſtu-
dium, ſiuè Auditorium, in quo ſcientijs operam
dederunt Iulius Cæſar, Cato, & alij viri, vt viſum
eſt aliquibus, *Caſſan. d. conſiderat. 32. in 7. col.
verſ. in iure noſtro, cum ſeqq.* quod ego tamen nō
ità probo, qui ſciam tranſlationem hanc cōmen-
titiam, & Iulium, Ciceronemq; ac alios Athænis
literarum ſtudio operam dediſſe.

Si verò de Vniuerſitate etiam ſtudij in Iure Ci-
uili; nec arbitror antiquiorem inſtitutionem ſtudij
huius reperiri hac ipſa, ex dicta Conſtitutione
Theodoſij, & Valentiniani, de anno 427. quinimo,
quod lōgè ante ea tēpora, ibi fuerint publici pro-
feſſores legum, clarè colligitur ex teſtimonio Vl-
piani *in l.ſed & reprobari 7.§.vlt.ad fin.ff.de ex-
cuſ. tutor.* vndè hanc Vniuerſitatem Romanam,
150 ſuper omnes † alias famoſam eſſe, veluti ſcriptam
in iure, vt veniat appellatione famoſæ Vniuerſita-
tis, nec ſit opus nedum id approbare, ſed nec al-
legare, cenſuit *Caſſan. eodem loco in 5. col. verſ.
conſulerem tamen.*

Non tamen nego eā Ciuitatem, poſt aliquā Ita-
151 liæ à Barbaris partam quietem, publicū † ſtudium
habuiſſe, in quo docuerunt Bulgarus, Martinus, &
Hugo, quorum meminit Baronius in anno 1158. &
152 de anno 1216. Honorium † Tertium conceſſiſſe fa-
cultatē doctorandi in eadem Vniuerſitate Archi-
diacono illius Eccleſiæ, cuius facultatis meminit
idem *Io. And. in Clem.1.in verb.ſuſpenſum, verſ.
& ſecundum de Magiſtr.* & ante Innocentium
Quartum, reſtitutorem ſtudij Romani, Gregoriū
153 Nonum, † librum ſuum Decretalium, ad eam
Vniuerſitatē direxiſſe, vt legitur in proœmio De-
cretalium, quæ tamen omnia non concludunt vel
ſtudium Romanum primùm fuiſſe erectum per In-
nocentium Quartum, aut ſtudium Bononienſe
fuiſſe erectum per Theodoſium iuniorem, vt vi-
ſum fuit Io. Andreæ.

154 Vt ideo † eorum veriſimilior ſit opinio, qui
exiſtimarunt illud fuiſſe erectum ex priuilegio Lo-
tharij, vt retulit *Bart. in 1. conſtit. ff. §. hac autem
tria ſub num. 3. circa fin. verſ. dico ergo quod habe-
re ſtudium*, qui creatus Imperator de anno 841. &
155 æquiuocum Ioannis Andreæ † potuit indè proce-
dere, quod Theodoſius erexit Bononiam in Ciui-
tatem, ſecundum *Bart. loco praecit. num. 2.*

Arbitror tamē reſpectu Iuris Canonici, ex præ-
miſſis licere coniectari, prius Bononiæ, quàm Ro-
mæ illud publicè fuiſſe expoſitum: ſed nequè id
pertinet ad efformandam Vniuerſitatem genera-
lis ſtudij: nec potuit Ioan. Andreæ habere hunc
ſenſum, qui optimè nouerat, temporibus Theo-
doſij iunioris nec Decretales, nec Decretum
Gratiani fuiſſe compoſitum: quemadmodum ne-
què ante euerſam rempublicam erat, qui ius
ciuile interpretaretur in ſcholis publicis: nam
156 quod † legitur in *l. 2. §. poſt hos fuit Tiberius, de
Orig. iur.* Tiberium Coruncanum primùm pro-
fiteri cœpiſſe, deindequè Sextum Aelium, &
alios ibi relatos maximam ſcientiam in profi-
tendo habuiſſe, & quæ ſequuntur de pluribus alijs
profeſſoribus Iuris Ciuilis, & eorum Auditori-
bus, minimè ita accipienda ſunt, vt in aliquo loco
publico, eſſent qui publica authoritate ius ciuile
interpretarentur cuiuis audire volenti, in quo cō-
ſiſtit forma publicæ Academiæ, ſiuè Vniuerſita-
tis; ſed vt iſti dicerentur publicè profiteri, ad dif-
ferentiam Iuriſconſultorum, qui antè præceſſe-
rant; nam illi, Conſultoribus tantum oracula ſua
reddebant, & iuris myſteria (quæ Cicero vocat)
enunciabant; iſti verò poſt Coruncanum, cùm de
iure conſulentibus reſpondebant, cœperunt ad-
mittere diſcipulos, qui audirent, notarentquè re-
ſponſa, rationemquè tradendi, & interpretandi iu-
ris; atquè ita vna opera docere diſcipulos, & re-
ſpondere Conſultoribus ſolebant, vt ex Cicero-
ne, & ex aliquot etiam iuris noſtri locis, benè
colligit *Cuiac. in d. l. 2. §. iuris ciuilis ſcien-
tiam*, quod etiam (quantumcunquè ſubobſcuriùs)
notauit *Guglielmus Maranus, de æquitat. ſiuè
Iuſtit. comment. 2. in 9. col. pag. mihi 31. verſ.
poſtquam tamen publicè.*

Infertur octauo, vt penè hinc palpetur ratio, cur
deferatur honor hic Vniuerſitatibus ſtudiorum
generalium. Etenim cum ſuperius ſtatuerimus
ideo gradum exigi in his Dignitatibus, vt digna
dignis conferantur, dignitas autem perſonæ pro
obtinendis Eccleſiaſticis dignitatibus æſtimetur
ex moribus, ſcientia, & alijs habilitatibus per-
ſonæ, iſthæc omnia in ipſis Vniuerſitatibus prius
excoquuntur, quàm conferatur gradus aut in ſa-
cra Theologia, aut in Iure; quippe mores in pri-
157 mis † ibi efformantur, quod eſt omnium præſtan-
tiſſimum, *Rota decis. 167. n. 3. & 12. p. 2. in recent.*
158 licet enim peritia, † & ſumma facundia Doctori ſit
neceſſaria, ſiue in ſcholis doceat, *ſæpe cita. l. Ma-
giſtros C. de profeſſ. & Med. lib. 10.* ſiuè conſulat
& aduocet, *l. 1. §. in honorarijs, de var. et extraord.
cognition. l. vlt. ad fin. C. de Aduoc. diuerſ. Iud.*
principale tamen eius ſtudium verſatur in compo-
159 ſitione morum, cum † oporteat prius animos, &
poſtea linguas fieri eruditas, vt ait Iuſtinianus *in
proœm.*

Digitized by Google

proœm.ff §.illud verò,verſ. hac etenim fieri, Cuia. in d.l. Magiſtros, & in proœm. Inſtitut. notauit quoquè *Angel.in §.e'it.ante n.1.verſ.nota ibi eruditos,* id ipſumquè in propoſito noſtro valdè exornat *Rota deciſ.167 ſub nu.3. verſ. item ſequutus, & num 12 par.2.in recen.*

160 Vndè huius adeò præcipuę † qualitatis,in concurſu ad Parochialem nulla fuit habita ratio graduati, ob illius malos, & incomptos mores, quominus ei præferretur nō graduatus,in vna *Placentina Parochialis 28. Iuny 1613. corā Rpd.Pirou.*

Conſueuerunt etiam in Vniuerſitatibus arceri à gradu homines læſæ exiſtimationis, præcipuè ſi agatur de Doctoratu in Iure, vt enim olim non
161 admittebantur † ad hæc ſtudia capeſcēda,niſi magnæ dignationis viri, vt notat *Cuiac. in præcitat. l.2.§.Maſſurius,ſuper verb.Prætory viri de Orig.*
162 *iur.* arcebanturquè † homines cohortalis conditionis, vt *in præcit. l vlt. C.de Aduoc. diuerſ.Iud.* ita in publicis Vniuerſitatibus hoc etiam maximè
163 cauetur,nè infamia † notati ad gradum huiuſmodi admittantur,cum portæ Dignitatum his minimè patere debeant, *l.2.C.de Dignitat.lib.12.cap. infamibus 88.de regul.iur.in 6. vbi gloſſ.1.* allegit concordantes, & in terminis Doctoratus cenſuit Rota in ſuperius allegata *deciſ.161. n.2. lib.2.p.3.*
164 *diuerſ.* quæ † loquitur de paſſo ſententiā fuſtigationis,*Verall.deciſ.219.nu.3. & 4.p.3.*quæ loqui-
165 tur † de Apoſtata,qui pariter eſt hac ratione incapax illius gradus,*Bar. in 1.Conſt.Cod.ſub n.12.* cū alijs congeſtis per *Mandoſ. de Signat.Grat.§.Licentia Doctorandi verſ. Apoſtata.*

166 Quemadmodum etiam vbiquè arcentur † Iudæi *Bart.loco proximè citato. Mandoſ.d.§.licentia Doctorandi verſ. Iudæis autem nūquam indulgetur, Reuerend.ſſ. D.Ricciullus de iur.perſonar.extr.*
167 *Eccleſ.lib.2 cap.25 n.5.*& corū filij † qui quemadmodum vt ſuſpecti paternæ perfidiæ prohibentur ad Officia publica aſpirare,*can.cōſtituit,vbi gloſſ. in verb qui ex Iudæis,17.q 4.*cū multis quos congeſſit idem *Reuerendiſs.D. Ricciullus,in tract.de Neophyt.cap.5.nu.1.* (ſub diſtinctione tamen, de qua ibi per eū,*in verſ. opiniones conciliando,*) ità prohibentur ad Doctoratum in iure aſpirare, *Petr. Lenaud. in tract. de Priuil. Doctor.q.17.num.63. Roman. ſing. 679. incip. nunc veniamus verſ. ſed*
168 *quid de eo,* niſi † videlicet ſecum diſpenſetur, quod facile eſt obtentu, *Mandoſ.in d.§. licentia doctorandi, ad fin. verſ.Neophytis verò.*

Quod pertinet ad literaturam,accuratiùs etiam in Vniuerſitatibus obſeruatur, vt promouendus
169 ſtuduerit † per legitima tempora, ideſt per quinquennium, quod eſt ſecundum intentionem iuris, tam ciuilis, *ex Conſtitutione Iuſtiniani ad Anteceſſores, & in proœmio ff.§.ſed cum vos, eum ſeq. & in l.3 § ſed nec de cætero, vbi Gloſſ.in verb.per ſtatuta C. de aduoc. diuerſ. Iud.* quàm Canonici, *cap. ſuper ſpecula,de Magiſtr.gloſſ. in cap. cum ex eo 34.in verb ſeptennium,de elect.in ſexto,*quamuis id quoquè videatur modicum tempus, ſi nihil præter publicas lectiones diſcatur, *Prob. in addit. ionibus ad Gloſſ pragmat.ſanct.in præcitat.tit.de collatio.§. videlicet ſuper verb. quinquennium.*

170 Rigor etiam examinis,in † quo, in effectu, conſiſtit tota prærogatiua, vt conſiderant Doctores *in cap.Clerici,vbi in ſpecie Felin. num.3. & Dec. num.19. & 20. de Iudic.* adeò vt ij Doctores ma-
171 gis † æſtimentur, qui gradum adepti ſunt in Vniuerſitate, vbi maior eſt rigor huiuſmodi,vt aduertit *Caſſan. præcitat. conſiderat.32. in 7.col.verſ.*
172 *ſed nunc in quantum*; non tàm † conſtituitur in ordine, & forma reſpectu examinatorum, & examinati, quàm reſpectu loci; nam quantum pertinet ad ordinem, & formam, debet præcedere
173 examen † priuatum Doctorum non minùs ſeptem, qui poſtmodum præſentent promouendum in conſpectu Vniuerſitatis, ſub ſolemni iuramento, quod eum inuenerint idoneum, & ſufficientem pro obtinendo gradu, *Bart. in l. Magiſtros, ſub num. 2. verſ. ita aduerte, C. de profeſſ. & med. lib. 10. Abb.in cap. propoſuiſti 4.num.12. & 13. de probation. Mandoſ.in d.§.licentia doctorandi, in 2.col.verſ.ſiuè licentia, Gomeſ.in tracta. Breui.*
174 *num. 43.& 44.*vbi quod licet † ſic iurantes,ſi peierent,excuſentur à pœna temporali,non tamen excuſantur à pœna gehennali,& hoc quidem exa-
175 men, & iurata relatio ſemper fit † non tàm ſuper literatura, quàm ſuper moribus, *Bart. in ead. l.Magiſtros 7.num.1.* & in conſequens non ſolum ſuper peritia, ſed etiam ſuper alijs habilitatibus, *Mandoſ. loco prææ lleg.Gomeſ. d.num.43.ad fin.*
176 *verſ. aduerte tamen:* quandoquidem hæc † circumſtantia tanti ſit, vt non ſolum ob malos mores quis potuit reprobari, *Dec.in cap.cum in cunctis nu.10. de elect.* ſed etiamſi in eo † poſtea fue-
177 rint detecti, aut ſuperuenerint, valeat de gradu deijci, *Idem Dec.in cap.cauſam matrimonij, num. 3. de probatio.*

Reſpectu verò loci,natura ipſa publicæ actionis, rigorem hunc facit, propter concurſum nedum Doctorum, ſed Scholarium, totiusquè Vniuerſitatis, immò totius Populi: vndè maximum ſubit periculum promouendus, ſi, deficiendo in ſalutari
178 ſuo,contingat eum reprobari, † quamuis enim ità reprobatus, ſi iterum didicerit, poſsit iterum examinari, præſentari, & approbari, *Bald.in cap. Officy num.2. ad fin. verſ. & eſt argumentum, de Electio.& in cap. poſt tranſlationem, ſub num.5. verſ. vltima nota, de renunciat. Dec. in cap. cum venerabilis,num.155. de exception. Schrad. in ſupraall.§. reſponſa prudentum, nu.29. inſtit.de iur.nat.gent.& ciuil.* nihilominus,impoſſibile eſt, quin interim eum tædeat, vel cœli connexa tueri.

Deniquè reſpectu ætatis, & aliarum habilitatum, exactiſsima etiam in eiſdem Vniuerſitatibus harum habetur diſcuſſio, nam, vt iuriſperitorum
179 triplex † eſt munus, cui conſueuerunt poſt gradum applicari, Conſultorum videlicet, Docētium, & Oratorū,vt *in d.l.2.§.iuris ciuilis,§.poſt hos, §. Muty auditores,§. ſeruius autē, & §.Maſſurius ff.de orig.iur.* ita ætas exigitur, & idoneitas, quæ apta ſit exercitio horum munerum; quamuis enim
180 exiſtimauerint † aliqui, doctoratui, nullam eſſe à iure ætatem præſcriptam, quemadmodum viſum fuit Za-

fuit Zabarellæ *in procœm. Clement. ſub nu. 4. verſ. quoad hoc*, & Paciano, *in tract. de probation. lib. 2. cap. 41. num. 31.* tamen veritas eſt in contrarium, vt ſaltim exigatur ætas decimi ſeptimi anni completi, vt per eum textum notat *Bart. in l. 1. §. initium, num. 2. de poſtulan.* quem ſequutus eſt *Card.* ſibi contrarius in *Clem. 2. num. 14. de Magiſtr. Felin. in c. cum vigeſimum n. 10. verſ. de ætate Doctoris de Off. deleg. Io. Bertachin. in tract. de Episc. lib. 2. q. 31. nu. 57. verſ. item minor, Syl. de Benef. p. 3. q. 5. nu. 30. Mandoſ. de æta. minor. c. 5. nu. 63.*

Quatenus enim cōſequitur officium Oratoris, ſiuè Aduocati, quod exercetur poſtulando in iu-
181 dicijs, vti † Prætor pueros ab hoc exercitio, vtcūquè ſagaciſſimos, arcet, *d. l. 1. §. pueritia*, ita per neceſſarium antecedēs lex vetat gradum eundem pueris conferri, vixquè tolerat ætatem ſupradictam, in qua fertur Neruam de iure reſponſitaſſe; hancquè rationem agnoſcunt omnes in *d. l. 1. §. initium*, præcipuè *Angel. ſub num. 1. verſ. dicit tamen*, & *Felin. in preall. c. cum vigeſimū, n. 10. verſ.*
182 *de ætate Aduocati*, nequè leges maturius † à prætexta, & bulla aurea tranſitum adoleſcentibus cōceſſerunt ad togam, & forum, vt conſiderat *Cuiac. ad l. cum mandato, 23. in 2. col. ff. de minor.*

Quatenus etiam conſequitur munus docendi,
183 videtur † quoquè huic coniūctum munus iudicandi in ſcholares, iuxta *Auth. habita. C. ne fil. pro patr.* quæ eſt præcipua Doctoris prærogatiua; vt
184 propterea † videatur Regulus quidam ſuorum diſcipulorum, vt pronunciauit *Bald. in procœm. Decretal. in princ. ſub num. 16.* & hanc rationem intulit *Alber. in d. l. 1. ſub num. 2. verſ. Petrus dicit de poſtulan.*

Quod tamen videtur habere aliquam difficultatem, nam ſi Doctor, ex conſequutione gradus, conſequitur etiam facultatem docendi, adeoquè iuriſdictionem, certè nec videtur ſufficere, pro obtinendo gradu ætas prædicta, ſed neceſſaria omni-
185 no † ætas viginti annorum, *l. cum lege 46. de recept. arbitr. d. cap. cum vigeſimum, de Offic deleg. Petr. Barboſ. in l. cum prætor. 12. §. vlt. n. 70. & 71.*
186 *ff. de Iudic.* vbi † latè diſputat, an poſsit Princeps diſpenſare cum Impubere, vt ſit Iudex, *ex nu. 48.*
187 vix enim poſt † exactum decimum octauum poteſt quis Iudex conſtitui, ſi acceſſerit partium conſenſus, *l. quidam conſulebant 57. ff. de re iud.* cum alijs allegatis per *Mandoſ. in tractat. de ætat. minor. cap. 5. num. 76.*

188 Quocirca † exiſtimarunt aliqui hoc eſſe ſingulare, vt in hac Doctorali iuriſdictione ſufficiat ætas iſta decem, & ſeptem annorum, ita *Feli. in præcit. cap. cum vigeſimum num. 10. & Dec. in cap. ſuper literis, num. 54. de reſcript.*

189 Cæterùm, eſt tenendum prærogatiuam † illam iuriſdictionis, & illius exercicij in ſcholares non eſſe attributam ſimplici Doctori, ideſt graduato, ſed Doctori authoritate publica deputato ad docendum in aliquo ſtudio generali, vt patet ex tota lectura illius textus, vbi in ſpeciè *Bolognett. n. 57. & 207.* quem retulit, & ſequutus fuit *Menoch. in conſ. 808. num. 70. & 72.* vndè munus iſtud iudicandi, non venire in neceſſariam conſequentiam Doctoratus, veluti quid à Dignitate Doctorali prorſus ſeparatum docuit *Bal. in l. 1. §. interdum, ſub num. 1. verſ. in contrarium facit, de legitim. tutor.* quem refert, & ſequitur *Menoch. d. conſ. 808. num. 61. & hoc idem docuit Dec. in cap. 1. num. 12. & 13. de Priuil.*

Itaquè, veriſſima eſt ſententia, pro gradu huiuſmodi in iure, exigi ætatē decem, & ſeptem annorum, reſpectu muneris poſtulandi in iudicio tan-
190 tùm; quòd ſi de facto † ante id ætatis quis promoueatur, non deijcietur, ſed non recipietur inter Aduocatos, qui in iudicio poſtulant, *Ang. in d. l. 1. verſ. & ex his caſus*, niſi venia ætatis à Principe
191 impetretur, vt † ſeruatum fuit 3. Ianuarij 1625. in Doctoratu Franciſci, & Caroli filiorum meorum natu maiorum, licet enim prior 20. Octobris, tunc proximè defluxi decimum quartum, alter vero 9. Nouembris decimum tertiū vix exegiſſet, nihilominus Sanctiſſimus D. N. *Vrbanus VIII.* viuæ vocis oraculo facto Illuſtriſſ. & Reuerēdiſſ. D. meo Cardinali Romæ, iuſſit vtrunquè, ſeruatis tamen ſeruandis, Doctoralibus inſignijs in vtroquè iure decorari. Quòd ſi Princeps puberi facto, hoc etiā concedat, vt publicè ante ætatem prædictam de-
192 cem & ſeptem annorum doceat, vt † contigit Fulgoſio, qui in anno ætatis ſuæ 15. repetijt *l. manifeſtæ de Iureiur.* vt ipſe ſcriptū reliquit, *in d. l. 1. in princ. ſub n. 2. circa fin. verſ. ego in decimo quinto,*
193 *de poſtulan.* nihil eſt, quin † conſequutinè cenſeatur quoquè eum habilitaſſe ad exercitium iuriſdictionis in ſuos ſcholares, modò ætatem minorem nouerit, vt concludit *Menoch. d. conſ. 808. nu. 71.*

Infertur nono, tàm ex decreto Concilij, quàm ex decreto conſueto apponi in ſupplicatione pro Dignitate; Magiſterium diſtingui à Doctoratu ratione ſubiectæ materiæ, ſiuè facultatis in qua quis profeſſus gradum aſſumit, nam Iuriſconſulti, re-
194 tentis vtcunquè alijs, frequentiori † hoc nomine *Doctores* appellantur, dimiſſo humiliori titulo *Magiſtri*, his qui in alijs, aut ſcientijs, aut artibus gradum ſunt adepti, *Gloſſ.* quam omnes ſequuntur *in præcit. Clem. 2. in verb. Doctores, de Magiſt.* præcipuè in Sacra Theologia, ex particulari ratione, quam perpendit *Gloſſ. pragm. ſanctio. de collatio. §. 1. in verb. Magiſtro*, quamuis eæ voces plerunq; confundantur, vt per eandem *gloſſ. eod. tit. de collatio. §. videlicet, in verb. Magiſtri.*

Infertur decimo, qualitèr ſit iuſtificādus gradus
195 narratus; nam † ſi pro obtinenda Dignitate aliqua, de qua in decreto, vel Regula ſupradictis, non eſt dubium, probationem fieri oportere ad mentē ſupradicti decreti. *l. 4. §. hac autem actio ff. vi bonor. raptor. cum ſimil. vulg.* difficultas ſtat reſpectu narratiuæ Magiſterij, aut Doctoratus expreſſi pro obtinendo beneficio, pro quo non ſit neceſſarius Doctoratus, vel gradus aliquis; nam & hoc quidem caſu neceſſaria eſt iuſtificatio, cum per huiuſmodi narratiuam videatur Papa motus ad prouidendum potiùs huic graduato, quàm alteri, vt cenſuit *Verall. deciſ. 277. num. 2. par. 1.* dubium ergò eſt, an ſufficiat docere de huiuſmodi gradu

obtento

Digitized by Google

obtento authoritate alicuius Comitis Palarini,
aut alterius Indultarij: cùm enim ſupradicta Con-
ſtitutio Pij V. non ſolum reſpectu Dignitatum, ve-
rum etiam reſpectu cæterorum beneficiorum eli-
dat omnia Indulta, & Priuilegia, decernatquè re-
ſpectu omnium beneficiorum, ita promotos non
poſſe frui, & gaudere prærogatiua gradus, non
videtur hac in re conſtituenda differentia inter Di-
gnitates, & beneficia reliqua, cum in hoc ſint
exæquata, *l. 1. vbi notant omnes, de legat. 1. Me-
noch. conſ. 158. num. 49.*

Verum ſubſiſto, nam aliud eſt, quod quis velit
probare gradum, ad effectum vt fruatur illius præ-
rogatiua, & longè aliud, quod velit probare
gradum de facto, vt fruatur ſimplici gratia diſtin-
cta, & ſeparata ab omni prærogatiua gradus;
196 hoc enim poſteriori † caſu ſufficit verificare gra-
dum de facto, *Verall. decis. 277. n. 12. ad fi. verſ. &
ſufficit, par. 1. & decis. 219. nu. 5. par. 3.* niſi eſſemus
in concurſu alterius, nam licèt maxima ſit gra-
197 dus huius prærogatiua † in beneficialibus, *Ro-
ta decis. 895. num. 1. lib. 3. par. 3. diuerſ. Gregor.
decis. ee. num. 4.* tamen tunc verè ageretur de hu-
iuſmodi prærogatiua gradus, & illius fruitione,
contra tertium.

Et hæc fortè plus ſatis videri poſſunt dicta de
hac prærogatiua Doctoralis gradus, cuius autho-
198 ritas, † etiamſi ob numeroſitatem videatur immi-
nui, vt notauimus in *appar. nu. 130.* quin aliquan-
do decolorari per indoctos, & immeritos, quæ
non eſt recens, ſed valde antiqua querimonia,
199 cum † ſemper aliqui fuerint, qui dum aſſumunt
gradum, nec rubricas intelligunt, vt de ſuis tem-
poribus atteſtatur *Ancher. in cap. 1. num. 5. de Pa-
roch.* cuius quoquè dicti meminit *Rebuff. in tract.
200 de nominatio. q. 5. num. 8.* nihilominus nec † Do-
ctorellorum ipſorum omnino eſt Reipublicæ inu-
tilis congeries; videlicet vt minimis cauſis, ſiuè
agendis, ſiuè iudicandis applicentur, quibus ob ſa-
lariorum tenuitatem Doctores inſignes deputari
minimè volunt, vt benè aduertit idem *Ancher.
conſ. 289. ſub num. 5. verſ. item in arbitrando.*

201 Tantùm ſubijciam, illos primos † Patres ita ex-
colendos, vt non temerè ab eorũ recedatur ſentẽ-
tia; eodem enim contextu docebant in ſcholis,
erantquè Principi à cõſilijs, nec minus in foro ver-
ſabantur; proindeq; quò quiſquè antiquior eſt, &
ſtudioſiùs, & diligentiùs legendus, & euoluendus,
quod in veteribus plura ad forum excocta, & eli-
mata reperiãtur, quàm apud recentiores, vt rectè
monet *Ant. Mornac. in l. trãſactionis, 7. ad fi. C. de
202 transactio.* vbi † carpit Cuiacium ſuum qui ab eiſ-
dem veteribus doctus, per alia verba. eorum ſcita
tranſcripſerit, alienam, pro ſua venditans doctri-
nam, diuerſitate ſtyli rem ipſam adumbrãs; & pro-
203 pterea † vbicunquè procurrunt opiniones, ſtandũ
eſſe ſententiæ antiquorum Iuriſconſultorum, tra-
dunt *Alciat. de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 43. ſub
nu. 1. verſ. & facit quod notat,* vbi quod præualet
numero, pondere, & menſura, *Menoch. conſ. 84.
n. 67. Piſcator, qui alios refert, in quæſtion. feudal.
lib. 2 q. 1. num. 85.*

204 Quod ita accipi oportet, niſi adhuc † manifeſta
ratio contrarium ſuadeat, *Card. conſ. 76. ſub n. 1.
verſ. fateor autem, Felin. in c. 1. n. 54. de Conſtitut.
Lambertin. de Iurepatron. lib. 1. par. e. q. 9. art. 3.
num. 25.* hoc enim caſu Doctor recentior meliori
205 innixus ratione, reputatur excellentior, & ſic † præ-
fertur, vt per eum *text. innuit gloſſ. in §. ordinatio-
nem, verb. tempus, in authen. de Monachis,* cum
pluribus adductis per *Signorol. in quæſt. vtrum
præferatur Doctor, vel miles, num. 70.*

206 Vel rurſus, niſi agatur de eo, † quod ex natura
ſubiectæ materiæ, melius potuit ſciri per moder-
niorem, quàm per antiquiorem Doctorem, vtpu-
tà ſi agatur de adſtruenda cõmuni ſententia, *Rota
decis. 72. nu. 2. par. e. diuerſ.* vel de proprietate ali-
207 cuius vocis, in his enim † quæ pertinẽt ad verborũ
iuris ſignificationem, præualet recentiorum ſentẽ-
tia, vtpotè magis eruditorũ, *Seraph. dec. 359. n. 20.*

208 Et ſanè, hac in re præſtantiſſimus † fuit Iacobus
Cuiacius; negari enim minimè poteſt, Virũ illum
verborum vim, atquè Analogiã apprimè calluiſſe,
antiquorũ Iuris Doctorũ exemplo; hiſtoriæq; vete-
ris notitiã, ac maximè Romanæ, vtiliſſimã iuri ex-
plicando, & perniciosè ab omnibus ferè interpre-
tibus antea neglectã, in magno pretio habuiſſe, vn-
dè, & atteſtabatur, ea, ceu hamo aureo piſcari ſe in
Iure ciuili, & abdita ſerutari, trahereq; è tenebris
in apertam lucem, vt penè his verbis cõmemorat
in eius vita, *Papyrius Maſſonus*, teſtanturq; (in-
telligentibus tamen) eiuſdẽ Cuiacij ſcripta, vt pro-
209 pterea, † in hac parte magnus Accurſius noſter, lõ-
gè minus idoneus author habendus videatur, *Al-
ciat. diſpunct. lib. 4. cap. 22. in extremis verbis.*

210 Is enim, & pleriquè alij ſummo † ingenio Viri, in
ea inciderunt tẽpora, quibus ſermonis Latini pu-
ritas, barbarie vbiquè corrupta, optimiſq; fuerat
literarum humanarum Authoribus indictum exi-
lium; ſine quibus impoſſibile eſt potuiſſe per eos
intelligi multa veterum Iuriſconſultorũ Reſponſa,
adeò vt moderniores aliqui exiſtimauerint eos la-
tinitatis hoſtes fuiſſe, vt commemorat *Franc. de
Petris, feſtiu. lectio. lib. 2. cap. 8. num. 1.*

211 Quo fit, vt inexcuſabilis † iam ſit, qui etiam nũc
ignoret iuris ſermonem, nec pro Iuriſperito ha-
beri debeat, cùm & paſſim aberrare eum neceſſe
ſit, quod exclamat idem *Cuiac. ad Paul. lib. 11. in
interpretatione l. cum mandato 13. de minor. in
ſecunda col. verſ. ſicut & alij.*

SVMMARIVM.

1 *Mortis captandæ votum, legibus vbiquè impro-
batum.*
2 *Reſcriptum Principis, præſeruat ius alterius.*
3 *Beneficium vacaturum ſi conferatur, intelligitur
ſub collatum in tempus, poſtquam ſcilicet va-
cauerit.*
4 *Pactum ſuper hæreditate viuentis, iuramento non
confirmatur.*
5 *Quod procedit etiam ſi agatur de fauore Eccleſiæ.*
6 *Eccleſiaſticorum affectus ad hæreditates, Hiero-
nymo, Auguſtino, & Ambroſio deploratus.*
7 *Beneficiorum prouiſio, ex toto mouetur in benigni-
tate Sedis Apoſtolicæ.*

8 *Regula Cancellariæ 47. relata.*

9 *Vacationis modus, de iure communi, in prouiſionibus beneficiorum, non eſt exprimendus.*

10 *Etiam reſpectu gratiæ* ſi neutri.

11 *Vacationis modus, niſi aliquis detur, prouiſio de beneficio, non poteſt conſiſtere.*

12 *Ideoquè certus modus ſemper eſt exprimendus, præterquàm in noua prouiſione.*

13 *Vacationis modus certus, alio iure non eſt exprimendus, quàm quia ſic diſponant Regulæ Cancellariæ.*

14 *Vacationis modi, vbi plures alternatiuè narrantur, ſufficit alterum verificari.*

15 *Et quando datur hæc alternatiua, requiritur expreſſa derogatio Regulæ.*

16 *Vacans beneficium, opponitur pleno.*

17 *Plenum beneficium efficitur ex titulo.*

18 *Etiam ſi poſſeſſio adhuc non ſit apprehenſa.*

19 *Vacatio, duplex, altera de iure, & altera de facto.*

20 *Vacatio duplex, qualitèr circa idem beneficium poſſit concurrere.*

21 *Vacatio, vti Papæ narratur, intelligitur tàm de iure, quàm de facto.*

22 *Niſi facta ſit mentio de poſſeſſione alterius.*

23 *Plenum vt dicatur beneficium, non ſufficit quæcunquè poſſeſſio.*

24 *Vacatio de iure, ſola attenditur.*

25 *Poſſeſſio, modò colorata ſit, operatur vt non debeat amoueri poſſeſſor, ſine citatione, aliàs ſecus.*

26 *Et quæ ſit ratio.*

27 *Poſſeſſio quid.*

28 *Eadem, quotuplex.*

29 *Poſſeſſio ciuilis, quomodo diſcernatur à naturali.*

30 *Poſſeſſio improba, non ſufficit vſucapioni.*

31 *Vſucapio quid.*

32 *Vſucapio, qualitèr aliquando, poſſeſſio, nuncupata.*

33 *Poſſeſſio intruſi, contra decretum reſeruationis, habetur pro vacua.*

34 *Poſſeſſio colorata, quæ dicatur.*

35 *Poſſeſſio, plurimum habet facti.*

36 *Tàm dum apprehenditur.*

37 *Quàm dum retinetur.*

38 *Coloratæ alterius poſſeſſionis taciturnitas, in impetratione beneficij, cauſat obreptionem.*

39 *Quod expenditur, & explicatur.*

40 *Coloratæ poſſeſſionis, quare fieri debeat mentio in impetratione beneficij.*

41 *Vacatio narrata, debet adeſſe de tempore datæ.*

42 *Vacatio narrata, niſi probetur, gratia eſt nulla.*

43 *Præcipuè, ex Clauſula* dummodo, &c.

44 *Poſſeſſionis coloratæ mentio omiſſa, hodiè non cauſat nullitatem gratiæ, & quare.*

45 *Clauſula*, amoto quolibet illicito, &c. *implicat mentionem coloratæ poſſeſſionis alterius.*

46 *Et hoc, vti procedat.*

47 *Clauſula*, amoto, &c. *non apponitur niſi in literis exequutorialibus, aut in parte exequutiua.*

48 *Clauſula in exequutiuis poſita, non excludit ſubreptionem.*

49 *Poſſeſſionis coloratæ ratio, non reſpicit ſubſtantiam gratiæ, ſed articulum exequutionis.*

50 *Clauſula*, & dicti defuncti, & aliorum quorumcũquè prouiſiones, &c. *habet vim expreſſiuam coloratæ poſſeſſionis alterius.*

51 *Poſſeſſio, eſt nomen iuris, refertur què ad ciuilem.*

52 *Poſſeſſio colorata, aliquibus ea dicta, quæ eſt cum titulo, ſaltim ex parte conferentis valido.*

53 *Poſſeſſio, cuius color ſuperuenit, non efformat legitimum contradictorem, poſt gratiam conceſſam.*

54 *Text. in cap. ſuſceptum, de reſcript. in ſexto, expoſitus.*

55 *Vacationi occurrere, fauorabile eſt beneficijs.*

56 *Vacatio, ſi vera ſit, non videtur curandum quonam modo inducta.*

57 *Vacationis modi vnius expreſſio, implicat negatiuam alterius, ex eadem perſona.*

58 *Et ponitur exemplum in reſignatione.*

59 *Et in vacatione per ſententiam.*

60 *Reſignatio facta per Procuratorem mortui, eſt nulla.*

61 *Clauſula*, ſiuè præmiſſo, ſiuè alio quouis modo, &c. *extendit gratiam, ad quemcunquè modum non expreſſum.*

62 *Et ſaluat gratiam ab obreptione commiſſa in exprimendo certum modum.*

63 *Niſi tamen modus datus eſſet diſpoſitiuè.*

64 *Et quæ ſit ratio.*

65 *Clauſula expreſſiua vacationis, & illius modi, in impetrationibus certo modo, conſueuit reſtringi.*

66 *In alijs verò ampliari.*

67 *Quod declaratur.*

68 *Malitijs, & fraudibus eſt occurrendum.*

69 *Clauſula*, ſiuè præmiſſo, ſiuè alio quouis modo, &c. *quare fuerit introducta.*

70 *Clauſula*, ſiuè præmiſſo, ſiuè alio quouis modo, &c. *non ſuffragatur, niſi iuſtificato modo expreſſo de facto.*

71 *Clauſulæ acceſſoriæ, remanent inefficaces, vbi gratia eſt obreptitia.*

72 *Clauſula*, ſiuè præmiſſo, ſiuè alio quouis modo, &c. *ſuffragatur prouiſo per reſignationem, vt poſſit capere vacationem per obitum, poſt iuſtificationem reſignationis de facto.*

73 *Et è conuerſo.*

74 *Clauſula*, ſiuè præmiſſo, ſiuè &c. *an extendat vacationem ad perſonam alterius.*

75 *Clauſulæ eiuſdem ampliatio, ſub his verbis*, vel ex alterius cuiuſcunquè perſonæ, *quanàm ſit vis.*

76 *Clauſula*, ſiuè præmiſſo, ſiuè alio quouis, &c. *non capit modum vacandi, vndè reſultet reſeruatio, præcipuè maior.*

77 *Niſi amplificata ſit per aliam Clauſulam*, veruſq; & vltimus modus vacationis, &c.

78 *Vel niſi concurrat alia Clauſula*, non obſtante quacunquè reſeruatione, etiam in corpore iuris clauſa, &c.

79 *Clauſula*, ſiuè præmiſſo, ſiuè alio, &c. *ampliata ad reſeruata, an ſubijciatur Regulæ de menſ.*

80 *Et quid, ſi appoſita ſit in reſignatione.*

81 *Vacatio, ſi apponit beneficium eſſe collatiuum.*

82 *Præ-*

82 *Prabendæ in Eccleſia receptitia non numerata, non ſunt vacabiles.*
83 *Beneficia de menſa, non ſunt vacabilia.*
84 *Vnio, impedit vacationem.*
85 *Quod declaratur.*
86 *Vnio extinguit præteritam vacationem, & eam tollit in futurum.*
87 *Vnione exiſtente inualida, declarata nullitate, beneficium vacat vt prius.*
88 *Secus verò, ſi valida diſſoluatur.*
89 *Indultum de vniendo vacatura, quando conſumet vacationem.*
90 *Idem, excludit tunc temporis vacantia.*
91 *Commenda ceſſante, beneficium dicitur impetrabile, tanquam vacans per mortem Commendatarij.*
92 *Quod tamen reſpectu ipſius Commendatarij, intelligitur de vacatione de facto.*
93 *Beneficium in dubio præſumitur ſeculare, non regulare.*
94 *Beneficia ſecularia ſecularibus, regularia ſolis regularibus conferenda.*
95 *Beneficium regulare ſi impetret ſecularis, vel è conuerſo, non facta de hac qualitate mentione, gratia eſt nulla ipſo iure.*
96 *Et hoc caſu, certus modus vacationis eſt exprimendus.*
97 *Prouiſio Papæ, etiam motu proprio, cenſetur facta ſecundum modum, quo beneficium conſueuit, aut ſolitum eſt prouideri.*
98 *Beneficium ſeculare, quonam caſu prouideatur perſonæ regulari.*
99 *Beneficium regulare, ſub qua forma prouideatur Clerico ſeculari.*
100 *Decretum conſuetum apponi in prouiſionibus de regulari, pro perſona ſeculari, vt infra ſex menſes habitum ſuſcipiat, & profeſſionem emittat, qualitèr intelligatur.*
101 *Conditio habetur pro impleta, ſi ſtet per implere habentem.*
102 *Modò conditio ſit neceſſaria, non poteſtatiua.*
103 *Idquè tàm de iure Ciuili, quam de Iure Canonico.*
104 *Decretum de ſuſcipiendo habitum, & emittenda profeſſione infra ſex menſes, poteſt apponi etiam per inferiores collatores regulares.*
105 *Et an in huiuſmodi decreto, conſeruetur ſtatus regularitatis, etiamſi de facto illi non pareatur.*
106 *Commendæ perpetuæ, non ſine cauſa conceduntur, & vindicatus Romanæ Curiæ vſus a quodam damnatæ memoriæ Doctore.*
107 *Commendandi neceſſitas, ſæpè ex defectu perſonarum.*
108 *Commendandi vſus origo.*
109 *Beneficium regulare, vbi conceditur ſub narratiua, quòd Conuentu, & cura careat, talis narratiua eſt concludentèr iuſtificanda.*
110 *Conſuetum, quid differat à ſolito.*
111 *Conſuetum, duos actus ad minus exigit.*
112 *Dignitatem impetrans, ſi narret eam conſueuiſſe obtineri cum Canonicatu, narratiua hæc non poteſt iuſtificari ex vnica prouiſione.*
113 Solitum, *ex vnico actu conſtituitur.*
114 *Ter factum, dicitur frequenter, & ſæpè factum.*
115 *Commenda temporalis, non eſt aliud quàm depoſitum.*
116 *Et in ea ſuſtinetur vacatio iuris, vt prius.*
117 *Commendatarius temporarius, ex fructibus percipit alimenta.*
118 *Commenda temporaria, fraternizat cum vnione temporaria.*
119 *Commendæ temporales, hodiè non ſunt in vſu.*
120 *Commenda perpetua, confert liberam poteſtatem adminiſtrandi, & facit verum Prælatum.*
121 *Commendatarius perpetuus, non poteſt alienare bona Monaſterij.*
122 *Monaſterij bona, non poſſunt alienari per ſuperiorem regularem.*
123 *Commenda perpetua ceſſante, non inducitur noua vacatio, ſed reuiuiſcit antiqua vt prius.*
124 *Quod declaratur.*
125 *Commendata beneficia, ceſſante commenda, cadunt ſub reſeruatione Regulæ de menſibus.*
126 *Et quæ ſit ratio.*
127 *Commenda, in quo ſenſu habeatur pro titulo imperfecto.*
128 *Commenda, afficit beneficium, donec ſit plenius prouiſum.*
129 *Commenda, afficit beneficium, ſiuè ſit perpetua, ſiuè ſit temporaria.*
130 *Clauſula*, dummodo tempore datæ non ſit alicui ius ſpecialitèr quæſitum, *non apponitur in literis prouiſionis, de beneficio vacante per ceſſationem Commendæ.*
131 *Supplicatio pro obtinendo beneficio commendato, ſub qua forma concipienda.*
132 *Vacatio, non inducitur ex perſona habentis ſolum ius ad rem.*
133 *Electus, ſi moriatur ante confirmationem in Curia, non intrat reſeruatio cap.2.de præb.in 6.*
134 *Reintegratur tamen Electoribus tempus ad eligendum.*
135 *Et ad hunc effectum, poteſt dici noua vacatio.*
136 *Verè tamen, & re ipſa, non adeſt vacatio vlla.*
137 *Prouiſio, effectuatur ex conſenſu prouiſi.*
138 *Gratia in forma dignum, ſeù mandatum de prouidendo, ante verificationem, & executionem, non conſumit vacationem.*
139 *Et quæ ſit ratio.*
140 *Venditio, quid differat à promiſſione de vendendo.*
141 *Vacatio, non conſumitur per ſolam Signaturam, etiam regiſtrata ſupplicatione, vbi adiecta eſt Clauſula reſtrictiua expeditionis literarum ad formam*, dignum, &c.
142 *Titulus habilis ad acquirendum in futurum, non cauſat ius in re de præſenti.*
143 *Vacandi certus modus, non eſt neceſſariò exprimendus in prouiſionibus de deuoluto.*
144 *Et quæ ſit ratio.*
145 *Vacationis modus, non mutatur per deuolutionē.*
146 *Vacationis modus ſi narretur in deuolutis, quæ Clauſula dentur.*
147 *Deuolutum eſſe beneficium, repugnat reſeruationi, vel affectioni beneficij eiuſdem.*

QVÆ-

QVÆSTIO VIII.

Qua ſit ratio, & forma narrandi vacationem, & illius modum.

EXPOSITA per ſupplicantem qualitate beneficij, in
primis verbis ipſarũ precum, poſitiuè narratur illud vacare, per hæc fermè
verba, *cùm vacauerit, & vacet ad præſens*; in hoc
vno enim præcipuo, conſiſtit honeſtas gratiæ, tàm
1 ex parte ſupplicis, nè † videatur captare mortem
alterius, quod etiam leges gentilium turpe, & inhumanum duxerũt, *l. vlt. C. de pact. l. hæreditas, C. de pact. convent. l. cùm donationis, C. de donation.*
& refertur in *c. 2. de conceſſ. præben.* quàm ex parte
ſummi Pontificis; qui ſicuti vnicuiquè ius ſuum
2 integrum, tanquam Princeps † optimus, ex ſuo
reſcripto conſeruari vult, *l. pen. C. de prec. Imp. offer. cum ſimil.* ità nequè (vtcunquè ſalua integritate iuris huiuſmodi) intendit anſam vllam captandi mortem alterius cuipiam dari, *d. cap. 2. & cap. propoſuit, §. licet autem, de conceſſ. præben.* tametſi
3 non ignoret, ſi quando † ſimpliciter poteſtate faciat gratiam de vacaturo, id intelligi ſub conditione, poſtquam vacauerit, *Gregor. deciſ. 307. nu. 20.*

Etenim ſi Hæredipetas (vt loquitur Petronius)
& ſordidos teſtamentorum captatores profanę leges acriter adeò, ſerioquè inſectantur, vt vim cuiuſcunquè promiſſionis eneruẽt, *d. l. vlt. C. de pact.*
4 *cum ſuperius allegatis*; nequè credatur † cuiuſuis
iuramenti vinculum, veluti adiectum promiſſioni contra bonos mores factæ, etiam ſecundum canonicas ſanctiones obligare, ex *reg. non eſt obligatorium, de Reg. iur. in ſexto*, prout contraria ſententia reprobata tradit *Guillel. de Benedict. in repet. cap. Raynutius, in verb. duas habens filias, ſub num. 194. verſ. ſed aduertatis, de teſtam.* vbi atteſtatur de magis communi, quemadmodum etiam multi alij, quos poſt *Tiraq. ad l. ſi vnquam, in præfatio. n. 158. C. de reuocan. donat. & Mandoſ. ad reg. 21. in 1. q. num. 5.* cumulat Mancin. *de iuramen. par. 4. effect. 61. num. 2.* Idquè Eccleſiaſti-
5 cis perſonis † vt diſtrictiùs præceptum, ex deductis per *Guill. de Benedict. loco præcitato, ſub nu. 191. verſ. & maximè fieri*, ita aliquando præua-
6 ricatum, † vſquè ad animi conſternationem deplorauerint *B. Auguſtinus relatus in canon. vlt. 17. q. 4. B. Hieron. in lib. de vita Clericor. & B. Ambroſ. Offic. lib. 3. c. 9.* quos in hanc rem recenſet *Franc. Iurett. poſt Miſcellan. ad Epiſt. Symmachi, ſuper Notis ad libell. 2. B. Ambroſ. ſuper verb. recentibus legibus denegatur.*

Multo acriùs multoquè impenſius præcauendũ
7 erat in hac materia, quæ ex toto † mouetur in benignitate Sedis Apoſtolicæ, vt conſiderat *text. in cap. nè captandæ, de conceſſ. præben. in ſexto*, nequè hic iterum repetenda ſunt, quæ de expectatiuis ſublatis ſcripſimus *lib. 2. q. 25. ex num. 2.*
8 Hinc verò conſcripta † eſt Regula Cancellariæ
47. Quòd ſi petatur aliquod beneficium vacans per modum in Cancellaria exprimendum, talis impetratio non valeat, nec literæ deſuper expediantur.

Ex qua quidem Regula clarè conſequitur, licèt
9 inſpecta † iuris communis diſpoſitione, non ſit neceſſe exprimere vacationis modum, ſed tantùm vacationem in genere, iuxta *Lap. alleg. 6. num. 5. verſ. nam ſine expreſſione certi modi*, quem poſt multos, quos congerit, ſequitur *Felin. in cap. in noſtra, num. 37. de reſcript. Staphil. de var. mod. vacat. n. 5. Hieron. Paul. in Pract. Cancell. Apoſt. in notabil. ſuper vacan. non reſer. verſ. gratia non eſt ſubreptitia, Gabr. conſ. 188. ante nu. 1. verſ. & quid pro Regula, lib. 1. Reuerendiſſ. D. Coccinus deciſ. 139. num. 3.* (reprobata contraria opinione
10 Mandoſij, & exploſa etiam † quadam ſententia Felini, *in eo. cap. in noſtra, ſub d. nu. 37. verſ. limita primo*, quam ſequutus eſt *Menoch. de arbitr. Iud. caſ. 201. num. 101.* cum ibi per eum allegatis, neſcio quid ſpecialitatis in gratia ſi neutri conſiderantis, ex *Rot. deciſ. 24. de reſcript. in nou.*)

Nihilominùs iam ex hac prædicta Regula 47.
omnino hoc eſſe neceſſarium, vt nedùm vacatio,
11 & in conſequens modus aliquis (ſine quo † impoſſibile eſt ſuſtineri gratiam, *Seraph. deciſ. 936. ante*
12 *nu. 1. in primis verbis*) verùm etiam † certus modus vacationis exprimatur, non ſolum in gratia ſi neutri, quod cenſuit *Rot. d. deciſ. 24. Felin. & alij præcitati*, ſed in quacunque gratia prouiſiua;
13 ita vt † neceſſitas hæc, ſit attribuenda huic Regulæ, quæ alias poſſet videri fruſtratoria, ſi iam idipſum à iure communi inductum fuiſſet, vt ſcitè admodum aduertit *Reuerendiſſ. D. Coccinus d. deciſ. 139 ſub num. 6. verſ. & ſi hoc de iure communi*, & nouiſſimè etiam *Ioan. à Chok. in addit. ad Gloſſat. antiq. ſuper d. reg. num. 6.*

Quapropter, quandò plures modi vacandi æquè
diſpoſitiuè, ſed ex eadem perſona alternatiuè nar-
14 rantur, quo caſu † ſatis eſt alterum verificari, *cap. in alternatiuis, de reg. iur. in ſexto. Reuerendiſſ. D. Coccinus d. deciſ. 139. nu. 1.* qui alios refert, neceſſe eſt derogare huic Regulæ, vt *in ea. deciſ. n. 3.*
15 quam quidem † derogationem ità ſpecificam, & indiuiduam exigi, vt non ſufficiat ſimplex remotio contrariorum, cum Clauſula pro expreſſis, notabiliter docuit *Felin. in cap. nonnulli, num. 7. de reſcript.*
16 Vacans autem beneficium, † ſecundum noſtrũ
loquendi vſitatum morem, opponitur beneficio pleno, *Staphil. in præcit. tit. de var. mod. vacat. n.* 2.
17 Quemadmodum igitur, tunc plenum † dicitur beneficium, quando Canonica inſtitutio de eo cuipiam eſt facta, *cap. 1. de reg. iur. in ſexto*, etiamſi
18 poſſeſſio adhuc † non ſit apprehenſa, *Caſſad. deciſ. 5. num. 5. de priuil.* & diximus ſuprà hoc *lib. quæſt. 1. ex num. 15.* ità dicitur beneficium vacans, vbi nulli adhuc de eo Canonica inſtitutio eſt facta, vt contrariorum, ſiuè oppoſitorum eadem ſit diſciplina, ex iuribus vulgatis.
19 Quod enim alicubi ſcriptum † reperitur, traduntquè paſſim Doctores, *in cap. cum noſtris, de conceſſ. præben.* de duplici vacatione, videlicet de iure, & de facto, quam diſtinctionem probauit

etiam

Digitized by Google

etiam *Bald. in cap. quia propter, ſub num. 19. ad
med ſuper verb. celebranda, de electio.* & alij adhuc
multipliciter has ſpecies vacationum partientes,
quos latiſſimè congerit, & exponit *Gonzal. ad
Regul. de menſ. gloſſ. 15. §. 1. ex num. 1.* itàut
20 credatur † reſpectu eiuſdem beneficij poſſe con-
currere duas vacationes eodem tempore, vnam de
iure, ex perſona vnius, & alteram de facto, ex per-
ſona alterius, *Seraph. decis. 677. num. 2. cum alijs
adductis per Gonzal. loco præcit. num. 8.*

Nihilominus id referendum eſt ad alium effe-
ctum, quàm principalis motus Papæ gratiam de
beneficio facientis, qui vt ſibi ſupponitur benefi-
21 cium † vacare, terminum indiſtinctè accipit, pro
vacatione omnimoda, ideſt tàm de iure, quàm de
facto, vt *in eo. cap. cum noſtris,* præ cæteris decla-
rant *Hoſtienſ. ſub num. 6. ad med. verſ. quid ſi
ſimpliciter dicat, & ſub num. 5. verſ. vndè ſi quis
impetret, & Ioan. Andr. ſub num. 7. ſuper verb.
ſuggeſtione, & ſub num. 24. verſ. vacatio ergò,*
cum alijs per *Gonzal. ad reg. de menſ. gloſſ. 15. §. 1.
num. 9. Caualer. decis. 502. num. 3.* niſi videlicet
22 fiat † mentio de poſſeſſione alterius; quia tunc,
cũ in ea poſſit ſuſtineri plenitudo de facto, *d. cap.
cum noſtris, de conceſſ. præben. & cap. licet Epiſco-
pus, de præben. in ſexto,* non aliter videtur intelle-
xiſſe vacare beneficium, quàm de iure, neglecta
prorſus ea poſſeſſione, & conſequutiua plenitudine
de facto, vt benè explicat *Bal. in l. 2. in prima le-
ctura, verſ. nam ſi aliquid impetratur, ff. de conſtit.
Princ. Greg. decis. 153. num. 6.*

23 Porrò, vt dicatur † plenum beneficium, non ſuf-
ficit quæcunquè poſſeſſio, ſed debet concurrere
titulus, & ius poſſidendi, *Rota in antiq. decis. 18.
de præben. Gonzal. loco proximè cit. nu. 13. Caſſad.
d. decis. 5. num. 5. de priuil.*

24 Ex quibus primùm infertur, ſuppoſita † vacatio
ne de iure, plenitudinem reſultantem ex poſſeſſio-
ne alterius de facto, non haberi in conſideratione,
ad effectum, vt inde ſuſtineatur, vel corruat gra-
tia, vt ex mente *Innocen.* firmat *Lap. alleg. 16. n. 1.*
vbi Mandoſ. *in prima addit. verſ. quantum verò
attinet,* atteſtatur de vera, & communi, & propè
infinitos cumulat.

Ad effectum verò, vt poſſeſſor ille de facto, non
poſſit amoueri niſi ipſo citato, adhibenda eſt di-
ſtinctio, an poſſeſſio ſit colorata, vel ſecus, nam ſi
25 ſit colorata, † omninò eſt citandus, iuxta termi-
nos *text. in præcit. cap. licet Epiſcopus, de præben.
in ſexto.* Si verò colorata non ſit, vtiquè nec vo-
candus eſt, nec intrat diſpoſitio illius canonis, qui
emanauit retentis terminis ſupradicti textus, *in c.
cùm noſtris,* vbi videlicet poſſeſſio eſt colorata,
quemadmodum aduertit *Lap. in præcitat. alle-
gat. 16. num. 1.*

26 Et ratio eſt manifeſta, quia † is qui non habet
poſſeſſionem coloratam, non cenſetur poſſeſſio-
nem aliquam habere, quæ in iure modo vllo con-
27 ſideretur: poſſeſſio enim, vt nihil eſt aliud † quàm
rei vſus quidam, *l. quæſtio. 115. de verb. ſignif.* non
28 multiplicis, ſed duplicis † duntaxat eſt rationis,
ciuilis videlicet, & naturalis, *l. nemo ambigit.*
29 *C. de acq. poſſeſſ.* ciuilis, qua † poſsidemus iure
dominij, vel quaſi, & naturalis, qua poſsidemus
alio iure quàm dominij, veluti iure pignoris, vel
vſusfructus, *d. l. quæſtio. 115. §. quicquid enim, de
verbor. ſignif.* tertiam ſpeciem, iura nequè agno-
ſcunt, nequè cõſiderant, vt elegãter probat *Cuiac.*
30 *in l. 1. §. 2. in 2. col. ff. de acq. poſſeſſ.* ſed eam † vo-
cant improbam poſſeſsionem, remouentquè ab il-
la facultatem vſucapiendi, *l. improba 7. C. de acq.
poſſeſſ.* & in conſequens, terminum habilem poſsi-
31 dendi iure dominij; cùm vſucapio † nihil aliud ſit,
quàm adeptio dominij, per continuatam poſſeſ-
ſionem, *l. 3. de vſucap.* vndè, & nonnunquàm per
32 traductionem effectus à cauſa, dicitur † & ipſa
vſucapio, poſſeſsio, in *l. deniquè 19. et in l. cum mi-
les. 30. in princ. eod. tit.*

33 Quo fit, vt ſi agatur † de beneficio reſeruato,
(quo caſu poſſeſsio intruſi, propter decretum irri-
tans, notoriè eſt decolorata) Exequutor ritè, &
rectè procedat ad traditionem poſſeſsionis, tali
intruſo non citato, habeaturquè illa eius poſſeſsio
veluti infecta, pro vacua ſimpliciter, vt cẽſuit *Garz.
de benef. par. 10. c. 1. n. 51. Reuerendiſſ. D. Coccinus.
decis. 51. nu. 4.* quod pleniùs ſuoloco explicabitur.

Fatendum eſt tamen, coloratam poſſeſsionem,
34 (quantum † pertinet ad hunc articulũ) eam repu-
tari in qua datur inſtantia poſsibilitatis tituli va-
lidi, etiam ex diſpenſatione, vt probat textus, tàm
in d. cap. cum noſtris, quàm *in d. cap. licet Epiſco-
35 pus:* cuius rei † ea eſt ratio, quod poſſeſsio pluri-
mum habeat facti, vt dicitur *in d. cap. cùm noſtris,
et in d. l. deniquè, ff. ex quibus cauſis maior.* Quam-
uis enim plurimum quoquè ex iure poſſeſsio mu-
tuetur, ideſt ex cauſa qua poſsidetur, vt *in d. l. poſ-
ſeſsio 49. in princ. de acq. poſſeſſ.* nihilominus (quic-
quid ingeniosè ſcripſerit Antonius Merenda *con-
36 trou. Iur. lib. 2. c. 19. ex n. 1. & per tot.*) tota † ipſa
in facto conſiſtit, non ſolum dum apprehenditur, *l.
1. in princ. & l. 3. ibidem in princ. & §. Neratius,
& §. ex contrario, cum ſeq. eod. tit.* verùm etiam
37 dum retinetur; quia † illa naturalis occupatio, ſi-
uè detentatio, perpetuò conſeruatur in ciuili poſ-
ſeſsione, adeoquè in ipſo animo poſsidendi, *d. l. 3.
§. ſaltus hybernos, & l. quamuis ſaltus 46. eod. tit.*
& in hoc facto, ideſt in hac continuatione, inchoa-
tur, & perficitur vſucapio, qui eſt ipſius poſſeſsio-
nis præcipuus effectus, vt *in d. l. 3. de vſucap.* &
in conſequens color (vt ita loquar) poſſeſsionis
iuſtæ, vt in dictis duabus decretalibus.

38 Infertur ſecũdo, taciturnitatem † coloratæ poſ-
ſeſsionis huius, inducere quidem ſubreptionem
gratiæ factæ tanquam de vacanti, ſecundum vnum
intellectum, qui magis communitèr probari vide-
tur per Doctores *in d. cap. cum noſtris,* præcipuè
*Ioan. Andr. ſub nu. 16. verſ. ſi quæris, Ancher. n. 7.
Card. num. 9. & ſub num. 19. verſ quinta lectura,
Abb. antiq. ſub num. 3. ad fin. verſ. intellige circa
prædicta, Butr. num. 9. 13. & 15. Felin. in cap.
in noſtra num. 32. de reſcript.* verùm id referen-
39 dum, † non ad eam partem gratiæ, qua Papa pro-
uidet, ſed qua dat Exequutores: datio enim exe-
quutoris, vt omnes norunt, pars gratiæ eſt, *cap. ſi
ſuper gratia de Offic. deleg. in ſexto,* & ſatis inſi-
nuat *text. in d. cap. cum noſtris,* in cuius ſpecie

irritatur

irritatur factum Exequutoris, prouiſio autem ip-
ſa contra hunc defectum ſuſtinetur, quod nequè
aduerterunt ibi ſcribentes; quia prouiſio ipſa ideò
fuerat obreptitia, quia fundata erat in deuolutio-
ne, cui non poterat locus eſſe ex noua aſſignatio-
ne facta per Capitulum, vt ibi aduertit *Innocen.
ſub num. 1. ſuper verb. aſſignauerunt.*
40 Et ratio eſt manifeſta, quià † color ille non at-
tenditur, niſi ad hunc vnum effectum, vt mediante
citatione poſſeſſoris, ille excutiatur per exe-
quutorem, priuſquam procedatur ad ipſam exe-
quutionem, quod poſtmodum expreſsè ſtatutum
fuit *in d. cap. licet Epiſcopus* Iſtud namquè poterat
mouere, vel remouere Papam in dandis Exequu-
toribus, ſub vna potius, quàm ſub alia forma, nè
alioqui præcisè iubendo, videretur velle, de ſua
poſſeſſione iuſtum poſſeſſorem deijci; at non po-
terat mouere, vel remouere in prouidendo, quia
cum prouiſio fiat ex ſuppoſitione vacationis de
tempore gratiæ, iuxta Regulam *cap. eam te, de re-
ſcript.* (vndè & concipitur narratiua ſub ea forma,
quam præmiſimus, *cum vacauerit, & vacet ad*
41 *præſens*, quæ † non contentatur iuſtificatione va-
cationis aliquando inductæ, ſed exigit duratione
de ipſo tempore datæ, vt fuit reſponſum in *Rom.
Beneficiatus S. Ioannis 13. Nouembris 1628. corā
R. p. d. Dunozet.*) Si ſuppoſitio eſt vera, quia in in-
truſo deficiat titulus canonicus, decuſſoquè colo-
re remaneat nuda poſſeſſio de facto, vtiquè hæc
non eſt tanti, vt videatur potuiſſe mouere Papam,
quominus gratiam faceret, *Io. de Imol. in d. cap. cū
noſtris num. 23.* & conſentiunt omnes præcitati: ſi
42 autem ſuppoſitio eſt falſa, nec quidem † cenſetur
prouidiſſe, aut gratiam vllam feciſſe, *c. 2. de reſcr.*
niſi enim vacet beneficium, vt narratum fuit, nihil
conceſſum cenſetur, *cap. 1. cum ſeqq. de preben. in
ſexto. Card. conſ. 132. num. 1. Seraph deciſ. 997. ibi-
dem num. 1.* præcipuè in præiudicium tertij, cuius
43 ius perpetuò ſaluum eſt † ex Clauſula *dummo-
do, &c.* & in iſtis terminis reſpondit Rota, in in-
frà alleganda *Colonien. Canonicatus.*
44 Et hinc eſt, vt hodiè iſtiuſmodi † obreptionis,
ſiuè ſubreptionis caput, nullius ſit cōſiderationis,
non ſolum propter neceſsitatem citandi quemli-
bet intruſum, *ex d. cap licet Epiſcopus*, ſed ex for-
ma ipſa exequutorialium, quæ ſiuè expediantur
vnà cum literis principalibus, ſiuè ad partem, con
cipiuntur ſub forma huius neceſsitatis expreſſi-
ua, per Clauſulam, *amoto quolibet illicito detento-
45 re*, quæ implicat † mentionem poſsibilis coloratæ
poſſeſſionis alterius, quæ fuit originalis doctrina
Ioannis de Deo, vt notarunt *in præcit. c. cū noſtris
Io. Andr ſub nu. 23. verſ. vnum ſcias, Ancher. ſub
num. 8 verſ addit Ioannes, & Collectar. num 3.*
idemquè ibi docuit *Calderin ſub num 46. ad fin.
verſ. ſi autem eſt colorata, Rota dec. 38. et 69. de re-
ſcript. in antiq.* & firmatum fuit in *Colonien. Ca-
nonicatus 20. Maij 1602. coram Cardinali Hie-
ronymo Pamphilio*, quam reſcripſit *Garz. de be-
nefic. par. 10. cap. 1. ſub num. 74.*
Vt meritò cauendum ſit ab eorum ſententia,
46 qui diſtinxerunt, † inter caſum, quo Clauſula,
amoto, &c. appoſita eſt in literis gratioſis, vt ipſi
vocant. & caſum quo eſt appoſita in exequutoria-
libus, quemadmodum in *eod. cap. cum noſtris*, di-
ſtinguebant *Card. ſub nu. 33. verſ. decimo quinto
quæro. cum ſeqq. Butr. ſub num. 68. verſ. vbi ergo
coloratus eſt poſſeſſor, Abb. n. 21. & Imol. ſub n. 23.
circa fin. verſ. vbi vero poſſeſſio eſſet colorata, &
verſ. aduerte tamen, Staphila. de liter. grat. ſub tit.
de vi, & effect. Clauſ. 9. in literis ſciendū eſt*, quam
viſa eſt amplecti Rota in vna *Carinolen. Præcepto-
ria 6. Martij 1617. coram Reuerendiſſ. D. Coccino.*
47 Nam diſtinctio hæc † confunditur, ex manifeſta
veritate in contrarium, quià nec ſtylus, nec ratio
vlla patitur, vt Clauſula prædicta in alia parte, aut
in alijs literis ponatur, quàm in exequutorialibus,
nec niſi ineptè poſſet inſeri in parte prouiſiua; vt
ex ſententia Bartholomæi de Zabarellis Archiepi-
ſcopi Spalaten. & maximi Canoniſtæ, notauit *Fe-
lin. in præcit. cap in noſtra, ſub num. 32. verſ. ſed
nouiſſimè reperio, Syl. in tract. de benef. par. 3. q. 11.
ſub num. 104. circa med. verſ. vbi ſubdit.*
Et licet *Garz de benef. par. 10. cap. 1. num. 70.
iuncto num. 73.* videatur ab hac ſententia recede-
48 re; quia † Clauſula in exequutione, (vt ipſe loqui-
tur) poſita, non excludat ſubreptionem, *Clem. 1. de
preben. Gonzal. ad reg. de menſ gloſſ 9. in annotat.
nu. 243.* nihilominus iſta eius ratio nullius eſt mo-
49 menti, cum defectus † inſurgens ex taciturnitate
coloratæ poſſeſſionis alterius, veluti merè euen-
tualis, ſi color ille euaneſcibilis ſit, vel ſecus, non
reſpiciat (vt dictum eſt) ſubſtantiam gratiæ in ar-
ticulo prouiſionis, ſed dumtaxat illius exequutio-
nem, vt patet ex *d. cap. licet Epiſcopus*, quapro-
pter, vel eſt negandum, Clauſulam *amoto, &c.* vim
hanc ex ſe ipſa habere, quod nemo negauit vnquā,
vel eſt affirmandum, eam aliquando inſeri in di-
ſpoſitione gratiæ prouiſiuæ, quod eſt impracticà-
bile, (vt dictum eſt) neque hæc fuerunt, aut per-
penſa, aut adducta, in cauſa *Carinolen Præcepto-
ria* ſuperius allegata.
Ad tollendum autem omnem ſcrupulum, vſu
receptum eſt, vt inter Clauſulas generales, quę ap-
50 ponuntur in ſupplicationibus, hæc quoquè † inſe-
ratur; *Et dicti defuncti, & aliorum quorumcun-
què prouiſiones, conceſſiones, inſtitutiones, colla-
tiones, & poſſeſſiones pro expreſſis haben*; habet
enim Clauſula hæc vim expreſſiuam poſſeſſionis
alterius, vt pariter fuit deciſum in præallegata
Colonien. Canonicatus.
51 Eſt autem *poſſeſſio* nomen † Iuris, referturquè
ideò non ad naturalem poſſeſſionem, aut ad de-
tentationem de facto, ſed ad ipſam ciuilem poſ-
ſeſſionem, *l. ſtipulatio iſta, habere licere, 38. §. hac
quoquè ſtipulatio, & ibi Iaſ. nu. 3. de verb. oblig.
l 3. §. ex pluribus, & ibi Roman. num. 4. de acqu.
poſſeſſ cum alijs per Ladereb. de Imol. conſ. 64. n. 6.*
Præterquàm, quod exprimendo poſſeſſionem,
& titulum, nihil vltra deſiderari poteſt pro expli-
canda poſſeſſione colorata alterius, etiam ſecun-
52 dum eorum ſententiam, qui † exiſtimauerunt re-
quiri titulum validum, ſaltim ex parte conferen-
tis, vt ea ferè eſt omnium ſententia *in d. cap cum
noſtris, præcipuè Calder. num. 23. Card. num. 26.
& Io. de Imol. ex num. 25. Lap. alleg. 103. num. 3.*
Ferret.

Digitized by Google

Ferret.conſ.1.num.5.Pariſ. conſ.125.ſub nu. 28.
verſ.habuit enim ab eo,lib.4.Caſſad.deciſ.7.nu.3.
ſuper reg.

Quo fit, quemadmodum ſuperius dixi, vt huius
exceptionis vis, ſi opponatur contra prouiſum
Apoſtolicum,extra articulum ordinis procedendi
ad exequutionem literarum,de quo poſtea ſuo lo.
co fuſiùs dicetur, nullatenus ſit admittenda; ſed
53 nequè † in ipſo exequutionis articulo, ſi poſt gra.
tiam color hic ſuperueniſſet, Calderin. in eo. cap.
cum noſtris, ſub num.46.ad fin. verſ. & tunc aut
ille color.

54 Infertur tertio ex eiſdem, ad verum † intelle-
ctum text. in cap.ſuſceptum, de reſcript. in ſexto,
per quem firmatur concluſio,vt qui obtinuit pro-
uiſionem de certo beneficio, tanquam vacante
per obitum certæ perſonæ, illud non poſſit cape-
re, ſi vacet per reſignationem eiuſdem perſonæ,
cùm tamen videtetur contrarium perſuaderi poſ-
ſe, quòd fundamentum huiuſmodi gratiæ, ſit ſim-
plex vacatio, vndequaquè illa contingat; quippè
illicò vt vacat beneficium,de eo prouidetur, quia
55 fauorabile † eſt beneficio, nè diutius vacet, Pute.
deciſ.19.num.1.lib.1. & deciſ.152. num.3. lib.3.
56 Vndè parum, † vel nihil referre videtur,inſpecta
iuris communis diſpoſitione, an modus vacandi
narratus verus ſit, vel falſus,modò vacatio ſit cer-
ta, & certum ſit corpus beneficij, iuxta regulam
quam in hac materia præſcribit text.in cap. ſuper
literis,20. vbi omnes hoc notant, extra eod.tit. de
reſcript. & diximus ſuprà in 3. q. num. 1. & in his
terminis benè deducit Collectar. in cap. conſtitu-
tus, ſub nu.5. verſ. ſed ego crederem contrarium,
de conceſſ. præben.

Attamen quod in contrarium deciditur in d.c.
ſuſceptum, ſingulari nititur rationi, quia expreſ-
57 ſio † modi vacationis, reſpectu certi beneficij, &
vnius perſonæ, propter implicitam negatiuam al-
terius modi, habet vim reſtrictionis ad illum ip-
ſum modum expreſſum, proindequè non poteſt
capi vacatio ex diuerſo modo, quin detur contra-
dictio in obiecto, quod elegantèr docuit Abb. in
cap. ſignificante,34.num.6.& 7.eo.tit. de reſcript.
vbi ait, hunc intellectum multis nõ fuiſſe cognitũ.

58 Enimuerò ſi quis narret † beneficium vacare
per obitum Titij, conſtet autem Titium prius re-
ſignaſſe, impoſſibile eſt ſine manifeſta contradi-
ctione, ſuſtinere gratiam tanquam de vacante per
obitum Titij, cum fuerit prius vacatio conſumpta
per reſignationem, niſi reſignatio fuerit inualida,
vt declarat Rota apud Caualer.deciſ.214.ſub n.1.
59 verſ.vnde ſi Maſſeus, quod idem dicitur † ſi ſup-
ponatur vacare per ſententiam, vt per eundem
Caualer.deciſ. 36.nu.1. & è conuerſo, ſi narretur
60 beneficium vacare per † reſignationem, puta fa-
ctam per procuratorem in Curia, & tamen con-
ſtet prius vacauiſſe per obitum, vtiquè eadem ra.
tione prouiſio erit nulla, cum mortui non reſi-
gnent, l.Neratius 152.de reg.iur. vndè in reſigna-
tionibus impoſsibile eſt capere vacationem per
obitũ, propter hanc impoſsibilitatem eã narran-
di, Rota deciſ.475. num.4.& 5.lib.3.p.3.diuerſ.

Et hinc inuectus eſt ſtylus ampliandi gratiam,
61 ex † Clauſula, ſiuè præmiſſo, ſiuè alio quouis mo-
do, &c. cuius vis ea eſt præcipua declarare, inten-
tionem Papæ non reſtringi ad modum expreſſum,
ſed extendi ad quemcunquè alium,quod ſatis cla-
rè inſinuat text.in eod.cap. ſuſceptum, vbi optima
gloſ. in verb.expreſſè, & ibi omnes notant, Felin.
in cap. in noſtra, ſub num. 37. verſ. fallit quarto,
de reſcript.Socin.ſen. conſ.32.num.12.lib.1.Re-
buff.in prax. ſuper for.ſignat.ſimplic.prouiſ.ſuper
verb.ſiue præmiſſo num.1.& 2. Lap.alleg.6.nu.2.
Rota deciſ. 1. num. 1. cum ſeqq. & ibi latiſsimè
adden. ex num.5. de reſcript. in nou. Caſſad. poſt
alios deciſ.5.num.1.de præben.

62 Indeq; ſaluatur † gratia ab obreptione inducta
per expreſsionẽ falſi modi vacationis,etiã ſi verſe-
tur in impetratione beneficij certo modo, vt ex
ead. Caſſad.deciſ.5. firmat Caſ. de Graſſ.deciſ.125.
63 alias 14.de præb.n.7. niſi tamen † ſit datus modus
vacandi diſpoſitiuè,tunc enim non poſſet capi alia
vacatio, vt concludit Caſ.de Graſſ.eod. loco n.8.&
firmatum fuit in Aquen. Archipresbyter.11. Mar-
tij 1602.coram Lancellotto.Quemadmodum & vis
64 iſtius † Clauſulæ,remanet eliſa ex contraria forma
literarũ, dum in illis Papa reſtringit gratiã, ad vnũ
aliquem certum modum vacandi, iuxta doctrinam
Collectar.in cap.conſtitutus,ſub num.5.ad fi.verſ.
ſed huic ſententiæ,de conceſſ.præben. quidquid vi-
deatur ſenſiſſe Simonet.de reſeruat.q.61. num.4.

Adeo vt hac in re nihil attentius conſideretur,
quàm forma ipſa literarum,in reſtringenda,vel am-
65 plianda Clauſula huiuſmodi;quia ſicuti in † impe-
trationibus certo modo, conſueuit reſtringi, ſiuè
elidi per diſpoſitiuam, Caſ. de Graſſ. d. deciſ. 14.
66 num.8.de præben. ità in † alijs conſueuit amplia-
ri, non ſolum reſpectu modi, ſed etiam reſpectu
perſonæ, & effectus reſultantis ex vacatione ex-
preſſa: operaturquè ampliatio hæc in tota ſua
actiuitate, niſi vitium intrinſecum habeat, quia
videlicet per dolum, & fraudem contra intentio-
nem Papæ fuerit extorta, quod tunc argumenta-
mur, vbi modus expreſſus omnimodo eſt falſus;
67 quippe hoc caſu, nè proprius dolus † impetranti
patrocinetur, l.fin.C.de diuerſ. reſcript. tota gra-
tia corruit, vt optimè cenſuit Senatus Sabaudiæ,
apud Fabr.ſub tit.Cod.de Sacroſan. Eccleſ.defini.
1.& 4.

68 Etenim Clauſulæ huius vſus, non fuit † excogi-
tatus,ad confouendam malitiam,& fraudem,con-
tra regulam quam habemus in l. in fundo, de
69 re.vindic. ſed ad excuſandam † ſimplicitatem, &
probabilẽ credulitatẽ ex communi reputatione,
Buer.deciſ.150.n.11. vndè ex huiuſmodi communi
reputatione, nec poteſt dici id,quod narratũ fuit,
prorſus falſum eſſe, cũ aliquo veritatis primordio
nitatur, l.cum filius 76.§.hæres meus,de legat.2.&
ponderat Senatus Sabaudiæ, pract. definit.4.n.9.
quem ſequitur Ricc. in collect. 355. ad fin. & D.
Barboſa in Collect.ad d.cap.ſuſceptum n. 14.

70 Et † propterea,non licet cuiuis prouiſo, dum
arctatur iuſtificare gratiam, quãdocunque capere
quem velit vacandi modũ in vim huius Clauſulæ,
ſed tunc demum vbi iuſtificauit de facto modum
narratum, quod fuit in Rota ſæpius deciſum, vt in
Collectan.

Digitized by Google

Collectan. clauſul. ſub nomine Doctoris Marta
euulgata, Clauſul. 152. ex nu. 15. Rota in recent.
deciſ. 309. nu. 2. par. 2. Gregor. deciſ. 37. num. 10.
quæ legitur quoquè impreſſa ea. par. 2. recent. deciſ.
49. num. 9.

71 Ratio eſt, quia † vbi illa vacatio narrata, non
apparet iuſtificata, ſaltim de facto, gratia eſt ob-
reptitia, proindequè fruſtra tunc recurritur ad
clauſulas in ea inſertas, quæ cum ipſa corruunt, vt
in his terminis conſiderat Pute. deciſ. 390. num. 12
lib. 1. & deciſ. 267. in princ. lib. 3.

At præmiſſa huiuſmodi iuſtificatione de facto,
72 intrat † tunc effectus dictæ clauſulæ, nequè atten-
ditur contradictio, de qua ſuprà, itaut qui fuit pro-
uiſus tanquam de vacante per reſignationem, non
impediatur capere vacationem per obitum eiuſ-
dem perſonæ; Rota deciſ. 341. num. 2. lib. 3. par. 3.
diuer. & in recen. d. deciſ. 309. ſub num. 2. verſ. &
in noſtris terminis, vbi aliæ ſimiles allegantur, &
73 è † conuerſo, qui fuit prouiſus tanquam de va-
cante per obitum, capere vacationem per reſigna-
tionem, Mobed. deciſ. 2. num. 1. & per to. de Offic.
delegat.

74 Et licet clauſula hæc non videatur † extendi ad
vacationem ex alterius perſona, vt per Mobed.
eod. deciſ. 2. (vbi tamen hoc neque admittit, vbi ei
additur verbum vacet, ex relatis per eum num. 2.
& tradunt Nauarr. in relect. cap. ſi quando, in 2.
except. num. 3. de reſcript. Pariſ. de reſignat. benef.
lib. 8. q. 7. ex num. 144. cum alijs collectis per D.
Barboſam ad d. cap. ſuſceptum, num. 13. & per Col-
lectorem clauſ. d. clauſ. 152. num. 12.) tamen ex
eodem ſtylo ſubmouetur hæc dubitatio, per con-
75 ceptionem clauſulæ † ſub hac forma, vel ex alte-
rius cuiuſcunquè perſona, Senatus Sabaudiæ apud
Fabr. in præcita. tit. de Sacroſan. Eccleſ. definit. 1.
Rota deciſ. 605. num. 9. par. 2. recen.

76 Similiter licet eadem clauſula † ſimpliciter ex-
cepta, non capiat modum vacandi, vnde reſultet
reſeruatio, Rota deciſ. 575. n. 1. lib. 3. par. 3. diuerſ.
& longè fortius, ſi ſupponatur reſeruatio maior, vi-
delicet per obitum in Curia, iuxta text. cum ibi
nota. in cap. 2. de præben. in ſexto, nihilominus
77 ex † eodem ſtylo, ita concipitur, verùſquè &
vltimus modus vacationis, etiamſi ex illo que-
uit generalis reſeruatio, etiam in corpore iuris
clauſa reſultet, ſeù in toto, ſeù in parte exprimi
poſſit, operatur enim hæc adiectio, ac ſi fuiſſet
obitus in Curia expreſſus, vt cenſuit Rota
deciſ. 341. ſub num. 2. verſ. ſed triplicabatur, lib. 3.
par. 3. diuerſ. cum qua conueniunt collecti per D.
Barbaſam, ad d. cap. ſuſceptum, num. 8. & 9. vt in
78 ſimili de clauſula † non obſtante quacunquè re-
ſeruatione, etiam in corpore iuris clauſa, conclu-
dit Aeneas de Falcon. in tract. de reſeruat. 1. par.
4. q. princip. effect. 36. circa fin. verſ. vltra ipſos
limito.

79 Eſt tamen verum, vbi † reſultat reſeruatio ra-
tione menſis, non poſſe capi vacationem per obi-
tum, niſi facta ſit expreſſa mentio de menſe, pro-
pter regulam de menſe, Pute. ſuper reg. de menſe
deciſ. 3. Rota d. deciſ. 309. num. 3. par. 2. recent.

80 Et quamuis, vbi quis † fuit prouiſus tanquam
de vacante per reſignationem, quem caſum regula
excludit, circa hunc articulum Rota plurimum
hæſerit, niſi probetur fraus; eſt tamen difficile eui-
tare præſumptionem fraudis, vt in ſuperius alleg.
deciſ. 575. num. 3. cum ſeq. lib. 3. par. 3. diuerſ.

81 Infertur quartò, cùm † narratur beneficium va-
care; ex parte rei, ideſt ipſius beneficij, iam ſuppo-
ni illud eſſe collatiuum, Seraph. deciſ. 1095. nu. 2.
82 & ſi agatur de præbenda, illam † eſſe in Eccleſia
numerata, nō autem in receptitia non numerata,
cuius præbendæ non ſunt vacabiles, cap. dilecto,
de præben. cap. ex parte, de conceſſ. præben. Felin.
in cap. cùm acceſſiſſent, num. 1. ad fin. verſ. nota
ſecundo, de Conſtitut. cum alijs, quos citauimus
& ſequuti fuimus lib. 1. q. 14. ex num. 16.

83 Quemadmodum nec ſunt vacabilia † beneficia
de menſa, iuxta ſententiam gloſſ. communiter re-
ceptam, in Clemen. vn. §. præmiſſa, in verb. de
menſa, vbi Imol. num. 42. Card. num. 5. Vital.
num. 101. & alij paſſim, de ſupplen. neglig. Præ-
lat. cap. frequens, de exceſſ. Prælat. Rota eod. tit. in
nou. deciſ. 2. num. 3. Ferret. conſ. 52. num. 17. &
18. lib. 1. ſequitur Gonzal. ad reg. de menſ. gloſſ.
5. §. 6. num. 63.

Eidemquè narratiuæ, implicita eſt negatio cu-
84 iuſuis vnionis, aut annexionis, cum beneficia † vni-
ta non vacent, cap. cùm acceſſiſſent, de Conſtitut.
Gemin. conſ. 85. nu. 5. cum alijs adductis per Greg.
deciſ. 77. num. 2. & deciſ. 419. itidem num. 2. & di-
ximus etiam eod. lib. 1. q. 28. ex num. 178.

85 Quod intelligitur, † ſi vnio valida ſit; nam ſicuti
86 data illius ſubſiſtentia, non ſolū † extinguitur præ-
cedens vacatio, ſed etiam tollitur in futurum, Se-
raph. deciſ. 1410. n. 21. cum pluribus per nos con-
geſtis lib. 1. q. 28. nu. 104. & 178. ità ſuppoſita il-
87 lius nullitate, conſeruatur † ſemper eadem vaca-
tio vt prius, idem Seraphin. deciſ. 1309. num. 2.
88 quicquid ſit, † ſi exiſtens in ſtatu validitatis diſſol-
uatur, vt ibi per eum, quod pleniùs explicauimus
lib. 2. q. 8. ex num. 85.

89 Hinc, ſi vacante beneficio, concedatur † alicui
Indultum de vniendo beneficium quod deinceps
primùm vacare contigerit in tali Eccleſia, & mox
alteri prouideātur de beneficio prius vacante, ſi
Indultarius iſtud vniat, Indulti limites excedendo,
90 (quod cenſetur † excludere tunc temporis vacan-
tia, iuxta Oldrad. conſ. 310. num. 2. quem ſequutus
fuit Felin. in cap. ad hæc, ſub num. 2. verſ. quibus
adde Oldradum, de reſcript. & in his præciſis ter-
minis Rota apud Cardinalem Caualerium deciſ.
566. nu. 2. & 3.) per huiuſmodi vnionem non po-
teſt cenſeri extincta præcedens vacatio, quominus
ex ea, prouiſio Apoſtolica remaneat in ea parte
iuſtificata, vt concludit Cauale. ea. deciſ. 566. in
prin. & per to.

Quodquè dictum eſt de vnione, fortiùs vindicat
ſibi locum in commenda, quamuis enim benefi-
91 cium † commendatum, per mortem Commenda-
tarij, ita vacare cenſeatur, vt impetrabile ſit, Rota
in recen par. 2. deciſ. 672. ſub num. 4. ad fin. verſ.
nequè hoc pactum, tamen quod pertinet ad per-
ſonam ipſius Commendatarij, id neceſſario eſt re-
92 ferendum † ad vacationem de facto, diſtinctam à
vacatione

vacatione de iure, quæ ſemper eſt eadẽ; quæ prius; vt optimè deducit *Pute.dec.22.n.4.et per to.lib.1.* cum multis, quos cumulat *Rota deciſ.141.nu. 3. par.1.in recen.* Vnde alia eſt forma commendandi beneficium, & longè alia prouidendi de beneficio commendato.

Etenim, pro inſtructione Iuuenũ, eſt aduertendũ, vbi quis in ſupplicatione aſſerit ſe Clericum ſecularẽ, cenſeri quoquè etiã ſupponere beneficiũ pro
93 quo ſupplicat, eſſe ſeculare, quod in† dubio præſumitur, *Rota dec.2 n.3.de præb.in nou.& in recen. dec.690.p.2. vbi alij citantur,* & è conuerſo, cùm
94 ſecularia ſecularibus,† regularia ſolis regularibus ſint conſerenda, tàm ex diſpoſitione antiquorum canonum, *cap.cum de beneficio,5.& cap. cum ſingula,32.de præben.in ſexto, Clem.1.de ſupplen.neglig.Prælat. Rota deciſ.772.num.5.par.1.diuerſ.* cum alijs per *Gonzal.ad reg.de menſ. gloſſ.8. n.8. & per Garz. de benef.par.7.cap.*10. *nu.*3. *Seraph. deciſ. 1165. num.* 12. & notauimus *in 1.lib q.34. nu.7.* quàm ex diſpoſitione Sacri Tridentini Concilij *ſeſſ. 14. de reform. cap.*10. ſuper quo decreto plura ſcribit *Garz. loco præall.*

95 Si itaquè Clericus ſecularis † impetret beneficium regulare, vel regularis ſeculare, iam eget duplici gratia, videlicet prouiſiua, & diſpenſatiua, aliàs ſimplex illa gratia prouiſiua remaneret ipſo iure nulla, textus eſt clarus *in præcita. cap. cùm de beneficio, de præben.in ſexto,* vbi omnes hoc notãt, *Seraph.d.deciſ.1165.num.13.iuncta deciſ.* 1305. *nu.4.* & fuit reſponſum *in Neocaſtren Parochialis 16. Ianuar.* 1630. *coram. R.p.d. Duran.* vnde prodita eſt alia Cancellariæ Regula 43. *de commendis, Quod nulli Seculare ac Regulari, nec Religioſo de Seculari beneficio commenda detur, niſi in Signatura, per Clauſulam, ad partem ſuper petitione commendæ huiuſmodi, de commenda ipſa mentio fiat.*

96 Hoc ergò caſu, nedum † eſt exprimenda qualitas hæc beneficij, & incapacitas perſonæ, verùm etiam ſi petatur prouideri mediante diſpenſatione, opus erit exprimere modum vacationis ex perſona vltimi titularis, & poſſeſſoris, iuxta Regulam 47. de qua ſuprà, idemquè erit ſi petatur commẽdari, aliàs impoſſibile eſt, ſaluare gratiam à mani-
97 feſto vitio obreptionis; quia etiamſi Papa † motu proprio prouideat alicui de beneficio, non cenſetur tamen velle aliter prouidere, quàm eo modo, quo eatenus prouideri conſueuit, vt per eum textum notabiliter docuit *Bald.in l. fideicommiſſa, 11. §. ſi ſeruo, nu.2. de legat. 3. quem ſequutus eſt Felin. in cap. in noſtra, nu.41.de reſcript.cum alijs cumulatis per Menoch. de Arbitr. Iud. caſ. 201. num.86. & 87.*

Verum, quià diſpenſationes ipſæ ſunt odioſæ, ſi
98 agatur † de beneficio ſeculari, quod impetretur per Regularem, vix id permittetur iuxta terminos *cap.quod Dei timorem, de ſtat.Monachor.* ſecundũ ea, quæ ſcripſimus in *præcitat. quæſt.34 ex n.59.*
99 Si verò † agatur de Regulari, pro quo ſupplicet ſecularis, duriùs cum hoc agitur. Quippè inhærendo decreto Concilij *d. ſeſſ.14 de reform.cap.10.* non datur illi prouiſio in alia forma, quàm commendæ duraturæ ad ſex menſes tantum, & deinde in titulum, cum decreto, quod intra eoſdem ſex menſes teneatur ſuſcipere habitum, & emittere profeſſionem talis religionis, quemadmodum commemorat *Mendoſ.de Signat. grat.§ prouiſiones, in 17. col.verſ. beneficia regularia Cathedralium.*

100 Qualificatur tamẽ dilatio † hæc ſex menſium, ex die poſſeſſionis adeptæ, nequè imputatur negligẽtiæ prouiſi, ſi diutiùs moretur, quando poſſeſſio
101 reperitur per alium occupata; nam licet † iure ciuili receptum ſit, quotiens per eum cuius intereſt conditionem impleri, fit quominus impleatur, vt perinde habeatur, ac ſi impleta eſſet conditio, vt inquit textus *in l. Iure ciuile 24. de condition. &*
102 *demonſtrat.* attamen id † intelligitur de conditione neceſſaria, ex præcedenti obligatione, non autem de poteſtatiua, *l. cũ ab eo, 41.de contrah.empt. cum alijs per Rot.diuerſ.deciſ.433.num 5. par.1. & bene exemplificat Cyn.in l.ſi plures.ſub num.8. verſ quid dicemus, C.de condit.inſert.quẽ ſequitur Socin.ſen.in præcita. l. Iure ciuili nu.6.* nequè in
103 hoc † vllam eſſe differentiam, inter ius ciuile, & ius Canonicum, docuit *Alber. in l.& ſi poſt tres 8. ſub num.26. verſ.ſed licet prædicta ſint vera, ff. ſi quis caution. & in iſtis terminis reſpondit Rota apud Pute. deciſ.19. nu.2.lib.1. Grat.for.diſcept. cap.223. num.42.*

104 Et ſanè ſub hac † forma, & temperamento decreti huiuſmodi, nedùm Papa, ſed quiſquè inferior collator, poteſt prouidere ſeculari de regulari, vt ex mente S. Congregationis ſuper Concilio (cuius reſponſum in primo impreſſis inſeruit) tradit *Gonzal.ad regul.de menſ.gloſſ.8 .num.78.*

Nequè verò, ſi ita prouiſus omittat decreto parere, ideo minus imprimetur, vel impreſſus bene-
105 ficio ſtatus conſeruabitur; nam † pro hac impreſſione, & conſeruatione ſufficit intentio conferentis in elidenda qualitate contraria in perſona prouiſi, vt videlicet quantumcunquè ſecularis eſſet, gubernaret beneficium non ſeculariter, ſed regulariter, vel è conuerſo, vt in ſpecie *d.cap.quod Dei timorem, de ſta. Monach.* notauimus *lib.1. q.34. num.59.* docentquè in *præall. cap. cum de beneficio, Lap. Abb. num.2. Ancher.ſub nu.2. ad fin. verſ. tertio quæro, & Gemin. ſub num. 9.* vbi ad finem ait, ſufficere perſonam veram, vel repræſentatam, quæ habeat intentionem deſeruiendi ſecundum ſtatum ſuppoſitum, vt illi imprimatur, quã doctrinam ſequitur *Felin.in cap.in noſtra, ſub num.41. verſ.ſecundo nota diligenter, de reſcript.* vbi ponderat, ſat eſſe, id actum à principio, vt optimè tradit *Calderin.conſ.1. iuncta addit. eiuſdem Gemin. ad fin. de conſuetud.*

Quod enim pertinet ad commendas perpetuas,
106 Romani Pontifices non adeo ſunt † faciles, vt effinxit impius ille Additionator *ad Alex. conſ.96, ſub nu.2.in verb.Commendatarius, lib.4.* vbi plurima, contra huiuſmodi conceſſiones effudit, quæ Doctores per ipſum ibi citati nec ſomniarunt; ſed
107 eatenus ad illas deſcendũt vbi eos† neceſſitas adigit, ex perſonarum videlicet defectu, iuxta *text. in c.inter quatuor, iuncta gloſſ. de religioſ. domib. & poſt alios notarunt Gonzal.in præcita. gloſſ.8. num.43.*

num. 43. & Garz. d. cap. 10. num. 16. & origina-
108 lem † cauſam iſtius vſus commendandi, eamquè
ſanctam, & canonicam expoſuimus *lib. 1. q. 26.*
ex num. 34.

Fatemur tamen, ſemel aperta hac via, eam faciſ-
limè retineri, atquè ita ex ſuppoſitione iam indu-
ctæ aut conſuetudinis, aut ſoliti, & frequentiùs
etiam ex alia ſuppoſitione deſtituti Conuentus, &
109 defectus curæ, quod priùs eſt † concludentèr iuſti-
ficandum quàm literæ poſſint mitti exequutioni,
Rota deciſ. 691. ſub nu. 4. verſ. vlterius fuit nar-
ratum par. 2. in recen.

Eſt autem circa modum probandi, diſcrimen
110 aliquod, inter conſuetum, & ſolitum; quippe † con-
ſuetum non aliter poteſt iuſtificari, quàm per duos
actus, ſolitum verò vno contentatur, vt in his ter-
minis firmat Rota apud *Creſcen. deciſ. 1. de con-*
ſuetud. Mandoſ. loco proximè cit. 110, verſ. prace-
ptoria Caſaraugustana, Garz. d. cap. 10. num. 37.

111 Vt enim conſuetum fieri, nō † poteſt dici quod
ſemel tantum factum eſt, ideoquè ſaltim duo actus
neceſſarij ſunt, *gloſſ. in l. nemo, in verb. cōſuetudini,*
C. de Epiſ. audien. Dec. conſ. 227. num 7. Seraph.
deciſ. 381. num. 2. Creſcen. d. deciſ. 1. qui alios re-
112 fert; indequè ſi † narretur, Dignitatem inſimul cum
Canonicatu conſuetam eſſe obtineri ſine diſpen-
ſatione Apoſtolica, narratiua hæc minimè iuſtifi-
cari poſſit ex vnica pronifione, vt fuit reſponſum
in vna *Orsolen Canonicatus, 10. Iulij 1620. coram*
Remboldo.

113 Ità ſolitum † ſatis ex vnico actu conſtituitur,
quemadmodum, ita hos terminos diſtinguēdo, de-
clarat *Bart. per eum text. in l. Mela, 14. §. ſed ſi ali-*
menta, num. 1. ff. de alim & cibar. legat. & in l. 1.
num. 7. C. quomo. & quan. Iudex, quem ibi paſſim
alij ſequuntur, præcipuè *Ang. num. 3. & Caſtren.*
qui teſtatur, de communi, num. 4. cum alijs addu-
ctis per *Gozad. conſ. 23 num. 5. & per Curt. Iun.*
conſ. 19. num. 4. Mandoſ. ad reg. 3 q 1. num. 4 plu-
res adducit etiam *Lara, de anniuerſar. lib. 1.*
cap. 12. num. 44.

114 Si enim adhuc maior detur † multiplicatio
actuum, iam dicetur non ſolum quid ſolitum, &
conſuetum fieri, ſed frequenter, ac frequentiſſimè,
ſæpequè ac ſæpiſſimè, vt probat *Thom. Grammat.*
deciſ. 36. ex num 9.

Cùm ergò quæritur, cuiuſmodi vacatio ſuſti-
neatur in commenda, adhibenda eſt diſtinctio, in-
ter commendam temporalem, & perpetuam; tem-
115 poralis † enim nihil eſt aliud, quàm ſimplex quod-
dam depoſitum, prout etiam huius vocis proprie-
tas inſinuat, *l. commendare, 186. de verb. ſignif. gloſſ.*
in cap. nemo, 15. in verb. commendare, de elect. in
ſexto, Roman. conſ. 350. num. 6. & conſ. 500.
nu. 1. Pute deciſ. 22. num. 2. lib. 1. & in hac ſanè, ſo-
116 la, † & ſimplex vacatio iuris ſuſtinetur, æquè
ac in perpetua, *Pute. ead. deciſ. 22. num. 7.* vix
117 enim † Commendatarius hic, habet id amplius de-
poſitario, quod ex fructibus alimenta ſibi compa-
ret, & expenſas, in retributionem temporarij re-
giminis, & gubernij, iuxta ſententiam *Archid. in*
can. qui plures, num. c. 21. q. 1. Rebuff. in prax. de
commen. num. 3. Rota in recen. deciſ. 772. ſub n. 3.
118 *verſ. eoquè magis, par. 2.* fraternizatquè † Com-
menda hæc in omnibus, & per omnia cum vnione
temporali, *Caſſad. deciſ. 2. nu. 8. de vnio. Rota ead.*
deciſ. 772. num. 2. Caualer. deciſ. 371. num. 1. ſed
119 huius † hodiè Commēdæ vſus exolenit, *Mandoſ.*
ad d. Roma. conſ. 350. in verb. gloſſa, Rota d. deciſ.
141. ſub num. 5. verſ. id hodie minorem. p. 1. recen.

120 Perpetua autem, confert † liberam poteſtatem
adminiſtrandi tàm in ſpiritualibus, quàm in tem-
poralibus, & per eam conſtituitur verus Prælatus,
vt latè deducit *Rot. in recent. d. deciſ. 141. ſub*
num. 6. verſ. quia Commendatarij perpetui, de qua
ſatis egimus *lib. 1. quaeſt. 17. ex num. 10. & lib. 2.*
121 *q. 33. ex num. 12.* interdicta duntaxat † alienatio-
ne, *Rota diuerſ. deciſ. 257. n. 5. p. 3. lib. 3.* nè quando
videatur in Cōmendatario maior poteſtas, quā ſit
122 in ipſo titulari, cui † nullo modo id permiſſum eſt,
Fed. de ſen. cōſ. 143. ſub n. 2. verſ. addo nō ſufficiet.

123 Atquè in hac quidem etiā conſeruatur † vacatio
iuris vt priùs, reſpectu tituli; ſimulquè datur vaca-
tio facti ex perſona ipſius Commendatarij, vt ſu-
prà dictum eſt: ita vt quod paſſim dicitur, per ceſ-
ſationem commendæ, non induci nouam vacatio-
nem, ſed antiquam reuiuiſcere, *Roman. in praall.*
conſ. 350 n 3. Mil. in verb. beneficium vacās reſer-
uatum, Caſſad. deciſ. 5. n. 4. de priuil. Verall. deciſ.
144. par. 1. cum adductis per Rot. in ſuperiùs al-
124 *leg. deciſ. 141. num. 3.* non excludat † ſolidam va-
cationem, videlicet tàm de iure, quàm de facto re-
ſultantem ex ceſſatione ipſius commendæ perpe-
tuæ, vt latè explicat *Rota d. deciſ. 141. num. 4.*

125 Vnde per eam inducitur reſeruatio ratione mē-
ſis, quemadmodū ibi concluditur, *& dec. 194. n. 1.*
& 3. p. 1. in recen. quidquid in contrariū diſputa-
uerit *Gonzal. ad regul. de menſ. gloſ. 5. §. 8. ex n. 48.*

126 Enimuerò, cum huic Commendatario † perpe-
tuo concedatur ius percipiendi reditus, illoſquè
vertendi in vſus proprios, videtur Commenda hæc
ſortiri vim prouiſionis, vt ponderat Rota apud
Pute. deciſ. 144. ad med. verſ. non obſtat quod ſint
127 *aliqua lib. 1.* Quapropter licet adhuc † videatur
titulus imperfectus, tamen iſta imperfectio, non
conſideratur reſpectu plenitudinis ipſius beneficij,
quod iam detinetur ex titulo Canonico, vt initio
quæſtionis huius dictum eſt, ſed in comparatione
cuiuſdam plenioris prouiſionis, retentæ in mente
Papæ; qui propterea dum commendat beneficiū,
ſiuè temporaliter, ſiuè in perpetuum, præſeruat ſi-
bi pleniorem eam facultatem, ex qua licet videa-
tur (ſi quæ aderat) extinguere præcedentem reſer-
128 uationem; nihilominus beneficium † ita afficit, vt
nullus inferior poſſit de eo diſponere, donec per
illam pleniorem prouiſionem ſit conſumpta vaca-
tio, & iſtud eſt quod determinat *Pute. loco pracit.*
Mel. in d. verb. beneficium vacans reſeruatum, ad
129 *fin. verſ. ſed & vnum aliud:* & in hoc † articulo af-
fectionis, non videtur differentia inter Commen-
dam temporariā, in quibus terminis loquitur *Ro-*
man. conſ. 350. num. 12. prout eum intellexit *Rota*
apud Pute. ſæpicita. dec. 22. n. 3. lib. 1. & commen-
dam perpetuam, *Rota d. dec. 141. ſub n. 5. Caualer.*
d. deciſ. 159. ibidem num. 5.

130 Quocirca nequè † vbi prouidetur tanquam de
vacante

Digitized by Google

vacante ex ceſſatione Commendæ, apponitur in literis clauſula *dummodo, &c.* præſeruatiua iuris quæſiti alteri, quæ poteſt videri fruſtratoria, vt in ſpecie ſeruatũ fuit in prouiſione de ſimplici beneficio, Archipresbyteratus nuncupato, in eccleſia Sancti Fidentij, loci Meliodani Paduanæ diœceſis, vacante per ceſſationem commendæ, pro Illuſtriſſ. D. Annibale Benriuolo *1629. 4. non. Maij.*

131 Forma igitur † concipiendi ſupplicationem, pro obtinenda gratia de beneficio commendato, alia non eſt, quàm exprimere modum, per quem ceſſat Commenda, vt obſeruauit *Rota d. dec. 141. num. 7. Pute. d. deciſ. 22. num. 7. lib. 1.* quæ mox ſignatur, iuxta *Regulam 43. de qua ſupra num. 96.*

Infertur quintò, ex parte perſonæ, vndè deſumitur vacatio, iam quoquè id conſtitui, beneficium ex eadem perſona fuiſſe plenum, ſecundum ea,

132 quæ expoſuimus ſuprà *ex num. 16.* fruſtra † enim prætenderetur vacatio, ex perſona illius, qui habuiſſet ſimplex ius ad rem, qualis eſt præſentatus, vel electus, *Vitalin. in Clem. 1. num. 47. vt lit. pend. cap. ſi electio, de elect. in ſexto, Rota eo. tit. in nov. deciſ. 6. num. 2. Pute. deciſ. 194. num. 1. lib. 1. Seraph. deciſ. 446. num. 1.*

133 Vndè, ſi electus † ante confirmationem moriatur in Curia, nõ intrat reſeruatio maior, de qua in *cap. 2. de præb. in ſexto, Rota d. deciſ. 6. per to.* quã-

134 uis enim † eo momento, quo defungitur, Electus, vel præſentatus, reintegretur tempus electoribus, vel patronis ad eligendum, & præſentandum,

135 *cap. ſi electio, de elect. in ſexto*, & ad hoc † reputetur nona vacatio, vt cenſuit Rota apud *Pute. præcit. deciſ. 194. ad fin. verſ. verum erat,* attamen

136 in effectu † nihil prorſus vacat aut de iure, aut de facto, quemadmodum concluditur *d. deciſ. 6.* & optimè tradit *Seraph. d. deciſ. 1446. num. 1.* & 2. & fuit reſponſum in *Aquitanien. Prioratus 21. Febr. 1625. coram bo. me. Archiepiſcopo Seleucien.*

Idemquè dicitur de gratia facta abſenti ante illius acceptationem, vt latiſſimè firmauimus hoc

137 *lib. in prima q. ex num. 19.* prouiſio † enim conſumens præcedentem vacationem, non aliter effectuatur, quàm ſi concurrat conſenſus prouiſi, *Oldr. conſ. 57. ad med. verſ. quod autem prima collatio.*

138 Similiter idem erit conſtituendũ † reſpectu perſonæ habentis ſimplex mandatum de prouidendo, ſeu gratiam in forma *dignum, &c.* enimuerò ea nondum verificata, & exequuta, ex perſona impetrantis, non poteſt induci vacatio, cùm poſſit dari inſtantia, quod propter incapacitatem, vel inſufficientiam fuiſſet reiectus; & proptereà interim non poteſt videri ſibi ius aliquod quæſitũ in beneficio, *Pute. deciſ. 158. ſub num. 4. verſ. non obſtat, lib. 3. Aegid. deciſ. 563. & fuit latiſſimè deductum in vna Burgen. Canonicatus, 28. Aprilis 1597. coram Cardinali Hieronymo Pamphilio, & in Brachauen. Cantoria 26. Martij 1601. coram Iuſto, Seraph. d. deciſ. 1446. num. 3.*

139 Forma enim *dignum* (ſub qua † dantur literæ, pro his, de quorũ habilitatibus, nullũ exhibetur Papæ teſtimonium) non dat prouiſionem, ſed mandatum de prouidendo, inter quas gratias eadem eſt differentia, quæ inter venditionem, & promiſſionem de-

140 vendendo; vt quemadmodum promiſſio † de vendendo, non eſt venditio, nec transfert rei dominiũ, ſed dumtaxat producit quandam actionem, vt promiſſor cogatur, vel vendere, vel præſtare intereſſe, *l. ſi ſterilis, §. ſi tibi fundum, de act. empt. l. qui fundum, de contrah. empt. Iaſ. conſ. 117. num. 1. & 2. lib. 1. Curt. Iun. conſ. 82. num. 6.* cum alijs adductis per *Menoch. conſ. 122. n. 12. & conſ. 946. ex nu. 10.* ità mandatum de prouidendo, ſeu gratia huiuſmodi in forma *dignum*, nullatenus transferat, vel applicet beneficium; hanc enim æquiparationem facit *Caſſad. deciſ. 1. num. 6. vt lit. pend.* proindequè non antea conſumitur vacatio, quàm perfecta exequutione, *Rota deciſ. 498. num. 2. & deciſ. 523. itidem num. 2. par. 2. in recen.* quod eſt benè obſeruandum pro declaratione eius concluſionis, quam firmauimus hoc *lib. d. q. 1. ex num. 15.* quod conſumatur vacatio ex ſolo reſcripto, ſi ſequuta

141 ſit acceptatio; nam † neque hoc ſufficeret, ſi in ſupplicatione (vt fieri conſueuit, quando reſcribitur etiam pro præſente in Curia) adiecta eſſet clauſula, *Et committatur in forma dignum, Bellamer. deciſ. 608. incip. Impetrans beneficium, ad fi. verſ.*

142 *vel quod non per modum*, titulus enim † habilis ad acquirendum in futurum, non cauſat ius in re de præſenti, idem *Bellam. deciſ. 562. num. 1.*

Infertur ſextò, ſupradictæ Regulæ 47. quatenus ex ea deducitur neceſſitas exprimendi certum va-

143 candi modum, locum † non eſſe, vbi prouidetur tanquam de deuoluto; eſt enim aduertendum, cùm deuolutio ſupponat vacationem extra Curiam, & implicet negatiuam cuiuſuis reſeruationis, aut affectionis, elapſumquè tempus præſtitutum inferioribus ad conferendũ, iuxta decretũ Lateranen. Cõcilij, prout hæc omnia latè explicauimus *lib. 2. q. 24. per to.* prorſus ceſſare hoc caſu, ratione præ-

144 dictæ Regulæ; quia † Papa eo ipſo quod poſitiuè ſibi narratur deuolutio, intelligit beneficium vacare de iure, in qua quidem ſola vacatione radicatur Iuſtitia gratiæ, vt ſuperiùs oſtenſum eſt, modus au-

145 tem † vacandi, in quo poſſet latere præiudicium ipſius Papæ, reſpectu reſeruationis, vel affectionis, non mutatur per ipſam deuolutionem, *Rota deciſ. 774. num. 2. lib. 3. par. 3. diuerſ. Seraph. deciſ. 1309. num. 3. Caualer. deciſ. 506 num. 2.*

146 Quapropter, ſi nihilominus † narretur certus modus vacandi ante deuolutionem, poſt decretum abſolutionis à cenſuris, non apponitur clauſula, *nec non verum, & vltimum vacationis modum dicti beneficij, ex qua reſeruatio non reſultet, præſentibus pro expreſſis habentes.* Quæ tamen apponitur, quando non fuit narratus aliquis vacationis modus. Quemadmodum, narrato vno aliquo certo modo, poſt narratiuam valoris adijcitur immediatè clauſula hæc, *ſiue vt præfertur, ſiuè alio quouis modo, & ex cuiuſcunquè perſona*; at non ampliatur hæc clauſula ex verbis ſequentibus, *vel per aſſequutionem, ipſumquè beneficium diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruatum exiſtat*; vel aliter, vt poſſit Papa videri modum illum voluiſſe extendere, in præiudicium affectionis, aut reſeruationis alicuius, adeoquè ampliare

147 gratiam in eius radice, cum hæc inter † ſe pugnẽt,

beneficium eſſe deuolutum, & eſſe reſeruatum, vel affectum, vt oſtendimus *d. q.24. ex nu. 34.*

SVMMARIVM.

1 *Regula Cancellaria* 56. de clauſulis in beneficijs vacantibus ponendis, *explicatur*.
2 *Vacationis, non plures, quàm duo modi.*
3 Recedere, *verbum, ſignificat*, mori.
4 *Et qua ratione ſumatur pro diſceſſu, in hac ipſa ſignificatione.*
5 Diſceſſus, *pro* mori.
6 Recedere, *pro* mori, & defungi.
7 *Cedere beneficio, quid ſignificet.*
8 Cedere, renunciare, reſignare, abiurare, *relata ad beneficium, ſynonyma ſunt.*
9 *Cedere quis dicitur beneficio, etiãſi coactus cedat.*
10 *Vacationis modi, qui nàm ſubalternentur ceſſioni.*
11 *Iudicis factum, reputatur factum partis.*
12 *Vacationis modi, quamplures reſpectu conſequutiuorum.*
13 *Vacatura beneficia, in quo ſenſu dicantur non conſueta per Papam conferri.*
14 *Vacatio, qua ſententiam expectat, dicitur detegi, non induci.*
15 *Regula 56. Cancellaria adducitur.*
16 *Clauſula* quouis modo, &c. *cùm Papa prouidet de vacanti, vti dicatur ampliari ad reſeruata ſpecialiter, non autem ad reſeruata generaliter.*
17 *Vacationis modus, difficiliùs ampliatur ad ſpecialiter reſeruata.*
18 *Quod declaratur.*
19 *Reſeruatio ſpecialis, & reſeruatio generalis, qualiter conſiderentur tanquam oppoſita, in Regula Cancellaria 56.*
20 *Decretum de reſeruato, nuſquam datur in vacantibus non reſeruatis.*
21 *Clauſula generalem reſeruationem importans, nuſquam datur, niſi praponatur reſeruatio.*
22 *Reſeruatio niſi poſitiuè narretur, gratia eſt nulla.*
23 *Clauſula* ſiuè præmiſſo, &c. *dum ampleatur ad ſpecialiter reſeruata, qualiter intelligatur dari.*
24 *Lis, reddit ſubiectum incertum, & turbidum.*
25 *Reſeruatio turbida, non attenditur.*
26 *Reſeruatio, qua dicatur generalis, & qua ſpecialis, remiſſiuè.*
27 *Reſeruatio, vbi poſitiuè narratur, clauſula* ſiuè præmiſſo, *ampliatur ad omnes reſeruationes, etiam clauſam in corpore iuris.*
28 *Reſeruatio, quando dicatur poſitiuè narrari.*
29 *Lis, ſpecificè exprimenda in reſcripto ſi neutri, vel perinde valere.*
30 *Lis aliquando obiectum retractiuum, aliquando motiuum pro impetratione reſcripti.*
31 *Reſcriptum Principis, non debet decidere litem pendentem.*
32 *Aut tollere ius alteri ex litigantibus quaſitum.*
33 *Reſcriptum impetratum lite pendente, non facta mentione litis, eſt nullum.*
34 *Quod declaratur.*
35 *Clauſula*, & quatenus litigioſum, &c. *explicata.*
36 *Suppoſitiua verba, nihil diſponunt.*
37 *Clauſula* litis ſtatum, &c. *habit vim expreſſionem litis, etiam vbi de ea facienda eſt ſpecialis mentio.*
38 *Eius vſus, ad quid inuentus.*
39 *Clauſula eadem, operatur etiam ſi cauſa ſit inſtructa ad ſententiam.*
40 *Reſcriptum Principis, non eliditur ex modico praiudicio alterius.*
41 *Clauſula* litis ſtatum, *nihil operatur in praiudicium iudicati.*
42 *Niſi iudicatum ſit ſuſpenſum.*
43 *Clauſula eadem non tribuit facultatem apprehendendi poſſeſſionem lite pendente.*
44 *Attentatum, non cadit in gratiam Apoſtolicam impetratam lite pendente.*
45 *Cadit tamen in eiuſdem gratia exequutionem.*
46 *Lis purè, & ſpecificè eſt narranda, vbi conſideratur tanquam fundamentum gratia.*
47 *Regula Cancellaria 56. ſecunda pars, proponitur.*
48 *Et noua paraphraſi explicatur.*
49 *Scientia vnius obiecti, arguit ſcientiam illius adiuncti.*
50 *Habitus, indicat qualitatem perſona.*
51 *Dubitatio probabilis admittitur circa factum.*
52 *Cautè procedit qui nihil ex parte ſua faciendum pratermittit.*
53 *Solertibus, & diligentibus, per Principem facilè ſubuenitur.*
54 *Indulgentia nimia nocet.*

QVÆSTIO IX.

Quæ ſit ratio ampliandi, vel reſtringendi clauſulam circa modum vacandi, ſecundum Regulam Cancellaria 56.

QVò habeatur (quantum in me eſt) abſoluta formæ, ſub qua concipi conſueuit clauſula expreſſiua modorum vacationis adijci conſueta poſt vnum aliquẽ expreſſum, eiuſdemq; formæ rationis cognitio, præter ea quæ in præcedenti
1 docuimus; operæ pretium eſt hoc loco † excutere Regulam Cancellariæ, quæ nunc eſt 56. inſcripta de *Clauſulis, in beneficijs vacantibus, ponendis.*

Præmittendum eſt autem, pro eius vero intelle-
2 ctu, cùm † ſupponimus plures modos vacandi, ſi id referatur ad ipſum vacationis actum intrinſecum, duos duntaxat, & non plures dari modos; naturalem videlicet, quem operatur natura ipſa per mortem perſonæ, qua plenum erat, & ciuilem quo videlicet eadẽ perſona ſe à beneficio ſeparat, illudq; vacuum dimittit; primum modum *deceſſum*, poſteriorem *ceſſum* nuncupamus, & ſub his vocibus concipitur Clauſula ad futuras vacationes pro Vnionibus, & coadiutorijs perpetuis cum futura ſucceſſione, ac alijs ſimilibus, vt apud *Rebuff. in prax. tit. de reuoc. vnio. ex num. 32.*

Nequè vſus hic, recedit à verbi proprietate: de-
3 cedere † enim, ex materia ſubiecta, mori, ſeu vita defungi ſignificat, ſiuè agatur de homine, *l. nè in poteſtate*

Digitized by Google

poteſtate 31.de recept.Arbitr.l.Codicillis,34.in
princ.ff.de vſu, & vſufr.l.Papinianus, 8.§.memi-
niſſe, de inoff. teſtam. ſiuè de quonis animali, *l.*
quid tamen ſi fundus, 10. §. vlt.ff. quib.mo.vſuſ-
fruct.amitt.l.quid ergo,76.§.1.verſ.ſecundum
quæ, ff.de vſufr.l.grege, 13.in princ.ff.de pignor.
4 Siquè vox iſta etiam † ſumatur pro *diſceſſu*, ad
huc aptè huic materiæ deſeruit: verè enim, qui
moritur, diſcedit à cuſtodia, & regimine humani
corporis, vt poſt *Vallam elegantia. lib.5. cap.95.*
tradit *Rebuff.in l.3.§.eius qui apud hoſtes,ſuper*
verb.deceſſit, verſ. quatenus hoc verbum, de ver-
bor.ſignif.
5 Vndè, cùm † in hac materia, voce hac, *diſceſſus*,
vtimur, mortem propriè ſignificamus, vt probat
text.in d.l.Codicillis in princ. ff. de vſu, & vſufr.
6 *leg.* pront † decedere ſignificat (vt dictum eſt) mo-
ri, & defungi, ex *Rebuff.* loco proximè *cita. Pariſ.*
de reſignat.beneficio.lib.6.q.5. num.23.
7 Cedere autem, motum † exprimit, ac ſepara-
tionem perſonæ, ab ipſo beneficio, quo, de pleno
efficiatur vacans, vt in *cap. ſuſceptum §. ſi duo de*
8 *reſcript. in ſexto*, ita vt renunciare, † reſignare,
abiurare, & deniquè cedere beneficium, habean-
tur pro ſynonymis, vt patet ex *eo. tit.* præcipuè *ex*
cap.ſuper hoc, iuncto cap.cum pridem, de renunc.
9 ſiuè † actus ſit ſpontaneus, vt in dictis iuribus, ſiuè
etiam extortus, vt in *can.quam periculoſum, 7.q.1.*
10 Huic autẽ poſteriori † ſubijciuntur diuerſi om-
nes illi modi vacandi, tàm ipſo iure, quàm per
ſententiam, quos latè enumerat *Gonzal.ad reg.de*
menſ.gloſſ. 15. ex num.9.
Quamuis enim inuitus, quis pellatur à benefi-
cio, dum eo per Iudicem priuatur, nihilominus
adhuc non malè dicitur cedere beneficio, cum fa-
11 ctum Iudicis † reputetur factum ſententiam paſſi,
l.ſi ob cauſam,cum ibi nota.C.de euictio. cum alijs
adductis per *Tiraquel.de retract.conſanguin.§.1.*
gloſſ.14.num.13.& Surd. deciſ.266. ibidem n.13.
12 At ſi pluralitas hæc † modorum referatur ad
conſequutiua, reſpectu formæ, rurſus per Canoni-
cum titulum implendi beneficium; non eſt dubi-
tandum eos quamplures eſſe, prout ex ſingulis ſin-
gulæ oriri poſſunt, aut etiam arceri reſeruationes,
aut ſpeciales, aut generales, de quibus earumquè
differentia ſatis egimus *lib.2.q.26.ex nu.24.*
13 Præmittendum eſt ſecundò; quod diximus † ini-
tio ſuperioris quæſtionis, Papam nuſquam proui-
dere de vacaturo, ſed de vacanti; reſtringi ad mo-
dum naturalem vacandi, videlicet per obitum, nõ
autem extendi ad alium modum ciuilem, vt patet
in omnibus impetrationibus ad vacatura per ſen-
tentiã, vel etiam ad vacantia ipſo iure, quæ nihilo-
14 minus ſententiam expectant; vt † inde dicatur, ſi
non inducta, ſaltim detecta vacatio, ſecundum
Seraph.deciſ.348.nu.1. item in gratijs ad vacatu-
ra, aut per matrimonium, aut per promotionem,
aut ingreſſum Religionis, vel aſſequutionem incõ-
patibilis, vt in *Regul.58. de vacant. per contract.*
matrim. Quippè in his omnibus, Papa prouidet
non ſolum de vacanti, ſed etiam de vacaturo, ex
ſingulis modis præſcriptis, quemadmodum expli-
cat pro interpretatione illius Regulæ, *Gloſſat.*
antiq.ad Reg.Innocentij Octaui 68. quæ hodie
eſt 62.*Vt petenti ſibi prouideri de vacaturo, den-*
tur litera de vacanti, prout expdierit impetran-
ti, ad med.verſ. & non debet intelligi.
15 His præmiſſis, Regula in eius prima † parte, vult,
Quod quando Papa prouidet, ſeu mandat proui-
deri alicui de beneficio Eccleſiaſtico vacante, dari
poſſint clauſula (ſi petantur) etiamſi illud quo-
uis modo, &c. ſeu, &c. per Conſtitutionem exe-
crabilis, vacet, ac ſpecialiter reſeruatum inter ali-
quos litigioſum ſit, & eius collatio deuoluta fuerit;
Et ſi pro Collitigante, vel ſurrogationem, aut ſi
neutri, vel ſi nulli, &c. petente, ſi tunc lis ſpecificè
exprimatur: nec detur generalis aliqua reſerua-
tio diſpoſitiuè, niſi deſuper in conceſſione, ſpecialis,
& expreſſa, ac purè & non ſub conditione, mentio
fiat, & tunc reliquæ reſeruationes ibi contentæ
veniant.
Ex hoc verò contextu, id videtur aſſumi, Clau-
16 ſulam † *quouis modo vacet, &c.* cùm Papa proui-
det de vacanti, ampliari ad reſeruata ſpecialiter,
ſed non ad reſeruata generalitèr, niſi purè, & non
ſub conditione fiat ſpecialis mentio de reſeruatio-
ne huiuſmodi in conceſſione, & hunc ſenſum vi-
detur agnouiſſe *Gloſſat. antiq. in princ.*
Qui ſenſus minus probabilis videtur; quando-
17 quidem difficilius † ampliatur gratia ad ſpeciali-
ter reſeruata, quàm ad reſeruata generaliter, pro-
pter præiudicium reſeruatiui, vt ex mente *Aenea*
de Falcon. in tract. de reſeruation. in 4. prælud.
q.2.num.4. & q.4. effect.6. num.12. firmant ad-
den.ad Rot.in no.de Off.deleg. deciſ.3. num.4.
Dicendum eſt itaquè, intellectum hunc erroneũ
eſſe, & ita efformandum eſſe aſſumptum, vt nullo
18 modo † amplietur clauſula ad reſeruata, ſic, vt
poſſit videri diſpoſitiuè data reſeruatio, ſed tantũ
ex ſuppoſitione litis ſuper ipſa reſeruatione; iſta
enim verba Regulæ, *ac ſpecialitèr reſeruatum in-*
ter aliquos litigioſum ſit, non debent legi inter-
punctè, quaſi ſint duæ diuerſæ qualitates reſer-
uatio, & litigioſum, diuerſimodè, & ſingulariter
qualificantes beneficium, vt prior iſta videatur ſuf-
ficere pro capiendo beneficio quantumcunquè
ſpecialitèr reſeruato; ſed debent legi ſine aliqua
interpunctione, ita ut eorum ſenſus ſit, quod detur
de reſeruato, ſub ea cõditione, ſi litigioſum ſit; no-
què in Regulis ante Clem. VIII. poſt vocem, *reſer-*
uatum, poſitum erat, comma, vt diligenter obſer-
uaui ex Regulis Gregorij XIV. Sixti Quinti, &
19 Gregorij XIII. Et penè ſenſus hic † patet ex ipſius
orationis tàm ſtructura, quàm etiam ratione; non
enim opponitur reſeruatio ſpecialis, generali, in
qualificanda clauſula, ex genere, vel ex ſpecie, ſed
in ea purè, vel potius ſub conditione concipienda,
ſi, videlicet, *beneficium reſeruatum litigioſum*
ſit, pront hanc clauſulam ſic legit *Rebuff, in dicta*
reg. quæ erat tempore ſuo *66. in vlt. col.*
Ratio quoquè eſt perſpicua, quià ſi non detur
conditionaliter, ſed diſpoſitiuè, tunc clauſula, ha-
20 bet vim decreti, decretum † autem de reſeruato,
nuſquam datur in vacãtibus non reſeruatis, vt ad-
uertit *Hierony.Paul.in pract.Cancell. in notabil.*
ſuper vacan.non reſeru. in 5.col.verſ. item non

debet poni decretum, & in col. 9. verſ. quando non
21 *præponitur*, vbi quod niſi † præponatur reſerua-
tio, nuſquam datur Clauſula generalem reſerua-
tionem importans, prout etiam in ipſa Regula
decernitur.
22 Niſi enim † narretur reſeruatio poſitiuè, gra-
tia ſemper eſt nulla, nequè in hoc fit diſtinctio in-
ter ſpecialem, & generalem reſeruationem, quia
imò magis eſt exprimenda ſpecialis, vt optimè ad-
uertit *Felin. in cap. in noſtra, ſub num. 15. verſ.*
incidenter nota de reſcript.
23 Quod ergò dicitur in Regula, Clauſulam † *ſiuè*
præmiſſo, &c. ampliari ad ſpecialiter reſeruata, cũ
de vacanti agitur, venit intelligendum ampliatiuè
ad generales reſeruationes; nec tamen concludit,
quod detur reſeruatum diſpoſitiuè, ſed ſub con-
ditione, quatenus litigioſum, hnc enim caſu talis
ampliatio prorſus eſt honeſta; quia quatenus im-
plicet præiudicium Papæ, illud eſt lene, proindeq;
pet ipſummet floccipẽdatur, propter eiuſdem re-
ſeruationis præſumptam turbiditatem ex lite quæ
24 rem † incertam reddit, *l. quod debetur, 52. ff.*
de pecul. Greg. deciſ. 169. num. 9. enimuerò, ea
25 turbiditas † multum attenditur, vt prætenſa reſer-
uatio non conſideretur, idem *Gregor. deciſ. 58. n. 2.*
Quatenus verò implicat præiudicium tertij colli-
tigantis, illud perpetuò eſt præſeruatum ex clau-
ſula, *dummodò non ſit in eo alicui ſpecialiter ius*
quæſitum; de cuius vi ſæpè alibi diximus.
Hincquè ſubmouetur neceſſitas indaginis eius,
26 quæ dicatur † reſeruatio generalis, & quæ ſpecia-
lis, circa quam vt diuerſæ, & contrariæ, ità intri-
catæ, & inconciliabiles videntur opiniones Do-
ctorum, de quibus principaliter apud Rotam in
præalleg. deciſ. 22. de præben. in nou. Felin. in d. c.
in noſtra, ſub eod. num. 15. verſ. ſed reperio Rotam,
Aene. de Falcon. in practic. tract. de reſeruat. in 4.
prælud. quæſt. 2. num. 4. & circa quam nos quo-
què noſtram ſententiam expoſuimus in ſuperiori
lib. 2 q. 26. ex nu. 24 Quamuis illi reluctentur alij,
quos videtur ſequutus *Verall. dec. 75. per to. lib. 3.*
Nam ſtylus Cancellariæ (quæ eſt organum Pa-
27 pæ) vbi poſitiuè † prænarratur reſeruatio aliqua
dat clauſulam ampliatiuam ad omnes alias, quia
conſiderat ſolam ſubſtantiam reſeruationis: indèq;
profluxiſſe vſum d. clauſulæ, *ſiuè præmiſſo ſiuè alio*
quouis modo, vt ponderat *Rota deciſ. 17. verſ. vn-*
de ſi Papa, de præben. in antiq. & poſt eam Felin.
in eo. c. in noſtra; ſub d. n. 15. in ſexto Coroll. verſ.
& limita, de reſcr. illam extendendo ad clauſam in
corpore iuris, quæ eſt vnica, non autem multiplex,
vt oſtendimus *eod. lib. q. 27. num. 28.* at vbi, non
28 proponitur † vacatio, ex qua reſultat reſeruatio,
clauſulam hanc, *ſiuè præmiſſo &c.* non ampliat,
niſi ſub conditione, ad formam iſtius Regulæ; cu-
ius virtus non extenditur ex quacunquè notorie-
tate reſeruationis, vt aliqui exiſtimarunt, niſi ex-
primatur talis circumſtantia, circa tempus, vel lo-
cum vacationis, vel perſonæ, ex qua ducitur, vt
Papa eam intelligat: quod in effectu nihil eſt aliud,
quàm ipſam reſeruationẽ poſitiuè narrare, vt op-
timè colligitur ex *Calder. conſ. 7 ſub num. 1. verſ.*
ſed ſecus eſſet, de reſcript. quem ſequitur *Felin. in*
d. cap. in noſtra, ſub eod. num. 15. ad fin. quinti Co-
roll. verſ. & ad hanc diſtinctionem, eo. tit. de reſcr.
Præmiſſum verò intellectum Regulæ, magis coa-
29 diuuat, quod immediatè inſequitur: *Et ſi pro † col-*
litigante, vel ſubrogationem, aut ſi neutri vel ſi
nulli petente, ſi tunc lis ſpecificè exprimatur, &c.
retento, ſcilicet eodem ſuppoſito ex litis præexi-
ſtentia, ſed conſiderata noua eius qualitate, ſi ea
ſit cum ipſumet ſupplici, qui eadem lite attenta
petat alterum ex prædictis reſcriptis; atquè ità ad
mentem iuris, expoſita differentia inter caſum,
quo petitur prouideri ſimplicitèr de vacante
etiam reſeruato ſtante lite, & caſum, quo petitur
alterum ex ſupradictis Reſcriptis, cuius vtriuſ-
què (vt ita dixerim) anima, eſt lis.
Eſt enim aduertendum, quod pertinet ad hanc
30 materiam Reſcriptorum, litem † ſuper beneficio
aliquando conſiderari tanquam obiectum moti-
uum mentis Principis ad reſcribendum, aliquando
verò, tanquam obiectum retractiuum eiuſdem
mentis: tunc autem conſiderari tanquam motiuũ,
vbicũquè læditur in aliquo ius alterius ex colliti-
gantibus, *cap. 1. & to. tit. vt lit. pend.* & hoc qui-
dem caſu, præiudicium non conſideratur reſpectu
ipſius litis ſimplicitèr, ſed reſpectu illius ſtatus tã-
tummodo aut per Reſcriptum, ſeù gratiam Princi-
pis tollitur ius illud ſuper quo eſt lis, & ſi narretur
lis, ita vt Papa intelligat tale præiudicium, non eſt
31 moris vt precibus reſcribat, nè † videatur ipſe vel-
le aut controuerſiam decidendo ius dicere, cõtra
text. in §. ſi quod enim, in Authen. in med. lit. Sacr.
32 *iuſſion. non fier.* aut ſuo † reſcripto ius alterius ſol-
uere, contra propriam proteſtationem in Regula
de non tollendo Iure quæſito, & Iuris etiam com-
munis ſcitum in *l. pen. C. de precib. Imper. offer.*
33 Si verò non narretur, reſcriptum † eſt nullum,
ex diſpoſitione textus in *d. cap. 1. vt lit. penden.*
Caſſador. deciſ. 18. num. 6. de præben.
Aut non tollitur tale ius ſuper quo de directo
34 eſt lis, & tunc nequè eſt neceſſe † narrari litem,
remoto enim hoc præiudicio, conſequitur, id quod
impetratur à Papa, non detrahi à collitigante, vel
alteri applicetur, ſed procedere ab ipſo Papa,
prorſusquè impetrabile eſſe, iuxta *Oldrad. conſ.*
299. num. 3. Corn. conſ. 17. nu. 29. lib. 2. Caſſador.
præcita. deciſ. 18. nu. 6. de præben. deciditque Rota
apud Caualer. deciſ. 633. n. 14. & priùs, me infor-
mante, reſponſum fuerat in vna *Meten. Canonica-*
tus 8. Martij 1619. coram Archiepiſcopo Seleucien.
35 Proindequè cùm verſamur † in priori caſu, vbi
ſcilicet impetratur beneficium quod aſſeritur va-
care, non eſt neceſſe narrare litem aliquam poſiti-
uè, ſed ſufficit inter Clauſulas generales hãc præin-
ſerere, *& quatenus litigioſum exiſtat, litis ſtatum,*
ac nomina Iudicum, et collitigantium, iuraque &
tituli illorum exprimi, ſeù pro expreſſis habere, etc.
quæ ſi benè perpendatur, non eſt concepta ad ex-
preſſionem litis, pro obtinendo aliquid quod in
lite ſit, vt indè euitetur vitiũ litigioſi, ſed duntaxat
ad obtinendum gratiã reſpectu cuiuſdam neceſſa-
riæ alterationis ſtatus ipſius litis, illa enim verba,
& quatenus litigioſum, &c. ſunt merè ſuppoſiti-
36 ua, quæ ideo † nihil diſponunt, *Clem. 1. de præben.*

Rota

Rota deciſ. 1. de preuar. in antiq. cum aliis per *Gregor. deciſ. 208. num. 2. & ibi adden. num. 7.*

Stat ergo tota vis diſpoſitiua in ſequentibus, vt dignetur Papa, ex eadẽ ſuppoſitione, habere litis
37 ſtatũ pro expreſſo, & ſic habet hæc † clauſula vim quidem expreſſiuam litis, etiam vbi aliàs de ea facienda eſſet ſpecialis mentio, *Felin. in cap. caeterum, ſub num. 2. in 7. limit. verſ. intellige primo de reſcript. & in cap. ex literis num. 2. de Offic. deleg. Rota deciſ. 20. de reſcript. in nou. & deciſ. 605. num. 11. par. 2. in recen. Mantic. deciſ. 213. num. 8.* cum adductis per *Gregor. deciſ. 2. num. 6. & ibi adden. num. 8.* Sed implicitè, reſpectu præiudicij in ordine ad ſtatum litis, non ad ius ipſum, quod
38 alteri eſt quæſitum, etiam ſi in lite ſit, eo † enim conſilio eſt inuentus clauſulæ iſtius vſus, vt habeat vim expreſſionis ſtatus, *Gemin. conſ. 120. num. 6. & 7. Rebuff. in prax. tertia par. Signat. ſuper hac ipſa clauſula, quatenus litigioſum, nu. 4. Mantic. d. deciſ. 213. num. 8.*
39 Etiamſi ſtatus hic † reperiatur in calculo expeditionis cauſæ, quæ ſit ad ſententiam inſtructa,
40 *Achill. deciſ. 9. de reſcript.* nequè enim hinc † ortum eſt aliquod ius conſiderabile, quominus Papæ reſcriptum ſuas obtineat vires, iuxta doctrinã *gloſſ. in l. penult. in verb. non lædat alium, C. de precib. Imper. offeren.*
41 Secus enim eſſet, ſi iam † foret iudicatum, *Rota in recent. deciſ. 156. num. 6. ad finem*, & plures reſolutiones cumulat *Beltram. ad d. Gregor. deciſ. 2. num. 17.*
42 Vt enim dixi, clauſula hæc † non aufert ius quæſitum, & in conſequens nec actionem iudicati; quæ ratio, vt ceſſat ſi ſuſpendatur iudicatum, ſic & tunc nihil eſt quominus ſuum effectum dicta clauſula operetur, vt aduertit *Reuerendiſſ. D. Coccinus deciſ. 396. num. 6. Beltram. loco præcita. num. 18.*
43 Tantum vt nè credatur † eius vim ad id etiam porrigi, prætextu ſic expreſſi ſtatus litis, licere impetranti in litis ſpretum, & attentando, ſe in
44 poſſeſſionem intrudere; Quamuis enim † in prouiſionem Apoſtolicam lite pendente factã, non cadat attentatum, cùm Papa nõ attentet, *Rota dec. 641. num. 12. par. 1. diuerſ. Gregor.* qui alios allegat *d.*
45 *deciſ. 2. n. 1.* cadit tamen † in poſſeſſionis adeptionem, non obſtante dicta clauſula; nè Papa cenſeatur licentiam peccandi dediſſe, vt pluriès fuiſſe deciſum, refert *Beltram. ad d. deciſ. 2. num. 15.* & ſuo loco fuſiùs oſtendetur.
46 Quando verò † conſideratur lis, tanquam obiectum motiuum intentionis Papæ, ea tunc eſt ſpecificè narrãda, vt in hac Regula diſponitur, propoſito nimirum exemplo, in duplici genere gratiæ, videlicet ſubrogationis, & ſi neutri, de quibus latè egimus, videlicet de priori, *lib. 2. q. 20. ex nu. 21.* & de poſteriori, *eod. lib. quæſt. vlt. ex num. 75.*
47 Pergit Regula, in ſecunda † eius parte diſponere; *Quod ſi tempore expeditionis literarum, generalis reſeruatio iure probari non poſſit, aut in nouis prouiſionibus, ſeu pro collitigantibus, ſi neutri, vel ſi nulli ſit expreſſum, quod ab aliquibus aſſeritur, illum, cuius beneficium cõceditur, Collectorem, vel vnicum Subcollectorem, Abbreuiatorem, vel familiarem, Notarium, aut dictæ Sedis officialem fuiſſe*, clauſula ponatur, *etiam ſi dictum beneficium, ex eo, quod talis Collector, vel vnicus Subcollector, Abbreuiator, vel familiaris, Notarius, aut dictæ Sedis Officialis fuit, diſpoſitioni Apoſtolicæ generaliter reſeruatum exiſtat, dummodo non ſit in eo ſpecialiter ius quæſitum; in reliquis verò nulla clauſula detur, vndè reſeruatio generalis elici poſſit, niſi deſuper ſignatura per duplex fiat, ſignata ſit, aut reſeruatio, vel aliàs ſpecialiter habeatur.*
48 Ex hoc verò contextu, duæ † conſtituuntur cõcluſiones: Prior tendit ad limitandum id quod in ſuperiori parte Regulæ iuſſum fuerat, videlicet nõ dari aliquam clauſulam importantem generalem reſeruationem, niſi deſuper in conceſſione, ideſt in corpore ſupplicationis, & expreſſa, ac purè, & non ſub conditione mentio fiat; quippè in hac parte deflectitur ab eo decreto, ſi aut in nouis prouiſionibus, aut in reſcripto ſi neutri, vel ſi nulli pro collitigante, dubitatiuè, & ſic minus præcisè, narrata ſit reſeruatio ratione perſonæ illius, ex qua vacatio eſt deducta, per verba hæc, *quod ab aliquibus aſſeritur*, puta defunctum fuiſſe Collectorem, vel vnicum Subcollectorem, &c. Hoc enim caſu concludit Regula, dari poſſe clauſulam diſpoſitiuè ad hanc reſeruationem ex perſona, ita conceptam, *etiam ſi dictum beneficium, ex eo quod talis Collector, vel vnicus ſubcollector fuit, diſpoſitioni Apoſtolicæ generaliter reſeruatum exiſtat, dummodò non ſit in eo alicui ſpecialiter ius quæſitum*. Extra hunc verò caſum, negat Regula clauſulam vndè poſſit elici reſeruatio generalis, præterquàm ſi aut reſeruatio ipſa ſit ſignata Signatura duplici *fiat*, vel niſi ſit ſpecialiter expreſſa.

Supponit igitur Regula, aliquando excuſari poſſe ſupplicem, nè purè, & ſimpliciter narrare valeat generalem reſeruationem; nam cum illa cõtingat, aut ratione temporis, quo beneficium vacauit, aut ratione loci in quo contigit vacatio, aut ratione qualitatis beneficio impreſſæ, aut deniquè ratione perſonæ eius, ex qua ſumitur vacatio, vt explicauimus in ſuperiori *lib. q. 26. num. 43.* ſi ſupponatur reſeruatio, aut ratione temporis, aut loci, aut qualitatis beneficij, non poteſt prætendi ignorantia in ſupplici, ſunt enim duo prima, coniuncta ipſi vacationi, tertium verò coniunctum ipſi bene-
49 ficio, itàut † non minus poſſint ſingula hæc ignorari, quàm poſſit ignorari vacatio, & beneficium ipſum vacans, ex ſcientia ſiquidem vnius obiecti, infertur ad ſcientiam illius adiecti, *l. non eſt ferendus 12. cum ibi notat. de tranſact. Menoch. conſ. 73. num. 25.*

At ſi ſupponatur reſeruatio ratione perſonæ, hæc plerunquè non tàm facilè diſcerni poteſt; niſi enim agatur de officio, cui coniuncta ſit neceſſitas iugiter deferendi inſignia dignitatis, cuiuſmodi ſunt Epiſcopi, Notarij Sedis de numero participantium, & ſimiles; reſpectu aliorum, cadit prorſus veriſimilis eius qualitatis ignoratio, cum ſenſui
50 non ſubijciatur; vbi enim † agitur de qualitate perſonæ intrinſeca, ſcientiam illius, ex habitu extrinſeco præſumimus, *l. item apud Labeonem, 15.*

§. ſi quis

§. ſi quis virgines, ff. de iniur: cap. in audientia, de ſenten. excomm. Dec. conſ. 307. num. 3. cum latè adductis per Menoch. de præſumpt. lib. 1. q. 15. n. 79.

Optima ergo, & ſingulari ratione hoc caſu toleratur iſta narratiua dubitatiuè facta, etiam ad effectum conſequendi clauſulam diſpoſitiuè con-ceptam, ſcilicet ob probabilem † dubitationem
51 circa factum, *cap. vn. vbi optima gloſſ. in verb. probabiliter, verſ. ſic enim videmus, Anchar. num. 4. Ioan. Andr. & Franch. vterquè num. 2. Butr. n. 3. in 2. & 3. notab. de poſtulat. Prælat. in ſexto.*

52 Adeoquè, vt quemadmodum prudenti † conſilio videtur vti ſupplicans, dum, quantum in ſe eſt, nihil prætermittit, *gloſ. in can. quieſcamus, in verb. ſed quoniam omnes, diſtinctio. 42.* ſic illi opportunè etiam per Principem † ſubueniri debeat, *can.*
53 *lator, §. quod & nos, 55. diſtinct.* ad limites tamen ſubiectæ reſeruationis, nè ſcilicet nimia † indul-
54 gentia vertatur in malum, vt plerunquè contingit, *l. e. C. de colluſ. deteg.*

SVMMARIVM.

1 *Mortis appellatione, quid comprehendatur.*
2 *Deportatio, dicitur mors quædam.*
3 *Mortis condemnatus, non dicitur mortuus.*
4 *Seruus pœna, non efficitur qui ingenuè natus à principio eſt.*
5 *Banniti noſtri tẽporis, nõ æquiparãtur deportatis.*
6 *Banniti filius, natus pendente banno, facit deficere conditionem, ſi ſine filijs deceſſerit, etiamſi Pater declaratus ſit hoſtis patriæ, poſſitquè impunè offendi.*
7 *Mors ciuilis, non datur in Iure, & eſt nomen magiſtrale.*
8 *Et dicitur mors ficta.*
9 *Et qua ratione.*
10 *Deceſſus appellatione, venit mors naturalis tantũ.*
11 *Obitus appellatione, propriè venit tantum mors naturalis.*
12 *Nec vnquam ea complectitur mortem ciuilem, ſeu fictam.*
13 *Regula de conſenſu Cardinalium in prouiſionibus familiarium, non habet locum, niſi in vacantibus per mortem naturalem.*
14 *Mors, ex qua ducitur vacatio, qualiter in ſupplicatione narretur.*
15 *Dictio, quondam, relata ad hominem, denotat eum defunctum.*
16 *Priuatio, ſupponit habitum.*
17 *Obire diem, pro, mori.*
18 *Diem fungi, pro, mori.*
19 *Mors, tenebris æquiparata.*
20 *Mors, ſomnus æternus.*
21 *Mortis narratiua in ſupplicatione facta, qualiter in literis exprimatur.*
22 *Extremus dies, extremum tempus, extremum momentum, pro morte vſurpatur.*
23 *Morte, debitum naturæ perſoluitur.*
24 *Mors pluribus modis contingit.*
25 *Mortis naturalis modi omnes, tendunt in vnum.*
26 *Mors naturalis, largo modo dicitur, etiam illata ab extrinſeco.*
27 *Mortis naturalis, alia cauſa à natura, alia à violentia.*
28 *Mors naturalis, quæ propriè.*
29 *Mors, mala, quæ dicta.*
30 *Itemquè, quæ mors, ſua.*
31 *Mortis violentæ, & non violentæ differentia.*
32 *Naturale, aliquid dicitur duplici modo.*
33 *Mortis ſententiam paſſus iudicio Magiſtratus, dicitur mortuus naturaliter, non violenter.*
34 *Et quæ ſit ratio.*
35 *Violentia, qualitèr dicatur inferri.*
36 *Stipulatio, de reſtituendis pecunijs in caſu mortis violentæ, non committitur ex vltimo ſupplicio illato per ſententiam Magiſtratus.*
37 *Mors narrata in prouiſione Apoſtolica, omnino iuſtificanda.*
38 *Mors narrata, ſi minus vera ſit, nullum infertur præiudicium vincenti ex prouiſione alterius.*
39 *Mors probatur ſufficienter ex fama, vbi agitur de leui præiudicio.*
40 *Alias ſecus.*
41 *Mors, etiam ad effectum reſeruationis, ſufficienter probatur per famam, aut aliam ſemiplenam probationem, vbi non adeſt contradictor, cum titulo Ordinarij.*
42 *Mors narrata pro obtinendo beneficio, plenè probatur ex confeſſione partis nitentis eadem vacatione.*
43 *Etiamſi confeſſio, deducatur ex titulo inutili.*
44 *Vel ex ſolo Inſtrumento poſſeſſionis.*
45 *Mors, plenè iuſtificatur ex libro Parochi.*
46 *Quod declaratur.*
47 *Mors, qualiter plenè probetur ex teſtibus.*
48 *Mors, plenè probatur ex teſtibus vicinis.*
49 *Mortis probatio, vbi non eſt integra, mandatur coadiuuari.*
50 *Mortis probatio ſemiplena per vnum teſtem, poteſt integrari per famam.*
51 *Probatio ſemiplena, poteſt integrari per aliam ſemiplenam.*
52 *Mortis probatio ſemiplena, qualiter poſſit integrari ex adminiculis.*
53 *Mors, probatur ex lugubri veſtitu propinquorum, & quæ ſit ratio.*
54 *Eadem probatur per famam publicam, in loco vbi prætenditur ſequuta.*
55 *Deuolutionis tempus, currit ex die, quo orta eſt fama in loco mortis.*
56 *Mors illius, qui fuit in bello, quomodo probetur.*
57 *Mors naufragi, qualiter probetur.*
58 *Mors, poteſt verificari ex teſtibus receptis ex officio, parte non citata.*
59 *Mors, vbi probatur per teſtes, ad effectum iuſtificationis gratiæ, debent ij examinari cum iuramento parte citata.*
60 *Mors, minus eſt expoſita ſenſui, quàm vita.*
61 *Mortem aſſerentibus teſtibus minus creditur in concurſu, quàm teſtibus deponentibus de vita.*
62 *Quod declaratur.*
63 *Mortis tempus, vbi eſt fundamentum gratiæ, debet præcisè probari.*
64 *Mortis tempus dum iuſtificatur, coniunguntur*

teſtes

teſtes deponentes de anno, cum teſtibus depo-
nentibus de menſe.
65 *Mors quandoquè conſueuit occultari.*
66 *Et quid tunc fieri oporteat.*
67 *Vita hominis longiſſimum tempus, eſt curriculum*
centum annorum.
68 *Vita, eſt probanda per eum, qui in illa ſe fundat,*
etiamſi is, de quo agitur, non exceſſerit centeſi-
mum annum.
69 *Quod declaratur.*
70 Text. in l. vlt. C. de Sacroſan. Eccleſ. declaratur.
71 *Mors poſt 100. annos, non præſumitur, ad effectũ,*
vt qui mortem tenetur probare, ab eo onere re-
leuetur.
72 *Multis tamen contradicentibus, qui hic referũtur.*
73 *Viuere vltra centum annos, aliquibus viſum eſt*
fabuloſum.
74 *Zoſimus tempore Iuſtiniani, vigeſimum, & cente-*
ſimum agens annum, pollebat animi virtutibus,
& corporis operationibus.
75 *Vitam longè vltra centum annos, quamplures*
produxiſſe.
76 *Mors alicuius probanda eſt, vbi eſt fundamentum*
actionis, non obſtante lapſu centum annorum.
77 *Licet tempus iſtud maximã faciat præſumptionẽ.*
78 *Mors defuncti eo ipſo iuſtificatur, quòd hæres*
exhibet teſtamentum.
79 *Saltim accedente iuramento.*
80 *Quod declaratur.*

QVÆSTIO X.

Obitus in ſupplicatione expreſſus, qualitèr iuſtificandus.

VACATIONEM naturaliter
contingentem, cùm in ſup-
plicatione exprimimus, ad
eam ſignificandam, narra-
tiua ſic concipitur, vt in-
de excludatur omnis æqui-
1 uocatio; nam licet † mor-
tis appellatione, in iure
noſtro nõ veniat aliud quã
hominis interitus, non etiam deportatio, *l. ex ea*
parte, 121. §. in inſulã, ff. de verbor. oblig. l. ſed etſi
mors 14. verſ. cum igitur, ff. de donat. inter vir. &
uxor, l. cùm pater, 79. §. hæreditatem, de leg. 2. (vt-
2 cunquè deportatio dicatur † mors quædã, vt pro-
bat *text. in l. 3.* ibi, *ſententiam deportationis Pater*
meruit, vel aliter defunctus eſt, C. de inſtitut. &
ſubſtitut. Turrecrem. in can. placuit nu. 2. 2. q. 7.)
3 nequè condemnatio † ad mortem, *l. Statius 48.*
§. Cornelio felici, ff. de iur. Fiſci: præcipuè cum
4 ſecundum ius nouiſſimum nemo ingenuè † natus
efficiatur hodie ſeruus pœnæ, *Auth. ſed hodie, C. de*
don. inter vir. & vxor. vndè nec banniti noſtri tẽ-
5 poris † æquiparãtur deportatis, *Natta conſ. 472.*
num. 19. Peregrin. de iur. Fiſci, lib. 3. tit. 6. nu. 47.
6 nec bannitorum † filij ideò minus faciant deficere
conditionem, *ſi ſine filijs deceſſerit*, quamuis pa-
rentes declarati ſint hoſtes patriæ, poſſentquè
impunè offendi, *Socin. in l. cum auus, num. 107.*
de condition. & demonſtrat. Petra. de fideicommiſ.
q. 3. ex num. 19. & q. 11. nu. 611. Fuſar. qui teſta-
tur de communi, de fideicommiſſ. q. 424. num. 1.
quos nuper ſequuta eſt Rota in Lucana ſucceſſio-
nis 1. Februarij 1630. coram Rpd. Dunozet.
7 Imò, nec reperiri mortem † ciuilem, pronuncia-
uit *Rebuff. in l. in vulgari 163. §. ſi quis ita, ſu-*
per verb. mors, de verb. ſignificat. ſed id, quaſi ma-
giſtrale nomen à iuris præceptoribus compoſitũ
fuiſſe, tradit *Eman. à Coſta, in repetit. l. Gallus, §.*
& quid ſi tantum, in ſecunda par. ſuper verſ. qui
deinde aqua, & ignis, num. 5. de liber. & poſthum.
8 adeoquè mortem † fictam, vt ait *Bald. conſ. 148.*
num. 2. lib. 4. quem ſequitur *Cephal. conſ. 395.*
9 *num. 31.* ratione † videlicet cuiuſdam æquipara-
tionis, in caſibus, in quibus eundem operatur effe-
ctum quem mors naturalis, *Prapoſ. in can. in api-*
bus §. ecce num. 2. 7. quæſt. 1. & poſt *Alex. in l. ſi*
deceſſerit, num. 6. ff. qui ſatiſd. cogan. & in conſ. 2.
ſub num. 16. verſ. præterea in caſibus, lib. 1. & alios
quamplures tradit *Cephal. eo. conſ. 395. num. 32.*
& plenè *Surd. conſ. 90. num. 7.* quæ fuit doctrina
gloſſ. in can. placuit, il ſecondo, qui in ordine eſt
8. in verb. mortuus, ad fin. verſ. & hoc teneas pro
regula, 16. quæſt. 1. quam ſequutus eſt *Oldrad.*
conſ. 284. num 4. ad fin. verſ. & Ioannes, cum alijs
benè congeſtis per *Rotam deciſ. 543. nu. 1. par. 2.*
recen. & apud Cardin. Caualer. deciſ. 104. num. 9.
10 Idemquè prorſus dici † oporteat de voce *de-*
ceſſus, ſeu verbo *decedere*, prout in præcedenti
oſtendimus, & latè tradit etiam *Surd. eo. conſ. 90.*
11 *num. 96.* & de † voce, *obitus*, qua frequentius in
concipienda ſupplicatione vtimur, nã & hæc mor-
tem naturalem propriè ſignificat, *l. Lucius Titius,*
78. §. Caio Seio, ff. ad S.C. Trebell. nec vſquam
12 trahitur † ad ciuilem eam, & fictam, *Rebuff.* qui
de hac forma ſupplicationis loquitur *in prax. ſu-*
per forma Signat. ſimplicis prouiſ. in 7. col. ſuper
verb. per obitum, verſ. item per obitum, Rota in
præall. deciſ. 543. ſub nu. 2. verſ. & hac ſententia.
13 Vndè, nec Regula † de adhibendo conſenſu Car-
dinalium in prouiſionibus de vacantibus per obi-
tum familiarium eorundem, capit uacantia per
priuationem, & ſic per mortem ciuilem, & fictã,
vt latè conſuluit *Barbat. conſ. 82. in princ. num. 6.*
ac per to. lib. 4. quem ſequitur *Surd. d. conſ. 90. ſub*
num. 25. verſ. & ideo priuilegium.

Attamen, vt circa hæc, omnis prorſus extermi-
netur nedum æquiuocatio, ſeù aliter interpretan-
14 di occaſio, narratiua † ſic concipitur; *per obitum*
quondam N. illius dum viueret vltimi poſſeſſoris,
extra Romanã Curiam tali menſe defuncti; atquè
ita efformatur per congeriem quandam (vt ità lo-
quar) terminorum expreſſiuorum mortis natura-
15 lis, dictio enim *quondam* relata † ad perſonas, ſi-
gnificat hominem inter mortales eſſe deſiſſe, *cap.*
cum contra, de pignor. & verba illa *dum viueret*,
16 idem præſeferunt, cùm priuatio † habitum ſuppo-
nat, *vulg. l. decem. 116. de verbor. oblig.* & apertius
ſubijciatur, eum talem eſſe defunctum, ideſt diem
17 vltimum obiiſſe, vt enim diem † obire, pro mo-
ri ſumitur in *l. ſi filia nupta 20. in princ. ff. famil.*
18 *erciſcun.* ita diem † fungi, pro eodem paſſim vſur-
patur

Digitized by Google

patur, *l. diem functo, ff. de off. Aſſeſſor.* per ſubdu-
ctiunem videlicet ab hac luce, vndè vulgares mor-
19 tem † tenebris æquiparant, vt quemadmodum
nihil eæ ſunt aliud, quàm priuatio lucis, ita mors
nihil ſit aliud quàm priuatio vitæ, ex qua lux iſta
noſtris oculis hauritur, quemadmodũ in *cap. præ-
ſenti, de præben. in ſexto,* videntur ſenſiſſe, *Archid.
num. 2. Io. Andr. num. 1.* & alij paſſim, nec diſſimile
20 dicunt, qui eam ſomnum æternum † nuncupant,
vt ibi per *Lap. Abb. n. 3.* quò alluſit Poeta, cùm di-
xit, *Olli dura quies oculos, & ferreus vrget Som-
nus, in æternam clauduntur lumina noctem.*

21 Hincquè, cùm literæ expediuntur, † conſueuit
ita eadem Clauſula extendi, *per obitum dicti N.
qui extra Romanam Curiam de tali menſe diem
22 clauſit extremũ, vacauerit, &c.* extremus † enim
dies mortem eandem naturalem ſignificat, apud
Martialẽ, *Extremum nec metuas diem, neq; optes,*
ſic extremum vitæ tempus, *l. mortis cauſa, 15. ff. de
manumiſſ.* ſic deniquè vitæ extremum momentũ,
in l. vlt. ff. de condit. inſtitut.

Quamuis autem mors naturalis, ità dicta, quod
23 homo per eam † naturæ debitum perſoluere in-
telligatur, vt loquitur Bonifacius Octauus, *in ex-
trauag. 1. in princ. de ſepultur. inter comm.* non
24 vno, ſed † pluribus contingat modis; vnde illud, *oc-
currunt animo pereundi mille figuræ,* tamen qua-
25 tenus ijdem † modi ſinguli tendunt in vnum effe-
ctum, ſeparandi videlicet animam à corpore, il-
lamquè ſubducendi à vita corporali, vt ait *text. in
can. ſi quis obiecerit. 1. quæſt. 3.* & pleniùs declarat
*Aneher. conſ. 273. num. 1. & Rolan in tracta. de
26 lucr. dot. quæſt. 95. num 8.* ſemper dicitur † mors
naturalis, ſaltim largo modo, vt ex *text. in l. 3.
C. de inſtitut. & ſubſtitut.* probat *Guillel. de
Benedict. in repetit. cap. Raynutius, in verb. mor-
tuo itaquè teſtatore, il primo, num. 19. de teſtam.*

27 Tametſi diſtinguatur † cauſa ipſa naturalis à
violenta, ſecundum eundem *Guillel. de Benedict.
loco præall. num. 20.* quam doctrinam quidam mi-
nime intelligens, ideoquè confundens violentam,
cũ ciuili, iure merito fuerit reprehenſus per ſapiẽ-
tiſſimum Cardinalem Seraphinum, in quodam vo-
to ſuo impreſſo inter deciſiones diſpoſitas per
Syluestrum Zachiam, poſt *tractat. de ſocietat. offi-
cior. deciſ. 46. ex num. 3.*

28 Enimuerò mors † naturalis ea propriè dicitur,
quæ ex cauſa naturali intrinſeca, nulla extrinſeca
adhibita vi incurritur; ſi enim adhibeatur etiam
huiuſmodi vis, videtur quodammodò contra natu-
29 ram inferri, diciturquè ideo *mala † mors*, vt no-
tant *adden. ad Bal. in cap. vn. in princ. ſub nu. 3.
ad fi. in verb. rectè, verſ. diuino iudicio, quib. mod.
feud. amitt. in vſib. feud* ideſt à cauſa aliena, quàm
propriæ naturæ, qua ratione etiam vulgus eã quã
natura propria promouet, ad differentiam violen-
30 tæ, vocat † *mortem ſuam*, vt ita loquitur *gloſſ. in
l. quæ ſub conditione, §. quoties, in verb. defectus cõ-
ditione, verſ. tu dic, ff. de condit. institut.* & ſequitur
Guillel. de Benedict. loco præcitat. nu. 21.

31 Hancq; eandem † diuerſitatẽ, inter mortẽ violẽ-
tã, quaſi alienam, & non violentam quaſi propriã
agnouit Poeta in morte Didonis, quando ita ceci-
nit, *Tum Iuno omnipotens, longum miſerata dolo-
rem, Difficilesquè obitus, Irim demiſit Olympo,
Quæ luctãtem animam, nexoſquè reſolueret artus,
Nam quia nec fato, merita nec morte peribat,
Sed miſera ante diem, ſubitoquè accenſa furore,
Nondum illi flauum Proſerpina vertice crinem
Abſtulerat, Stygioquè caput damnauerat Orco,*
quemadmodum ſcitè induxit Cardinalis Seraphi-
nus loco *præall. num. 2.*

Hinc Baldus prudentiſſimè, in hoc articulo quæ
32 dicatur mors naturalis, pronunciauit, † naturale
quid dici duobus modis, priori, vt diſtinguitur cõ-
tra accidentale, altero, prout diſtinguitur con-
tra ciuile, & fictum; vndè concludendo inferebat,
damnatum pœna capitis, poſt illius luitionem
33 dici mortem naturalem obiuiſſe, quia † videlicet
iudicio Dei vera, & non ficta contigerat illi ſepa-
ratio animæ à corpore, vt eleganter reſpondit in
*conſ. 8. ſub num. 2. verſ. hæc autem per ordinem, &
num. 3. lib. 1.* ea enim mors, quæ infligitur iuſſu
Magiſtratus in exequutionẽ legis, non attribuitur
homini, ſed legi ipſi, nequè id eſt effundere ſangui-
nẽ, ſed legum implere miniſteriũ, *can. homicidas,
34 qui in ordine eſt 31. 23. q. 5.* lex enim † Reum
occidit, non homo, inquit Auguſtinus relatus in
can. ſi homicidium, §. cum homo, ead. 23. q. 5. lex
35 verò nil intelligitur violenter agere: † violentia
enim tùm deniquè infertur, quãdo ſine lege, adeo-
què ſine ratione quis impellitur, *can. quos Deus,
qui in ordine eſt 18. 33. q. 2.* ſiquidem tunc per ma-
litiam, quæ aduerſatur iuris authoritati, procedi-
tur, vt ibidem aduertit *Turrecremat. ſuper verb.
ſed authoritate iuris ſeparare,* ac propterea ea ceſ-
ſãte in caſu propoſito, quãdo ſcilicet infertur mors
iuſſu Magiſtratus in exequutionem legis, licet cõ-
tingat coactio ab agente extrinſeco, contraria
propriæ naturæ, & voluntati, quorum vtrunquè
eſt principium intrinſecum, non tamen contingit
qualificatio eiuſdem coactionis, vt poſſit dici vio-
lenta; & ſic conſideratur illa mors tanquã purè, &
ſimplicitèr naturalis, ſecundum *Bald. d. conſ. 8 n. 3.*

36 Vndè in † ſocietatibus Officiorum, non com-
mittitur ſtipulatio de reſtituendis pecunijs in
caſu mortis violentæ, ſi mors fuerit illata iuſſu
Magiſtratus, vt latè diſputat, & concludit *Franc.
Caſtracan. de Societat. offic. cap. 29. ex num. 1. &
per tot.* quem ſequuta fuit Rota, *in Romana
Societatis officiorum, 16. Aprilis 1612 coram Card.
Sacrato,* impreſſa apud eundem *Zachi deciſ. 54. ex
nu. 1. & per tot. & apud Marcheſ. to. 1. pag. 907.*

Quotieſcunquè igitur inducitur vacatio hæc
per obitum, & ſic prouiſio Apoſtolica legitur fa-
cta ex huiuſmodi cauſa, nullus eſt qui controuer-
37 tat, obitum † eſſe probandum per prouiſum, qui
illum narrauit, & qui in eo ſe fundat, ſi non etiam
notorius ſit, nec detur aliquis qui illum in dubiũ
reuocet, *l. 2. § ſi dubitetur, ff. quemadm. teſtamen.
aperian. l. ſiquidem, iuncta ibi gloſſ. in verb. functa
eſt, & Bartol. num. 1. verſ. breuiter, C. ſol. matrim.
Gabr. de præſumpt. concluſ. 16. quæ eſt vlt. nu. 6.*

Eſt tamen non leuis controuerſia, circa modum
probandi, in qua non recedẽdo à theorica Bartoli
*in ead. l. ſi quidem, ſub eod. n. 1. verſ. quæro ſecun-
do,* di-

do, diſtinguendi videntur duo principales caſus.
Prior eſt, quando narratiua obitus, nõ implicat
præiudicium alterius, quàm illius, qui ſupponitur
defunctus; & hoc quidem caſu, quia huiuſmodi
38 præiudicium reputatur leuiſſimum, cum † vbicun-
què ille compareat viuus, recipiat ſuum beneficiũ,
vt concludit Rota apud *Mohed. deciſ. 1. num. 3. de*
39 *probat.* ſufficit probatio † ſemiplena per publi-
cam vocem, & famam, ex doctrina *Bart. in præ-
cita. l. 2. §. ſi dubitetur n. 3 quemadm. teſtam. aper.*
40 Alter eſt, quando eadem † narratiua implicat
præiudicium alterius; quod intelligitur, vbi non
ſimpliciter ſtringit modum vacationis, ſed cum
adiuncto, aut temporis, aut loci, aut perſonæ, vn-
de reſultet reſeruatio, in præiudicium inferioris
collatoris; & hoc ſanè caſu, exigitur plena, & con-
cludens probatio, ex doctrina *Bart. in d. §. ſi du-
bitetur num. 2.* & hanc diſtinctionem perpetuò
amplexa eſt Rota, vt apud *Pute. deciſ. 265. lib. 3.
& in nouiſſimis diuerſ. deciſ. 46. nu. 2. & 3. par. 2.*
cum adductis per *Gonzal. ad Reg. de menſib. glo.
11. nu. 100.* quibus addi poſſunt *Caualer. deciſ. 33.
num. 2. & Gregor. deciſ. 37. num. 1.*
41 Quod intelligitur, quando † Ordinarius ipſe, vel
prouiſus ab eo, ſe opponit; nam ceſſante huiuſmo-
di oppoſitione, & contradictione, adhuc reputa-
tur leue præiudicium, & ſufficit probatio per pu-
blicam vocem, & famam, *Gonzal. d. glo. 11. ex nu.
104. Rota in recen. par. 2. deciſ. 252. ſub num. 6.
verſ. obitus verò, Greg. deciſ. 103. num. 6.*
42 Probatio autem † obitus plena, poteſt conſti-
tui, aut ex confeſſione partis venientis ex eadem
vacatione, iuxta *regul. l. eum precum, C. de liberal.
cauſ. Rota deciſ. 309. num. 1. in recen. par. 2. Greg.
deciſ. 137. n. 11. Caual. deciſ. 551. num. 1.* cum infi-
43 nitis quæ paſſim occurrent, etiam ſi confeſſio † de-
duceretur ex titulo inutili, *Rota deciſ. 117. ſub n. 2.
44 verſ. nam placuit reſponſio par. 1 in recent.* vel † ex
inſtrumento poſſeſſionis adeptæ, *Rota deciſ. 605.
num. 6. par. 2. in eiſdem recent.*
45 Aut ex actibus publicis, putà ex libro † Paro-
chi, in quo conſueuerunt adnotari nomina defun-
ctorum, *Rebuff. ad reg. conſtitut. tom. 2. de regeſt.
Baptiſm. & ſepult. art. 2 gloſſ. 4. in princ. Man-
doſ. ſuper Reg. 18. Cancell. quæſt. 10. num. 4. Greg.
deciſ. 78. num. 1. vbi Beltram. in annotat. alias cu-
mulat, Rota deciſ. 700. num. 4. par. 2. recent.
46 Caualer. deciſ. 575. num. 3.* modò tamen † partita
de libro huiuſmodi ſit formiter extracta, ideſt
prout iacet, nè aliàs reputetur ſimplex fides, cui
refragetur Regula quam habemus in *Auth. ſi quis
in aliquo, C. de eden.* & benè declarat *Rota apud
Gregor. d. deciſ. 359. num. 5. & Beltram. vbi ſuprà
Caualer. deciſ. 558. nu. 2.* & rurſus ſi formiter re-
cognita ſit manus ipſius Parochi, *Rota deciſ. 211. n.
1. par. 2. diuerſ.* idemq; dicitur de libro Hoſpitalis,
*Seraph. deciſ. 1456. nu. 2. Farin. fragment. par. 2.
num. 336. ad finem.*
Aut deniquè eadem probatio plena poteſt con-
47 ſtitui per teſtes referentes cauſas † naturales, ex
quibus mors notoriè iudicetur, vtputà, quia mor-
tuum viderint, tetigerint cadauer frigidum, nõ ha-
bens pulſum, aut illud ſepeliri, aut exhumari, aut
hominẽ decapitari, cũ ſimilibus, quæ de neceſsita-
te mortem concludunt, ita *Bart. in præall. §. ſi du-
bitetur, ſub num. 2. verſ. animaduertendum tamen
eſt, & in d. l. ſiquidem, itidem ſub num. 2. verſ.
item rectè poſſum dicere,* & de teſtibus qui inter-
fuerunt funeri, cenſuit *Rota apud Gregor. dicta
deciſ. 37. num. 3. & 4.* iſtæ enim rationes repu-
tantur ſufficientiſsimæ, etiam vbi agitur de gra-
uiſsimo præiudicio, vt præter *Bart.* locis ſuperiùs
allegatis, tradunt *Alber. in l. conditionem 90. n. 1.
de condit. & demonſtrat. Aufrer. ad Capell. Tholo.
deciſ. 313. in princ. Menoch. de adipiſcen. remed. 4.
num. 675.* & ita reſpondit *Rota in Tiraſonen. Ca-
pella 28. Nouembris 1605. coram Illuſtriſſ. D.
Cardinali Io. Baptiſta Pamphilio.*
Reputaretur etiam ad effectum de quo agitur,
48 optima ratio in teſte, quia † eſſet vicinus, vt cen-
ſuit Rota in *d. Tiraſonen. Capella*, ex doctrina
*Purpur. in l. 1. num. 97. & ſub num. 119. verſ. ſed
ſublimito, ff. ſi cer. pet. & Corn. conſ. 10. ſub num. 2.
verſ. item Domina Liuia, lib. 1.*
49 Vbicunquè verò poteſt videri † minus plena
huiuſmodi probatio, conſueuit Rota mandare eã
coadiuuari, vt in caſu relato in *ſupracit. dec. 117.
num. 1. par. 1. recen.* nihil enim eſt, quin ſemiplena
probatio poſsit integrari, vel ex alia ſemiplena,
50 quemadmodum in his terminis, quando † cum
vno teſte de certa ſcientia, concurrit fama proba-
ta per duos teſtes; voluit Rota *deciſ. 736. nu. 4.
par. 2. in recen. Gregor. deciſ. 166. num. 7. & 8. Ca-
ualer. deciſ. 145. num. 1.*
51 Quamuis enim † aliqui tenuerint, huiuſmodi
probationem per famam, non poſſe integrari per
vnum teſtem de certa ſcientia, tamen hæc ſenten-
tia eſt contra doctrinam *gloſſ. in cap. 1. in verb. fa-
mam.* & ibi *Dec. ex num. 64.* qui latè id declarat,
*de appellat. Bart. in l. admonendi, ſub nu. 48. verſ.
item vnus teſtis, de iureiur. Alex. conſ. 180. ſub
num. 6. verſ. licet enim, lib. 2.* & hanc opinionem
ſequitur *Rota apud Achil. deciſ. 171. alias 1. de
ſponſal. num. 2.*
52 Quinimo, poteſt † etiam integrari ex alijs ad-
miniculis, putà ſi cum vno teſte de certa ſcientia
concurrant alij, qui audierint pulſari campanam
pro mortuo, vulgatumquè atteſtentur eam pulſari
pro efferendo tali defuncto, & poſt, vidiſſe fami-
liam, vel cognatos indutos veſtibus lugubribus:
iſtæ enim rationes ſimul vnitæ, propemodum con-
cludunt mortẽ, etiamſi teſtes non dicant ſe vidiſſe
cadauer, ex doctrina *Bar. in l. genero, n. 6. ff. de his,
qui not. infam. Crauett. conſ. 127. n. 17.* vbi vult ſa-
53 tis † probari quempiam mortuum, quòd pro tali
eum reputarunt illius familiares, & conſanguinei,
deferentes veſtes lugubres: & è conuerſo argui vi-
tam, ſi veſtes lugubres per eos nõ deferãtur, tradit
poſt alios *Farinac. fragm. par. 2. n. 345.* cum nequè
iſtud ſit præiudicium maximũ, ideſt, irretractabile,
cuiuſmodi eſt cùm agitur de pœna capitis, vt di-
ſtinguunt *Bartol. in præcit. l. 2. §. ſi dubitetur, nu. 3.
teſtam. quemad. aper. Fel. in c. quoniã frequenter,
ſub nu. 24. verſ. in rebus tamen maximis, & verſ.
& dicit ibi Baldus, vt lit. non conteſt. Alex. conſ.
27. num. 4. & 5. lib. 7.* & decidit Rota in cauſa *Cor-
duben.*

Digitized by Google

dubex Archidiaconatus de Caſtro; 18. Decembris
1606. coram bo.mem. Cardinali Sacrato.
Et ſanè id de plano procedit, vbicunquè agitur
de probando obitu ſequuto in remota aliqua
parte à loco in quo facienda eſt probatio; hoc
54 enim caſu † ſufficit probatio per famam in eo lo-
co, in quo mors ſequuta aſſeritur, ſecundum opi-
nionem, cum qua videtur tranſiuiſſe Bar. in præcit.
l. ſi quidem, ſub num. 2. ad fin. verſ. tutior tamen,
55 etiam † ad effectum conſtituendæ deuolutionis,
Pute. deciſ. 508. lib. 2. multoquè fortius id obtine-
56 ret, vbi † quis ſupponitur mortuus in bello, vt in
caſu Mohed. d. dec. 1. de probat. aut in mari, Farin.
qui hoc caſus æquiparat, fragm. par. 2. n. 227. nam
57 ſi non † poſſit haberi teſtimonium ab his qui ſi-
mul nauigabant, & qui naufragio ſuperfuerunt,
ſatis erit illud habere à liberis, & propinquis eo-
rum, vt diſponit text. in l. quoties. C. de naufrag.
lib. 11. vbi Bart. num. 4. & Lucas de Penna nu. 23.
Boer. deciſ. 288. ſub num. 2. verſ. & idem ſi agatur,
Et ideo ſi quis ita perijſſe dicatur, pro talis obitus
iuſtificatione, ſatis erit eundem inter ſuos libe-
ros, vel propinquos, aut commilitones reputatum
fuiſſe pro mortuo, vt concludit Bart. eo. loco nu. 5.
58 Quod tamen intelligitur, ſi teſtes † ſuper hoc in-
ducti, formiter, ideſt parte citata cum iuramento
ſint examinati, Quicquid enim ſit ad effectũ ſim-
plicis informationis de morte ex Iudicis officio,
in quibus terminis loquuntur Prapoſ. in cap. in
præſentia num. 6. de ſponſal. & Felin. in c. quo-
niam, ſub num. 24. verſ. & dicit Baldus, vt lite
non conteſt. Boer. d. deciſ. 288. ſub num. 2. in vlt.
col. verſ. quinimo Iudex, & Sanch. de matrim. lib.
2. diſput. 46. num. 8. tamen ad effectum, vt afficiat
59 examen † iſtud partem, neceſſe eſt ad illud proce-
dere ſeruatis ſeruandis, Rota deciſ. 521. num. 2.
par. 1. in recen.
Ruſuſquè id procedit, niſi in contrarium vr-
60 geant aliquæ coniecturæ de vita; quià vt vita † eſt
quid magis expoſitum ſenſui, quàm ſit mors; cum
aſſerere viuum ſit affirmatiua, mortuum autem
aſſerere ſit oratio negatiua, vtcunquè coarctata,
Bart. in præall. l. ſiquidem, ſub num. 1. verſ. quæro
ſecundo, C. ſolut. matrim. & in d. l. 2. §. ſi dubitetur,
61 num. 8. ff. quemad. teſtam. aper. magis † creditur
teſtibus affirmantibus aliquem eſſe viuum, quàm
aſſerentibus eſſe mortuum, vt poſt Cepol. tradit
Gabr. de teſtib. concluſ. 4. nn. 21. quem ſequuta eſt
Rota in d. deciſ. 521. num. 6. in qua refertur, prius
id quoquè fuiſſe deciſum in vna Peruſina benefi-
cij S. Ægidij, 14. Martij 1580. coram Oradino.
62 Dummodo teſtes deponentes † ſuper morte,
magis non inualeſcerent in ratione; ex aliquibus
ſenſatis ſignis, vt explicat Felin. in cap. in noſtra,
num 6. de teſtib. quia dicerent ſe vidiſſe eum mor-
tuum, explicando ſigna de quibus ſuprà, & quæ la-
tè proſequitur Bart. in tract. teſtimonio. §. mor-
tuum hominem, ex num. 41. quem ſequitur Boer.
d. deciſ. 288. num. 1.
63 Quæ omnia tamen † nihil minuunt, de neceſſi-
tate probandi tempus præciſum, vbi gratia ſuper
eo eſt fundata, ex Pute. deciſ. 265. ad fin verſ. non
obſtat, quod Rota, lib. 3. eo tamen modo quo fieri
poteſt; quia ſi tractetur de morte naufragi, adhuc
poterit huiuſmodi tempus per famam probari,
propter difficultatem aliter probandi, vt declarat
Rota deciſ. 53. ex num. 1. & per to. par. 2. diuerſ.
quam etiam refert Farinac. in præcita. fragmen.
64 num. 343. licet adhuc † permiſſa ſit coniunctio de-
poſitionum ipſorum teſtium, pro conſtituendo
certo huiuſmodi tempore: putà ſi duo deponunt
de menſe, & nihil dicant de anno, è conuerſo au-
tem alij teſtificentur de anno, & menſem omittãt,
iſti enim omnes ſimul coniungentur, vt probent
annum, & menſem, Creſc. deciſ. 3. de probat.
Et ſanè, in probando tempore ferè omnis ſtat
65 difficultas, quia plerunquè † cõſueuit celari mors,
vt poſt alios conſiderat Boer. ea. deciſ. 288. num. 2.
verſ. & ſi dicatur quod parentes, & verſ. ſed in
66 hoc eſt vnum ſingulare, vbi ait † cùm de hoc eſt
ſuſpicio poſſe implorari Iudicis officium, vt explo-
retur veritas ex viſione loci, in quo aſſeritur iace-
re is de cuius vita dubitatur, per doctrinam
Bart. in d. §. ſi dubitetur, ſub num. 3. ad finem,
verſ. item hoc poteſt peti. Gozadin. conſ. 68. num.
9. cum alijs adductis per Farinac. loco praecitat.
num. 335.
Cæterum ceſſante etiam hoc caſu, vbi gratia
eſt fundata ſuper tempore mortis, quià inde reſul-
tet reſeruatio, atquè ita etiamſi verſentur in narra-
tiua mortis expreſſæ pro explicanda ſimplicitèr
vacatione, mors ipſa omnino eſt iuſtificanda, ſe-
cundum ea tamen quæ dicta ſunt; nequè poſſet
euitari neceſsitas hæc iuſtificandi, quantumcunq;
ſupponeretur talis vacatio per obitũ ex antiquiſ-
67 ſimo tempore centum annorum; quamuis † enim
id ætatis curriculum, reputetur longiſsimum vitæ
hominis tempus, vt dicit text. in l. vlt. §. & nobis,
C. de Sacroſan. Eccleſ. Tamen quemadmodum
68 hinc nõ † poteſt ſumi præſumptio vitæ, quominus
actor, qui in vita ſe fundat illam teneatur proba-
re, Socin. Sen. in l. ſi inter virum, nu. 8. de reb. dub.
Alex. conſ. 27. num. 7. vbi hoc benè declarat, lib. 7.
Corn. conſ. 119. ex n. 7. uſquè ad fin. lib. 1. Alciat. de
præſumpt. Regul. 1. præſumpt. 44. paulo ante nn. 2.
verſ. tu potes dicere, & reprobata cõtraria opinio-
ne Decij in l. 2. ſub num. 67. verſ. in contrarium
tamen facit C. de eden. cenſuit Rota apud Achill.
deciſ. 165. alias 1. num. 1. & 2. de probat. & fuit
reſponſum in Tiraſonen. decimarum 8. Octobris
1576. coram Robuſterio. Niſi pro Actore concur-
69 rat † aliqua altera vehemens præſumptio, Caſ. de
Graſſ. deciſ. 476. alias 1. ſub tit. qui fil. ſint legit.
70 num. 18. & 19. cum in effectu ex text. † in d. l. vlt.
non conſtituatur Regula affirmatiua, videlicet, quẽ
præſumi viuere centum annos, ſed negatiua, non
præſumi viuere vltra centum annos, vt per Couarr.
& Gutier. tradit Sanch. de matrimon. praeal-
legat. lib. 2. diſput. 46. ſub num. 1. verſ. ſed hæc
ratio.
71 Ita è conuerſo, etiamſi ſupponatur † lapſus eiuſ-
dem temporis centum annorum, non poteſt con-
ſtitui legitima probatio mortis, ex eadẽ iuris præ-
ſumptione, vt præmiſsi Doctores ſentiunt, præci-
puè Gabr. in præcit. concl. 16. n. 6. de præſump. Ta-
72 metſi enim † Afflictus ſuper. conſtit. Regni. Rubr.
de ſucceſ.

Digitized by Google

de ſucceſſ. Nobil.n.52.quem Gabr.refert loco præ.
citat. num.11. videatur voluiſſe, poſt dictum tem-
pus neminem teneri probare alicuius mortem,
quod etiam fuit de mente Bartoli, ſi rectè perpē-
datur, in *d.l.ſiquidem,ſub num.2.verſ.item poſſet*
etiam probari mors C.ſol.matrim. & in præcita.
tract.teſtimon.ſub num. 38. verſ. ſed ſi ponamus,
nihilominus ſatis manifeſtum eſt,probationē hanc
præſumptiuam, æquiuocam eſſe; cum frequenter
73 reperti † ſint homines qui hanc ætatem longè ex-
ceſſerunt, nec facilè eſt recipienda opinio eorum,
qui exiſtimarunt id fabuloſum, quemadmodum
cum *Coraſio Miſcellan.lib.5.cap.18.ad fin.* exiſti-
mauit *Menoch. præſumptio. lib. 6. præſumpt. 49.*
num.17. & 18. cum longè præſtet teſtimonium
Iuſtiniani *in Auth. de Monachis §.ſancimus* ſcri-
74 bentis in hæc verba, *Nuper † ex Lycia nunciauit*
Zoſimus Deo amabilis, vir famoſiſſimus in cōuer-
ſatione, & propè vigeſimū centeſimū ætatis agens
annum,pollens autem,& animi virtutibus,et cor-
poris operationibus, &c. & quamplura exempla
75 longè † prolixioris æui, tàm ex antiquis, quàm ex
modernis hiſtoricis, vſquè ad hæc noſtra tempora
colligit Simon Maiolus *dier. canicul. colloq. 4. ex*
pag.mihi 168. ita vt (quemadmodū dixi) probatio
hæc veluti æquiuoca nullo modo ſit admittenda, ex
76 *reg.c.in præſentia,de probat.* & hāc ſententiā† pro-
bauit *Rota apud Cardin.Caualer.deciſ.344.n.2.*
vbi allegatur *alia deciſio in Auximana fideicōmiſ-*
ſi 8. Iunij 1612. coram bo.mem.Franciſco Vbaldo.
Non tamen negarim illum temporis lapſum,
77 maximam † præſumptionem mortis inferre, ſeù
verius veriſimilitudinem, vt rectè aduertit *Couar.*
var.reſol. lib 2. cap.7.ſub nu.6.in 3.illat.verſ.quæ
tamen ità temperanda eſt.
Quod procederet, etiamſi nemo ſe opponeret;
quaſi quod videri poſſit ſatis fundata intētio pro-
uiſi comparentis cum literis expeditis, exemplo
78 hæredis exhibētis † teſtamentum, ſecundū opinio-
nem multorum ſcribentiū *in l.fi.C.de edict. Diu.*
Adr.tollen. quā viſus eſt ſequi *Guillel.de Benedict.*
inc.Raynutius,§.mortuo itaquè teſtatore,il primo,
ſub num.346.verſ.ſi hæres,de Teſtamen.Caſſen. ad
conſuetud. Burgund. in proœm. in text. quæ par.
79 *mort.num.9.* ſaltim † accedente iuramento ſuper
morte, quod tamen potius ad cautelam fieri, quā
ex neceſſitate pronunciauit *Bart. in d.l. fin.§. ſin*
autem aliquis,num.11.ad fin.verſ. quidam tamē;
80 Nam id cum non† procedat in omni Teſtamento,
ſed in eo cuius Inſtrumentum per Notarium fuit
conſignatum hæredi, præuio decreto, & iuſſu Iu-
dicis, ea ſingulari ratione, quia non ſit veriſimile
Iudicem ita decreuiſſe, & iuſſiſſe, niſi prius cogno-
uiſſet teſtatorem vita functum eſſe, vt pulchre ex-
plicat *Menoch.de adipiſcen.remed.4 nu.669. cum*
duobus ſequentibus, quę articulū latè agitāt *Ludo-*
uicus Lucen.deciſ.49. per to. & plures adducti per
Farinac.loco præcit.nu.332. ſatis apparet, conclu-
ſionem hanc minimè adęquabilē, ſeù applicabilem
eſſe terminis iſtius cōtrouerſię, cū literæ Apoſtoli-
cę cōſignentur per Officiales Curiæ, penitus inex-
plorata veritate precū, aut narratorū in ipſis lite-
ris, cuius indago, Exequutorū religioni cōmittitur.

SVMMARIVM.

1 *Breuis Apoſtolici expeditio,permiſſa prouiſis Apoſtolicis tanquam de reſeruato.*
2 *Conſtitutio Gregoriana ſuper expeditione literarum in forma Breuis pro prouiſis Apoſtolicis tanquam de reſeruato, adducitur, & latiſſimè mox explicatur.*
3 *Conſtitutionis eiuſdem diuiſio, & ſumma.*
4 *Dictio,ac, cuius ſit virtutis.*
5 *Copulatorum concurſus,ad qualificandum vnum aliquod ſubiectum,requiritur.*
6 *Breuis Apoſtolici de capienda poſſeſſione pro prouiſo, nullum aliud eſt fundamentum, quàm reſeruatio, vel affectio.*
7 *Et quæ ſit ratio.*
8 *Clauſula, ſiuè decretum,* de apprehendendo poſſeſſionem ſine vitio ſpolij, *qualiter in literis in forma Breuis conſueuerit extendi.*
9 *Intruſus, ſi ſpolietur auctoritate Iudicis, arcetur ab audientia.*
10 *Spoliatus, non auditur in beneficialibus, niſi coloret ſuam poſſeſſionem.*
11 *Clauſula,* non tamen à nobis prouiſis, *qualiter in Breui de capienda poſſeſſione, ad fauorem prouiſi Apoſtolici extendatur.*
12 *Clauſula* amotis,&c. *in Breui Apoſtolico diuerſimodè concipitur.*
13 *Pronomen,* ipſe, *eſt nota perſonaliſsima.*
14 *Clauſula,*amotis,&c. *in Breui Apoſtolico limitata ſub hac forma,*non tamen à nobis prouiſis,*an includat prouiſum ab anteceſſore.*
15 *Clauſula,*per nos, *quid differat in reſcripto Apoſtolico, à Clauſula,*per Romanum Pontificem.
16 *Clauſula* non tamen à nobis prouiſis, *comprehendit etiam prouiſos à præceſſore.*
17 *Et qua ratione.*
18 *Clauſula eadem, non capit prouiſos à Legato de latere.*
19 *Et qua ſit ratio.*
20 *Legati de latere factum, non poteſt dici factum à Sede Apoſtolica, niſi interpretatiuè.*
21 *Breuis exequutio, non retardatur prætextu poſſeſſionis in vim vnionis habitæ à Legato de latere.*
22 *Clauſula,* non tamen à nobiſmet ipſis prouiſis, *in Breuibus Apoſtolicis, quare ita concipiatur.*
23 *Dictio,*met, *per ſe nihil ſignificat, in compoſitione verò, plurimum.*
24 *Reſeruatio ratione menſis, ceſſat vacante Sede Apoſtolica.*
25 *Niſi, ante vacationem Sedis, fuiſſet iam formata.*
26 *Regula reſeruatoria menſiū, afficit beneficia priùs vacantia, de quibus Epiſcopus potuiſſet diſponere Sede Apoſtolica vacante.*
27 *Breue de capienda poſſeſſione pro prouiſo Apoſtolico, quo caſu, & quomodo excipiat prouiſos ab Ordinario.*
28 *Et quando, & quomodo prouiſos ab Indultario.*
29 *Clauſula,* non tamen à nobis prouiſis, *adiecta in Breui de capiendo poſſeſſionem,&c. intelligitur de prouiſis ante datam ipſius Breuis, non de prouiſis poſt.*

30 Breue Apoſtolicum poteſt præueniri per Commiſſionem cauſæ in Rota.
31 Auditor Rotæ, ex Commiſſione ſortitur iuriſdictionem exequendi, etiam priuatiuè, quoad Exequutorem deputatum in literis.
32 Clauſula, ſine præiudicio exequutionis literarum, præſeruat facultatem exequendi, non obſtante iudicio ordinario.
33 Nequè obſtante inhibitione emanata vigore commiſſionis.
34 Et quæ ſit ratio.
35 Clauſula, quatenus exequutioni locus ſit, adiecta in clauſula exequutionis præſeruatiua, cuinàm applicet poteſtatem agnoſcendi, an ſit locus exequutioni?
36 Clauſula, ſine præiudicio exequutionis literarum, an eadem ſit cum clauſula, ſine præiudicio literarum.
37 Clauſula eadem, intelligitur de literis expeditis, non de expediendis.
38 Oratio indeterminata, in reſcriptis non porrigitur ad futura.
39 Clauſula ſine præiudicio exequutionis literarum, cur adijciatur per Signaturam.
40 Literæ Apoſtolicæ, ſi impetrentur lite pendente, non poſſunt mitti exequutioni per exequutorem in eis deputatum.
41 Etiamſi facta ſit mentio litis, cum deputatione certi Exequutoris, & quare.
42 Auocatio cauſæ, non fit niſi ex certa ſcientia Principis.
43 Et quare.
44 Literarum exequutio expeditarum lite pendente, eſt attentata, quantumcunquè facta per Exequutorem in illis deputatum.
45 Sequeſtrum iudiciale, non poteſt remoueri in præiudicium tertij collitigantis, etiam de conſenſu illius, ad cuius inſtantiam fuit appoſitum.
46 Sequeſtrum durare debet vſquè ad finem litis.
47 Sequeſtri relaxatio, vbi eſt attentata, iterum decernitur.
48 Breue obtentum, non facta mentione litis pendentis, eſt nullum.
49 Clauſula, non obſtantibus inhibitionibus decretis, non tamen exequutioni demandatis, apponi conſueta in Breuibus Apoſtolicis, quæ ſit vis.
50 Exequutor Breuis Apoſtolici, poſt inhibitionem Rotalem obtenti, nulliter procedit ad examen teſtium, nequè hæc nullitas eſt ſanabilis.
51 Nullitas examinis teſtium, eſt ſanabilis, vbi data fuerunt interrogatoria.
52 Modò non deficiat iuriſdictio totaliter.
53 Poſſeſſio capta in vim Breuis lite pendente, eſt attentata, non obſtante clauſula facultatis apprehendendi poſſeſſionem ſine vitio ſpolij; niſi ſit ampliata hoc modo, etiam lite pendente, & ſine vitio attentatorum.
54 Breue Apoſtolicum, non poteſt impetrari per prouiſum, vbi literæ principales fuerunt declaratæ obreptitiæ.
55 Etiam ſi ita pronunciatum fuiſſet, ſine certo legitimo contradictore.
56 Et quæ ſit ratio.
57 Subreptio, cauſatur ex taciturnitate eorum etiam quæ veriſimiliter potuiſſent Principem à conceſſione retrahere.
58 Breue ad fauorem prouiſi Apoſtolici conceditur, non habita conſideratione extraiudicialis controuerſiæ.
59 Literæ in forma Breuis, dicuntur, & ſunt verè ac propriè literæ Apoſtolicæ.
60 Eadem, cur ita vocatæ.
61 Teſtamentum breue, quodnam dicatur.
62 Literæ in forma Breuis, qualiter expediantur.
63 Earum exequutio, regulatur ſecundum terminos l.vlt.C de edict.diu.Adrian.tollen.
64 Habentquè paratam exequutionem, imò magis præciſam.
65 Et quare.
66 Quis ſe habeat ſtylus modernus, in earum expeditione, diuerſimodè ab antiquo.
67 Regula, de non iudicando iuxta formam ſupplicationis, non habet locum, quando ſupplicatio inſeritur in literis quæ expediuntur in forma Breuis.
68 Breue, nuſquam remittitur ad corrigendum, quaſi diſcordet à minuta.
69 Reſeruatio, ſub qua eſt conceſſum Breue, debet eſſe certa.
70 Et ea non iuſtificata, exequutio remanet ſpoliatiua, non obſtante clauſula, ſine vitio ſpolij.
71 Clauſula adiecta in Breui, ad promouendam eius exequutionem, pendent omnes à verificatione narratæ reſeruationis, niſi literæ ſint conceſſæ in forma motus proprij, aut cum clauſula, nè poſſit dari de obreptione, iuncta alia clauſula, ſublata, &c.
72 Signatura, qualitèr conſueuerit reſcribere contra ſententias latas pro exequutione Breuis, fauore prouiſi Apoſtolici.
73 Clauſula conſtito, adiecta in Breui, vbi eſt iuſtificata, dicitur iuſtificatum totum Breue.
74 Breue, vt ritè, & rectè exequutioni mittatur, debet citari intruſus, aliàs eidem intruſo non denegatur manutentio, niſi habuerit ſe pro ſpoliato.
75 Litera Apoſtolica, exhibenda originaliter coram Exequutore, vt iuriſdictio firmetur.
76 Breuis exequutio, qualiter coram A.C. promoueatur.
77 Poſſeſſio capta vigore monitorij præinſerto Breui, eſt legitima, quatenus, vel nullus ſit intruſus, vel ſi intruſus ſit, per eum poſſeſſioni cedatur.
78 Alias ſecus.
79 Clauſula conſtito, adiecta in Breui, plenam exigit iuſtificationem, etiam vbi non adeſt contradictor.
80 Poſſeſſionem adeptus in vim Monitorij, cum inſertione Breuis, in ea debet manuteneri, non obſtante contradictione alterius habentis titulum, ſed non poſſeſſionem.
81 Detentatori datur manutentio, ſaltim Iudicis officio.
82 Poſſeſſio auctore Prætore adepta, præſumitur iuſta.
83 Productio, literarum Apoſtolicarum, qualiter fiat.
84 Productio, non poteſt iuſtificari per teſtes.

85 Poſſeſ-

85 *Poſſeſsio de præterito probata, præſumitur continuata vſquè ad obitum.*
86 *Niſi doceatur medio tempore occupata.*
87 *Poſſeſsionis ciuilis retentio, non poteſt allegari per tertium.*
88 *Niſi iſte tertius, ſit gratioſè ſubrogatus.*
89 *Poſſeſsio, de tempore obitus defuncti, ſubiecta* Clauſula conſtito, *poteſt probari præſumptiuè ex poſſeſsione de præterito.*
90 Clauſula conſtito, *qualitèr concipiatur, ex ſuppoſitione reſeruationis regulæ 2. Cancell.*
91 *Collationis pertinentia omnimoda ad Epiſcopum, ſubiecta clauſula* conſtito, *an ſola iuris præſumptione iuſtificetur.*
92 *Præſumptio iuris, non ſufficit pro iuſtificatione circumſtantiæ poſitæ ſub conditione.*
93 *Præſumptio iuris, non ſufficit pro fundanda intentione actoris.*
94 *Eadem, nequè propriè eſt probatio.*
95 *Clauſula* conſtito, *non coarctat aliquam ſpeciem probationis.*
96 *Probatio plena, poteſt confici ex communis iuris diſpoſitione.*
97 *Etiam reſpectu circũſtantiæ, poſitæ ſub conditione.*
98 *Mortuum quem eſſe ſinè liberis, lex præſumit.*
99 *Conditio ſi ſinè liberis deceſſerit, eo ipſo iuſtificatur, quod probetur mors grauati.*
100 *Clauſula* conſtito, *quare complectatur factum continuatæ poſſeſsionis vſquè ad obitum, pro quo eſt iuris præſumptio.*
101 *Eadem, cur relatiuè aliquando concipiatur ad literas expediendas.*
102 *Breuis exequutio, quomodo impediatur per exceptionem reſultantem ex ventre ipſius Breuis, aut ſuppoſitæ reſeruationis.*
103 *Iuriſpatronatus exceptio ad obtinendam abſolutoriam contra Breue, exigit plenas, & claras probationes.*
104 *Et quando contentetur ſolo fumo.*
105 *Probatio minus plena, ſufficit ad effectum differendi, dum expectatur plenior probatio.*
106 *Breuis exequutio, quomodo impediatur per exceptionem dilatoriam.*
107 *Et quando ad eam procedatur, non obſtante fumo, aut alia probatione imperfecta.*
108 *Breuis exequutio in reſeruatis, exigit quatuor terminorum ſeruationem, ad dicendum ſe paruiſſe, &c.*
109 *Quorũ ſi vnus deficiat, proceſſus remanet nullus.*
110 *Et quæ ſit ratio.*
111 *Breuis pro exequutione in reſeruatis, requiritur citatio ad ſententiam declaratoriam.*
112 *Citatio, pro declaratoria incurſus cenſurarum, an ſit neceſſaria de iure.*
113 *Signatura, qualiter reſcribere conſueuerit, quando ad eam recurritur, contra exequutionem Breuis.*
114 *Breue vulneratur, per ſententiam contra illius exequutionem latam.*
115 *Nec excitatur vulnus prætextu manifeſtæ iniuſtitiæ, vel nullitatis.*
116 *Vulnus infertur proceſſui exequutiuo, ſi recipiatur appellatio per Principem.*
117 *Obligatio Cameralis vulneratur, ſi aperiatur via cognoſcendi de quacunquè exceptione.*
118 *Clauſula*, Arbitrio Rotæ, *relaxat iuris rigorem.*
119 *Eadem, præſeruat viam exequutiuam à vulnere.*
120 *Eadem, non confert poteſtatem lædendi ius partis.*
121 *Clauſula*, ſi quid exequendum, *præſeruat, non autem vulnerat viam exequutiuam.*
122 *Clauſula*, Arbitrio Rotæ, *catenus relaxat iuris rigorem, quatenus id ſuadet æquitas, nec plus operatur, quàm Clauſula*, prout de iure.
123 *Eadem, præfert neceſsitatem diſputandi in primis, & ante omnia, an intret arbitrium.*
124 *Clauſula*, parito literis, *abſolutè poſita, quid importet.*
125 *Fructus, præſumuntur percepti per poſſeſſorem, niſi ipſe doceat, per quem fuerint percepti.*
126 *Ablatiuus abſolutus, importat conditionem.*
127 *Clauſula*, parito, *ſuſpendit iuriſdictionem ante purificationem conditionis circa paritionem.*
128 *Etiam reſpectu tertij.*
129 *Et quomodo perſpectum ſit Reo, caſu quo Actor negligeret liquidare fructus.*
130 *Clauſula*, parito, *non extenditur ad temporalia diſtincta à beneficio.*
131 *Nequè ad expenſas.*
132 *Breuis exequutio, nonnunquàm redditur turbida, ex forma malè concepta Clauſula*, conſtito, &c.
133 *Beneficia Vrbis, cadunt ſub reſeruatione cap. 2. de præben. in 6. quatenus vacent per obitum Curialis.*
134 *Protbonotarius creatus ab inferiori à Papa, an ſit Curialis.*
135 *Curialitas, non contrahitur, niſi per actuale ſeruitium, & exercitium.*
136 *Curiales, in libris noſtris, qui olim dicerentur.*
137 *Iì aliquando dicti nerui, & ſerui Reipublicæ.*
138 *Iidem prohibiti Procurationes ſuſcipere, res alienas conducere, & pro alijs fideiubere.*
139 *Itemquè ordinari.*
140 *Curiales, quinam hodiè dicantur.*
141 *Protbonotarij extra numerum, impediuntur officium exercere.*
142 *Eximuntur tamen à iuriſdictione Ordinariorum in cauſis excedentibus ducatos 24.*
143 *Modò tamen deferant habitum eius dignitatis.*
144 *Habitus, non ſe compatitur cum duratione impedimenti iuris circa actum.*
145 *Protbonotarij, creati à Legatis de Latere, non ſunt curiales, nequè actu, nequè habitu.*
146 *Protbonotarij creati à Papa, quantumcunquè extra numerum, ſunt familiares Papæ.*
147 *Reſeruatio inducta ratione Officij, non extinguitur ex ceſſatione exercitij illius.*
148 *Deſcriptio, conſtituit intra Ordinem, ſed non confert priuilegia Ordinis.*
149 *Breue, vbi non eſt exequibile, ob malè conceptam clauſulam* conſtito, *ſi tamen reſeruatio ſit clara, adiuuatur Papæ reſcripto.*
150 *Exequendi facultas, conſumitur per primum actum.*
151 *Clauſula*, perinde ac ſi, &c. *cuius ſit virtutis.*
152 *Exequendi facultas, non conſumitur per primum actum,*

actum, quando non eſt ſatisfactum menti mandantis .

153 *Præcipuè, vbi actus proceſſit ex probabili errore facti, aut iuris .*

154 *Principis præcepto, non poteſt mora fieri .*

155 *Ius, ſemper eſt certum, & immutabile .*

156 *Niſi incidat mixtura quæſtionis facti .*

157 *Indaginis altioris exceptio, non dicitur, vbi partes in facto concordant .*

158 *Quod declaratur .*

159 *Text. in cap. ſtatutum, de præben. in ſexto, an hodiè ſit reuocatus .*

160 *Menſis, de quo in cap. ſtatutum, de præben. in ſexto, an currat ex die ſcientiæ, vel ex die vacationis .*

161 *Sequeſtratio, an concedatur, vbi reſeruatio eſt turbida, & agitur ad exequutionem Breuis .*

162 *Sequeſtratio alia permiſſa, alia à iure præcepta, & alia à iure prohibita .*

163 *Sequeſtratio omnis à iure prohibita, niſi ſit expreſſè, aut permiſſa, aut iuſſa .*

164 *Et quæ huius prohibitionis ſit ratio .*

165 *Sequeſtrationem qui dicit aliquo caſu permiſſam, aut iuſſam, probare tenetur .*

166 *Sequeſtrationis præcepta, duo tantùm caſus, videlicet ex Clementina vnica, & ex extrauagan. Pij IV .*

167 *Sequeſtratio iuſſa ex Conſtitutione Pij IV. non pertinet ad poſſeſſionem, ſed tantùm ad fructus .*

168 *Sequeſtratio præcepta ex Clemen. vn. datur ex vna tantùm ſententia, etiam in poſſeſſorio .*

169 *Ordinario tamen, & appellabili .*

170 *Sequeſtratio eadem non conceditur, vbi fuit appellatum, & per appellationem ſuſpenſus effectus ſententiæ .*

171 *Sequeſtratio, eſt odioſior ipſa immiſſione .*

172 *Sequeſtratio poſſeſſionis, vno tantùm caſu permiſſa, videlicet propter attentatum .*

173 *Et qua ratione .*

174 *Sequeſtratio permittitur, vbi vitium poſſeſſionis eſt in confeſſo apud intruſum .*

175 *Sequeſtratio, qualitèr cenſeatur poſita in Iudicis arbitrio .*

176 *Sequeſtratio permittitur, vbi Iudex ſuſpicatur iudicium poſſe reddi eluſorium, aut ex fructuum dilapidatione .*

177 *Aut ex totali abſumptione .*

178 *Sequeſtratio permiſſa in caſu timoris, nè reddatur iudicium eluſorium, cum quo moderamine conſueuerit per Rotam decerni .*

179 *Sequeſtratio fructuum, eget cauſæ cognitione .*

180 *Et partis citatione, etiamſi ſubſit timor ſcandali .*

181 *Nec creditur Iudici, circa huiuſmodi cauſam .*

182 *Niſi, in quacunquè modica dilatione, verſetur periculum .*

183 *Sequeſtratio decreta parte non citata, eſt appellabilis .*

184 *Et vbi iure aliquo ſingulari remota eſſet appellatio, adhuc poſſet dari de nullitate .*

185 *Sequeſtratio de facto conceſſa, de facto quoquè eſt reuocanda .*

QVÆSTIO XI.

Literarum in forma Breuis, quæ ſit ratio, qui proceſſus pro Apoſtolico prouiſo.

QVANDO Papa prouidet de
vacanti, tanquam reſeruato;
Prouiſo ſuo, hoc etiam
1 indulget, † vt poſſit expedire
literas Apoſtolicas in forma Breuis, ſub annulo
Piſcatoris, ad effectũ nanciſcẽdi poſſeſſionem, cum
minori, quàm fieri poſſit,
& temporis, & pecuniarum iactura; Quo vt nihil
vſu frequentius, ità nihil hactenus abſquè certa
methodo confuſiùs expoſitum; Itaquè me operæpretium
facturum exiſtimo, ſi pro adeò neceſſaria doctrina,
hic primum Lectoris oculis ſubijciam Conſtitutionem
quandam S. mem. Gregorij XIII. ſub datum, die 10. Iulij 1574.
quæ eſt eius Pontificis xix. ſecundum ordinem noui Bullarij, &
mox eandem hac & ſequenti quæſtione per ſuas
2 partes explicauero; Eſt ergo Conſtitutionis † eius
tenor huiuſmodi .

GREGORIVS EPISCOPVS
Seruus Seruorum Dei. Ad futuram
rei memoriam.

AD Romani Pontificis prouidentiam circumſpectam pertinere dignoſcitur, dubia ſuper ſacrorum Conciliorum decretis pro tempore inſurgentia, ſic ſuæ declarationis oraculo dilucidare, & interpretari, vt exinde litium diſpendia inter fideles quoslibet valeant ſubmoueri .

§. 1. Accepimus ſanè nuper, quod licèt multoties Romanus Pontifex, vt prouiſiones, & gratiæ per eum de beneficijs pro tempore vacantibus, ac ſuæ & Sedis Apoſtolicæ diſpoſitioni, & ordinationi reſeruatis, in fauorem diuerſarum perſonarum ſibi gratarum, & acceptarum factæ, executioni debitæ demandentur, & nè (dum literæ Apoſtolicæ, ſub plumbo deſuper expediuntur) beneficia ipſa ab aliquibus indebitè occupentur, aut aliqua in ſpiritualibus, & temporalibus detrimenta ſuſtineant, nonnunquàm corporalem poſſeſſionem ipſorum beneficiorum, & illis annexorum, iuriumquè, & pertinentiarum quomodocunque Sedis, & Cameræ Apoſtolicarum nominibus apprehendi, ac omnes, & quoſcunquè fructus, redditus, & prouentus beneficiorum, & annexorum eorundem percipi, exigi, eoſquè integros perſonis prædictis, poſtquã ipſæ literas, ſub plumbo expeditas haberent, vnà cum dicta poſſeſſione conſignari; quandoquè vero, dum literæ, ſub plumbo huiuſmodi expeditæ exiſtunt, vt ius ſuum vnicuiquè illorum conſeruetur, & temerariorum audacia debita caſtigatione compeſcatur, ac ipſæ literæ Apoſtolicæ facilius debitæ executioni, vt par eſt, demandentur, prouiſos de beneficijs in corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem, beneficiorum, & annexorum, iuriumq; & pertinentiarum prædictorum indueí, & inductos in ea manuteneri, amotis quibuslibet intruſis detento-

detentoribus ab eiſdem, aliaquè fieri, & exequi per diuerſas ſuas in forma breuis, & ſub Annulo Piſcatoris confectas literas mandet & præcipiat, certis inibi modo, & forma tunc præſcriptis, dilecto filio cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, ſeù alijs executoribus deſuper deputatis, quibus omnino parendum eſſet.

§. 2. Nihilominus, nonnulli beneficijs prædictis inhiantes, ac gratias prædictas eludere, eorumquè intruſiones, & detentiones improbè tueri ſatagentes, executionem literarum in forma breuis huiuſmodi, & facultatem per eas ipſis executoribus attributam, diuerſis dubijs, & cauillationibus remorentur, & proceſſus per eoſdem executores deſuper habitos, & formatos, ac inde ſecuta quæcunquè nulla, & inualida, nulliusquè roboris vel momenti eſſe, nequè attendi debere contendãt, ſub prætextu, quod in decreto Sacri Concilij Tridentini, Seſſione vigeſimaquarta, capitulo vigeſimo, diſpoſitum fuerit, quod cauſæ omnes ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes, etiam ſi beneficiales ſint, in prima inſtantia, coram Ordinarijs locorum duntaxat cognoſcantur, exceptis his, quæ iuxta Canonicas ſanctiones apud Sedem prædictam ſunt tractandæ, vel quas ex vrgenti, rationabiliquè cauſa iudicauerit Summus Pontifex Romanus, per ſpeciale reſcriptum Signaturæ ſuæ eius manu propria ſubſcribendum committere aut auocare. Verùm cum decretum huiuſmodi Concilij conceſſionem prædictarum literarum in forma breuis, & illarum executionem nihil afficiat, nequè per illos cauſa, ſeù inſtantia introducatur, ſed merè executiuè procedi mandetur, literæ quoquè in forma breuis Annulo Piſcatoris munita non minoris ſint efficaciæ, & auctoritatis quàm reſcripta Signaturæ Romani Pontificis eius manu propria ſubſcripta.

§. 3. Nos in his noſtræ debitæ declarationis cautelam adhibentes, ac prouiſorum prædictorum iuſ aduerſus dubia & cauillationes huiuſmodi, æquitate, & iuſtitia ſuadentibus perſeuerã[illegible]olentes, necnon prædictarum, & quarumcunquè literarũ in forma breuis ſuper capienda poſſeſſione nomine Cameræ huiuſmodi, aut in fauorem literarum ſub plumbo expeditarum, tàm à prædeceſſoribus noſtris, quàm nobis, & dicta Sede hactenus conceſſarum tenores, ac litis & cauſæ, ſi quæ deſuper executæ ſint, ſtatum, & merita, nominaquè & cognomina iudicum, executorum, & collitigantium præſentibus pro ſufficienter expreſſis habẽtes, Motuproprio, non ad ipſorum prouiſorum, aut aliorũ nobis pro eis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiã, ſed ex certa ſcientia, ac de mera noſtra deliberatione decernimus, & declaramus, per conceſſionem literarum in forma breuis, & ſub Annulo Piſcatoris ſuper capienda poſſeſſione quorumcunquè beneficiorum diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruatorum, ſeu affectorum, Sedis & Cameræ Apoſtolicarum nominibus apprehendenda, & in eiuſdem poſſeſſionis in fauorem prouiſorum ab ipſa Sede de eiſdẽ beneficijs, poſtquam literas ſub plumbo ſuper proviſionis huiuſmodi habuerunt expeditas, relaxatione, necnon aſſiſtentia ipſis prouiſis literas deſuper ſub plumbo expeditas habentibus præſtanda, & aliorum inibi expreſſorum executione facienda, quæ mandata executiua ſunt, & ſummariã duntaxat cauſarum propter quas illæ emanarunt cognitionem requirunt, decretis Concilij huiuſmodi non contraueniri, nihilquè præiudicij illis inferri, vel eorum formam in aliquo violari, nequè id dici aut cenſeri, vel executionem literarum earundem propterea in aliquo ſuſpendi, ſiuè remorari, aut facultatem literarum executoribus conceſſam impediri, ſed executores ipſos, & ab eis deputatos ſubexecutores facultate ſibi per eaſdem literas, vt præfertur, conceſſas, vti, frui, gaudere, & contra illis non parentes ad declarationem incurſus pœnarum, & cenſurarum in eiſdem literis in forma breuis contentarum, ac inuocationem brachij ſecularis procedere, ac alia omnia, & ſingula in eiſdem literis contenta (illarum tamen forma ſeruata) facere, & exequi, liberè, & licitè potuiſſe, & poſſe, necnon proceſſus deſuper habitos, & formandos, ac inde ſecuta, & ſequenda quæcunquè, firma, valida, & efficacia fuiſſe & eſſe, & fore, ſuosquè integros, & plenarios effectus ſortiri debere in omnibus, & per omnia.

§. 4. Præſentes quoquè literas, de ſubreptionis vel obreptionis, vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, vel inualidari nullatenus poſſe.

§. 5. Sicquè in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcunquè Iudices, & Commiſſarios quacunquè auctoritate fungentes, etiam Palatij Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales (ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate) iudicari, & definiri debere, necnon irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Diſtrictius inhibentes, in virtute ſanctæ obedientiæ, omnibus, & ſingulis cuiuſcunquè ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ exiſtentibus, & quauis etiam Epiſcopali, Archiepiſcopali, vel alia maiori dignitate, & Eccleſiaſtica, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, & quauis ſeculari poteſtate fungentibus, nè decreto, & declarationi noſtris prædictis, quouis quæſito colore directè, vel indirectè contrauenire audeant, vel præſumant.

§. 7. Et nihilominus vniuerſis & ſingulis noſtris, & dictæ Sedis Nuncijs, ac locorũ Ordinarijs, eorumquè Officialibus, quatenus ipſi & eorum ſinguli, per ſe vel alium ſeù alios præſentes literas, & in eis contenta quæcunquè, vbi & quando opus fuerit, & quoties pro parte prouiſorum, & executorum, & ſubexecutorum prædictorum, ſeù quarumcunquè aliarum perſonarum in præmiſſis intereſſe habentium, vel alicuius ex eis fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſquè in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra prædictos prouiſos, & executores, & ſubexecutores, ſeù alios in præmiſſis intereſſe habentes, eorumquè ſingulos, decreto, declaratione, inhibitione, & alijs præmiſſis pacificè frui, & gaudere, ac præſentes literas, & in eis contenta

*huiuſmodi ab omnibus quos illa concernunt, & cõ-
cernent, quomodolibet in futurum inuiolabiliter
obſeruari. Non permittẽtes aliquem deſuper con-
tra illarum tenorem quomodolibet indebitè mole-
ſtari. Contradictores quoslibet, & rebelles, per ſen-
tentias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaq;
opportuna iuris, & facti remedia, appellatione
poſtpoſita compeſcendo, ac legitimis ſuper his ha-
bendis ſeruatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, &
pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggrauando, in-
uocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio bra-
chij ſecularis.*

*§. 8. Non obſtan. fel. rec. Bonifacij Papæ VIII.
prædeceſſoris noſtri de vna, & in Concilio genera-
li edita de duabus dietis (dummodo non vltra
tres dietas aliquis auctoritate præſentium ad iudi-
cium non trahatur) alijsquè Apoſtolicis, necnon
in prouincialibus, & ſynodalibus Concilijs editis,
ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, &
Ordinationibus contrarijs quibuſcunquè. Aut ſi
aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit
Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi vel ex-
communicari non poſſint per literas Apoſtolicas,
non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad
verbum de indulto huiuſmodi mentionem.*

*§. 9. Cæterùm, quia difficile foret præſentes li-
teras ad ſingula loca vbi opus fuerit deferre, volu-
mus & dicta auctoritate decernimus, quod earum
tranſumptis etiam impreſſis manu alicuius No-
tarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in di-
gnitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem
prorſus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ
ipſis originalibus adhiberetur, ſi forent exhibita,
vel oſtenſa.*

*Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub An-
nulo Piſcatoris, die decima Iulij, milleſimo quin-
genteſimo ſeptuageſimo quarto, Pontificatus noſtri
Anno tertio.*

Diuiditur ergò † textus Extrauagantis huius
3 Gregorianæ in duas principales partes, Prior cõ-
tinet vſum Romanæ Curiæ, in concedendis huiuſ-
modi literis in forma Breuis, eiuſdemquè vſus ra-
tionem; Poſterior, quæ incipit ex *verſ. nihilomi-
nus*, continet declarationem Apoſtolicam ſuper
tunc incidenti articulo, an vſus hic in ea parte
qua literæ diriguntur A. C. in Curia, & non ma-
gis Ordinario loci, in quo beneficium vacauit,
aduerſetur diſpoſitioni Sacri Tridentini Concilij
ſeſſ. 24. cap. 20. incip. cauſæ omnes, de reform.

Ex priori parte, in illis verbis, *vt prouiſiones, &
gratiæ per eum de beneficijs, pro tempore vacanti-
bus, ac ſuæ, & Sedis Apoſtolicæ diſpoſitioni, & or-
dinationi reſeruatis*; educitur concluſio, vſum cõ-
cedendi literas iſtas eſſe reſtrictum ad vacantia
4 reſeruata; nam illa † particula, *ac*, copulat ea duo
vacantibus, &, reſeruatis, adiecta cum ſubſtanti-
uo *beneficijs, Luc. de Penn. in l. 1. nu. 2. C. de fugit.
Colon. patr. lib. 11.* cum alijs per *Mandoſ. ad fa-
cultat. §. ac alij, in prima gloſſ. & per Cened. ſin-
5 gul. 16. num. 1.* & ſic † exigitur concurſus vtriuſquè
qualitatis, *Caſtr. conſ. 211. ſub num. 1. verſ. quia
quando plura copulantur lib. 2. Menoch. conſ. 247.
num. 14. & conſ. 440. itidem num. 14.*

6 Proindequè, quod vſus † ſit reſtrictus ad proui-
ſiones factas de reſeruato, perpetuò Rota tenuit,
adeò vt fundamentũ iſtius modi conceſsionis non
ſit aliud, quàm reſeruatio, vel affectio, *Gregor. de-
ciſ. 53. num. 1. & ibi Beltram. nu. 6.* & fuit reſpon-
ſum in *Vicen. beneficij S. Martini 21. Febr. 1600.
coram Cardinali Hieronymo Pamphilio*, impreſſa
apud *Marcheſ. tom. 1. pag. 345. nu. 2. in Toletanà
Capellaniæ, 30. Octobris 1602. coram Litta, pag.
348. n. 3. & in Placentina beneficiorum, 2. Martij
1603. coram Cardinali Millino, pag. 353. num. 2.
apud eundem eo. to.*

7 Ratio eſt; quià ſuppoſita † reſeruatione, non
poteſt conſiderari præiudicium alicuius inferio-
ris collatoris, cuius hoc caſu ſunt ligatæ manus,
cap. 2. de præben. in ſexto, & ſatis oſtendimus *lib. 2.
q. 21. ex num. 184.* Multoquè minus eſt conſidera-
bile ius cuiuſcunquè de facto in beneficij poſſeſ-
ſionem intruſi; quia aut eſt intruſus propria au-
ctoritate, vel etiam cum titulo habito ab inferio-
re; & certum eſt reſeruationẽ (ſaltim vi decreti ir-
ritantis) inficere quemcunquè titulum, & poſſeſ-
ſionem, vt diximus *eo. lib. 2. q. 26. ex n. 1.* ac proin-
de iure merito in huiuſmodi literis conſueuiſſe
apponi decretum poteſtatis apprehendendi poſ-
8 ſeſsionem, ſine † vitio ſpolij, per hæc fermè verba;
*Decernentes nos neminem propterea, ſtante reſer-
uatione huiuſmodi, ſpoliaſſe, nec amotos, & expul-
ſos ſuper ſpolio, aut vnde vi agere poſſe, nec eis
actionem ſpolij competere, neque collationes, proui-
ſiones, aut alias diſpoſitiones, ad colorandum hu-
iuſmodi ſpolium prodeſſe*, vt in formula impreſſa
apud *Garz. par. 6. cap. 3. ſub num. 3.* Idquè ſumma
9 ratione; quia cum iam † ſupponamus hunc intru-
ſum fuiſſe ſpoliatum Iudicis auctoritate, ſatis id
in iure receptum eſt, eidem audientiam denegari,
& in conſequens per eum non poſſe inſtitui reme-
dium aliquod reſtitutorium, vt eleganter deducit
gloſſ. in can. . . in verb. audientia, diſtinctio. 23. ex
cuius doctrinæ penè videtur deſumpta clauſula,
ſeù decretum prædictum.

10 Et ratio rationis eſt, quia is † nõ poteſt colora-
re ſuam poſſeſsionem, vt exigitur in beneficiali-
bus, quemadmodum in hoc articulo aduertit *Pra-
poſ. in eo. can. 1. in vlt. col. ſub num. 55. verſ. tamen
ille, & num. 57. Rota deciſ. 20. de reſtit. ſpol. in
antiq. Caſſad. deciſ. 8. num. 1. & 2. eod. tit.*

Præiudicium verò prouiſi alicuius auctoritate
11 ipſius Papæ, perpetuò conſueuit in eiſdem † literis
præſeruari: licet in concipienda formula præſer-
12 uationis huius, nonnunquàm † diuerſus compareat
ſtylus: Sæpè enim ità ſcriptum legimus, *amotis in-
de, & expulſis quibuſcunquè detentoribus, & in-
truſis, non tamen à nobis prouiſis*: quæ ſanè verba,
13 ſatis † conſtat eſſe perſonaliſsima, ſtarequè nedum
relatiuè, ſed demonſtratiuè ad perſonam ipſius
Papæ loquentis, *Bal. conſ. 374. ſub num. 1. verſ. &
ad hoc lib. 5.* quem ſequitur *Natta conſ. 163. nu. 8.*

Quapropter, olim cum dubitaretur, an ſub hac
14 exceptione † includeretur is, qui foret prouiſus
ab anteceſſore Papæ ita excipientis, dicebatur pro
negatiua, aliud eſſe factum Papæ, & longè aliud fa-
ctum ſui præceſſoris, & hæc verba, *per nos*, à Papa
prolata

Digitized by Google

prolata in mandato de prouidendo, referri ad fa-
ctum per ſuos anteceſſores, vt videtur deciſum
in *cap. literis 39. de reſcrips.* vbi Doctores commu-
15 niter † monēt, conſtituendum eſſe diſcrimen inter
hanc loquutionē Papæ, *per nos*, & hāc, *per Roma-
nū Pontificem*, vt, quemadmodū ex hac poſterio-
ri, non cenſetur contemplata perſona tantū, ſed
dignitas reſcribentis, itá, ex priori perſona tan-
tum, vt in ſpecie ibi voluerunt *Io. Andr. num. 10.
Abb. n. 6. & Imol. ſub n. 1. ad fin. verſ. in ea gloſſa.*

Veruntamen in vna Aquilana Decanatus *6. De-
cembris 1586. coram Blanchetto*, fuit deciſum
16 comprehendi, † vt legitur apud *Marcheſ tom. 1.
pag. 429.* non alia ratione, quàm quiá præmiſſa
exceptio, ſit fundata ſuper hoc honeſtatis prin-
cipio, nè videlicet tertius priuetur commodo
ſuæ poſſeſſionis: quo fit, vt cum iſta ratio æquè
militet in prouiſo à Præceſſore ipſius Papæ, ac in
prouiſo ab ipſomet Papa reſcribente, illa verba
à nobis, vel alia ſimilia, alioquin perſonaliſſima, in-
flectantur ex natura ipſius cauſæ, vt Papa principa-
liter intelligatur in ſe ipſo cōtemplatus Dignitatē
propriam, incidenter verò perſonam, vt ſubtiliter
conſiderat *Anchera. conſ. 327. ſub nu. 3. verſ. item
ſecundo ponderanda eſt cauſa conceſſionis*, nec
17 alia † ratione talia verba, vſquè adeo enixè ad
perſonam reſcribentis, aut in materia exorbitan-
ti, vel etiam indifferenti reſtringamus, quàm vt
nè inde cuipiam iniuria fiat, vt benè deducit *Rut.
praall. conſ. 84. num. 2. lib. 1.*

18 Quæ ratio vt non † eſt perpetua in prouiſis non
ab ipſo Papa, aut illius præceſſore immediatè, ſed
mediatè tantum, cuiuſmodi ſunt Legati de latere,
ita nec ad eos ſe extendit præſeruatio hæc, etiamſi
Clauſula eſſet ampliata ad prouiſos Apoſtolica
19 auctoritate: quiá cum † in Legato concurrat du-
plex poteſtas, ordinaria videlicet, & ſubdelegata,
non omnia quæ ab eo fiunt, poſſunt videri facta
auctoritate Sedis, ſed illa duntaxat, quæ ipſi Sedi
tanquā maiora reſeruata ſunt, ſibiquè ſpecialiter
demandata, iuxta doctrinam *Gemin. in c. ſi Abba-
tem, n. 5. de electio. in ſexto*, quod plenius proſequi-
tur *Gambar. in tracta. de Offic. & poteſt. lega. in
20 exordio, ex nu. 40.* vbi *nu. 42.* factum † Legati,
vult non dici factum Sedis Apoſtolicæ verè, ſed
per interpretationem, & *nu. 43.* reprobat doctri-
nā *Barbatia, in c. mandatum. de reſcript. qui ſub
nu. 8. verſ tu verò conſidera*, nimis effusè pronun-
ciauit, mādatum Legati, eſſe proprium mandatum
Apoſtolicum, ex diſpoſitione *text. in cap. ſi Abba-
tem, 36. de elect.* cuius litera ſi benè perpendatur,
nihil minus probat.

21 Et propterea † ſi exequutioni Breuis concepti
ſub dicta clauſula, *non tamen à nobis prouiſis*, ſe
opponat habens titulum à Legato de latere, non
iuuabitur ea exceptione; quemadmodum de Ca-
pitulo habente vnionem ſibi factam à Legato re-
ſpondit Rota in vna *Salamantina beneficij de
Duenas 31. Ian. 1596. coram Corduba, impreſſa
apud Marcheſ. eo. to. 1. pag. 343.* quam rurſus ſe-
quuta eſt *deciſ. 201. num. 6. par. 2. in recent.*

Ideo ad tollendū omnē ſcrupulum, nonnunquā
22 itá † concipitur clauſula, *non tamen à nobiſmet
ipſis*, vt aduertit etiam *Garz. p. 5. cap. 1. num. 653.*
23 quamuis enim vox illa, † *met*, per ſe nihil ſignificet,
tamen in cōpoſitione auget vim pronominis per-
ſonalis, cui adijcitur, ita vt excludatur vacatio ad
quācunquè Dignitatē, vel Officiū, vt clarè Tullius
inſinuat in *Orat.* in illis verbis, *non de memet ipſo,
ſed de Oratore dico*, occurruntq; paſſim infinitæ lo-
quutiones huiuſmodi, & vim iſtius particulæ pōde-
rauit Rota in iſtis terminis *d. dec. 201. n. 7. p. 2. rec.*

Vſquè adeò autem, ſemper obſeruatur in hac
clauſula cōcipienda, poſſibilitas iuſtæ alterius poſ-
ſeſſionis, ex ceſſatione ſuppoſitæ reſeruationis, vt
data hac poſſibilitate, ſimul etiā præſeruētur pro-
uiſi ab Ordinario: veluti ſi Papa prouiderit, tanquā
de reſeruato ratione menſis inchoato in vita ſui
24 præceſſoris: nam quiá vacāte † Sede Apoſtolica, ſi
contingat vacatio alicuius beneficij in menſe alio-
qui reſeruato; non eſt dubium Ordinarium illud
poſſe conferre, cum iam tunc ceſſet omne impedi-
mentum, vt plenè, & doctè tradit *Gonzal. ad reg. de
menſ. in 5. §. procem. ex n. 1. gloſſ. 12. ex n. 9. et gloſſ.
25 40. n. 3.* (Quicquid ſit, ſi vacaſſet † adhuc viuente
Papa, adeoquè iam iniecto reſeruationis vinculo,
ex Regul. Cancell. 11. quam ponit idem *Gonzal.*
& exornat *eo. §. 5. ex num. 84.*) quia (inquam)
poteſt dari caſus, vt Ordinarius conferat priuſ-
quàm creetur nouus Papa, & per eum facta
26 noua † Regula reſeruatoria menſium, intret ali-
quis menſis reſeruatus, qui capiat beneficium
huiuſmodi, ſecundum opinionem, quam tuetur
idem *Gonzal. eo. §. 5. ex num. 60.* ſi Papa ex
27 hac † ſuppoſita vacatione prouideat, reſtringitur
effectus Breuis, per *exceptionem prouiſorum ab
Ordinario, ante diem aſſumptionis ipſius Papæ*;
Vnde illicò, vt vocatus prouiſus ab Ordinario, cō-
paret, ac docet de prouiſione huiuſmodi, euane-
ſcit Breue cum toto eius priuilegio exequutiuo,
vt fuit reſponſum in *Placentina beneficiorum 2.
Martij 1603. coram Millino* impreſſa, apud *Garz.
d. par. 6. c. 3. n. 28.* quam tamen ipſe minus iuridicè
impugnat, dum non animaduertit, per exceptionē
illam *prouiſorum ab Ordinario antè aſſumptionē*,
qualificari totam clauſulam *conſtito, &c.*

28 Eadem ratione, cùm Papa † prouidet de bene-
ficio vacante in aliqua Diœceſi, cuius Epiſco-
pus habet indultum Apoſtolicum de conferendo
etiam in menſibus reſeruatis; quia datur hæc in-
ſtantia præiudicij legitimi poſſeſſoris, id eſt prouiſi
ab Indultario, per quem poſſit præueniri, rurſus
clauſulam *conſtito, &c.* ita qualificat, vt reſtrin-
gat totam ſuam vim, ad caſum, quo ipſe non ſit
præuentus, per hanc clauſulam, *quibuſcunquè de-
tentoribus, & intruſis poſteriorem datam haben-
tibus*, vt in deciſione *Toletana Beneficiorum 5.
Aprilis 1593. coram Orano, impreſſa* apud *Mar-
cheſ. eo. to. c. pag. 381. num. 1.*

Quanta verò in Romano Pontifice nitet mode-
ſtia, & ſolertia, in præſeruando legitimam poſſeſ-
ſionem aliorum, Tanta (ni etiam maior) eſt libi-
do, & aſtutia nequiſſimorum intruſorum, in ſtruē-
dis cauillis huiuſmodi literis; Quippè comperti
29 ſunt, qui † vbi animaduerterunt ſibi inſtare exe-
quutionem Breuis; beneficium in manibus Papæ
reſigna-

Digitized by Google

reſignarunt, & illico vbi reſignatarius ſe intruſit,
ac ſe exequutioni contra reſignantem intentatæ,
vel etiam intentandæ oppoſuit, ſimul adſtrictus eſt
ſe defendere, ſub clypeo illius Clauſulæ, *non ta-
men à nobis prouiſis*; vt propterea opus fuerit ma-
nifeſtam hanc fraudem prudentum intetpretatio-
ne frangere, intelligẽdo dictam clauſulam de pro-
uiſis à Papa ante Datã ipſarum literarum in for-
ma Breuis, non de prouiſis poſt Datam, vt excuſſo
articulo fuit deciſum in vna *Toletana beneficij de
Almanzares 14. Nouembris 1595. coram Iuſto*,
apud eundem *Marcheſ. d. to. 1. pag. 384.* in qua
fuit receſſum à contraria deciſione priùs facta co-
ram Ortembergo in eodem articulo.
30 Non tamen præcluſa eſt via eiſdem † vtcunquè
intruſis, præueniẽdo expeditionem literarum hu-
iuſmodi in forma Breuis, quando exiſtiment ſe
eſſe legitimos contradictores, pro impedienda
exequutione, cauſam ſuper iactationibus in Rota
committete, quod nullum, vel modicum præiudi-
cium implicat ipſi prouiſo; Auditor enim ex priui-
legio *Clem. Auditor de reſcript.* ad exequutionem
eandem procedit, vt infrà dicetur. Quapropter
de facili etiam Signatura dat commiſſionem; cum
clauſula tamen præſeruatiua exequutionis litera-
rum etiam in forma Breuis; nam ſi Breue iam eſt
expeditum, vtiquè inde eſt præſeruata illius exe-
quutio coram exequutore, cui eſt directum; ad
31 hunc enim effectum eſt inuentus vſus dictæ clauſu-
læ, quia ex ſimplici commiſſione † in Rota, ſunt
qui exiſtimant iuriſdictionem attribui Auditori,
nedum cumulatiuè, cũ Exequutore in literis da-
to, ſed etiam priuatiuè, & hanc ſententiam de fa-
cto ſeruari in Curia tradit *Vitali. in d. Clem. Audi-
tor num. 49. ad fin. de reſcript.* Conſtatquè in eam
inclinaſſe Rotam in vna *Legionen. Canonicatus,
25. Octobris 1584. coram Aldobrandino*, cuius me-
minit *Caſ. de Graſſ. deciſ. 14. num. 9. de praben.*
Propterea, vt dixi, inuentus eſt dictæ clauſulæ
32 vſus, nè in præiudicium † ipſius prouiſi Apoſtoli-
ci, alteretur poteſtas Exequutoris ſibi dati, ſed
per eam præſeruetur iudicium exequtiuum, co-
ram tali exequutore, non obſtante iudicio ordi-
33 nario, *Seraph deciſ. 147. num. 1.* & etiam † inhibi-
tione emanata vigore commiſſionis, *Caſ. de Graſſ.
34 deciſ. 3. de ſent. & re iud.* cum enim Rota † non
inhibeat, niſi iuxta formam commiſſionis, & in
commiſſione poteſtas inhibendi ſit modificata
per dictam clauſulam, vtiquè inhibitio non afficit
poteſtatem exequendi, vt rectè argumentatur Ro-
ta apud *Seraph. deciſ. 1003. num. 2.* cum pluribus
cumulatis in vna *Tullen. Coadiutoria 17. Maij
1628. coram bo. mem. Franciſco Vbaldo*.
35 Quod procedit, etiamſi † clauſula eſſet modi-
ficata pet hæc verba, *quatenus exequutioni lo-
cus ſit*; nam cognitio hæc, an ſit, vel ſecus locus
exequutioni, non pertinet ad eum, cui eſt directè
commiſſa, niſi poſtquam exequutor fuerit officio
ſuo functus, vt fuit reſponſum in *Oritana Paro-
chialis, 12. Decembris, 1597. coram Peregrino, im-
preſſa apud Marcheſ. to. 1. pag. 964.*
36 Neque diſtinguitur inter formam † hanc, *ſine
præiudicio exequutionis literarum*, & hanc, *ſine
præiudicio literarum*, diuerſitas enim iſta reſpicit
vſum Signaturæ, quæ priori forma vtitur, dum ex
narratis in commiſſione colligit iam fuiſſe exe-
quutionẽ decretã, poſteriori verò, dum ſibi ſigni-
ficatur adhuc non decretam, imò nec tentatam,
ſed nihil remittit de efficacia, & virtute in præſer-
uando ſemper facultatem exequendi, non obſtan-
te quacunquè inhibitione, vt optimè obſeruauit
Reuerendiſſ. D. Coccinus Rotæ Decanus *dec. 144.
num. 8. & in hac ſpecie, fuit reſponſum in ſuperiùs
allegata Tullen. Coadiutoria*.
Ceſſat autem tale præiudicium, ſi literæ adhuc
37 non ſunt expeditæ, nequè tunc, vis iſtius † clauſulæ
præſeruatiuæ, poteſt trahi ad futuras literas, quæ
adhuc non ſunt in rerum natura, *vulg. l. eius qui in
prouincia ff. ſi cer. pet.* vt in iſtis terminis huius cõ-
trouerſiæ fuit deciſum in vna *Valiſoletana Schola-
ſtria 5. Iunij 1599. coram Cardinali Horatio Lã-
cellotto*, quæ legitur impreſſa apud *Marcheſ. to. 1.
38 pag. 294.* in reſcriptis † enim, præcipuè ad lites, hoc
iure vtimur, nè oratio indeterminata extẽdatur ad
futura, vt per *text. in c. vlt. de reſcript.* docet *Abb.
in cap. quæ circa 22. nu. 5. verſ. ad idem de priuil.*
39 Et ſanè, ratio iſtius † vſus Signaturæ, ſumma Iu-
ſtitia & æquitate nititur: quandoquidem ſi proui-
ſus Apoſtolicus iã expedierit literas directas cer-
to exequutori, dum contradictor prætendit cau-
ſam in hoc eodem articulo exequutionis alteri
committi, ei refragatur duplex iuris regula, vna,
nè gratia Apoſtolica alteretur, quam decet eſſe
manſuram, iuxta regulã *decet*, eſt autem certi Exe-
quutoris datio pars ipſius gratiæ, *c. ſi ſuper gra-
tia, de Offic. deleg. in ſexto*, & altera, vt cuiquè ſua
integra ſit iuriſdictio: videtur enim inſerri Iudici
ſemel dato quædam iniuria, dum ab eo cauſæ co-
gnitio auocatur; atquè implicat nedum præiudi-
cium partis, ſed etiam ipſius Iudicis, cuius læditur
maieſtas; Qua etiam ratione, ſi lite pendente in
40 Rota † ſuper beneficio, alter ex collitigãtibus no-
uam eiuſdem beneficij impetrationem faciat, ex-
pediatquè literas directas certo alteri exequuto-
ri, vtiquè ille Exequutor non poſſet procedere
ad exequutionem, citra vitium attentati, etiamſi
41 facta ſit mentio litis, ſufficit enim iſta mentio † ad
remouendum obſtaculum, nè lite pendente liceat
ſupplicare, *Caſſad. deciſ. 18. num. 6. de praben.* ſe-
cus verò ad effectum, vt inde videatur auocata iu-
riſdictio à Rotæ Auditore, vt concludit *Reueren-
diſſ. D. Coccinus deciſ. 443. num. 4. & 5.*
42 Exigitur enim † ad hunc effectum nedum narra-
tio litis, ſed proceſſus, & quod Princeps, cui ſoli
hæc facultas eſt reſeruata, *Franc. in c. vt debitus
nu. 36. de Appellat.* id decernat ex certa ſcientia,
43 ob † iuris reſiſtentiam, *Aegid. deciſ. 46. Couarr.
qui alios allegat, pract. quæſt. c. 9. nu. 5.* & hæc ea-
44 dem ſententia, quod † huiuſmodi exequutio ſic
attentata, fuit latiùs cõprobata in vna *Terdonen.
Parochialis 13. Maij 1616. & 13. Iunij 1618. co-
ram Eminentiſſ. D. meo Card. Io. Baptiſta Pam-
philio*, & me etiam informante, in vna *Lunen. Sar-
zanen. Iuriſpatronatus 4. Decembris 1620. coram
Remboldo*, In qua poſteriori exequutor proceſſe-
45 rat etiam ad remotionem † ſequeſtri Rotalis, &

pto

pro excuſatione ab attentatis proponebatur con-
ſenſus eius, qui obtinuerat illud apponi, Rota ve-
rò eum reiecit, quià implicabat nedum præiudi-
cium alterius tertij collitigantis, cuius intererat
ſequeſtrum durare, adeo vt concordia aliorum de
nihilo inſeruiat, *Rota in recen. deciſ. 136. num. 2.*
par. 2. ſed etiam præiudicium litis pendentiæ, qua
46 durante † non poteſt ſequeſtrum relaxari, *Clem. 1.*
de ſequeſtr. poſſ. & fruct. Guidob. deciſ. 120. Vt li-
47 *te penden.* conſueuitquè his caſibus Rota † illico
poſſeſſionem nouo ſequeſtro ſubijcere, *Rota d.*
deciſ. 136. num. 4.

Huic autem ſtylo Signaturæ, quàm aptiſſimè
reſpondet ſtylus Secretarij Papæ in concipienda
forma Breuis in ea parte, qua derogatur liti; nam
quatenus lis adhuc non ſit formata per citationē,
& inhibitionem exequutam, illius rationem mi-
nimè habet, cum nec videri poſſit adhuc lis mota,
ex his quæ ſcripſimus *lib. 2. quæſt. 20. ex num. 14.*
48 at ſi lis narretur (prout † narrari debet, cum aliàs
conceſſio Breuis iudicetur ſubreptitia, vt viſa eſt
ſentire *Rota deciſ. 469. num. 1. par. 3. lib. 3. diuerſ.*
& poſtmodum apertè cenſuit in *Vrgellen. Archi-*
diaconatus 13. Aprilis 1592. coram Penia) in
clauſula remotiua obſtantium, inferit remotio-
nem quarumcunquè inhibitionum, ſed modifi-
49 catè ſub hac † forma, *non obſtantibus inhibitio-*
nibus decretis, non tamen exequutioni demanda-
tis: quæ clauſula, habet hanc vim, vt ſi inhibitio
Rotalis, tempore Datæ breuis, ſit ſimpliciter de-
creta (quemadmodum conſueuit decerni, vnà cum
citatione, pro introductione Iudicij) ſed necdum
exequuta per apprehenſionem perſonæ, inde im-
pediatur exequutio Breuis coram ſuo exequuto-
re: at ſi iā ſit exequuta, nulla ſit attributa poteſtas
exequutori huiuſmodi, *Caualer. deciſ. 40. ſub n. 1.*
verſ. nec poteſt dici, ſed funditus ea ſit deſtitu-
tus, adeo vt ſi coram eo fiat examen teſtium, in
50 tantum † ſit nullum, quod deneganda ſit ſanato-
ria, vt in eadem deciſione firmatur *n. 2.* nō obſtan-
te quod ſint data interrogatoria, & obtēta Com-
miſsio ſanatoria arbitrio Rotæ; quia licet hoc caſu
51 remittatur † eius rigor, ex *Creſcen. deciſ. 4. n. 3. de*
52 *teſtib.* & dicetur *inf. n. 118.* tamen procedit, ſi † nec
etiā deficit totaliter iuriſdictio, prout deficere vi-
detur hoc caſu propter dictā clauſulā præſeruati-
uam inhibitionis Rotalis contra Breue, vt in eadē
cauſa decidit *Rota apud ipſū Caualer. dec. 63. n. 3.*
53 Quocirca, multo minus tunc † operatur clauſu-
la, de qua ſuperius dictum eſt, facultatis nimirum
apprehendendi poſſeſſionem ſine vitio ſpolij, niſi
ſit extenſa per hæc verba, *etiam lite pendente, &*
ſine vitio attentatorum, vt declarat *Verall. dec. 70.*
& 71. par. 1. & deciſ. 180. ex n. 1. & per to. par. 3.

Ex hoc eodē principio, videlicet non lædendi ius
54 tertij profluit, ſi prouiſus, literas † principales iam
præſentaſſet coram earum Exequutore, hic verò
pronunciaſſet illas non eſſe exequibiles, multo mi-
nus licere huic proniſo Apoſtolico, expedire lite-
ras in forma Breuis, nec eas in aliquo ſibi ſuffra-
gari, niſi nedum litis, ſed etiam ſententiæ prædi-
ctæ, vel decreti huiuſmodi in illis expreſſam men-
tionem feciſſet, vt excuſſo articulo fuit deciſum in
Nouarien Canonicatus 12. Februarij 1593. coram
Cardinali Hieronymo Pamphilio, impreſſa apud
Marcheſ. to. 1. pag. 451. num. 1.
55 Quod ſanè, non ſolum † verum eſſe perſpicio,
vbi talis conceſſio implicat præiudicium tertij, in
cuius fauorem pronunciatum foret, vt in his ter-
minis loquitur ea deciſio, verū etiam ſi dumtaxat
implicaret præiudicium ipſius Eccleſiæ, putà quià
nullo certo contradictore exiſtente, exequutor ta-
men pronunciaſſet literas non eſſe exequibiles, tā-
56 quam obreptitias, vel ſubreptitias: videntes † enim
poſtea alij eundem ſubreptorem, vel obreptorem,
non purgato eo vitio, ſui voti compotem fieri, &
quodammodo gloriari de propria malitia contra
Iudicis decretum, ſcrupuloſo corde cōmouerentur,
quod ſolum ſufficit, vt non videatur veriſimile,
ſi hoc ſciuiſſet, Papam literas in forma Breuis con-
ceſſurum, vt ex *can. 1. 16. quæſt. 7. colligit Card.*
conſ. 96. ſub num. 4. verſ. nec deeſſet: ſufficit enim
57 veriſimilitudinis † argumentum hac in re, vt latè
proſequitur *Socin. Iun. conſ. 77. ex num. 94. lib. 1.*
& proptereà, dicta deciſio, dum intulit præiudiciū
tertij, ad cuius fauorem emanauit decretum, id
conſiderat ampliatiuè per dictionem, *præſertim*,
vt patet ex eius lectura.
58 Nihili tamen † fieret hac in re, ſola extraiudi-
cialis controuerſia, vt conſiderat Rota apud *Re-*
uerendiſſ. D. Coccin. deciſ. 89. ex num. 10. verſ. ſub-
reptio autem, cum ſeq. vſquè ad fin.

Proficiſcitur hinc forma procedendi ad exequu-
tionem huiuſmodi literarum in forma Breuis; quæ
59 non † ſecus ac aliæ, quæ expediuntur ſub plumbo,
verè ac propriè dicantur literæ Apoſtolicæ, vt latè
docet *Gomeſ. in ſuo paruo tracta. de Breuib. ex*
60 *num. 5.* nuncupationem † hanc ſortitæ, ex breui,
& conciſa oratione, ſub qua concipiuntur, per
relationem, aut ad ſupplicationem, quæ his
olim frequentius includebatur, vt ibi per eum,
ſub *num. 9. ad med. verſ. ſecunda huius opuſculi*
pars; aut ad aliam diſpoſitionem prius factam per
modum præcepti, vt fit in hac materia beneficiali,
quaſi breuiter, & ſine apparatu quid ſimpliciter
61 mandetur; vt in ſimili dicimus, breue † teſtamen-
tum, quod breuiſſimo verborum numero, comple-
ctente hæredis inſtitutionem, conficitur, in *l. 1. de*
inoff. teſtam. ſecundum *Bal. in cap. 1. in princ. n. 3.*
de controuerſ. inueſt. quod exiſtimarunt *Gomeſ. lo-*
co præcita. ſub num. 9. verſ. & iſta via breuium,
Rebuff. in prax. tit. de bre. Apoſtol. num. 18. Vndè
62 per ſolum † Secretarium conſueuerunt expediri,
ſuperimpoſito ſigillo Annuli Piſcatoris, quod latè
proſequuntur præcitati, & *Staphil. de reſcript.*
Apoſt. in forma Breuis num. 3. & 4. Tholoſ. ſyn-
tagm. iur. lib. 17. cap. 15. ex num. 13.
63 Neque enim minus quàm † aliæ, regulentur
iuxta terminos *l. vlt. C. de edict. diu. Adria. tollen.*
in reijciendo omnes exceptiones requirentes al-
tiorem indaginem, *Reuerendiſſ. D. Coccin. de-*
64 *ciſ. 225. num. 3. & 4.* habentquè † exequutio-
nem paratam, *Rota deciſ. 756. num. 4. par. 2. in*
65 *recen.* imò paratiorem, cùm cenſeantur † proceſ-
ſiſſe ex quadā poteſtatis plenitudine, vt non ſecus,
ac ſi eſſent expeditæ per Cameram, conferāt ma-

iorem

iorem licentiam, *Gomeſ. loco praall. nu 9. verſ. & propter iſtã maiorẽ licentiam, Pute. dec. 149. lib. 1.*
66 Olim itaquè in formandis † literis huiuſmodi reſpectu prouiſorum Apoſtolicorum, illis introclu-
ſa ſupplicatione, mandabatur tradi prouiſo poſſeſ-
67 ſionem beneficij, vt ità euitaretur † exceptio Regulæ, *de non iudicando iuxta formam ſupplicationis, Gomes. loco praecitat. ſub num. 13. verſ per breue etiam, Staphile. loco itidem praecitat. §. 1. incip. datur per Breue, num. 3. & 4.*

Hodiè verò, eo vſu penitus antiquato, ſi adhuc literæ principales ſub plumbo, non ſint expeditæ, velitquè prouiſus hoc maximo commodo frui, ſupplicationem regiſtratam defert ad Secretariũ, qui vbi ex eius lectura aduertit, gratiam eſſe factã tanquam de reſeruato, pro qualitate expreſſæ reſeruationis minutam conficit, & iuxta illam expediri iubet literas in hac forma Breuis, de capiendo poſſeſſionem nomine Cameræ Apoſtolicæ, ſub decreto de cedẽdo eandem poſſeſſionem ipſi prouiſo, vbi literas expedierit, vt legitur in ſuperiùs inſerta Conſtitutione Gregoriana; ſin verò, prouiſus iam literas expedierit, vereatur autem ſibi moram fieri in iuſtificatione narratorum, longiuſquè trahi proceſſum, dantur ei literæ, ſub alia diſpoſitiua, vt immediatè ipſi prouiſo tradatur poſſeſſio, quo fit, vt vbi tales literæ exhibentur exequutori in eis deputato, iam de alio non quæratur, quàm reſpectu formæ extrinſecæ, an ſint ſigillatæ conſueto ſigillo Apoſtolico; & reſpectu intrinſecæ, ſub qua verborum ſtructura conceptæ
68 ſint, quia ita reputantur † authenticæ, & originales, nec audiretur qui aſſereret eas diſcrepare à minuta, iuxta *Pute. deciſ. 279. num. 1. & per to. lib. 2.*

Et hæc quidem eſt forma conſueta, & ordinaria ſub qua expediri ſolent, quæ tamẽ nihil remittit de onere iuſtificationis cauſæ, ſuper qua fundantur,
69 videlicet ſubiectæ reſeruationis, itavt † hæc ex toto reddatur certa, ex plenis, integris, & releuantibus probationibus, cui nõ aduerſatur clauſula, *breuiter, & ſummarie, &c.* vt latè tradit *Gonzal. ad regul. de menſ. in §. 7. procem. ex n. 216. & gloſ. 9. in annot. n. 257. & gloſ. 11. ex n. 98.* & ſæpiſſimè fuit deciſum, vt refert *Caualer. deciſ. 597. num. 2. & fuſius Beltram. ad Greg. deciſ. 53. num. 3.*
70 Adeo quod iuſtificatione huiuſmodi † neglecta, exequutio reputetur ſpoliatiua, nec quicquam operetur clauſula facultatis nanciſcendi poſſeſſionem, ſine vitio ſpolij, de qua ſuprà dictum eſt, quod fuit reſponſum in *Vteen beneficij Sancti Martini. 21. Februarij 1600. coram Cardinali Hieronymo Pamphilio,* impreſſa apud *Marcheſ. to. 1. pag. 345. num. 2. & 3.* & repetitur *pag. 428. Reuerendiſs. D. Coccin. deciſ. 225. num. 8.*
71 Eæ namq; vt omnes † aliæ clauſulæ promouentes earum exequutionem, pendent à verificatione principalis ſuppoſiti, circa reſeruationem narratam, & ideo ea non iuſtificata, corruunt, niſi literæ ſint conceſſæ *motu proprio*, aut cum clauſula, *nè poſſit dari de obreptione, vel ſubreptione*, quæ poſterior ſola nec ſufficit, niſi concurrat clauſula, *ſublata*, &c. vt fuit deciſum in *Hiſpalen. Beneficij de Xeres 6. Nouembris, 1602. coram Litta*, apud eundem *Marcheſ. tom. 2. pag. 432. per to.* quæ tamen ibi minus eſt integra.
72 Hincquè inualuit frequens vſus † Signaturæ reſcribendi in huiuſmodi materia, quæ ſi aduertit reſeruationem eſſe turbidam, cauſam grauaminis, aut ſimpliciter in Rota committit, aut reſcribit cum clauſula arbitrio Rotæ, per quam ſuſpenditur exequutio, vt commemorat *Reuerendiſſ. D. Coccinus ead. deciſ. 225. num. 7.*

Vt autem hinc percipiatur, qualiter ſuppoſita reſeruatio redatur turbida; eſt aduertendum, to-
73 tam eius vim † conſueuiſſe reſtringi per Papam, ſub vna clauſula, *conſtito, &c.* vt ſuprà dictum eſt, qua verificata, ſatis dicitur totum Breue iuſtificatum, pro obtinenda exequutione, etiam ſi nihil aliud ex narratis verificetur, veniunt enim cætera reijcienda ad iudicium ordinarium, iuxta *Ancher. conſ. 297. ſub num. 9. verſ. & hoc maximè*, quod in his terminis ſæpius canonizauit Rota, præcipuè in *Papien. Prepoſitura 30. Maij 1611. coram Ortembergo, Rota deciſ. 45. num. 1. par. 2. diuerſ. & par. 2. recen. deciſ. 580. ex num. 6. & deciſ. 691. num. 1.*
74 Exigitur autem † citatio poſſeſſoris, iuxta terminos *text. in c. licet Epiſcopus, de praeben. in ſexto*, aliàs totus proceſſus eſſet nullus, nequè impediretur poſſeſſori, quantumcunquè intruſo manutẽtio, niſi etiam ſe habuiſſet pro ſpoliato, vt benè deducit *Seraph. deciſ. 1041. num. 1. 2. & 3.*
75 Promouetur autem † hoc ordine; & primum quidem præſentantur literæ originales exequutori, cum aliàs nequeat eius iuriſdictio firmari, *l. ſancimus C. de diuerſ. reſcript.* & latè deducit *Bellam. deciſ. 110. ex num. 3.* multos in hanc rem cumulat *Ferret. conſ. 75. num. 4. Rota deciſ. 69. nu. 1. par. 1. diuerſ. & in recen. deciſ. 143. num. 2. par. 1.*
76 Mox, præmiſſa citatione † per contradictas cõtra omnes ſua intereſſe putantes, ſummariè recipiuntur probationes ſuper verificatione clauſulæ *conſtito, &c.* hacquè confecta, decernitur duplex prouiſio extra Curiam, ſub vna tamen expeditione, & cũ inſertione literarũ ipſius Breuis: vna, qua exequutor, (qui ordinariè eſt A. C.) ſub enunciatiua, quod corã ipſo iam priùs verificata fuerit dicta Clauſula, ſubdelegat alios exequutores in partibus, quibus præcipit, vt prouiſum, vel Commiſſarium eiuſdem Cameræ Apoſtolicæ, (pro diuerſitate formæ, de qua ſuprà dictum eſt) in poſſeſſionem immittant; expulſis, & eiectis omnibus intruſis, præterquàm ſi ſunt prouiſi à Papa; Altera, vt iidem moneant omnes intruſos, ſub cenſurarum, aliiſquè penis, &c. vt debeant ab intruſione, & occupatione deſiſtere, aliàs compareant intra certum tempus coram ipſo A. C. ad videndum declarari ſe incidiſſe in cẽſuras, & pœnas huiuſmodi. Quæ prouiſiones, omnino ſunt diſcretæ, pro diuerſitate vſus in earum applicatione; nam ſi poſſeſſio vacans ſit, prouiſus, vel Commiſſarius immittitur in poſſeſſionem, compellunturq; ij ad quos pertinet, eidem de fructibus reſpondere, prout præcisè mandatur: ſi verò ſit occupata, in vim poſterioris prouiſionis, nihil aliud per ſubexequutores fit, quã

moncre

monere intruſos, qui ſi compareant, ſpontèq; poſ-
77 ſeſſioni † cedant, ad immiſſionem proceditur, in
vim prioris prouiſionis, vt fuit reſponſum in *Tu-
den. Paroebialis Sanctæ Chriſtinæ. 4. Nouembris
1592. coram Cardinali Hieronymo Pamphilio,*
quam reſcribit *Garz. in ſupracit. par. 6. c. 3. n. 44.*
78 ſin minus, † nihil deinceps attentãr, ſed reſoluũtur
literæ per A. C. decretæ, in vim ſimplicis citatio-
nis: vnde ſi ad traditionem poſſeſſionis procedere-
tur, immiſſio non poſſet excuſari ab attentato, vt
per eundem *Garz. eo. cap. 3. num. 41. Lancellot. de
attenta. par. 2. in præfatio. cap. 4. num. 47.* & tàm
per viam attentati, quàm per viam manutentionis
ſubueniretur intruſo, non obſtante deductione re-
ſeruationis, vt ita fuit reſponſum in vna *Regmen.
beneficij 16. Februarij 1596. coram Litta.*

Reſolutis igitur huiuſmodi literis in citationẽ, ſi poſſeſſor monitus, compareat, ſeruatis ſeruãdis, ideſt eo citato in quocũquè actu, ſin ſecus, eodem citato per cõtradictas, proceditur ad exactam iuſtificationem Clauſulæ *conſtito, &c.* per veras, certas, & concludentes probationes, vt iam dictum eſt; hæc enim eſt differentia circa hunc iuſtificationis articulum, cùm obijcitur illius defectus, vt
79 tametſi † illa omnino exigatur plena, etiam eo ca-
ſu vbi non adeſt contradictor, vt fuit reſponſum in *Abulen. beneficij 26. Iunij 1609. coram Penia*; attamen plurimum fit diſcrimen inter caſum quo id obijcitur ex parte poſſeſſoris, qui debuit citari ad effectum, vt ſibi decernatur immiſſio, & caſum, quo id obijcitur per ſimplicem contradictorem ſine poſſeſſione (qualemcunquè obtẽdat titulum) ad effectum, vt ipſi prouiſo Apoſtolico, iam poſſeſ-
ſionem in vim Breuis adepto, detur manutẽtio. Si-
80 quidem vt primo † caſu exceptio legitima repu-
tatur, ita poſteriori reputatur illegitima, cum reſpectu eius, qui non poſsidet, in hoc iudicio non quæratur de Iuſtitia poſſeſſionis *l. 2. ff. vti
81 poſſide.* ſat enim eſt eum poſſeſſoris † locum te-
nere, vt manuteneatur, *l. Attilius Regulus 27. ad fin. de donatio.* ſaltim Iudicis officio, quod eſt conſultius, vt ibi docet *Caſtren. ſub num. 5. verſ. certè etiam poſſeſſorium*, quem ſequitur *Nauiza. conſ. 80. ſub num. 3. verſ. & dicit Paulus*, & de communi *Syluan. conſ. 27. num. 3. cumſeq. Didac. practic. quaſt. cap. 17. paulo ante num. 6. verſ. tum ſanè, Menoch. de retinen. poſſeſſ. remed. vlt. num. 18. Seraph. deciſ. 582. num. 5.* & in iſtis præciſis terminis exequutionis Breuis, fuit, me ſcribente, reſponſum in *Neapolitana beneficij 5. Iunij 1628. coram Eminentiſſ. D. Card. Virili*, in qua ideo, exceptio hæc plenæ iuſtificationis, fuit in petitorium reiecta.
82 Præcipuè cùm vbi † ſupponitur capta poſſeſsio
auctoritate Subexequutoris, non poſsit videri, niſi iuſta; iuſtè enim poſsidet, qui Prætore auctore poſsidet, inquit *text. in l. iuſtè poſſidet 11. de acq. poſſeſſ.* quod etiam in eodem articulo ponderauit Rota in ea ipſa cauſa *Neapolitana beneficij 10. May 1621. coram Remboldo.*

Præmitti autem oportet, primùm omnium
83 regiſtratio † ipſarum literarum originalium in
actis, aut per reproductionem monitorij, in quo eæ fuerunt inſertæ, aut per ſimplicem earundem productionem, parte de more citata, ad dicendum contra iura in forma, vt inde iuriſdictio firmetur; nec enim creditur ſatisfactum menti iuris expetentis productionem originalis reſcripti, niſi per inſinuationem, vt dicit *text. in præall. l. ſancimus*, ideſt per publicationem, vt explicat ibi *gloſſ. in verb. inſinuatur.* Intelligitur verò id tunc fieri, cùm parte citata, vel aliter præſente regiſtrãtur literæ penes acta, *Bellame. in cap. cum in Iure peritus, ſub num. 8. verſ. communis autem practica, de offic. delegat.* quam doctrinam canonizauit *Rota in vna Tuden beneficij del Roſal, 10. Maij 1595. coram Corduba.*
84 Adeò vt, ſi omitteretur † actus hic ſolẽnis, haud
quaquam poſſet iuſtificari per teſtes, *Innocen. in cap. cum olim, il primo. ſub num. 4. verſ. alij autem in delegato de Priuileg. Bellam. in ſupracit. deciſ. 110. num. 15.* & fuit reſponſum in eadem *Tuden. Beneficij de Roſal. 9. Iunij eiuſdem anni 1595. coram eodem Corduba.*

Mox proceditur ad iuſtificationẽ clauſulæ *conſtito*, ſecundum ea quæ ſuprà dicta ſunt; circa quã eſt aduertendum, ſub ea nonnunquam miſceri, aut explicitè, aut implicitè aliquid, quod ius ipſum præſumit; Cuiuſmodi eſt, defunctũ obiuiſſe in poſ-
85 ſeſſione beneficij; quippè hoc caſu, ſi prouiſus † iu-
ſtificet defunctum ſemel nactum fuiſſe poſſeſſionem, talis poſſeſſio præſumetur continuata vſquè ad obitum, *Rota deciſ. 4. de probat. in no.* cum alijs
86 per *Gregor. deciſ. 166. num. 9.* niſi doceatur † me-
dio tempore fuiſſe naturalem poſſeſſionem occupatam per aliquem, vt latè deducit *Beltram.* ad eiuſdem *Greg. deciſ. 307. num. 24.*
87 Hoc enim caſu, † cùm ciuilis, in qua conſeruatur
naturalis, & quæ ideo dependet ab animo, *l. 3. §. in amittenda, de acq. poſſeſſ. cum ſimil.* non poſſit allegari per tertium, præſumptio hæc eundem tertium non poteſt iuuare, vt optimè declarat *Abb. in c. cum ad ſedem 15. n. 16. de reſtit. ſpoliat. Alciat. de præſumpt. reg. 2. præſ. 21. nu. 2. Menoch. eod. tract. lib. 6. præſump. 64. ſub n. 38. verſ. ego opinor*, & fuit reſponſum in *Leodien. beneficij 11. Decemb. 1619. coram Reuerendiſſ. D. Coccin.* cuius meminit & quam ſequitur *Caualer. deciſ. 531. n. 5. & Bellam.
88 loco ſupracit.* prætcrquàm ſi iſte † tertius habeat
ſubrogationem gratioſam ad poſſeſſionẽ defuncti, cùm tũc nequeat videri merus tertius, vt per *Beltram. ſub 10. n. 24. verſ. verum quicquid dicendum ſit*, vbi plures deciſiones accumulat, quibus poteſt addi alia, in *Placentina Canonicatus 26. Nouembris 1593. coram Orano, & Hiſpalen. beneficij 1. Iunij 1597. coram Gipſio, quas retulit, & ſequuta eſt eadem Rota in recen. par. 1. deciſ 321. num. 4.*
89 Sufficiet ergò prouiſo, pro † iuſtificatione Clau-
ſulæ, *conſtito*, in hoc puncto iſta iuris præſumptio, vt in his præciſis terminis reſpondit Rota in *Illerden. beneficij 17. Octobris 1597. coram Penia.*
90 Eiuſmodi quoquè eſt, dùm, narrata † vacatione
beneficij extra Curiam, in menſe aliàs ordinario, verùm Epiſcopali ſede vacante, indequè reſeruato ex *reg. 2. Cancell.* clauſula prædicta ita cõcipitur, *Conſtito, quod collatio, & omnimoda diſpoſitio beneficij*

Digitized by Google

beneficij huiuſmodi, dùm vacat, ad Epiſcopum pro
tempore exiſtentem pertineat &c. Nam quamuis
91 in vna † *Elnen. beneficij 19. Decembris 1614. co-*
ram Archiepiſcopo Seleucien. aliqui ex Dominis
in ea eſſent ſententia, vt foret neceſſaria iuſtifica-
tio ipſius omnimodæ pertinentiæ collationis, &
diſpoſitionis, aliter quàm per iuris præſumptio-
92 nem, veluti poſitæ † ſub conditione, *l. Lucius Ti-*
tius, vbi Doctores, de condit. & demonſtrat. Felin.
in rubr. n. 3. & ibi quoquè Dec. nu. 153. de probat.
Grat. conſ. 10. num. 11. lib. 2. Parıſ. conſ. 45. nu. 8.
lib. 4. Rolan. conſ. 65. num. 21. lib. 4.

Neque videretur admittēda reſpōſio, omnia be-
neficia pręſumi ad collationē Epiſcopi Diœceſani
pertinere, *ex can. omnes Baſilicæ 16. quæſt. 7.* cum
alijs per nos adductis *lib. 2. quæſt. 2. num. 3.* cùm
93 iſta præſumptio non ſufficiat † pro fundanda inten-
tione Actoris, *Seraph. deciſ. 1171. num. 2. & deciſ.*
94 *1249. num. 3.* nequè præſumptio iuris † propriè
dici poſſit probatio, vt ex ponderatione *text. in l.*
vn. C. ſi tab. Teſtam. null. extab. docuit *Roman.*
in l. 1. ſub num. 7. verſ. an autem talis probatio, C.
de teſtam. mil. & diximus *eo. lib. 2. quæſt. 43. n. 62.*
itaquè etiam videretur ſenſiſſe Rota in vna *Gerun-*
den. beneficij 31. May 1600. coram Corduba.

Nihilominùs, in repropoſitione eius cauſæ *El-*
nen. beneficij 1. Iulij 1615. contrarium fuit reſo-
lutum, vt legitur in *recen par. 2. deciſ. 756. num. 4.*
nam licèt præmiſſa veriſſima ſint, tamen eſt aduer-
95 tendum † per clauſulam *conſtito &c.* Papam non
cenſeri remouere ab actore facultatem iuſtifican-
di ſuppoſitum ſub ea complexum, prout illud eſt
iuſtificabile ſecundum ius commune, quia non ita
concipitur clauſula, *conſtito per teſtes*, aut *per In-*
ſtrumenta, aut *per confeſsionem*, ſed ſimpliciter,
& propterea non excludit modum iuſtificandi hāc
circumſtantiam, ſecundum iuris Regulas; dùm er-
gò dicit Actor, omnimoda collatio, & diſpoſitio
huius beneficij pertinet ad Epiſcopum Diœceſa-
num, quia lex iſtud diſponit *in can. omnes Baſili-*
cæ 16. quæſt. 7. certè ſatis plenè, & concludenter
96 intentionem † ſuam probat, non præſumptiuè, ſed
verè, vt optimè aduertit *gloſſ.* quæ ſeparat vim
iſtius modi probandi ex iuris diſpoſitione, & mo-
dum ſimpliciter præſumendi, poſito exemplo in
diſpoſitione *d. can. omnes Baſilicæ, in can. vlt. in*
verb. accuſator, verſ. item cum Actor, 6. quæſt. 5.
& in cap. vn. §. cùm enim, ſuper verb. Actore, quā
ibi extollunt Butr. ſub num. 24. verſ. tunc conclu-
de, Io. de Imol. ſub n. 18. ad fi. verſ. quintus eſt, qui
æquiparat probationem ex facto, & ex iure, *Io. de*
Anan. n. 21. & alij paſsim, Vt Eccleſ. benef. ſin. di-
min. confer, Pacian. de probat. lib. 1. cap. 8. nu. 5.

97 Nequè iſte modus † probandi reijcitur, etiam
reſpectu ſubiecti, cuius probatio eſt poſita ſub
conditione, vt patet exemplo ſubſtitutionis factæ
Titio, *ſi deceſſerit ſine liberis;* nam quia lex fundat
98 intentionem ſubſtituti in hoc, quod † cenſeatur
defunctus deceſsiſſe ſine filijs, *in l. ex facto, 17. §.*
ſi quis autem, ff. ad S. C. Trebell. ſatis hinc dicitur
99 probata † eius intentio, eo ipſo, quod iuſtificatur
grauatum deceſsiſſe, vt conſuluit *Alex. conſ. 39. ex*
num. 1. lib. 1. Pute. deciſ. 43. lib. 1. quod fuit latiſ-
ſimè firmatum in *Romana fideicommiſſi 17. No-*
uembris 1617. coram Remboldo.

Non ergò hoc caſu, fit vis ſuper præſumptione
iuris ſimpliciter, ſed ſuper diſpoſitione iuris; &
100 propterea † ſi Reus in contrarium aliquid afferat,
tunc oritur turbiditas, ex iure ſingulari; quò vi-
detur reſpicere ſummus Pontifex, dum ponit hanc
circumſtantiam, ſub Clauſula *conſtito*; quia ſcili-
cet velit tunc, per prouiſum turbiditatem omnem
remoueri, nec priùs mitti exequutioni Breue,
quàm vbi liquido conſtiterit exceptionem Rei
prorſus in hac parte eliſam; & hoc eſt, quod fuit
reſponſum in *præcit. Gerunden beneficij 31. Maij*
1600. coram Corduba, itaut ceſſet titubatio, cir-
ca ſubſiſtentiam *dicta deciſ. 756. n. 4. par. 3.* quam
mouit Beltram. *ad d. Greg. deciſ. 53. nu. 4. & 5.*

101 Et hinc eſt, quod † vbi ius commune non aſſi-
ſtit Epiſcopo, in hac pertinentia omnimodæ col-
lationis, ſuper qua eſt fundata reſeruatio *d. reg. 2.*
ſed potius ex qualitate ſubiecti, aut ius commune
defetat conſuetudini, aut cōtrarium diſponat, ve-
luti in Canonicatibus, & præbendis Cathedraliū,
ex his quæ ſcripſimus *lib. 2. quæſt. 21. ex n. 1.* ſi Pa-
pa deprehendat, ius ſingulare ſtare pro Epiſcopo,
non inijcit onus illud iuſtificandi prouiſo ſuo per
modū conditionis, ſub hac clauſula *conſtito*, abſo-
lutè, ſed relatiuè, ad explicationē faciendam in li-
teris principalibus, nequè ideo hoc caſu prouiſus
id verificare tenetur, vt pro maiori parte cenſuit
Rota in *Abulen. Canonicatus, & præbenda, 24.*
Nouembris 1578 coram Rubeo, quam reſcripſit
Garz. de benef. par. 6. cap. 3. num. 26.

102 Eſt tamen verum, adhuc † poſſe per Reum pro-
bari contrarium, & tunc de plano intrare effectū
dictæ clauſulæ *conſtito;* hacquè ratione cenſeri de-
negatam facultatem exequēdi, propter exceptio-
nē, quam habet in ventre, tàm ipſum Breue, quàm
Regula 2. Cancell. idemquè prorſus dici, ſi ex-
cipiatur de iurepatronatus, ſiuè laicali, reſpectu
aliarum reſeruationum, ſiuè etiam Eccleſiaſtico
reſpectu reſeruationis *d. Reg. 2. Cancellariæ.* In
qua inuigilare debet Reus, quippe ſi eam negli-
geret, & procederetur ad exequutionem Breuis,
non poſſet prætextu patronatus poſtmodum iuſti-
ficati, reuocari exequutio huiuſmodi, vt fuit re-
ſponſum in *Tuden. Parochialis 3. Decemb. 1601.*
coram Sacrato, impreſſa apud *Marcheſ. tom. 1.*
pag. 347. num. 2.

103 Dum verò de patronatu excipitur, † eſt aduer-
tendum, ſi peremptoriè deducatur, pro obtinen-
da abſolutoria, neceſſe fore habere probationes
in promptu plenas, & claras, vt ſæpiſsimè fuit de-
ciſum, *Rota deciſ. 381. ſub num. 1. ad fin. verſ. vn-*
dè Honuphrio par. 1. in recen. vbi aliæ allegantur.

104 Si verò dilatoriè, ideſt pro † obtinenda dila-
tione, ad effectum plenè probandi, dandum eſſe
aliquem fumum, & tunc ſuſpendi exequutionē ad
effectum ſuperſedendi ad aliquod tempus arbitrio
Iudicis, intra quod poſsit plenè iuſtificari: iſtud
105 enim † reputatur modicum præiudicium, cum
adhuc expectentur pleniores probationes, pro
obtinenda abſolutoria, *Bartol. in l. 1. nu. 5. C. quo.*
bono. & fuit reſponſum in *Aurien. Parochialis 27.*
Aprilis

Digitized by Google

Aprilis 1599. coram Lancellotto, apud Marcheſ.
tom. 1. pag. 365. num. 2.
Et ideo, dum Reus offert ſe incõtinenti probare
106 exceptionem † excluſiuã reſeruationis, ſuper qua
eſt fundatum Breue, maxima illi fieret iniuſtitia, ſi
non audiretur, *Reuerendiſſ. D. Coccin. deciſ. 225.*
107 *num. 4.* elapſo tamen † aliquo tempore, vnde ar-
gui poſſit malitia, vel negligentia Rei, proceditur
ad exequutionem, vt in *Iacen. Parochialis, 27.*
Iunij 1603. coram Cardinali Hieronymo Pam-
philio, apud Marcheſ. præcitat. to. 1. pag. 449. quæ
magis legitur per extenſum *pag. 462.* & in *ſupra-*
alleg. deciſ. 756. num. 1. par. 3. in recen.
108 Vt hinc pateat, quæ ſint partes † Iudicis, dum
procedit ad exequutionem, videlicet vt nè præci-
pitet, nec tamen ſit adeo remiſſus, vt prouiſus
Apoſtolicus, ex nimia procraſtinatione damnum
aliquod incurrat; hincquè vſu receptũ eſt, vt iuxta
præmiſſa, iuſtificata clauſula *conſtito, &c.* non
prius cauſam expediat, quàm ſint quatuor cita-
tiones, ſub quatuor diuerſis audientijs perſonali-
ter exequutæ contra intruſum, ad docendum ſe
paruiſſe literis, vt notat *Salluſt. ad Pract. Aud.*
109 *Cam. lib. 3. cap. 7. n. 7 verſ. poſt hæc*, quarũ ſi † al-
tera omittatur, proceſſus remanet nullus; in quam
ſententiam videntur aliqui ex D. D. inclinaſſe in
Placentina beneficiorum, 2. Maij 1603. coram
Cardinali Millino, quam inſeruit *Garz. de benef.*
par. 6. cap. 3. ſub n. 28. ad fin. verſ. aliquibus etiam.
110 Etenim, cum † non ſolùm agatur de decernen-
da immiſſione, verum etiam de incurſu cenſura-
rum comminatarum, vtiquè de iure exigitur tri-
na monitio, *cap. contingit. 45. §. verum quid pri-*
uilegium, verſ. volumus, & mandamus, iuncta
gloſſ. in cap. ſacro 48. in verb. competenti, de ſen-
tent. excomm.
Adeò vt in hoc videatur ſtylus Curiæ magis
abundare in maturitate, dùm quartam exigit, &
111 nihilominus † adhuc citatur intruſus, ad ſenten-
tiam ipſam declaratoriam, ſecundum *Pract. A.C.*
112 *loc. præcit. nu. 8. & 9.* cum de iure † poſt ſeruatos
prædictos quatuor terminos, & conſequenter in-
curſam excommunicationem ob contumaciã, mi-
nimè ſit præcisè neceſſaria vlterior citatio, *Roma.*
conſ. 482. nu. 5. Putc. deciſ. 324. num. 4. lib. 1. Rota
in recen. deciſ. 478. n. 2. verſ. adeo vt par. 2. quic-
quid ſit in declaratoria lata per ſubexequutorem
literarum exequutorialium, *Rota deciſ. 15. nu. 3.*
lib. 1. par. 3. diuerſ.
Lata autem declaratoria, nullum aliud intruſo
comparatum eſt refugium, quàm aut parere, aut
ſi grauatum ſe ſentiat, ad Signaturam recurrere;
113 quæ ſi clarè deprehendat † illatum eſſe grauamen,
cauſam ſimpliciter committit, ſi verò non niſi tur-
bidè, vt ideò exactiori egeat trutina, vtiquè re-
ſcribit cum clauſula præſeruatiua exequutionis,
ſed ſub modificatione, *arbitrio Rotæ*; at ſi deniquè
nullum animaduertat grauamen illatum, habeatq;
pro comperta, Iuſtitiam declaratoriæ, non aliter
reſcribit, quàm ſub ſimplici clauſula *parito literis*,
huncquè vſum Signaturæ ſatis ex ſe notorium, ex-
preſſit quoquè *Reuerendiſſ. D. Coccin. præal. deciſ.*
225. num. 7. & ſanè inter has formas reſcribendi

reſpectu præiudicij maxima eſt differentia.
Quippè, ſi ſimpliciter reſcribatur, vulnerãtur li-
teræ, non ſecus ac ſi per ſententiam pronunciatum
114 foret illas non eſſe exequibiles; nam ſicuti † hoc
caſu, nemo eſt, qui dubitet inferri vulnus proceſ-
ſui exequutiuo, illudquè perpetuò durare, donec
per tres conformes ſit ſublatum, cum cauſa ſemel
effecta appellabilis, ſemper ſit appellabilis, *Reue-*
rendiſſ. D. Coccin. deciſ. 78. num. 1. Caualer. deciſ.
611. num. 2. & in terminis literarum Apoſtolicarũ
115 *deciſ. 158. num. 4.* Quod obtinet † etiamſi appare-
ret iniuſtitia, vel nullitas manifeſta; quicquid enim
ex mente *Parlado. lib. 2. quotidia. cap. vlt. in 5.*
par. ex nu. 64. videatur voluiſſe *Gonzal. ad regul.*
de menſ. gloſſ. 6. num. 263. verſ. ſubijcit tamen, &
Rota in vna *Elboren. penſionis 9. Iunij 1595. corã*
Corduba, tamen iſtud non ſubſiſtit in iure, quia
vulneratio non conſiſtit ſimpliciter in ſententia,
& illius effectu, ſed in prouocatione paſſi ſenten-
tiam illam, cui vt licuit appellare à vulnere quali-
tercunquè illato, ita debet eſſe licitum Actori ap-
pellare, dùm Iudex idem vulnus tentat ſanare, vt
ex mẽte nonnullorum ex Dominis, ſubtiliter con-
ſiderat *Reuerendiſſ. D. Coccinus, in ſupraalleg.*
deciſ. 78. ſub num. 5. verſ. quibus addebant.
116 Ita eo quoquè vulneratur, vbi † Princeps, ad
quem eſt emiſſa appellatio, eam ſimpliciter reci-
pit, & committit; videtur enim hoc caſu, manife-
ſtè declarare literas non fuiſſe exequibiles, & in
conſequens per decretum exequutionis illatum
grauamen appellabile, *Felin. in cap. inter mona-*
ſterium num. 22. & 26. de re iud. nec eſt nouum,
vt ſententia ex ſui natura inappellabilis, efficiatur
appellabilis, ſi grauamen partis incidat, & eius ap-
pellationis effectus in ſuſpendendo, procedat in eo
caſu, ac in reliquis natura ſua appellabilibus, vt
luculenter deducit in his terminis *Reuerendiſſ.*
D. Coccinus præcit. deciſ. 225. num. 6.
117 Quandoquidem ſufficit † ſemel apertam eſſe
viam cognoſcendi de quacunquè exceptione, vt
in ſimili contra proceſſum exequutiuum, in vim
obligationis Cameralis, reſpondit Rota apud *Ve-*
rall. deciſ. 274. num. 1. par. 2.
At ſi reſcribatur cum clauſula præſeruatiua
exequutionis, tametſi illã modificet *arbitrio Ro-*
118 *tæ*, per quam † clauſulam cenſetur relaxatus iuris
rigor, *Rota deciſ. 85. num. 4. 179. num. 2. & 382.*
num. 2. par. 1. & deciſ. 440. num. 8. par. 2. in recen.
Reuerendiſſ. D. Coccinus deciſ. 278. num. 1. &
119 *deciſ. 389. num. 2.* nullum tamen † inde infertur
vulnus, quominus qui de appellatione cognoſcit,
ſi literas eſſe iuſtificatas animaduertat, ad earum
exequutionem procedat, vt in ſuperius *allega.*
Tuden. Parochialis, apud Marcheſ. to. 1. pag. 437.
ſub num. 2. verſ. vnde non debebat, & fol. 469. nu.
120 *itidem 2.* Nimium enim † eſſet, ſi hæc clauſula
conferret poteſtatem lædendi, vel auferendi ius
partis, *Rota deciſ. 474. ſub num. 1. verſ. arbitrium*
autem, & clarius deciſ. 652. ſub nu. 2. verſ. clau-
ſula enim arbitrio, par. 2. in recen.
121 Quapropter, dum dicta † clauſula *arbitrio, &c.*
non impedit, neque reuocat exequutionem, ſed
eam tantùm ſuſpendit, donec cognoſcatur, an ei

Digitized by Google

locus ſit, vt punctualiter dicit Rota in *praalleg.*
Tuden. Parochialis, impoſſibile eſt, quòd vulneret
proceſſum exequutiuum, vt dicitur de clauſula
ſi quid exequendum, vel alia ſimili ſuſpenſiua
exequutionis obligationis Cameralis, alteriusuè
proceſſus exequutiui, vt in *Romana Vinea de*
Panellinis 26. Febr. 1603. coram Millino, & in
Eugubina penſionis 25. Maij 1618. coram Man-
122 *zanedo*; eatenus enim † clauſula *arbitrio &c.* re-
laxat rigorē, quatenus id ſuadet æquitas, *Seraph.*
decis. 1154. num. 1. ac proinde ſi nihil proponatur,
quominus ſit ad vlteriorem exequutionem pro-
cedendum, ea impediri non debet, nec plus opera
tur, quàm clauſula *prout de iure*, Idem *Seraph.*
deciſ. 29. num. 4. & deciſ. 1429. num. 1.
123 Vnde intelligimus, poſt † præſentatum reſcriptū
cum dicta clauſula *parito arbitrio Rotæ*, articu-
lum hunc ſuper arbitrio, an intret, vel ſecus, effici
præiudicialem, ac in conſequens non poſſe, eo
prætermiſſo, ad aliam diſputationem diuerti, *l. per*
minorem 54. ff. de Iudic. l. rei maioris 21. ff. de
exceptio. quòd benè etiam obſeruauit *Gonzal. ad*
Reg de menſib. in annotat. num. 285.
124 Quandò verò Signatura, † neque vulnerat, ne-
què ſuſpendit exequutionem, ſed reſcribit cum
clauſula *parito literis*; tunc nullum ſupereſt diffu-
gium victo, ante paritionem; tàm reſpectu ipſius
beneficij (& ſanè purè, & ſimpliciter) quàm reſpe-
ctu fructuum, *Seraph. deciſ. 655. ex num. 1. Gregor.*
deciſ. 50. num. 1. & ibi *Beltram. num. 5.* nec ſuffi-
125 ceret † allegare fructus non eſſe perceptos, niſi
oſtenderetur, per quem eſſent percepti, cum ſola
poſſeſſionis occupatio ſufficiat ad præſumendum
fuiſſe perceptos per intruſum, *l. fin. §. ſin autem*
C. arbitr. tute. Rota deciſ. 25. de praben. in no. &
in recen. par. 1. deciſ. 269. num. 2. cum multis ibi
adductis, & per *Gregor. d. deciſ. 50. num. 2. & Bel-*
tram. num. 6.
Neque eſſet in facultate Iudicis procedere in
cauſa ante paritionem, propter formam reſcripti,
126 reſultantem † ex ablatiuo abſoluto, *parito, &c.*
l. à teſtatore 108. de conditio. & demonſtr. Verall.
deciſ. 150. nu. 1. & 2. par. 1. vndè ſi procederet, om-
nia ſubiacerent nullitati ex defectu iuriſdictionis,
127 quam non † acquirit ante purificatam conditio-
nem reſcripti, vt ex *Pariſ. conſ. 41. num. 14. & 15.*
lib. 4. & Socin. conſ. 99. num. 10. lib. 3. concludit
Rota apud Veral. d. deciſ. 150. & in terminis clau-
ſulæ parito &c. *Pute. deciſ. 419. lib. 1. & deciſ. 18. vt*
lite pend. Seraph. d. deciſ. 655. num. 3. verſ. ratio
differentia, benè Gregor. deciſ. 36. num. 1.
128 Hicque rigor, nedum † contra intruſum, ſed
etiam ſeruatur contra tertium, qui vellet ad cau-
ſam admitti, etiam ſi manifeſtè conſtet, eum fru-
ctus aliquos non percepiſſe, vt reſoluit Rota apud
Gregor. d. deciſ. 36. ſub nu. 1. verſ. non obſtat quod
129 *non pertineat*; & vbi actor † abuteretur beneficio
dictæ clauſulæ, non curãdo fructus liquidari, vt in-
dè perpetuo arceret Reum à proſequendo ſuũ bo-
num ius, vſu eſt receptum, quod vel ipſe Reus li-
quidet, vel per Signaturam obtineat reſcribi ſu-
per præfixione termini eidem actori ad liquidan-
dum, quo elapſo procedatur in negotio princi-
pali, *Seraphin. dicta deciſ. 655. num. 4.*
Neque etiam idem rigor excedit limites for-
130 mæ dictæ Clauſulæ, nam nec † extenditur ad tem-
poralia aliqua diſtincta ab ipſo beneficio, vt fuit
reſponſum in vna *Vercellen. Canonicatus 31. Maij*
1600. coram Iullo; ſunt enim hæc penitus diuerſa,
131 *Verall. deciſ. 153. nu. 2. par. 3.* nec profertur † ad
expenſas, in quibus eſt facta condemnatio, *Greg.*
d. deciſ. 36. num. 4. per quam aliæ citantur, & in
recen. deciſ. 319. num. 2. par. 2.
132 Vidi tamen nonnunquàm, vbi cauſa † eſt com-
miſſa cum clauſula *arbitrio*, turbiditatem inferri,
non ex defectu reſeruationis, ſed ex formula ip-
ſius clauſulæ, ad vnam aliquam reſeruationem
reſtrictæ, cùm tamen alia ſimul narrata ſubſiſtat,
indeque ideò denegari exequutionem; veluti in
vna Romana Capellaniæ, in qua cùm narratum
fuiſſet, Capellaniã vacaſſe per obitum Prothono-
tarij in Curia defuncti, licet ex hac ſuppoſitione
reſultaret duplex reſeruatio, Vna ratione Protho-
notariatus, per *Extrauag. ad regimen*, & altera
ratione Curiæ, ex diſpoſitione *text. in c. 2. de prab.*
in ſexto, nihilominus, quià ita fuerat cõcepta clau-
ſula, *conſtito quod N. in Capellania huiuſmodi*
poſſeſſione exiſtens, obtinuerit apud ſedem; adeòque
reſtricta ad reſeruationem digniorem (prout ſic
fieri oportere oſtendimus *lib. 2. quaſt. 29. nu. 47.*
& 48.) videbatur iniuſtificabilis, cùm reſeruatio
d. cap. 2. non capiat beneficia Vrbis, quemadmo-
dùm expoſuimus *ea. quaſt. 27. num. 25.*
133 Et licet replicaretur, id non † procedere, vbi
vacatio contigit per obitum Curialis, vel Curiam
ipſam ſequentis, vel eius occaſione in ea moran-
tis, ex diſpoſitione *text. in cap. præſenti, §. ſanè, eo.*
tit. de praben. in ſexto, Aegid. deciſ. 654. Gonzal.
ad regul. de menſ. gloſ. 13. num. 18. & 19. Garz. de
beneſic. par. 5. cap. 1. nu. 83. Rota deciſ. 616. ex n. 1.
par. 4. diuerſ. nec poſſe controuerti, Prothonota-
rium eſſe Officialem Papæ, & in conſequens Cu-
rialem, vt latè oſtendimus *d. quaſt. 29. ex n. 101.*
adeò vt non alia ratione opus fuiſſet narrare Pro-
thonotariatum, quàm vt concluderetur ad hanc
reſeruationem apud ſedem, vt ibidem explicaui-
mus *ex num. 98.*
134 Attamen, quia Prothonotariatus † proceſſerat
ab inferiori à Papa, viſum hinc fuit turbari argu-
mentum iſtius reſeruationis ex vacatione apud
ſedem; nam aliud eſt ex huiuſmodi Prothonota-
riatu inſurgere reſeruationem, per *extrauagan.*
ad regimen, quod nemo inficias eat, ex plenè per
nos adductis *eo. lib. 2. quaſt. 29. per to.* & longè
aliud, inſurgere curialitatem; reſeruatio enim
pendet à nuda ipſius Papæ voluntate, curialitas
135 verò † à facto applicationis perſonæ ipſi Curiæ,
per actuale ſeruitium, cuius ratione teneatur Cu-
riam ſequi, *arg. text. in l. Curiales 39. iuncta l. nul-*
lus 60. & l. neminem 64. C. de decurion. lib. 10.
136 Quamuis enim minimè ignorem, † Curialium
munus de quibus in his legibus agitur, longè fuiſſe
diuerſum à munere, & fortuna eorum, quos nunc
in Vrbe Curiales dicimus; cùm in effectu eò ten-
deret, vt veluti principaliores Ciuitatis, onera
publica de proprio ſuſtinerent, moxque ab alijs,

quod

quod impedîſſent, paulatim exigerēt, vndè eorum
conditio peſſima haberi cæpta fuit, cum per exa-
ctores tributorum durius premerentur, interdicta
etiam ſibi prædiorum alienatione, nè ſolum verte-
rent, vt benè explicat Alcia. parerg. iur. lib. 2. cap.
27. & probatur ex l. miſſi, C. de exactio. tributor.
lib. 10. fuſiuſquè id ipſum explicat Io. Kal. in
ſuo lex. iurid. in verb. Curiales ſub Romanis; vt
137 ideo quodammodo dicerentur † ſerui, ſeù, vt alij
malunt, nerui Reipublicæ, prout ex Marciano, &
Caſſiodoro adnotauit Cuiac. ad Rubr. C. de De-
curio. lib. 10. qui hac ipſa ratione prohibeban-
138 tur † Procuratorem agere, alienas res conduce-
re, aut pro alijs fideiubere, l. curiales 30. C. de
139 loca. quin etiam clericos † fieri, vt refertur in ſum.
ma, & in can. 1. diſtinctio. 51. quod etiā magis ex.
plicatur in ſumma diſtinctio. 53. & in l. ſi quis
Curialis, 12. C. de Epiſc. & Cler. de quibus etiam
agit Tholoſ. ſyntagm. iur. lib. 3. cap. 18. ex nu. 3.
& latiùs Mut. ſurgens, in annotat. ad M. Ant. in
tract. de præfect. Prætor. fol. 397.

Attamen; in quadam formalitate conueniunt,
ideſt in eo nexu perſonæ, vtcunquè voluntario, &
140 fluido; ſicquè non † modò Officiales ipſi Curiæ,
dicentur Curiales, verum etiam (largè tamen)
omnes qui quoquo modo ſint ipſi curiæ addicti,
quamuis ſint forenſes, vt benè explicat gloſſ. in
præall. ſumma diſtinctio. 51. in verb. adiecit, verſ.
dicuntur ergò iſti; adeò vt proprietas vocis hu-
ius, etiam ad ipſos aulicos, non malè pertineat, ex
ſententia Marciani, vt poſt Cel. Rhodig. lib. 12.
cap. 5. notauit Io. Kal. in præcita. lex. iurid. in
verb. curiales dicitur muneribus Curiæ adſcripti.

Quocircà, Prothonotarij huiuſmodi, creati à
Legatis de latere, impoſſibile eſt, vt ex ſolo Pro-
thonotariatu, Curialitatem contrahant; cùm of-
141 ficium † non obſtringat eos ſeruitio illi perſonali,
in quo Curialitatis formalitas conſiſtit, aut actu,
aut potentia, vt reſpondit Rota in eadem Roma-
na Capellania. 20. Nouembris 1628. coram Rpd.
Pirouano: nam cum id munus ſolis participanti-
bus ſiuè numerarijs cōceſſum ſit, Putc. deciſ. 329.
nu. 5. lib. 2. & notauimus in præcedenti lib. quæſt.
28. num. 50. tametſi indè ab his non ſit remotus
habitus, reſpectu reſeruationis, quemadmodum
ibi explicauimus; ſicut nec reſpectu aliorum pri-
142 uilegiorum, præcipuè † exemptionis à Iuriſdictio.
ne Ordinariorum, in cauſis non minimis, ideſt ex-
cedentibus quantitatem ducatorum 25. auri de
Camera, ex Conſtit. Leonis X. quæ in nouo Bulla-
rio eſt 10. §. 4. deſumpta ex decreto Lateranen.
Concilij, quod ad literam refert Mandoſ. de Si-
gnat. grat. §. Prothonotarij, verſ. Conſtitutio Leo-
143 nina; modò tamen † incedant in habitu quo Pro-
thonotarij ipſi conſueuerunt inſigniri, & non aliàs,
vt ex profeſſo diſputat, & concludit Ant. de Prat.
in tracta. de Epiſc. iuriſd. cap. 8. ex num. 2. & per
10. & poſt eum Eraſm. à Chok. de iuriſd. Ordin. in
exempt. par. 1. q. 18. ex num. 3.

Eſt tamen eliſus reſpectu ipſius exercitij cir-
ca ſcriptionem, in quo poſſet conſiſtere prædicta
144 forma curialitatis: habitus enim, † ſiuè habitudo,
non compatitur cum duratione impedimenti iu-
ris perpetui, Card. in Clem. vn. §. verùm, poſt med.
verſ. aliquãdò accipitur habitus, de Summ. Trin.
& fid. Cathol. & ità cum hoc, benè poteſt ſuſtine-
ri, quod ſuperiùs dictum eſt, talem Prothonota-
145 rium creatum † à Legato de latere non eſſe Cu-
rialem nequè actu, nequè potentia, vt pronuncia-
uit etiam Mandoſ. ad Reg. 1. Cancell. q. 6. ſub nu.
12. verſ. valdè tamen me mouet, cuius ſententiam
ſequuta eſt Rota in præalleg. Rom. Capellania.
146 Quod eſt diuerſum in creatis à Papa, † propter
familiaritatem Papæ, de qua egimus præcit. lib 2.
q. 18. n. 53. à qua videtur inſeparabilis Curialitas
ipſa, & illius forma, ex his quæ ſcripſimus eo. lib. q.
32. ex nu. 4. 15. 22. & ſeqq. dùm enim quis Protho-
notariatum accipit à Papa, cui videt familiaritatē
coniunctam, vtiquè addicit ſe ſeruitio, & obſequio
ipſius Papæ, quapropter parum refert, ſi illud dein-
147 ceps nō exerceat; neque enim inde euacuatur † vis
ipſius familiaritatis ſemel impreſſæ, ſaltim ex iure
ſingulari, & ſtylo Romanæ Curiæ, vt optimè docet
Felin. in cap. in noſtra, in 21. Corollar. ſub nu. 20.
verſ. ſed obſtare videtur, de reſcript.

Hoc verò prorſus deficit in Prothonotario crea-
to ab inferiori à Papa, qui nullatenus familiarita-
tem huiuſmodi acquirit, & in quo ideo nequè ra-
tione principalis officij, nequè ratione adiuncti,
datur extremū habile alicuius obſequij erga Cu-
148 riam; etenim aliud eſt quem † referri intra ordi-
nem, & longè aliud potiri priuilegio ordini alicui
conceſſo; pro illo enim ſufficit ſola deſcriptio, pro
iſto verò exigitur exercitium, niſi aliud in ſpecie
cautū ſit, vt de deſcripto in matricula militum, eſt
text. in l. Sciniarios, 16. & ibi Bal. C. de teſtam.
mil. & de deſcripto inter Capellanos Papæ tradit
Anchar. conſ. 233. ſub nu. 3. verſ. nam ex eo, quod
ſit deſcriptus, Card. conſ. 126. ſub num. 6. ad fin.
verſ. quæ confirmantur, & num. 7. quos in ſpecie
ſequutus eſt Mandoſ. loco præcit.
149 Ex quibus, vt dixi, cum † videretur dicta clauſu-
la iniuſtificabilis, & nihilominùs reſeruatio eſſet
clara ex capite Prothonotariatus, conſului adiri
Sanctiſſimum in eius Signatura, qui, proponente
Rpd. Oliuerio, negotio exactè diſcuſſo, die Martis
11. Decemb. 1629. reſcripſit eidē D. Pirouano, vt
ad vlteriorem literarum exequutionē procederet,
perindè, ac ſi clauſula conſtito, &c. non eſſet reſtri-
cta ad vacationem apud ſedem, ſed foret extenſa
ad quamcumquè reſeruationem; indequè propo-
ſito in Rota dubio, die 29. Aprilis 1630. reſpon-
ſum fuit, conſtare de reſeruatione ex Prothonota-
riatu, & in conſequens eſſe locum exequutioni;
nàm tametſi intruſus, in eo maximè premeret,
150 quòd facultas exequendi † eſſet conſumpta per
ſententiam A. C. (ex confeſſione prouiſi) nulliter,
& malè procedentis, iuxta doctrinam Archid. in
cap. ſi cui, in verb. contradictor. de preben. in ſex-
to, Tiraquell. ad reg. l. bouei, §. hoc ſermone, n. 61.
de verb. ſignif. cum alijs congeſtis per Rotam dec.
631. nu. 6. & deciſ. 678. nu. 3. par. 2. recent.
151 Ponderata nihilominus † fuit vis reſcripti in il-
lis verbis, quod procedat ad earundem literarum
exequutionem, perinde ac ſi dicta clauſula &c. nō
eſſet reſtricta ad vnam, ſed extenſa ad quamcunq;

reſeruationem, dictio enim, *perinde*, eſt expreſſiua mentis Principis, & retrotractiua ad priores
literas, ex his quæ ſcripſimus in ſuperiori *lib. q. 54. ex num. 53.*

152 Quapropter, cùm eidem menti † adhuc non
ſit ſatisfactum, nõ cenſetur extincta poteſtas exe-
quendi per primum actum, vt eleganter deducit
*Io de Imol. in cap. in literis, ſub num. 12, verſ. vel
poteſt dici, de Offic. de leg. Tiraquell. ad d. §. hoc ſer-
mone, in ſexta limit. ſub num. 17. verſ. contra au-*
153 *tem*; præcipue vbi primus actus † proceſſit ex pro-
babili aliquo errore facti, aut etiam iuris; ſic enim
limitari regulam, qua dicimus, per primum actũ,
ſiuè validum, ſiuè inualidum conſumi poteſtatem
delegati, tàm de iure ciuili in *l. ſi vt proponis, la
prima, C. quom. & quan. Iud. l. Iudex poſteaquam,
de re iud.* quàm de Iure Canonico, *d. cap. in literis,
cap. ſignificantibus, & cap. venerabili de offic. dele.*
cum congeſtis per *Rot. d. deciſ. 631. nu. 8. par. 2.*
poſt alios latè explicat *Tiraquell. loco præcitat. in
21, limit. num. 4. & 5.*

Quamuis hæc potius pertineant ad promouen-
dam honeſtatem reſcripti, pro eo obtinendo, quã
ad repellendam moram, quæ fieret exequutioni
154 iam obtenti, dùm enim Papa † præcipit procedi
ad exequutionem, impoſſibile eſt vt de iure poſſit
retardari, *cap. ſi quando, de reſcript.*

Cæterùm, nonnunquàm etiam infertur turbidi-
tas exequutioni, non tàm ex formula conceptæ
clauſulæ, quàm ex ipſa reſeruatione expreſſa, pro-
pter maximã aliquam dubietatem in iure: Quam-
155 uis enim ius † ſemper ſit certum, & immutabile,
l. ornamentorum, 39. de aur. & argen. leg. Burſat.
156 *conſ. 129. num. 72.* niſi incidat † quæſtionis facti
aliqua mixtura, vt declarat *Bal. in l. ancilla, ſub
num. 2. verſ. ſed ſi mixta ſit quæſtio, C. de furt.* ne-
157 què ideo ex eius aliqua diſputatione † videatur
poſſe dari vllam altiorem indaginem, quæ impe-
diat proceſſum ſummarium, aut exequutiuum, ſi
partes in facto concordent; quemadmodum eo
loco ſentit *Burſatt.* & magis in ſpecie, ex mente
*Franch. in cap. ad decimas num. 11. de reſtit. ſpol.
in ſexto*, cenſuit Rota *apud Seraph. deciſ. 183. n. 6,
& deciſ. 430. num. 4.*

158 Attamen negari nequit, ex contrarijs, † & inter
ſe diſſidentibus Doctorum ſententijs, quarum nõ
appatet quæ communis, vel magis communis ſit,
poſſe adhuc conſtitui talem dubietatem, quæ arti-
culum efficiat altioris indaginis, *Cappyc. deciſ. 10,
num. 20. Pute. deciſ. 232. poſt med. verſ. item & ſe-
cundo lib. 3.*

159 Veluti (exempli gratia) ſi poſt menſem † à die
vacationis beneficij per obitum apud Sedem, Or-
dinarius prouideat iuxta terminos *text. in c. ſtatu-
tum de præben. in ſexto*, indequè prouiſo Apoſto-
lico tanquàm de reſeruato, & petenti Breuis exe-
quutionem opponatur de conſumpta reſeruatio-
ne tempore eius datæ, ex præoccupatione Ordi-
narij, ſecundum *text. in d. cap. ſtatutum*; nam dùm
prouiſus Apoſtolicus replicat, eam Decretalem
fuiſſe reuocatam per *Extrauag. pia ſollicitudinis*,
quæ in ordine eſt prima, & per *Extrauag. ad regi-
men*, quæ eſt *13. de præben. inter comm.* vt ibi no-
tauit *Prob. ad Io. Monach. ſub num. 11. verſ. ex-
tra territorium, & expreſſè etiam voluit Lap. al-
leg. 96. nu. 1. Rota deciſ. 12. ante nu. 1. verſ. ſaluo
caſu, eo. tit. de præben. in nou. cum alijs quos conge-
rit Mandoſ. ad ean. Lap. alleg. 96. in litera B. qui-
bus addi poſſunt Simon. de reſeru. quæſt. 30. nu. 3.
Monet. de optio. cap. 7. in 1. quæſt. num. 74. Garz.
de benef. par. 5. cap. 1. ex num. 98.*

In contrarium verò opponuntur ipſa veritas, ex
lectura dictarum extrauagantium, & authoritas
plurimorum, quos retulit *Mandoſ. præcipuè Aen.
de Falcon. qui articulum exactè diſcuſſit, de reſer.
in 1. par. in 4. quæſt. effect. 6. num. 2.* quinimò ip-
ſiusmet Lapi, ſibi expreſsè contrarij *alleg. 83. ſub
num. 1. verſ. circa hoc quæri poſſet*, & quæ nos hac
in re ſcripſimus *lib. 2. q. 27. ex num. 55.*

Et dum ſimiliter idem prouiſus replicat men-
160 ſem, de quo † in eodem *cap. ſtatutum*, non currere,
niſi ex die ſcientiæ ipſius Papæ, ſecundum opinio-
nem eiuſdem *Lap. d. alleg. 83. ſub nu. 1.* quam vi-
ſus ego ipſe ſum ſequi *ea. q. 27. num. 64.*

Duplicatur, quinimò eum menſem currere ex
die vacationis, & ſententiam prædictam eſſe con-
tra literam eiuſdem *text.* ibi, *poſt menſem à die
quo Dignitates, ſeu beneficia ipſa vacauerint nu-
merandum*, quemadmodũ eo loco aduertit *gloſſ.
in verb. numerandum*, quam paſſim omnes ibi ſe-
quuntur, præcipuè *Io. Monach. num. 2. Archid.
ibidem num. 2. poſt med. ſuper verb. vacauerint*,
vbi expreſsè reprobat contrariam ſententiam, *Io.
Andr. pariter ſub num. 2. verſ. induxit etiam lite-
ram, Anchar. ſub num. 1. in quinto notab. Butr. ſub
num. 10. verſ. induxit etiam, & Franch. ex nu. 2.*
idemquè cenſuerũt *Tiraquell. de retract. conſan-
guin. §. 35. gloſſ. 4. num. 26. Guttier. pract. quæſt. ci-
uil. lib. 2. q. 91. num. 4. & lib. 3. quæſt. 22. num. 14.*
plures allegat *Sanch. de matrim. lib. 7. diſput. 37.
num. 19.* alios colligit *D. Barboſ. ad eundem text.
cap. ſtatutum, ex num. 11.*

Hoc itaquè & alijs ſimilibus caſibus, cum reſo-
161 lutio † diutius profertur, obſeruaui per Rotam ap-
poni ſequeſtrum, vt fuit iuſſum in vna *Cluſina Pa-
rochialis 1. Iuly 1630. coram R. P. D. Pirouano.*
Quod tamen iurenè factum ſit, plurimum habet
dubitationis.

162 Nam ſatis conſtat, ſequeſtrationem † aliam eſſe
ſimpliciter permiſſam, aliam à iure præcisè præ-
ceptam, & omnem aliam eſſe à iure prohibitam,
vt benè colligit *Archid. in can. qui res, in extre-
mis verbis, 10. q. 1. Io. Andr.* qui eum ad verbum
retulit, in *reg. locupletari, 49. pariter in extremis*
163 *verbis, de reg. iur. in ſexto.* tàm † de iure ciuili, in
l. 1. C. de ſequeſtrat. pecun. quàm de iure Canoni-
co, in *cap. 1. de ſequeſtratio. poſſ. & fruct. Curt.
in tractat. de ſequeſtr. num. 6.*

164 Et ratio † eſt manifeſta, nè videlicèt inchoetur
iudicium ab exequutione, contra *text. in l. 1. C.
de exequut. re. iudic.* ſic enim vi, nõ iure ageretur,
quod nec quidem Fiſco eſt permiſſum contra
ſuos debitores, *l. vlt. vbi gloſ. in verb. legibus, C.
de conuen. fiſc. debitor. lib. 10.* Et propterea, qui
165 dicit † ceſſare prohibitionem, quia lex ſingulari-
ter permittat, vel iubeat ſequeſtrum apponi, de-
bet de

Digitized by Google

bet de hoc ſingulari caſu docete, *Pariſ. conſ. 41. num. 22. lib. 1.*

Quapropter in propoſito, quod pertinet ad iu-
ris præceptum, duo tantùm poſſunt conſiderari
166 caſus, alter † *Clem. vn. de ſequeſtr. poſſ. & fruct.*
vbi videlicet fuit lata ſententia in Curia, pro peti-
tore, contra poſſeſſorem, & alter, quando conſtat
de reſeruatione, ſecundum diſpoſitionem *extra-
uag.* Pij IV. quam præinſerit, & latiſſimè explicat
Gonzal. ad reg. de menſ. in §. 7. procem. ex num. 1. & per to.

Neuter verò ex his duobus caſibus videtur con-
trouerſię huic adaptabilis: nã de hoc poſteriori, res
minus dubia eſt, cũ ideò reſolutio articuli differa-
167 tur; quia reſeruatio ſit turbida, nequè inſuper † ea
Conſtitutio iubeat ſequeſtrari poſſeſſionẽ, ſed fru-
ctus dũtaxat, vt per *Gonzal. in d. §. 7. procem. ex n. 57. Mareſcott. var. reſolut. lib. 2. cap. 77. num. 45.*

De priori vero idem eſt conſtituendum, quia li-
168 cet † *d. Clem.* obtineat, ſi vel in poſſeſſorio lata ſit
vnica ſentẽtia, vt ibi *per gloſſ. & Vital. n. 8. Gonz. loco praeit. n. 30.* attamen nõ applicatur ſententiæ
declaratoriæ in vim Breuis, etiamſi in ea decerna-
tur poſſeſſio; quia declaratoria huiuſmodi, cum
decreto immiſſionis, non excedit naturam meræ
interloquutoriæ, vt in ſequenti dicetur *num. 16. & 17.* Clementina verò prædicta loquitur de
169 diffinitiua, & ſic de poſſeſſorio ordinario, † & ap-
pellabili, ſecundum ius Canonicum, vt ibi explicat
Card. num. 10. & vlteriùs ſat eſt ab ea ſententia
170 fuiſſe † appellatum, & per Principem receptã fuiſ-
ſe appellationem, indèque tranſmiſſam exequutio-
nem, ſuſpendendo omnem eius effectum, *Card. in ea. Clem. ſub num. 28. circa fin. verſ. Si verò proceditur, & fuit reſponſum in Taruiſina Simonia, 10. Martij 1595. coram Corduba.*

171 Et ſanè cum † ſuſpenſa ſit immiſſio, multò for-
tius denegari debet ſequeſtratio, quæ eſt odioſior,
vt *poſt Paul. de Eleaz. notat Card. in ea. Clem. ſub d. num. 28. poſt med. verſ. ſed Paulus hic.*

172 Quod verò pertinet † ad ſimplicem permiſſio-
nem, vno tantùm caſu militare videtur, quando
videlicet poſſeſſio apparet attentata, *Caſſador. de-
ciſ. 3. num. 3. de reſtit. ſpol. Rota deciſ. 10. vt lit. penden. in nou.* cum alijs cumulatis per *Gonzal. eo. §. 7. num. 37.* Quippe hoc caſu id ſuadet nequi-
173 tia † ipſius intruſi, vnde etiam officio Iudicis ſit
ſequeſtratio, cuius eſt maieſtas offenſa, *Mobed. de-
ciſ. 1. n. 3. de ſequeſtr. poſſ. & fruct.* nec ideo aliud
tũc Iudex contemplatur, quàm ſui ipſius contem-
ptum, vt aduertit *Caſſador. d. deciſ. 3. num. 6. de reſtit ſpol.* & hæc eſt perpetua Rotæ obſeruantia,
Caſ. de Graſſ. deciſ. 1. num. 1. de appell.

Et eadem ratione id producitur ad eum caſum,
174 vbi † poſſeſſor ad euitandam ſententiam, & in
conſequens ſequeſtrationem iuſſam per *d. Clem. vn.* peteret remiſſoriam: ſic enim tacitè videretur
confiteri nequitiam ſuam, adeò vt etiam ſi differ-
ret obtinere remiſſoriam, nihilominus poſſet con-
tra eum decerni ſequeſtrum, *Verall. deciſ. 152. n. 2. verſ. ratio eſt par. 3.*

Sed nequè caſus hic, pertinet ad hanc contro-
175 uerſiam, Alter verò † vniuerſaliter conceptus per
Doctores, vbicunquè videlicet id ſuadet iuſta cau-
ſa, ex deductis per *Lancellot. de atten. par. 3. c. 29. num. 149. Gonzal. d. §. procem. num. 27.* ferè hanc
vnicam cauſam habet, cui omnes aliæ ſubalternã-
176 tur, videlicet, vbi ſubeſt timor, † nè reddatur iudi-
cium eluſorium, ſiuè ex inſtanti dilapidatione fru-
ctuum, iuxta diſpoſitionem *text. in l. Imperatores, 21. §. ijdem. ff. de appellat. & relatio. vbi gloſſ. in verb. apud ſequeſtrum, & in cap. vlt. de ſequeſtr. poſſ. & fruct.* quod, vti ſe habeat, doctè, & ſubtili-
ter, more ſuo, exponit *Ladereb. de Imola conſ. 161.*
177 *num. 1. & 2.* ſiuè ex illorum † totali abſumptio-
ne, quæ poſtea magis difficilem reddat exequutio-
nem iudicati, *Rota dec. 13. n. 3. par. 2. diuerſ.* quod
fuſiùs explicat *Gratia. forens. diſceptatio. cap. 114. ex n. 2. et 6.* hoc enim caſu, niſi caueatur, cõceditur
ſequeſtratio. *Io. Andr. in d. c. locupletari, ſub nu. 8. circa fin. verſ. & hi ſunt caſus ſpeciales, & nu. 9.*
178 *de reg. iur. in ſexto,* & quia † remedium cautio-
nis receſſit ab aula, Rota ita conſueuit prouide-
re, vt non ſequeſtretur poſſeſſio, ſed tantùm fru-
ctus, dimiſſa poſſeſſori tanta quantitate, quæ ei
ſufficiat pro victu, & veſtitu, *Pute. deciſ. 156. verſ. tamen Domini dixerunt lib. 2.* quinimò, &
pro ſumptibus litis, vt poſt *Coler. de proceſſ. exeq. par. 1. cap. 2. nu. 152. Oldrad. conſ. 27. num. 3. Boer. deciſ. 303. num. 4.* & alios, ſcripſit *Gratia. d. cap. 114. num. 5.*

Qui ſanè caſus, cum tota ſua cauſa, poteſt qui-
dem pertinere ad hanc controuerſiam, ſed ex ne-
179 ceſſaria ſuppoſitione facti, quæ eget cauſæ † co-
gnitione, *Io. And. in d. cap. locupletari, ſub num. 9. verſ. nam cum nedum poſſeſſor, Archid. in d. can. quires, ſub num. 10. ante med. verſ. & hoc fieri de-*
180 *bet,* & in conſequens parte † citata, etiamſi ſubſit
timor ſcandali, *Angel. conſ. 107. nu. 1. & 3. Alex.*
181 *conſ. 6. num. 9. lib. 4.* in tantum, vt Iudici † ſe-
queſtranti nulla fides adhibeatur de præexiſtenti
cauſa, *Angel. eo. conſ. 107. ſub nu. 3. circa fin. verſ. & in hoc diſcutiendo, Dec. conſ. 366. num. 13. Perſonalis, in tracta. de adipiſcen. remed. 23.* præter-
182 quàm ſi in quacunquè † modica mora verſaretur
periculum, *Perſonal. loco praeit. num. 25.* & benè
declarat *Beninten. d. deciſ. 73. num. 14.*

183 Quod ſi etiam omitteretur † citatio, non ſolum
grauamen eſſet appellabile, *Ang. d. conſ. 107. nu. 3.*
184 *ad fin.* ſed vbi aliquo iure † ſingulari appellatio eſ-
ſet prohibita, vt in caſu *d. Clem. Curt. de ſequeſtr. q. 1. in 1. limit. Rebuff. ad conſtit. reg. tom. 3. de ſent. exeq. gloſſ. 4. num. 5. Gratia. diſcept. foren. cap. 232. ex num. 19. Mareſcott. d. cap. 77. num. 17.* adhuc poſſet dari de nullitate ſequeſtri, vt ibi per
Ang. num 1. & 2. Contard. ad l. vn. limit. 16. n. 10. C. ſi de momentan. poſſeſſ.

185 Diceretur enim hoc caſu † cõceſſa ſequeſtratio
de facto, proindeq; de facto quoq; eſſet reuocanda,
Pariſ. conſ. 41. nu. 25. lib. 1. Benintend. d. deciſ. 73. num. 4. Gratia. forens. diſcept. d. cap. 114. ſub n. 36. verſ. vnde dicimus, Seraph. deciſ. 1335. num. 5.

SVMMARIVM.

1 *Exequutioni literarum in forma Breuis, vti mora conſueuerit fieri prætextu primæ inſtantiæ.*

2 Cauſa omnes, in prima inſtantia cognoſcendæ veniunt per Ordinarium.
3 Exequutoris datio in literis Apoſtolicis, habet vim auocationis à quocunque alio.
4 Etiam Ordinario.
5 Appellatio à delegato, non emittitur ad alium quàm ad ipſum delegantem.
6 Cauſa ad Curiam ſemel deuoluta, deinceps inde non extrahitur, præterquàm ex certa ſcientia Papæ, etiam mortuo delegato.
7 Appellatio etiam ab interloquutoria, totum negotium deuoluit ad Curiam.
8 Cauſa in appellatione, Curia deſerta, adhuc remanet in Curia.
9 Curia Romana, qua ratione cauſas ad ſe deuolutas nuſquam remittat ad partes.
10 Cauſa ad Curiam deuoluta, quodammodo afflatur maieſtate Sedis Apoſtolicæ, ita ut nec de conſenſu partium poſſit inde extrahi.
11 Cauſa, dictio, aliquando ſumitur pro inſtantia.
12 Seù, dictio, quando ſtet expoſitiuè.
13 Inſtantia quid.
14 Literæ in forma Breuis, ſunt ſimplicia mandata exequutiua.
15 Et quæ ſit ratio.
16 Sententia ſuper cenſuris, dicitur interloquutoria.
17 Idemquè dicitur de ſententia ſuper immiſſione.
18 Inſtantia, non cadit in iudicio ordinato pro obtinenda interloquutoria.
19 Inſtantia, non cadit in exequutiuis.
20 Quod declaratur.
21 Iuramentum calumniæ, in omnibus cauſis præſtandum eſt, quantumcunquè ſummarijs.
22 Etiamſi data fuerit facultas procedendi manu Regia.
23 Iuramentum calumniæ, præſtatur etiam in exequutiuis.
24 Iuramento calumniæ non præſtito, proceſſus vitiatur.
25 Fiſcus, tenetur iurare de calumnia.
26 Niſi aliud ſeruetur de conſuetudine alicuius fori.
27 Iuramentum calumniæ, ſecundum aliquos, non præſtatur per actorem, vbi eius intentio eſt plenè probata.
28 Quod hic expenditur, & reprobatur.
29 Iuramentum calumniæ, non eſt reſtrictum ad cauſas habentes inſtantiam.
30 Et quæ ſit ratio.
31 Iuramentum calumniæ, non præſtatur in his, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis.
32 Inſtantia perempta, non perimitur cauſa.
33 Inſtantia, vox, pro cauſa ipſa, & iudiciali deductione.
34 Calumniæ ſuſpicio, ab omni iudicio arcenda.
35 Calumniæ vox, in quo ſenſu.
36 Calumniæ ſuſpicio, qualiter poſſit dari etiam in exequutiuis.
37 Iuramentum calumniæ, non eſt pars ſubſtantialis iudicij, ſed accidentaria.
38 Ideoquè, nequè eius ommiſſio ſimpliciter vitiat proceſſum.
39 Et qualiter per accidens, efficiatur pars ſubſtantifica.
40 Iuramenti calumniæ omiſſio, an reddat proceſſum nullum, ſi non per partem, ſed per Iudicem tantum fuerit exactum.
41 Probatoria acta, habent inſtar nauiculæ deducentis iudicium in portum.
42 Sententia, pendet à probationibus.
43 Iuramenti calumniæ omiſſio, verius eſt defectus iuſtitiæ, quàm proceſſus iudiciarij.
44 Cauſæ maiores ſunt tractandæ apud ſedem.
45 Ordinarius, an ſit capax cognitionis, ſuper gratia de beneficio reſeruato.
46 Reſeruatio beneficij, an præbeat iuſtam cauſam, vt literarum exequutio, vel cognitio ſuper validitate gratiæ, committatur extra Tribunal Ordinarij.
47 Leges priores, ad poſteriores trahi, & è conuerſo, niſi manifeſtè ſint contrariæ.
48 Reſeruationes, reputantur Ordinarijs odioſæ, ipſiquè Ordinarij odio inſectantur prouiſos Apoſtolicos.
49 Cauſæ ſuper beneficijs reſeruatis, dum committuntur in Curia in prima inſtantia, non læditur diſpoſitio Concilij.
50 Papa, iudicat tanquàm Deus.
51 Sigillum, continet ſubſcriptionem ſigillantis.
52 Forma, poteſt adimpleri per æquipollens, vbi conſequitur finis, cuius cauſa fuit inducta.
53 Concilij Tridentini decreta, omnia ſubiecta auctoritati Papæ.
54 Eorundem interpretatio, ſoli Papæ reſeruata.
55 Interpretatio legis, facta per Legiſlatorem, vim legis obtinet.
56 Et qui contra eam nititur, vanus ſubtilizator dicitur.
57 Quin, ſacrilegus.
58 Interpretatio circa decreta Concilij, quænam permiſſa, vel prohibita.
59 Interpretatio quid.
60 Interpretatio, circa clara non admittitur.
61 Clauſula, ſublata &c. operatur effectum ſuum, tàm reſpectu partis, quàm Iudicis.
62 Interpretatio omnis, in claris, dicitur calumnioſa.
63 Papæ declaratio, non poteſt ſubuerti, aut prætextu erroris, aut prætextu iniuſtitiæ.

QVÆSTIO XII.

Qualitèr, per literas in forma Breuis ſuper Beneficijs reſeruatis, demonſtretur non inferri præiudicium primæ inſtantiæ coram Ordinario?

1 POSTERIOR pars Conſtitutionis † Gregorianæ ſuper expeditione, & exequutione literarum in forma Breuis, per nos præinſertæ initio præcedentis quæſtionis, in §.2 primùm mouet difficultatem fieri conſuetã exequutioni huiuſmodi, ex Decreto Sacri Tridentini Cõcilij *ſeſſ. 24. cap. 20. de reform.* quo diſpoſitum fuit, cauſas omnes ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet perti-

pertinentes, etiamſi beneficiales ſint,in prima in-
ſtantia coram Ordinarijs locorum dumtaxat, co-
gnoſci oportere; Vndè qui beneficijs reſeruatis
inhiant, gratiaſquè Apoſtolicas eludere, eorumq;
intruſiones,& detentationes improb. fouere ſata-
gunt, earundem literarum exequutionem, & fa-
cultatem per eas exequutoribus attributã cauil-
lantur, & remorantur; Moxquè difficultati huic
reſpondet,& quàm inanis ſit,& contra mentem,&
cõtra verba ipſius Cõcilij excitata, perſpicuè do-
cet,ex *verſ.verũ cum decretũ:* Ac tãdẽ *in §.3.*de-
cernit,haudquaquam eas,earumquè proceſſus ad-
verſari dicto decreto,tria ergo hic excutienda ve-
niunt,prius eſt ratio argumenti contra formam,&
exequutionem literarum huiuſmodi, alterum eſt
eiuſdem argumenti diſſipatio, poſtremum deniquè
eſt vis decreti ſupradictæ Conſtitutionis.

Itaquè,quoad primũ;forma argumenti eſt hæc:
Concilium prohibet cauſam beneficialem in pri-
ma inſtãtia nedum ab Ordinarijs auocari, ſed nec
alijs committi, ibi, *nec antea alijs committantur;*
Atqui per literas in forma Breuis de quibus agi-
tur,cauſa huiuſmodi in prima inſtantia alijs com-
mittitur: Ergo literæ eædem,earumquè forma, &
exequutio,ſunt contra prohibitionem Concilij.

2 Prior propoſitio eſt indubitabilis, ex † claris
verbis ſupradicti decreti,quod in hac parte eſt cõ-
forme iuri communi, tàm ciuili in *l. nemo,C. de*
iuriſd.omn.Iud & in §.ſit tibi quoquè,Authen.de
manda.Princ. quàm Canonico, *cap.Statutum, de*
reſcript.in ſexto,Couarr.practic.quaeſt.cap.6.in
prin. & fuit reſponſum in *Spoletana Pradij 9.No-*
uembris 1619. coram Eminentiſſ. D.mco Cardin.
Io.Baptiſta Pamphilio.

3 Altera etiam videtur vera; quià dum † in lite-
ris huiuſmodi datur certus exequutor, non poteſt
dubitari per dationem hanc, auferri poteſtatem
ab Ordinario *gloſſ in cap ſi capitulo, in verb. exe-*
quatur,de conceſſ.præb.in ſexto,Compoſtel.in c.ca-
pitulo,ſub nu.12. verſ.tertio quaritur,de reſcript.
Ripa in cap.cum M.Ferrarien,num.198.de con-
4 *ſtitutio.*eidemquè Ordinario† interciſam omnem
ſpem vnquàm de ea cauſa cognoſcendi, aut per
viam nullitatis, *Ripa loco præcita* cum alijs poſt
Bald. inferius citandis, aut per viam appellatio-
nis:cùm ſi datus ſit exequutor extra Curiam, non
5 poſſit ad alium † prouocari, quàm ad ipſum Pa-
pam delegantem, *cap. Dilecti 66. de appell. Me-*
noch. conſ.1159. num.5. idemquè dicatur,ſi dele-
6 gatus † vita functus ſit,vel qualitercunquè cauſa
ad Curiã Romanã deuoluatur; cum nuſquam inde
extrahatur,niſi ex certa ſcientia Papæ,iuxta nota-
bilem doctrinam *Bal.in l.ſi vt proponis,4.ſub nu.*
*12,verſ & ſic nota,C.quom.& quan.Iud.*quem
paſſim Doctores extollunt, præcipuè *Iaſ. in l.ſi*
liusfamilias §.Diui,num.58. de lega.1.& in conſ.
98.nu.1.lib.4.Ripa in d.cap.cum M.Ferrarien.
ſub num 198 verſ, inferens quod ſi cauſa de Con-
ſtitut Dec.conſ.137.circa med.verſ.ex quo infert.
cum pluribus quos citat,& ſequitur *Couar.pract.*
quaeſt.cap.9 num.5. Mohed. deciſ.12.num.1. de
ſent. & re iud. & fuit deciſum *in vna Toletana*
fructuum,16.Maij 1586.coram Cardinali Hiero-
nymo Pamphilio, impreſſa apud *Marcheſ. tom. 2.*
pag. 80. num. 1.

7 Etiamſi deuolutioni cauſam † dederit nuda, &
ſimplex interloquutoria, quemadmodum latiſſi-
mè firmat poſt alios *Couar.loco præcit.ſub d. n.5.*
*verſ. quibus equidem prænotatis,*vel quod poſtmo-
8 dum † cauſa appellationis à ſententia de partibus
fuerit deſerta,vt in præfata *Toletana fructuum*
9 *num.6.* quod tamen iure † ſingulari videtur indu-
ctum, videlicet propter incomparabilem,eumquè
mirificũ iudicandi modum Rotæ,vt explicat *Aegi.*
deciſ.37.poſt med.verſ.ratio conſuetudinis,& dec.
129 idemq; dicit *Staphil.de liter. Iuſtit.§.quan-*
do appellatur ab interloquutoria,ſub num.3.verſ.
*audius tamen,*notauitquè *Honded. conſ.27.num.*
63. lib. 1.

Quamuis me non lateat concurrere etiam fa-
uorem Maieſtatis ipſius Sedis Apoſtolicæ, quæ ita
10 afflat cauſam,† vt videatur indignum eam per in-
feriores deinceps cognoſci, vt hanc rationem pe-
nè attigit *Rota deciſ. 43. ante med. verſ. fuit di-*
*ctum,& concluſum,de appell. in nou.*vbi ideo fir-
matur, nec partium conſenſu id concedi: ita
enim fieret remiſſio de maiori, ad minorem Cu-
riam, quam rationem pro Iuſtitia ſtyli huius pon-
derauit *Oldrad. conſ.124.ſub num.4.in tertio, &*
quarto fundamento.

Ex his duabus propoſitionibus,neceſſariò cõſe-
qui videtur,literas huiuſmodi,earumq;formã con-
tra Concilium intẽdi,& propterea nõ leuiter mo-
ueri quoſdam Dominos temporales, plurimum
nitentes, nè eorum ſubditi alios ſubditos trahant
in prima inſtantia ad litigandum in Romana Cu-
ria. quorum meminit *Staphil.loco præcit nu.4.*

Videndũ eſt nũc,qualiter hæc ipſa argumẽtatio
diſſipetur:ſiquidẽ Gregorius,pro hac diſſipatione
duo affert:primum eſt,quod per huiuſmodi literas
nulla cauſa,ſeu inſtantia introducatur,vt punctua-
liter dicitur in *§.2. in verſ. verum:* dum verò di-
cit, quod non introducitur cauſa, ſiuè inſtantia
11 non negat de cauſa,ſed de inſtantia,quià cũ † ter-
minus,*cauſa,*ſit terminus communis,vt aliquando
ſumatur etiam pro inſtantia,vt in *l. properandum,*
*§.vlt.*vbi benè id explicat *gloſſ.in verb.cauſa,C.de*
12 *iudic.*illud,*ſeu,*non † ſtat alternatiuè, ſed expoſi-
tiuè, veluti appoſitum termino ſingulari poſt ter-
minũ cõmunẽ, iuxta pulchrã doctrinam *Bal.in c.1.*
in 2.lectu.n 22.de Iudic. quem ſequitur *Mandoſ.*
ad facult. A.C.§.& proprium, ſuper verb.ſeù,poſt
*med.verſ. declaratiuè etiam,*cum pluribus conge-
ſtis per *Cened. ſingul.15.num.9.*

Quod igitur non introducatur inſtantia,eſt ma-
13 nifeſtũ;quià † inſtantia nihil eſt aliud, quàm meta
temporis à lite conteſtata ad ſententiam diffiniti-
uam,exercitio iudicij præfixa, *d. l. properandum,*
§.cenſemus C.de Iudic. quam metam,Pragmatici
noſtri,telam vocant iudiciariam,vt vertit *Maran.*
de Ordi. iudicio. par.5. in princ. nu.2. Vndè cùm
(quemadmodum etiam ſubijcitur in eadem Cõ-
ſtitutione) literæ in forma breuis huiuſmodi,nihil
14 ſint † aliud quàm mandata exequutiua, per quæ
videlicet exequutiuè mandatur procedi, impoſſi-
bile videtur per eas formari aliquam inſtantiam;
nam

Digitized by Google

15 nam inchoatur † à præcepto ſiuè monitorio, ſub cenſurarum, aliiſquè pœnis comminatis in ipſis literis, indequè verificata clauſula, *conſtito*, ſecundum expoſita in præcedenti quæſtione, fertur ſententia declaratoria incurſus cẽſurarum, & pro immiſſione in poſſeſſionem: Hæc verò ſententia, non poteſt dici diffinitiua, propiùs enim accedit natu-
16 ræ interloquutoriæ, ſiuè † attendatur eam verſari circa cenſuras, vt optimè aduertit *Specul. de ſent. & de his, quæ ipſam ſequunt. §. 2. ſub num. 3. circa fin.* & magis in terminis *Alex. conſ. 134. ſub nu. 1.*
17 *verſ. nam præſuppono, lib. 7.* ſiuè † attendatur decretum immiſſionis: quemadmodum iſta ad hunc effectum æquiparat *gloſſ. in can. decernimus, qui in ordine eſt 10. ad med. verſ. vel non loquitur de*
18 *diffinitiua 3. quæſt. 9.* atque ita vt † remouetur inſtantiæ terminus ad quem, ideſt ſententia diffinitiua, ita remouetur terminus à quo, ideſt litis cõteſtatio, quæ non cadit ſuper his, quæ ſimpliciter ordinantur ad obtinendam interloquutoriam, vt ita argumentatur *Alexan. d. conſ. 134. num. 1. & 2. lib. 7.*

19 Et quòd in exequutiuis, † non introducatur inſtantia, fuit ſententia antiquorum Aduocatorum Ciuitatis Peruſij, cuius meminit *Bal. in l. 1. ſub n. 3. verſ. antiqui Aduocati, C. de iureiur. propter calumn.* Quamuis enim ibi ipſe videatur diſſentire, per eum textũ, qui exigit vniuerſaliter in omnibus cauſis iuramentum Calumniæ, nihilominus hæc
20 eius doctrina † procedit ſolùm vbi agitur ex iudicato, & ſic actione in factum, ſecus verò vbi petitur exequutio Iudicis Officio, vt benè ipſe Baldus explicat, & ſe ipſum in hac parte conſormat cum prædictis Aduocatis, *in l. 1. §. ii videtur, ſub nu. 5. verſ. opinio Aduocatorum, ff. ſi quis ius dicen. non obtemper.* & cum eo tranſit *Anton. de Canar. in tract. de exeq. inſtrum. in quæſt. 33. num. 71. Maran. loco ſupradict. ſub nu. 4. in addit.* & poſt alios longè diffuſiùs, & explicatiùs docet *Franc. Curt. in repet. l. 1. ex num. 10. vſque ad fin. C. de iureiur. propter calumn.*

21 Quo fit, vt licet † in omnibus cauſis ſit iurandum de calumnia (quæ fuit ratio motiua Baldi contra ſupradictos Aduocatos) ideſt non ſolùm ſummarijs, vt in *Clem. ſæpè, vbi Imol. ſub num. 4. verſ. habetis, de verb. ſignif. Bar. in Extrauag. ad reprimendũ in verb. & figura, n. 11. Franc. Curt. in repet. l. cum & Iudices, num. 20. C. eod. tit. de iureiur. propter calumn. Mancin. in tracta. de iuram. par. 2. art. 1. num. 61. Mantic. decif. 33. nu. 4.*
22 verum etiam exequutiuis, cum † huic iuris neceſſitati, non fiat remiſſio ex facultate procedendi manu Regia, velo leuato, ſine ſtrepitu, & figura indicij, *Bar. in d. Extrauag. ad reprimendũ, ſuper verb. figura, verſ. item an de calumnia, Pute. decif. 388. num. 1. & per to. lib. 2. Gratia. forenſ. diſcept. cap. 208. num. 15.* Et in terminis, quod in iudicijs
23 exequutiuis † non ſecus ac in alijs obtineat, *Mareſcot. var. reſol. lib. 1. cap. 47. num. 3.* & maturè excuſſo articulo firmauit *Rota in recen. decif. 82. ex nu. 1. & per to. par. 1.* quam ſententiam iterum canonizauit apud *Caualer. decif. 414. num. 3.*
24 Vt propterea non dubitem, etiam † hunc proceſſum vitiari, ſi exigatur tale iuramentum, & non præſtetur, iuxta diſpoſitionem *text. in l. 2. C. de iureiur. propter calum. & in cap. 1. eo. tit. in ſexto, Rol. conſ. 71. num. 7. lib. 1. Rota decif. 2. de iuram. calumn. in antiq. Mantica ea. dec. 33. n. 4. Seraph. decif. 1355. num. 1.*

Etiamſi agatur nomine Commiſſarij Cameræ
25 Apoſtolicæ; cùm à præſtatione huiuſmodi † iuramenti, vt nõ cenſetur ſolutus Princeps, ita & multo minus Procurator ipſius, ſiuè Fiſcus, *Iſern. in c. vnico §. in quibus etiam, num. 2. de conſuet. rect. ſeu. Lucas de Penn. in l. iuſtas, 6. ſub num. 1. circa fin. verſ. ſi ergo iuſtas, C. de iur. fiſc. lib. 10.* (niſi
26 aliud de † conſuetudine alicuius fori ſeruetur, vt explicat idẽ in *l. 1. n. 11. C. de Conduct. & Procur. prædior. Fiſcal. lib. 11. Peregrin. de iure Fiſc. lib. 7. tit. 2. ſub nu. 7. ad fin. verſ. amplius adde*, quemadmodum de conſuetudine in hac parte iure communi contraria in Camera Imperiali, teſtatur *Andreas Gail. lib. 1. obſeruat. 90. num. 4.* ſentiens, eã circumſcripta, de iure communi rem eſſe claram contra Fiſcum, vti per eum ibidem *ex nu. 1. & ex num. 3.*) & poſt hos, ac *Surd. decif. 18. ex num. 1.* ſententiam hanc, multis fundamentis ſubtiliter, & doctè tuetur *D. Cyriac. forens. controuerſ. cap. 13. ex num. 22.*

27 Adeò vt nequè arbitret † excuſari poſſe nullitatem, prætextu probationis plenæ iam factæ ex parte actoris, ſecundum id quod voluiſſe videtur *Bal. in cap. 2. ſub num. 7. ad fin. verſ. item in iſto capitulo de probatio.* quem alij ſequuntur cumulati per *Tiraq. de retract. conſanguin. §. 2. gloſſ. 2. num. 1.* cum qua doctrina, proceſſum à nullitate ſaluauit Rota in vna *Nucerina penſionis*, 18. *Aprilis* 1598. *coram Iuſto*, & poſtea in vna *Apruntina, ſiue Montis alti, 4. Iulij* 1601. *coram Cardinali Sacrato*, & duas alias deciſiones refert *Mareſcot. in præcita. cap. 47. num. 10.*

Etenim Baldus, non loquitur de hoc iuramen-
28 to † calumniæ, quod præſtatur pro ſola lite, ſed de iuramento ſuppletiuo probationis iam factæ ex particulari conſuetudine, vt patet ex eius dictis, dum ſimpliciter allegat caſum eius decretalis, quę in his, & non in diuerſis terminis loquitur, & ita ſi rectè aduertatur, eum textũ expoſuit etiam *Iaſ. in l. admonendi in ſecunda lectu. num. 81. ff. de iureiur.* & propterea iſtud fundamentum ad ſaluandam nullitatem proceſſus ex hoc capite in iure non eſſe tutum, & ſuſtentabile, ipſamet Rota notauit apud *Mantic. d. decif. 33. num. 8.*

Nihilominùs hinc minimè exiſtimẽ, trahi argumentũ aliquod concludens ad hanc introductionẽ
29 inſtantiæ: quia neceſſitas † iurandi de calũnia non eſt reſtricta ad cauſas, vel lites, quæ habet inſtãtiã, ſed eſt diffuſa ad omnes cauſas, & ad omnes omninò lites, vt expreſsè habet *text. in d. l. 2. C. de iure-*
30 *iur. propt. cal.* dùm ratio exigendi huiuſmodi † iuramentum, omnem materiam complectitur, quæ iudiciali iurgio, ſeù (vt loquitur *text.*) inſtãtiæ cõtētioſæ ſubijcitur, in *l. 1. C. eod. tit.* vbi ideò *Gotof.*
31 poſt alios notat † eximi ea dũtaxat, quæ sũt iuriſdictionis volũtariæ, neq; enim ibi ſumitur inſtantia, pro meta, vel præſcriptione tẽporis ad exercendũ iudicium

32 iudicium inchoatum de qua ſuprà,& qua † perem-
pta, nō perimitur cauſa,vt in *l.& poſt edictum 73.*
in princ.verſ.circunducto ff. de iudic. ſed ſumitur
33 pro † cauſa ipſa,& iudiciali deductione, vt in *l.vn.*
verſ.nam inſtantiam,ff.de libell.dimiſſ.& ſanè iu-
34 re merito,quia finis legis in hac parte,eſt † arcere
ab omni iudicio calumniæ ſuſpicionem, vt legitur
in *princ. proœm. Inſtit.* & benè explicatur in *no-*
uell.Iuſtin.13. de Prætor.popul.§.quemadmodum
35 *autem ſpectabiles,ad fin.*calumniæ autem vox † hic
in latiori ſignificatu ſumitur pro quacunquè im-
proba moleſtia,vt ex *l.ſi calumnietur,233.de ver,*
ſignif. notauimus *lib.2.quaſt.20.nu.93.* beuèquè
etiam explicat *Franc. Balduin.in præcit.proœm.*
Inſtit.num.62.& Vuiſembecc.in paratit.d.tit. de
iuretur.propt.calum. num.1. ac proiudè cadit in
quocūque iudicio, nequè admittit diſtinctionem,
36 an ſit exequutiuum,vel ſecus, quia † etiam in exe-
quutiuis poteſt quis calumniari, dùm falſis vtitur
probationibus,vel mendacijs,*Caſſad.de mut.peti-*
tio. decif.vn.num.2.

37 Quo fit, vt tametſi præſtatio † iſtius iuramenti,
ex ſe,uon ſit ſubſtantialis aliqua pars iudicij, ſed
merè accidentaria,vt cenſuit *Veſtr.in prax. lib.5.*
cap.3.num.1.ad fin.verſ. nec deniquè;quod patet,
38 cùm eius omiſſio, † proceſſum aliàs validum,non
perimat,*c.1.§. propter omiſſum, de iuram. calum.*
39 *in ſexto*,tameu per accidens † efficitur ſubſtantia-
lis pars iudicij,ideſt ſi illud per colitigantem exi-
gatur: vis enim ſtat in illa exactione, ſiuè fiat per
Iudicem,cuius arbitrio eſt poſita, in *cap.2.§.in*
omnibus,eo.tit.in ſexto,ſiuè à parte,*Rota præcita.*
decif.2.eo.tit.in antiquis, cum alijs ſuperius alle-
40 *gatis*:licet non ignorem, † aliquos voluiſſe non eſ-
ſe nullum proceſſum, ſi fuerit per ſolum Iudicem
exactum,ſed vuo tantùm caſu,videlicet ſi exactum
ſit à parte, quod eſſe uotandum ſcripſit *Aret.in*
ea.l.2.ſub num.13.verſ.& aduertas C.de iuretur.
propt. calum. Maria. Socin. in cap. cæterum ſub
num.10.verſ.ſi verò non petat, extra eo.tit.

Quippè vbi eſt exactum, & non præſtitum, in-
trat præſumptio calumuiæ, ſiuè malitiæ, contra
non iurantem, quæ cum ſua tabe inficiat etiam
41 acta probatoria,quæ habent † inſtar nauiculæ de-
ducentis iudicium ipſum in portum, vt præclarè
ait *Bal. in cap.quia propter,ſub n.23 ad fin.verſ.*
ex his ergò de electio. Pacian.de probat.lib.1.c.5.
42 *n.2.*Indè conſequitur,vt dum † ſententia pendet à
probatione; *l. lege Iunia 24. verſ.ſed ſi teſtes ff.*
de manumiſſ.Pacian.loco præcit.num.6. iſte defe-
43 ctus † veriùs Iuſtitiæ ſit, quàm proceſſus iudiciarij,
prout ita cenſuit *Rota apud Seraph. in ſupracit.*
decif.1351.ſub num.1. verſ. & iſta nullitas, cum
alijs quos recenſuit *Gratia. forenſ. diſcept. cap.*
208. num. 16.

Et hæc ſatis de priori refutatione argumenta-
tionis poſitæ ab initio quæſtionis, contra vſum
Breuium; ſuccedit nunc altera in illis verbis,*literæ*
quòquè in forma breuis annulo piſcatoris muni-
tæ,non minoris ſint efficaciæ, et authoritatis,quàm
reſcripta Romani Pontificis,eius manu propria
ſubſcripta; nam cùm Concilium *d. cap. 10.* exci-
piat ab eo decreto cauſas maiores, quæ iuxta Ca-
44 nonicas ſanctiones † apud Sedem Apoſtolicam
ſunt tractandæ,de quibus in *cap.poſt translationẽ,*
& ibi explicat *gloſſ.in verb.reſeruata,de Off. lega.*
& latiſſimè *Gabr.conſ.182.ex nu.2.lib.2.* Necnon
cauſas,*quas ex vrgenti rationabiliquè cauſa iudi-*
cauerit Summus Pontifex,per ſpeciale reſcriptum
Signaturæ S.ſua manu propria ſubſcribendum
committere, & auocare, vt ita legitur in *præcitato*
*cap.10.*nihil videtur proponi contra decretum ex
huiuſmodi vſu Breuium.

Etenim ſuppoſita reſeruatione beneficij gene-
rali,in hoc articulo poteſtatis Ordinarij,circa co-
gnitionem gratiæ Apoſtolicæ de huiuſmodi bene-
ficio factæ, duplex poteſt incidere quæſtio; Prior
45 eſt, † an ex natura materiæ ſubiectæ,ipſe Ordina-
rius ſit incapax huius cognitionis,non ſecus ac eſt
incapax cognitionis cauſarum maiorum? & vide-
tur diſtinguendum, aut actio implicat præiudiciū
ipſius Papæ, aut præiudicium partium colitigan-
tium, ſalua penitus poteſtate, & voluntate Papæ;
vt priori caſu, uullo modo ſit capax,ſiuè agatur de
ſubuertendo ipſius Papæ certo iudicio, *can.nemi-*
ni, qui in ordine eſt 30. 17. quaſt. 4. ſiuè de in-
terpretāda voluntate ex declaratione alicuius vo-
cis æquiuocæ,& valdè obſcuræ,*cap.cum veniſſent,*
12.de Iudic.cap.1.& 2. de confirm. vtil.vel inut.
etiamſi partes conſentirent,*Hoſtien.in d.cap.cum*
veniſſent, ſub num.1.verſ.& item quandoquè;po-
ſteriori verò ſecus,*l.quoties,C.de iudic.cap. ſuper*
eo.& cap.licet,de crim.falſ.cap.ſi Papa,de Priuil.
in ſexto, Ancher.in eo. cap. cum veniſſent,num. 5.

Vt hinc pateat, ſi quæratur de ſimplici incapa-
citate, illam fore negandam, cùm in hoc articulo
non reuocetur in dubium ipſa poteſtas, aut volun-
tas in reſeruando, ſed mentis defectus in confe-
rendo, adeoquè non agitur de præiudicio aliquo
Papæ, ſed partium dumtaxat;& propterea non iu-
dicet Ordinarius de gratia Apoſtolica directò,
quod eſt ſibi prohibitum à iuribus præcitatis, ſed
indirectò,quod ſibi à iure eſt permiſſum, vt conſi-
derat *Innocen. in eo.cap.cū veniſſent, ſuper verb.*
iudicari, neq; (vt alij loquūtur) quæſtio ſit de gra-
tia,ſiuè de priuilegio,ſed de priuilegiato,vt loqui-
tur ibi poſt alios *Io. Andr.ſub n.6. verſ.dicūt ergò*
quidam,quā diſtinctionem ibi amplectūtur *Zaba-*
rell. nu.2. & 3.Butr.n.3. per to.Bellam. ante n.1.
Hēric.Boich n.2.& 3.Bal.n.5.& Barbat.qui om-
nium clarius loquitur,nu.14. & verba Io. Andreæ
præinſerit,& eum ſequitur *Bal. in l.hi qui ad ciui-*
lia,ſub num.1.verſ.verba Ioan. And. C. de appell,
& poſt omnes ita benè explicat *Gabr.præcit. conſ.*
182.ex num,14. & 17.

Altera eſt,an ſuppoſita hac capacitate, nihilo-
46 minus ex ipſa † reſeruatione generali adhuc ſubſit
vrgens, & rationabilis cauſa committēdi cauſam,
cui Papa velit, extra Tribunal Ordinarij,adeoquè
in ipſa Romana Curia; & videtur hoc eſſe cla-
rum, ex Decreto Leonis X. ſub *dat. 4. Non.*
Maij 1515. in Concil. Lateranen. ſeſſ. 10, pag.
mihi 143. in his verbis, *Statuimus, & ordi-*
namus, quod ſingulæ cauſæ,tàm ſpirituales,quàm
ciuiles, & mixtæ, ac forum Eccleſiaſticum quo-
modolibet concernentes,& beneficiales, (dummo-

do be-

Digitized by Google

do beneficia ipſa generaliter reſeruata nõ fuerint, & ipſorum ſingulorum beneficiorum fructus, redditus, & prouentus 24. ducatorum auri de Camera, ſecundum communem æſtimationem, valorem annuum non excedant) in prima inſtantia extra Romanam Curiam, & in partibus, coram Ordinarijs locorum dumtaxat cognoſci, & determinari, &c.

Ex quibus verbis nihil clarius poteſt conſtitui, quàm cauſam ſuper beneficio reſeruato, modò excedat valorem annuum ducatorum 24. non ſubijci decreto Conciliari de prima inſtantia coram Ordinarijs neceſſariò tractanda, ſed eam poſſe in Curia rectà committi, non inferendo ex reſeruatione beneficiorum, ad reſeruationem cauſarum ſuper reſeruatis, ablatamquè poteſtatem ab Ordinarijs, vt benè aduertit *Gabr. in praeit. conſ. 182. ſub num. 2. verſ. ſed dubitari poteſt, & num. 3.* ſed benè inferendo ad negatiuam reſiſtentiæ decreti Concilij Tridentini, & ad Iuſtitiam, rationabilitatemquè cauſæ motiuæ in Papa, dum negotium ſuper reſeruato beneficio, etiam in prima inſtantia, committit in Romana Curia; ſiuè dicamus id fieri pro conſeruando iure ſibi expreſsè reſeruato in Concilio Lateranenſi, à quo recipit interpretationem Tridentinum, vt (quamuis nutanter) viſus eſt ſentire *Gabr. d. conſ. 182. num. 4.* cum non

47 ſit nouum priores leges † ad poſteriores trahi, & è conuerſo, niſi manifeſtè ſint contrariæ, *l. non eſt nouum 26. cum duabus ſeqq. ff. de legib.* cum innumeris benè adductis per *Gonzal. ad regu. de menſ. gloſſ. 5. §. 3. num. 65.*

Siuè dicamus, etiam circumſcripta ea diſpoſitione Concilij Lateranen. in gratia Apoſtolica facta tanquam de reſeruato ſingularem rationem delitéſcere, vt petente prouiſo Apoſtolico negotium delegetur in ipſa Curia, etiam in prima

48 inſtantia, propterea quod Ordinarij † nimis ſeriò reputant reſeruationes etiam generales, ſibi eſſe præiudiciales, ideoquè facilè ipſos prouiſos Apoſtolicos habeant vſquè adeo exoſos, vt plerunquè contra eos diuerſas conſueuerint technas ordire, dum alios intrudunt, intruſoſquè fouent, vt peruerſum hunc morem, præ cæteris notarunt *Vitali. in Clement. vlt. ſub num. 78. verſ. ratio quia eis; de ſentent. excomm. Rebuff. de nomin. quæſt. 10. num. 23. & Gonzal. ad Reg. de menſ.*

49 *§. 3. procem. num. 149.* nequè ideò hinc † aliquid fieri, vel tentari contra decretum Concilij Tridentini, vt reſpondiſſe Sacram Congregationem notauit *Gonzal. ad Reg. de menſ. gloſſ. 52. nu. 37. & Salgad.* (cuius auctoris mihi eſt permiſſa lectio) *de reg. protectio. par. 2. cap. 18. num. 33.*

Nequè enim eſt par ratio in Papa fouendi contra Iuſtitiam, proprios prouiſos, quæ eſt in Ordi-

50 narijs, cùm † Papa qui eſt Vicarius Chriſti, non præſumatur aliter iudicare quàm Deus, vt benè aduertunt *Hoſtien. in praall. c. cum veniſſent. n. 4. Butr. num 9. verſ. quia non præſumitur, Collect. ſub num. 2. verſ. quia non eſt veriſimile, Io. And. nu. 7 verſ. poteſt ergo, Anchar. nu. 3. verſ. maximè quia, Bellam. ſub nu. 4. verſ. & maximè de Iudic.*

Proindequè extrauagans hæc Gregoriana, in verbis ſuperiùs relatis cauſam hanc rationabilem minimè reuocat in dubium, ſed eam tanquam notoriam ſupponit: tantùm confutat motiuum, quod fieri poterat circa defectum voluntatis, quaſi quod cùm pro ea exprimenda, Concilium certam formam præſcripſerit, in illis verbis, *per ſpeciale reſcriptum Signaturæ, Sanctitatis ſua manu propria ſubſcribendum*, forma hæc non videatur impleta per literas in forma breuis, cum illis nuſquam Papa manu propria ſubſcribat, ſed ſola ſubſcriptione Secretarij firmentur, ſuperimpoſito ſigillo annuli Piſcatoris, vt in præcedenti quæſtione retulimus. At iuſtitia confutationis eſt in promptu, quia licet per inſpectionem literarum huiuſmodi non diſcernatur Papæ reſcriptum manu propria exaratum, ſecundum ea quæ expoſuimus *hoc lib. quæſt. 1. num. 33.* diſcernitur tamen eius enixa voluntas, quinimo etiam ſubſcriptio, quæ

51 perpetuo † eſt implicita ſigillo, *Roman. conſ. 303. num. 2. Alex. conſ. 147. ſub num. 6. verſ. præterea ſi vera eſſet lib. 2. Gabr. de præſumpt. concluſ. 4. ex num. 3*

52 Et cùm iſta forma, non ſit inducta, † niſi ad hunc finem, vt certa ſit mens Papæ, ſufficit mentem reddi certam per æquipollens, cum hoc caſu lex dicatur magis cogitaſſe de effectu, quàm de forma, vt benè per *Ruin. conſ. 137. num. 9. lib. 1. cum alijs per Rotam diuerſ. par. 2. deciſ. 33. num. 4. & 5.*

Deueniendo nũc ad poſtremum huius quæſtionis articulum; dicimus virtutẽ iſtius declarationis Gregorianæ in eo præcipuè cõſiſtere, nè deinceps cuipiam liceret aſſerere vſum hunc eſſe contrariũ diſpoſitioni ſupradicti decreti, vt legitur in *§. 3. poſt med. ibi, decernimus &c. decretis Concilij huiuſmodi non contrauenire, nihilquè præiudicij eis inferri, vel eorum formam in aliquo violari, nequè*

53 *id dici, aut cenſeri &c. debere, &c.* vt enim † decreta Concilij omnia ſubijciuntur auctoritati Papæ, vt expreſsè legitur *ſeſſ. 25. cap. 21. de reform.*

54 ipſe verò eorum interpretationem † ſibi reſeruauit, vt in *Conſtit. Pij Quarti, 73. §. 1.* inde conſequitur interpretationem hanc, eandem vim obti-

55 nere, quam Concilium ipſum, non † ſolum inſpecta diſpoſitione Canonum, *cap. vlt. cum ibi nota. per gloſſ. in verb. declaramus, & Doctores, de Conſtit.* ſed etiam ratione iuris ciuilis; ſecundum quã Principis interpretatio, non tàm interpretatio, quàm lex eſt, in *l. vl. C. de legi.* vt propterea ſi quiſ-

56 piã † adhuc velit contra eam reluctari, nõ tantùm haberi debeat vanus ſubtilizator, ſecundũ *text. in d. l. vlt.* meritoquè à iudicijs repellendus, *l. ſicut §. ſi debitori ff. quib. mo. pign. vel hyp. ſol.* verum etiã

57 abijciẽdus † tanquam ſacrilegus, *l. diſputari C. de crim. Sacrileg. Gramm. eius. conſ. 100. num. 42.*

58 Tametſi enim probabilis † interpretatio citra gloſſemata, & commentaria inferioribus etiam non ſit prohibita, vt per *Roder. de regul. 10. 1. q. 11. art. 3.* & benè declarat *Reuerendiſſ. D. Bonacin. in tract. de legib. diſput. 1. q. 1. punct. 8. num. 3.*

Attamen hæc, non poſſet videri interpretatio,

59 quæ eſt † perplexæ, & obſcuræ alicuius vocis declaratio, quæ fit exprimendo, non perimendo, *cap. cum dilecti 18. §. quia verò de accuſatio.* & poſt alios

alios notat *Tiraquell. ad l. ſi vnquam in verb. libertis n. 14. C. de reuocan. donatio.* Quapropter ceſ-
60 ſat † interpretandi neceſſitas, explicata nimirũ ſemel per ipſum Papã energia illius vocis, *inſtantia*, quæ obſcuritatem orationi videbatur inferre, *l. ille, aut ille, 25. de leg. 3. cum ſimil.* Præter enim ef-
61 fectum clauſulæ † ſublatæ poteſtatis aliter interpretandi, quæ ſuum operatur effectum, tàm reſpectu partium, quàm Iudicis, *Pute. deciſ. 48. num. 6. lib. 1. Seraph. deciſ. 351. num. 1. & deciſ. 1020. itidem num. 1. & 1251. num. 19.* magis etiam vrget
62 defectus † materiæ interpretabilis, propter iam factam interpretationem, indequè totam ambiguitatem remotam, vt propterea quantulus quiſquè ille ſit, non tàm interpres poſſit videri, quàm calumniator; cum in claris, omnis interpretatio dicatur calumnioſa, *Curt. ſen. conſ. 29. n. 7. Burſat. conſ. 36. num. 24.*

63 Opponere enim ſe declarationi iam factæ † per Principem, prætextu quod vel ille errauerit, aut excedendo terminos ſimplicis declarationis, aliquid noui voluerit ſuperinducere in præiudicium alterius cui eſſet ius quæſitum, eſt falſa imaginatio nulla ſubnixa veriſimilitudine, vt plenè deducit *Bellame. deciſ. 723. num. 7.*

Vt ex his pateat, quàm grauiter impingant in lapidem offenſionis, qui ſe opponunt exequutioni literarum huiuſmodi, ſub hoc condemnato prætextu: hos enim omnes coercet dirum anathema Bullæ Cœnæ Domini in §. 13.

SVMMARIVM.

1 *Subrogationis gratioſa clauſula, multiplicem reſpicit gratiam.*
2 *Subrogationis gratioſa ad poſſeſſionem, maior eſt quàm Breuis prærogatiua.*
3 *Clauſula.* quod literæ per viam gratioſæ ſubrogationis, *quid importet.*
4 *Reſcriptum Principis, ita interpretandum, nè inutile ſit.*
5 *Antecedens neceſſarium, perpetuò includitur in conſequenti.*
6 *Subrogatio gratioſa, cenſetur conceſſa ex facultate expediendi literas per eius viam.*
7 *Poſſideri, dumtaxat corporalia poſſunt.*
8 *Secus verò incorporalia.*
9 *Minusuè vſucapi.*
10 *Incorporalia, quaſi poſſideri dicuntur.*
11 *Et quomodo intelligantur poſſideri.*
12 *Incorporalia dicuntur poſſideri ad effectum interdictorum poſſeſſoriorum.*
13 *Poſſeſſio, per Principem transfertur de perſona in perſonam, ſine traditione.*
14 *Requiruntur tamen termini habiles, & quinam ſint.*
15 *Poſſeſſionis traditio ex actu ficto, ſuppletur per anixam voluntatem Principis.*
16 *Poſſeſſio defuncti, non continuatur in hæredem, ſed remanet extincta.*
17 *Subrogatio gratioſa, regulatur ſecundum terminos ſtatuti continuantis poſſeſſionem defuncti in hæredem.*
18 *Poſſeſſionis continuatio, eſt quid diuerſum ab acceſſione temporum, pro implenda vſucapione.*
19 *Text. in l. cum hæredes, de acq. poſſ. non militat in beneficialibus.*
20 *Prælatus, agit ſpolio nomine Eccleſiæ, pro recuperatione poſſeſſionis prædij, quam nunquam habuit.*
21 *Cuſtodia, eſt quid diuerſum à poſſeſſione.*
22 *Cuſtodia vacantis beneficij, pertinet, ad eum, qui habet abſolutum ius prouidendi.*
23 *Poſſeſſio naturalis, tamdiu durat, quamdiu corpore impletur.*
24 *Cuſtodia, ſemper rem afficit, quominus eius poſſeſſio poſſit vnquàm dici vacua.*
25 *Subrogatio gratioſa ad poſſeſſionem, qualiter trãſferat poſſeſſionem in ſubrogatum.*
26 *Poſſeſſio rei incorporalis, transfertur per inductionem in poſſeſſionem corporalium quibus adhæret.*
27 *Subrogatio gratioſa ad poſſeſſionem, quid ſit.*
28 *Subrogatio eadem, non cenſetur data, niſi literis expeditis.*
29 *Poſſeſſionem capiens literis non expeditis, dicitur verus intruſus.*
30 *Etiamſi habeat clauſulam ſubrogationis gratioſæ in ſupplicatione.*
31 *Clauſula, facultatis expediendi per viam gratioſæ ſubrogationis, ſtat in ordine ad ſubiectam aut litem, aut reſeruationem, ſiuè affectionem.*
32 *Subrogatio gratioſa, expedita ad partem, non ſuffragatur ceſſante reſeruatione, etiamſi beneficium vacauerit apud ſedem.*
33 *Subrogatio gratioſa, qualiter diſtinguatur à rigoroſa.*
34 *Subrogatio rigoroſa eget iuſtificatione narratorum, & iuris illius, in cuius locum eſt facta ſubrogatio.*
35 *Subrogatio non expedita ad partem, ſed in literis principalibus, eget iuſtificatione omnium narratorum coram exequutore in literis deputato.*
36 *Præmiſſa autem iuſtificatione huiuſmodi, obtinet ſuam prærogatiuam in articulo adipiſcenda.*
37 *Niſi literæ, eſſent in forma commiſſaria.*
38 *Subrogationis gratioſæ literæ, ad partem poſſunt expediri, quamuis prius fuiſſent expeditæ in alia forma, aut in literis principalibus.*
39 *Subrogatio gratioſa, habet idem priuilegium, ſiuè fuerit deſumpta ex clauſulis generalibus, ſiuè conceſſa ex ſpeciali reſcripto.*
40 *Subrogatus gratioſè, an poſſit intentare interdictum Retinendæ.*
41 *Subrogatio gratioſa, regulatur ſecundum terminos* l. vlt. C. de edict. diu. Adrian. tollen.
42 *Poſſeſſio, quæ transfertur in vim ſtatuti de defuncto in hæredem, qualiſnam ſit.*
43 *Probaturquè eſſe veram poſſeſſionem naturalem, & ciuilem.*
44 *Subrogatio gratioſa ad poſſeſſionem, fit cum omni iure quod habebat deceſſor.*
45 *Subrogatus, ſimpliciter repræſentat perſonam eius in cuius locum eſt ſubrogatus.*

47 Poſſeſ-

46 *Poſſeſſio defuncti, an ſit manutenibilis in perſona eius, in quam eſt continuata, pro compeſcendis turbationibus illatis defuncto.*

47 *Subrogato decernenda eſt immiſſio, reſpectu eius poſſeſſionis, quæ fuit manutenibilis in præceſſore.*

48 *Poſſeſſionis continuatio ex ſubrogatione, non impeditur per occupationem naturalis poſſeſſionis.*

49 *Subrogato gratioſè, non competit actio ſpolij, ex perſona deceſſoris.*

50 *Niſi aliud Papa decernat.*

51 *Subrogato an competat actio ſpolij, ex perſona propria, ſi poſſeſſio naturalis occupetur, antequam ipſe illam apprehendat.*

52 *Subrogato gratioſè, competit interdictum adipiſcendæ, ex remedio l. vlt. C. de edict. Diu. Adria. tollen.*

53 *Subrogatus gratioſè, vbi poſſeſſio eſt vacua, poteſt apprehendere poſſeſſionem auctoritate propria.*

54 *Etiam lite pendente.*

55 *Et quid, ſi fuerit inhibitum.*

56 *Subrogatio gratioſa ſuperueniens, purgat vitium antecedens.*

57 *Subrogatus gratioſè, quæ teneatur probare, pro obtinenda immiſſione.*

58 *Subrogatio gratioſa, infert interdicto adipiſcendæ naturam poſſeſſorij recuperandæ.*

59 *Eius expeditio, qualiter fiat.*

60 *Conceditur etiam pro iure ad rem.*

61 *Subrogatio non extenditur vltra expreſſa.*

62 *Subrogatio expreſſè non facta ad poſſeſſionem, ad eam non extenditur.*

63 *Quod declaratur.*

64 *Nuſquam extenditur ad fructus, niſi hoc contineatur in diſpoſitiua.*

65 *Paria ſunt aut non eſſe, aut eſſe, & non apparere.*

66 *Subrogatio ſimplex ad ius defuncti, viget exnominatione, nec ideo habet viam exequutiuam.*

67 *Subrogatus gratioſè ad omne ius, & proſequutionem litis, in ſtatu, & terminis, &c. ſortitur eandem viam exequutiuam, quæ competebat perſonæ in cuius locum fuit ſubrogatus.*

68 *Subrogatus gratioſè, immittitur in poſſeſſionem, obſtante exceptione, quod Eccleſia ſit receptitia, & non numerata.*

69 *Reſeruatio, pro obtinenda exequutione ſubrogationis gratioſæ, debet eſſe notoria, & indubitabilis.*

70 *Subrogatio gratioſa, non mittitur exequutioni, vbi reſeruatio eſt turbida.*

71 *Et turbiditas, qualiter inferatur, vel excludatur.*

72 *Exceptio defectus proprietatis, cur non admittatur in iudicio adipiſcendæ, contra prouiſum de beneficio.*

73 *Eadem, reijcitur ad petitorium.*

74 *Iuriſpatronatus exceptio, quando admittatur ad retardandum exequutionem literarum Apoſtolicarum, contra prouiſum tanquam de reſeruato.*

75 *Subrogationi gratioſæ, qualiter conſtituatur legitimus contradictor.*

76 *Subrogationibus duabus concurrentibus, præualet quæ eſt pura.*

77 *Et quæ dicatur conditionalis.*

78 *Subrogationis gratioſæ vigore decernitur immiſſio ſubrogato, etiamſi poſſeſſio ad quam eſt facta ſubrogatio, prætendatur vitioſa.*

79 *Quod tamen declaratur.*

QVÆSTIO XIII.

Subrogationis gratioſæ literæ, qualiter expediantur, & exequutioni demandentur.

PRÆTER literas in forma Breuis, de quibus egimus in duabus proximè præcedētibus quæſtionibus, prouiſo Apoſtolico, tanquam de reſeruato, vel affecto concedi conſueuerunt literæ ſuper gratioſa ſubrogatione, nedum ad ius defuncti, & litem, ſi quæ cum eo fuit, eiuſdemq; litis proſequutionem, verum etiam ad poſſeſſionem in
1 qua fuit defunctus, itaut † non vna, ſed multiplex concurrat gratia, ſub vna clauſula concepta, vt ex *Bellam. deciſ. 165. num. 3. iuncta Caſſad. deciſ. 1. num. 1. vt lit. pend. & Seraph. deciſ. 196. num. 2. notauimus lib. 2. q. 20. num. 164.* vbi latiſſimè egimus de ea ſubrogatione, quæ fit in vim Regulæ, ex ſuppoſitione litis, *ex num. 56.* & de duplici eius forma, gratioſa videlicet, & rigoroſa *ex n.* 163.

De hac igitur ſubrogatione quæ fit ad poſſeſſionem beneficij reſeruati, aut affecti, in qua fuit defunctus, hic agi oportet; digna eſt enim ſingulari explicatione, propter maximam eius prærogati-
2 uam, cùm plenior, † & vberior reputetur, quàm ſit prærogatiua Breuis de capienda poſſeſſione nomine Cameræ, aut ad fauorem literarum Apoſtolicarum, prout clarè reſpondit Rota *in vna Burgen. de Pancoruo 28. Nouembris 1588. coram Gypſio, cuius meminit Gonzal. ad reg. de menſ. in §. 7 proœm. num. 214. & legitur impreſſa apud Marcheſ. tom. 1. pag. 346. ſub num. 2. ad fin. verſ. quinimo huiuſmodi ſubrogatio*, quocirca iſta maxima prærogatiua, quæ ſit, vndè profluat, & quomodo in ſe conſiſtat, niſi probè doceatur, impoſſibile eſt, quin omnia perturbato ordine percipiantur.

3 Eſt ergò aduertendum, vſu receptum eſſe, † vt in quacunquè ſupplicatione ad beneficia, inter cæteras clauſulas generales hæc vna inſeratur, *Quòd literæ per viam gratioſæ ſubrogationis, etiam quoad poſſeſſionem expedire valeant, Gonzal. loc. præcit. §. 3. n. 55.* Vndè ſignata ſupplicatione Papa cēſetur ſupplicem ipſum ſubrogaſſe: ſi enim vult poſſe expediri per ipſum literas ſubrogationis, vtiquè etiā
4 vult eum ſubrogatum cenſeri, nè inutiliter † videatur reſcripſiſſe, contra ea quæ docet *Felin. in cap. 1. ex nu. 4 de reſcript. Menoch. conſ. 635. nu. 5.*
5 trita eſt enim iuris regula, neceſſarium † antecedens

Digitized by Google

dens in conſequenti perpetuò incliidi, *vulg. l. ad
rem mobilem de Procur. Menoch. conſ.50. num.5.
Surd. deciſ.260. num.28.* & huius argumentatio-
6 nis † vim, pro conſtituenda gratia huius ſubroga-
tionis gratioſæ, ex forma reſcripti, recedendo ab
eo quod priùs firmauerat, manifeſtè agnbuit *Rota
apud Pute. deciſ.423.n.2.lib.3.in additio.margin.
quæ legitur in correctis*, & nos attigimus, licet di.
ctæ deciſionis non meminerimus, in *præcita. q.20.
num.175.*

Qualiter autē Papa ſubroget prouiſum ad poſ-
ſeſſionem defuncti, non ita facile, quàm vt vulgo
7 creditur, eſt aſſequi; etenim † poſſideri cùm ali-
quid dicimus, iam ſupponimus illud eſſe quid cor-
porale, ideoquè pro huiuſmodi rei poſſeſſione
acquirenda, exigi cōcurſum, & animi, & corporis,
l. 3. in princ. de acquir. poſſ. incorporalia enim
8 impoſſibile † eſt poſſideri, *l. ſequitur 4. §. ſi viam,*
9 *de vſucap.* aut † vſucapi, *l. ſeruus 43. in princip.
verſ. incorporales de acquir. rer. domin.*

10 Hæc tamen eadē † incorporalia, dicuntur quaſi
poſſideri, vt loquitur *gloſ. in d. l. 3. in verb. corpora-
lia, Bal. in cap. contingit, ſub nu.2. verſ. ſed ſi non
11 ordinetur, de dol. & contum.* dum enim † rapitur
intellectualis ea poſſeſſio rei incorporeæ, per poſ-
ſeſſionem rei corporalis cui adhæret, illa intelligi-
tur per eundem obtineri, qui rem incorporalem
detinet, quod eleganter explicat *text. in l. ſi ædes,
31. §. libertas verſ. natura enim, ff. de ſeruit.
urban. prædio.*

Quocirca, vtcunquè ſecundum ſtrictam ſignifi-
cationem, hæc incorporalia non videantur poſſi-
12 deri, tamen † hæc quaſi poſſeſſio eorum, implexa
poſſeſſioni corporalium, ſufficit ad effectum inter-
dictorum poſſeſſoriorum, *l. ſicuti, 8. §. Ariſto, ad
fin. verſ. ſed & interdictum, ff. ſi ſeruit. vindic. In-
ſtitutio. de interdict. in princ. Menoch. de adipiſc.
remed. 1. num. 48.*

Quando ergo poſſeſſor beneficij, atquè ita rei
incorporalis, cedit, vel decedit, & Papa prouiden-
do, prouiſum ſubrogat ad eam poſſeſſionem, dif-
ficultas non conſiſtit in articulo poteſtatis Princi-
pis, circa tranſlationem poſſeſſionis, abſquè for-
13 mali traditione, id enim † prorſus conceditur ſu-
premæ illi poteſtati, vt per eum *text.* quem repu-
tat ſingularem tradit *Bart.* communiter receptus
*in l. raptores, 41. §. ſin autem Diaconiſſa, num.2.
C. de Epiſc. & Cler. Natt. conſ.398. nu.26. & 28.
plures cumulat Tiraquel. in tracta. le mort. ſaiſit
le viſ. in 6. declaratio. num.7. & in 7. declaratio.
num.3. Afflict. deciſ.299. ſub num.4. verſ. benè fa-
tendum eſt, & ex num.14. & admittebat Rota
in vna Caſalen. Canonicatus 22. Iunij 1605. co-
ram Ortembergo,* & in terminis ſubrogationis, de
qua nunc loquimur, eſt *Mohed. deciſ.11. num.2. ad
fin. vt lit. penden.*

Sed conſiſtit in articulo identitatis poſſeſſio-
nis eiuſdem numero, vt non videatur noua poſſeſ-
ſio, nouaquè apprehenſio, ſed ſemper eadem, &
eius continuatio, cum in hac hypotheſi non detur
14 terminus habilis, dum pro eo † duo exiguntur, vi-
delicet actus fictus, qui æquipolleat veræ tradi-
tioni, *l. quod meo, 18. §. ſi venditorem, de acq. poſſ.
Bal. in l. 1. num. 1. C. comm. de leg. Alex. conſ.83.
num.1. lib. 2.* & quod fictioni non aduerſetur ve-
ritas ſuppoſiti in contrarium, vt fuſius declarat
idem *Bal. in præcita. cap. contingit num.3. de dol.
& contum. Afflict. d. deciſ.299. num.5. & 6.*

Licet enim, quod pertinet ad actum fictum, ille
15 ſatis † deprehendatur in enixa voluntate Papæ, vt
tenent præfati Doctores, præcipuè *Afflict. d. deciſ.
299. num. 25.* huic tamen repugnat veritas exi-
ſtentis alicuius poſſeſſionis apud defunctum tem-
16 pore datæ reſcripti, cùm illa eſſet † extincta cum
vita deceſſoris, iuxta *Regul. l. cùm hæredes, 23. ff.
de acq. poſſ. Bal. in rubr. circa fin. verſ. in eadem
ibi de eo ff. de rei vindic. Tiraquell. in 3. declarat.
num.3.* Et ſic fruſtra fingitur ſuper impoſſibili, eſt
enim impoſſibile à priuatione ad habitū dari re-
greſſum, *l. manumiſſiones, de Iuſt. & iur.*

Nequè enim Papa præuenit tempus mortis, vt
facit ſtatutum continuans poſſeſſionem defuncti
in hæredem; quo ſimili ducti, aliqui exiſtimarunt
17 procedere † argumētum ab huiuſmodi ſtatuto ad
hanc ſubrogationem, vt notauit *D. Cæſar Argel.
in tract. de legit contradict. q.15. ex n.174.* nequè
præuenit delictum, aut factū aliud implicans amiſ-
ſionem poſſeſſionis, vt in caſu *d. l. raptores, §. ſin
autem Diaconiſſa*, ſed ſeruat ordinem temporis
ſecundum veritatem ſucceſſiuum; Vnde quamuis
18 ſingulari † ratione admittatur acceſſio temporum
pro implenda vſucapione, non tamen admittetur
poſſeſſionis eiuſdem continuatio, ſunt enim hæc
diuerſa, *l. 1. § quæſitum de acq. poſſ. cum alijs per
Tiraquel. præcit. tract. in 3. declarat. num.4.*

Quapropter aduertendum eſt, in hac materia
19 beneficiali, † minimè ſibi vindicare locū iuris ci-
uilis Regulam, qua dicimus, cū vita defuncti poſ-
ſeſſionem eius ſic extingui, vt in alterius perſona,
ſiuè vera, ſiuè ficta non ſuſtineatur, *vt in d. l. cum
hæredes*; nam vt beneficiarius defungitur, poſſeſ-
ſio prædiorum beneficij, & aliorum corporalium,
quæ in ſe (etiam ſecundum rationem iuris ciuilis)
rapit poſſeſſionem beneficij, prout eſt ius incor-
porale, non vacat, ſed remanet penes Chriſtum,
ſeù vniuerſalem, aut etiam ſingularem Eccleſiam,
vt pulchrè explicat, ac docet *Innocen. in cap. cùm
ſuper electione, 4. ſub num.4. verſ. & propter hoc
dicimus, quem ibi præ cæteris ſequuntur Io. And.
ſub num.3. verſ. nam licet, Collectar. num.5. Abb.
nu.19. & Io. de Imol. nu.7. de cauſ. poſſ. & propr.*
20 qui omnes ex hoc etiam inferunt, Prælatum † qui
nunquam fuit in poſſeſſione alicuius Prædij Ec-
cleſiæ, poſſe nihilominus agere ſpolio, cōtra (alio
tamen quàm Prælaturæ nomine) intruſum in
poſſeſſionem talis prædij; non quidem nomine
proprio, cum nunquam poſſederit, ſed nomine ip-
ſius Eccleſiæ, apud quam ſemper fuit conſeruata
eadem poſſeſſio, vt latius explicat *Rota deciſ.18.
num.2. de reſtit. ſpol. in antiq. & fuit deciſum in
vna Hiporegien. Capellaniæ S. Martini 28. Octo-
bris 1611. coram Penia.*

Aduertendum eſt item, eorundem prædiorum,
& aliarum rerum corporalium cuſtodiam, (prout
21 cuſtodia † hæc omnino eſt quid diuerſum ab ipſa
poſſeſſione, *l. poſſideri 3. §. quod autem Quintus*

Mutius, de acquir. poſſ ff. l. ſi duo §. creditores, ff. vti poſſide. & ibi gloſſ. in verb. non poſſe, & poſt alios Menoch. de retin. remed. 3. ſub num 47. verſ probat & hanc ſententiam,) iuris miniſterio
22 in eum rectâ tranſire, qui beneficij † omnimodam habet diſpoſitionem, vt apertè ſentit *gloſſ. in cap. cum vos, in verb. Oeconomos ad fin. verſ. ſed Epiſcopus, & ibi etiam Io Andr. nu. 16. de Off. Ordin.* quam gloſſam ita expendit *Abb. in cap. 2. ſub n. 10. verſ. idem videtur in collatore, de conſuetud.*

Quando igitur Papa prouidet de reſeruato, aut affecto, non ſolum apud eum, tanquam Chriſti Vicarium, & caput viſibile Eccleſiæ datur poſſeſſio beneficij, & rerum illius, ſed etiam, tanquam apud collatorem datur cuſtodia rerum corporalium, quæ hac ratione cenſentur ſubiectæ oculis corporeis ipſius, & quodammodò poſitæ inſeparabiliter ſub aſpectum; in hoc enim fortior eſt vis cuſto-
23 diæ, quàm poſſeſſionis; nam illa † non aliter naturalem detentationem implet, quàm patiatur corporalis incubatio, ſiuè detentatio, *l. clam poſſidere, §. qui ad nundinas, de acq. poſſ.* hæc verò ita
24 perpetuò † rem afficit, vt quamuis (niſi eius cauſa mutetur) minimè habeatur pro poſſeſſione manutenibili, cum cuſtos non poſſit poſſidere titulo pro ſuo, quemadmodũ optimè docet *Io. Faber, in §. retinenda, n. 7. inſtit. de interdict.* nuſquã tamen dicatur vacare, *gloſſ. in §. quod autem, in verb. loci vacantis, inſtit. de vſucap.* quam ſequuntur *Ang. in l. ſi me in vacuam, 34. num. 2. ff. de acq. poſſeſſ. Iaſ. in l. traditionibus n. 33. C. de pact. Fernand in repet. l. naturaliter, §. nihil commune, num. 79. de acquir. poſſeſſ. Rip in rubr. num. 34. de cauſ. poſſ. & propr. Fely. in cap. cùm Ioannes, ſub num. 33. verſ. & adde, de fid. inſtrum.* & benè tradit Rota apud *Seraph. deciſ. 82. ex num 2. præcipuè nu. 5.*
25 Hinc igitur fit, vt dum † Papa ſuum hunc prouiſum ſubrogat ad poſſeſſionẽ defuncti, idem poſſeſſionem ipſam, veluti rerum poſitarũ ſuo ſub aſpectu in eum transferat, non ſecus ac ille, qui ex turri dum vendita prædia demonſtrat, eorum poſſeſſionem proſpectui ſubiectam, emptori tradit, in caſu præcitatæ *l. quod meo, §. ſi venditorem, de acq. poſſ.* & hoc eſt quod eleganter docuit *Abb. in præcitat. cap. 2. ſub num. 10. verſ. idem videtur de collatore,* quem ibi ſequitur *Barbat. num. 86. de conſuetud.*
26 itaut ex eo actu † optimè etiam conſequatur traditio poſſeſſionis beneficij: per inductionem enim in poſſeſſionem rei corporalis, fit miſſio in poſſeſſionem rei incorporalis illi adhærentis, vt exemplo vſusfructus, & decimarum oſtendit *Innoc. in cap. in literis nu. 6. de reſt. ſpol.*

Atquè ex his primum infertur, ſubrogationem
27 hanc † de qua loquimur, nihil in effectu aliud eſſe, quàm continuationem poſſeſſionis de perſona deceſſoris, ad perſonam ſucceſſoris, *Bero. conſ. 13. ſub nu. 14. verſ. adeò quod ſubrogatus, lib. 1. Rota decıſ. 472. num. 2. lib. 3. par. 3. diuerſ. Gregor. deciſ. 307. num. 16.* quod inferius etiam oſtendetur.
28 Infertur ſecundò, gratiam hanc † ſubrogationis, nullo modo concludi ex ſolo, & ſimplici reſcripto, in quo extet ſupradicta clauſula, ſed dumtaxat ex literis in quibus extenſum ſit illius decretum, niſi malè inſeratur à facultate expediendi literas ad literas iam expeditas. *Pute. deciſ. 423. num. 2. lib. 3. Seraph. deciſ. 236 num. 2.* & licèt
29 *Pute. eo. lo. ſub num. 3.* referat † deciſum, vt ſolius ſupplicationis ſi apprehendatur poſſeſſio, eandem non vitiari, quod pugnat cũ toto eo quod ſcripſimus *hoc lib. q. 2.* tamen hodiè eſt ſublata hæc controuerſia, ex Conſtitutione Iulij III. publicata *26. May. 1553.* in veteri Bullario mihi 34 quippe nõ poſſet ſecundũ eã euitari manifeſta intruſio, vt notarũt *Mandoſ. ad reg. 27. de nõ iudican. q. 3. n. 2.* & iterũ ad *reg. 31. quod commiſſ. non ſuffrag. liter. nõ exped. q. 2. n. 3. & Gig. poſt conſil. in materia penſionis, in paruo tract. ſiuè in epitom. de intru. n. 38.*
30 Et in terminis, quod † intrudens ſe in poſſeſſionem beneficij cũ ſola ſupplicatione prætextu ſubrogationis gratioſæ ſibi in ea conceſſæ, incidat in pœnas dictæ Conſtitutionis, cenſuit Rota in vna *Spoletana Parochialis 4. Decembris 1557. coram Quiroga, apud D. Theodoſ. de Rub. in ſingul. ad Mohed. deciſ. 11. vt lit. pend. pag. 362.*
31 Infertur tertiò, clauſulam prædictam, † dum inſeritur in ſupplicatione, non contemplari in abſtracto, & de per ſe ſimpliciter, ſed in ordine ad aliam clauſulam, *ſi affectum, aut reſeruatum ſit beneficium, vel litigioſum,* nam fundamẽtum gratiæ ſubrogationis ad poſſeſſionem aliud non eſt, quàm ceſſatio omnis præiudicij inferiorum collatorum, & huius ceſſationis certitudo propter alterum ex his tribus impedimentis; proindequè, ſine hoc ſuppoſito reſoluitur ſubrogatio huic clauſulæ implicita in ſimplicem collationẽ, nec quidpiam operatur, niſi tota narratiua principalis gratiæ iuſtificata, vt in *præall. Burgen. de Pancoruo,* & in alijs adductis per *Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 1. num 54. Garz. de beneſ par. 6. cap. 4. nu. 32. & 33. & cumulatius per Rot. deciſ. 187. num. 1. in princ. & num. 4 par. 2. recen.*
32 Vndè, ſi conferatur beneficium per Papam † tãquam vacans apud ſedem, quod ſit de Iurepatronatus laicorum, cum eiuſdem patronatus derogatione, vt paſſim fieri conſueuit, nihilominus, quia non confert tanquam reſeruatum, dicta clauſula de nihilo inſeruit, vt fuit reſolutum in *Gerunden. beneficij 4. Martij 1624. coram Buratto,* ſubmota enim reſeruatione aut alio impedimẽto ex lite, vel affectione, reſpectu Ordinarij in eo momẽto quo beneficium vacat, impoſsibile eſt intrare rationem continuationis poſſeſſionis, quæ conſiſtit in illa cuſtodia rerum corporalium penes Papam, & in quã ideo diximus radicari traductionem poſſeſſionis de perſona in perſonam, iuxta *regul. d. l. quod meo, §. ſi venditorem de acq. poſſ.*
33 Infertur quartò, ſubrogationem † gratioſam, de qua in præſenti noſtra eſt quæſtio, longè aliam eſſe ab ea, quam rigoroſam vocant, ſeù mandatum de ſubrogando; quod deprehenditur ex forma literarum: ſi enim Papa prænarrata ſimpliciter prouiſione, cõuerſa oratione in ipſum prouiſum, vtatur hac formula, *teque ad poſſeſſionem in qua dictus N. deceſſit ſubrogamus,* reputatur gratioſa, nec huiuſmodi literæ alteri diriguntur, quàm ipſimet prouiſo, & ſubrogato, vt pronunciauit Rota

in *Pi-*

Digitized by Google

in *Piſeien.beneficij 14. Martij 1629.coram R.p.d. Veroſpio*; Si verò directis literis, qualitercunquè ad partem expediris, certo exequutori, mandet ſubrogari, dicitur ſubrogatio rigoroſa, quæ eget
34 nedum † iuſtificatione narratorum in ipſis literis, ſed diſcuſsione iuris defuncti, nè quando videatur Papa, re minus per ipſum benè comperta, voluiſſe patère huic prouiſo vitioſum ingreſſum, contra *tixt.in c.1.de reg.iur.in 6.Lancellot de attent lit. pend. in præfatio.nu.180.* quod etiam notauimus *ſuperiori lib. pracit. q. 20. num. 163.* & optimè aduertit Rota apud *Caſſad. decis.1. ex num. 1. vt lit.pend.Mobed. eod.tit. decis.11. in princ.* & copioſè in *recentior.decis.378.nu.1. par.1.*

35 Infertur quintò, prærogatiuam † huius gratioſæ ſubrogationis, maxima ex parte ceſſare, ſi non expediantur literæ ad partem, ſed extendatur decretum in literis principalibus ſuper prouiſione; nam hoc caſu, cùm literæ perpetuò dirigantur certo exequutori, etiamſi vacua eſſet poſſeſsio, neceſſe eſt eundem adire, & totam gratiam coram eo iuſtificare, *Pute.in ſupracit.decis.423. in prin.*
36 *verſ.quia talis gratia lib. 1.* iuſtificata autē † tota narratiua, tūc demum ſubrogatio in articulo exequutionis ſuam prærogatiuā retineret, perinde ac ſi ad partem forent literæ expeditæ, *Seraph.decis. 1426.n.1.& 2. Rota in recen.dec.401.n.3.par.2.* & fuit reſponſum in *Colonien. Canonicatus, 17. Aprilis 1589. coram Comitulo*, & in *Tiraſonen. Capellaniæ, 13. Martij & 7. Aprilis 1606.coram Eminentiſsimo D.meo Cardinali Pamphilio.*

37 Niſi fortè literæ principales † eſſent expeditæ in forma commiſſaria, nam nec tunc daretur extenſio clauſulæ in forma gratioſæ ſubrogationis, ſed ſimplicis mandati de ſubrogando, vnde eodem modo quo ſupra dictum eſt, iuſtificandum foret ius defuncti, *Seraph.decis. 1383. num.2.*

38 Infertur ſextò, habēti † literas expeditas, aut in forma rigoroſa, aut ſimul cum literis principalibus, etiam in forma commiſſaria, adhuc poſſe ſubueniri per nouam expeditionem in hac ipſa forma gratioſa per literas ad partes; quia iſtæ expeditiones non dicuntur cōtrariæ, ſed diuerſæ, proindeq; nihil eſt, quin detur hæc noua expeditio, vt benè diſtinguit *Pariſ.conſ.77.num.8. & per to. lib.4.* & in his præciſis terminis fuit reſponſum in *Auerſana beneficiorum 3. Iulij 1600. coram Cardinali Sacrato*, & recedendo ab antiqua opinione, etiam eo caſu, vbi productæ fuerunt literæ prius expeditæ, ſub eadem data, fuit decisum in *Nouarien. beneficiorum, 5. Iunij 1610. coram Reuerendiß. D. Coccino, & in Barchinonen. Parochialis 28. Nouembris, 1612. coram eodem Cardinali Sacrato*,
39 hac enim in re, nulla † fit diſtinctio inter literas deſumptas ex clauſulis generalibus, & expeditas virtute particularis ſupplicationis, vt in *Miranden. Parochialis 13. Martij 1600. coram Penia*, & in *Aſtoricen Archidiaconatus 6. Nouembris 1602. coram Cardinali Lancellotto*, impreſſa apud *Marcheſ. to. 1. pag.375. num.3.*

Infertur ſeptimò, ſuppoſita gratioſa ſubrogatione hac, & illius expeditione ad partē, quæ actio competat huic ſubrogato: & quidem quoad in-
40 terdictum † Retinendæ, ea eſt Rotæ ſententia non competere, vt cenſuit *Gonzal. ad reg. de menſ. §.3.proœm.num.93.* vbi ait ſe id quoque accepiſſe ab antiquioribus, & peritis Aduocatis Romanæ Curiæ, *Garz.de benefic.par.6. cap.4.num.3.* & aliquot reſolutiones in hanc rem affert *D. Argel. in ſupracit. q.15.num.176.* vbi ideo huic noſtræ ſubrogationi longè minorem cōciliat auctoritatem, quàm quæ ſit ſubrogationis hæredis ad poſſeſsionem defuncti vigore ſtatuti; huic enim ſtatutario ſubrogato, etiā ante actualem poſſeſsionem, reddi interdictū retinendæ ibidem cenſet *n.175.* ex deductis per *Guid.Pap.decis.552.n.2.& 3. & Tiraquell. in ſæpècit. tract. le mort ſaiſit le uif. par. 6. declarat.1.nu.1.* cui addi poteſt *Menoch. de retin. rem.3. n.59. & 60.* redditquè rationem diuerſitatis, quia ſcilicet Papa perpetuò præſeruat ius tertij, proindequè, non cenſeatur transferre poſſeſsionem, alio poſsidente, vt ibi per eum *num.178.*

Ego verò cenſeo, nullam eſſe differentiam inter vim ſtatuti continuantis poſſeſsionem defuncti in hæredem, & vim ſubrogationis huius noſtræ,
41 cum hæc procedat † per eaſdem regulas, *Mobed. pracit.decis.ee.vt lit.pend.Gonzal.d.§.3. proœm. num.90. Rota decis.159. num.3. par.4. diuerſor. Gregor.decis.258.num.6.& d. decis.307. num. 4. & ibi adden. num.25.*

Eſt autem aduertendum, id quod frequentius
42 Doctores tradunt, per ſtatutum † nihil aliud trāſferri, quàm poſſeſsionem quandam, per ipſos ciuiliſsimam vocatā, vt eam ſic vocat *Bal. in l. vlt. num.14.C. de Sacroſan.Eccleſ. Rip.in l.1. n.36. de acq.poß. Pariſ.conſ.41.num.6.lib.1. Tiraquel. in ſæpecit. tract. le mort ſaiſit le uif par.1. declar. 7. num. 3.* iure vix poſſe conſiſtere, quia imò eſt vera, & pleniſsima poſſeſsio, ideſt naturalis, & ciuilis, quemadmodum latiſsimè explicat *Gugliel. de benedict.in repet. c. Raynutius ſuper verb.mortuo itaquè teſtatore, il ſecōdo, n.72.de teſta.* & aperta ratione conſtat, quamuis enim poſt acquiſitam poſſeſsionem, naturalis ſeparabilis ſit à ciuili, quæ ſolo animo retinetur, *l. clam poſsidere §. qui ad nundinas, cum ſua materia, de acq. poſſ.* tamen in articulo ipſo acquiſitionis, impoſsibile eſt fingere poſſeſsionem ciuilem ſolam, aut ſolam naturalem; nam ſi ſubmoueatur naturalis, ſiuè corporalis detentatio, ſubmouebitur etiam ſubſtantia ipſa poſſeſsionis, quæ conſiſtit in vſu rei; ſi etiam ab hac naturali detentatione, ſubmoueatur animus poſsidendi, in quo ius conſtituit hanc ciuilem, remouebitur etiam forma poſſeſsionis ciuilis, pro qua exigitur animus poſsidendi iure dominij, vel quaſi, vt explicauimus hoc *eod. lib. q. 8. ex num. 27.*

43 Itaut vel ſit negandum id, quod tamen † veriſſimum eſt, ſtatutum, & Principem, prout ſuprà demonſtrauimus, poſſe transferre veram poſſeſsionem, ideſt naturalem, & ciuilem (vt loquitur *Gugliel.de benedict.*) de perſona in perſonam, citra actū corporalem, aut cōcedi oporteat, facta huiuſmodi translatione, perſonam in qua eſt facta, eodem modo poſſe iuuari quouis interdicto poſſeſſorio, quo poterat perſona, à qua eſt translata,

44 qnia tranſlatio, ſiuè continuatio hæc ſit cum† om-
ni iure, quod circa ipſam poſſeſſionem habebat ta-
lis perſona à qua facta fuit, vt in *Bracharen. bene-
ficij de Padronello 17. Iunij 1607. coram Cardina-
li Sacrato*, quam in ſpecie retulit *Gregor. d. deciſ.
307. ſub num. 16.*

45 Subrogatus enim, ſimpliciter† repræſentat per-
ſonam eius, in cuius locum eſt ſubrogatus, *c. ma-
iores, de baptiſm, c. Eccleſia, vt lit. pend. cum alijs
per Burſatt. conſ. 378. num. 66.* & in his terminis
*Mobed. deciſ. 5. ſub num. 2. ad med. verſ. & fuit
dictum, vt lit. pend. Oldrad. conſ. 224. nu. 25. verſ.
cum toto illo generali.*

Quapropter in hoc articulo, duo videntur con-
46 ſtituendi caſus; Prior eſt, quando poſſeſſio † defun-
cti in eius vita ſimpliciter fuit turbata, citra factũ
occupationis naturalis, per aliquam innouationẽ,
vndè potius ſuſpicatus fuerit turbari, quàm verè
dicatur turbatus (nequè enim eſt nouum, ob ſimpli-
cem timorem moleſtiarum poſſe intentari Iudicis
officium, nè inferatur turbatio, vt ex doctrina
*Innoc. in cap. in præſentia, ſub num. 2. verſ. ſed
quando certum eſt*, quem ibi ſequuntur *Bellam.
num 9. Butr. num. 33.* & alij paſſim *de probat* cum
allegatis per *Laaercb. conſ. 95. num. 1.*) & hoc caſu
nihil eſt quin ſubrogatus hic poſſit intentare poſ-
ſeſſorium retinendæ, & in his terminis, nequè in
diuerſis loquitur *Guid. Pap. d. deciſ. 552. num. 2. 3.
& 7.* cum alijs ſuperius citatis, & in iſtis quoquè
terminis ſubrogationis non negat *Rota d. deciſ.
159. num. 4. par. 4. diuerſ.*

Alter eſt, quandò turbatio non fuit ſimpliciter
illata per nouitatem aliquam, vt loquitur Guido
Papæ, ſed poſitiuè per occupationem poſſeſſionis
naturalis; Et hoc quidem caſu impoſſibile eſt red-
di huiuſmodi poſſeſſorium, quià tranſitus ille poſ-
ſeſſionis de perſona ad perſonã, fuit impeditus de
facto, per talem occupationem continuatam etiã
poſt mortem, atquè ita de tempore ſubrogationis,
quod in ipſo ſtatuto de continuanda poſſeſsione
defuncti in hæredem paſsim admittunt Doctores,
præcipuè *Plott. ad l. ſi quando §. 1. num. 4. C. vn.
vi. Alex. conſ. 83. n. 2. & ſeq. lib. 2. Natta conſ. 237.
num. 4. Honded. conſ. 18. num. 5. lib. 2.* cum propè
infinitis cumulatis per *Gabriel. de acquir. poſſeſſ.
concluſ. vlt. num. 18.*

47 Proindequè hoc caſu, ſi illa occupatio † ſit hu-
iuſmodi, vt nihilominus foret dandum mandatum
de manutenendo deceſſori, non impedit effectum
ſubrogationis gratioſæ ad effectũ immiſsionis, vt
latè deducitur per *Gregor. d. deciſ. 307. ſub nu. 13.
verſ. non eſt verum, & num. 14. cum ſeq.* neque ta-
mẽ ex eo, quod ſubrogato denegetur manutẽtio,
excluditur effectus ſubrogationis in eius radice,
48 quominùs † poſſeſsio videatur continuata vſque
à principio; quià cum illa occupario naturalis, nõ
operetur quominùs ſubrogatus habeat ciuilem,
cui naturalis perpetuò eſt acceſſoria, *l. ſi id quod
25. §. quod autem de acquir. poſſ* vbicunque iſthęc
apprehenditur, retrotrahitur actus, nequè dicitur
de nouo quæri, ſed continuari quæ prius fuerat,
*Abb. in cap. cum. veniſſent, 9. per eum text. num. 7.
de reſtit. ſpoliat.* quem in his terminis ſequuta
eſt *Rota deciſ. 472. num. 5. par. 3. lib. 3. diuerſ.*

Quoad poſſeſſorium reintegrandæ ex perſona
49 deceſſoris, certiſsimum eſt illud non † competere
huic ſubrogato, ſi deceſſor prius fuiſſet ſpoliatus,
Rota diuerſ. deciſ. 280. n. 3. lib. 2. par. 3. quemad-
modum dicitur de hærede, in quem ex ſtatuto cõ-
tinuata eſt poſſeſsio defuncti, *Gugliel. de benedict.
loco ſuperius cita. num. 78. Didac. var. reſol. lib. 3.
cap. 5. num. 6.* cum alijs per *Menoch. de recuper.
poſſ. remed. 1. nu. 409. cum ſeq.*

50 Prętterquàm tamèn, ſi Papa † aliter decerneret,
aut poſſet videri decreuiſſe, quia ſcilicet ſpoliatio
fuiſſet narrata in ipſa ſupplicatione, vt benè decla-
rat *Putc. deciſ. 35. lib. 1.*

51 Multoquè minus competere † poteſt remediũ
iſtud ex perſona propria, ſi videlicet poſt obitum
deceſſoris in poſſeſsione, vel etiam conceſſam ſub-
rogationẽ, tertius aliquis ſe intruderet; quicquid
enim ſubtiliter, & ingenioſè diſputet, & concludat
Menoch. loco praall. ex num. 393. hæc eſt verior,
& magis communis opinio, quam præter citatos
per ipſum probarunt *Plot. de in lit. iur. num. 839.
Magon. Lucen. dec. 45. n. 5. & ibi adden. Contard.
ad l. vn. in 2. limit. §. 2. num. 67. C. ſi de moment.
poſſ.* vbi ſubdit, *in verſ. & ſecundum hanc*, Rotam
canonizaſſe hanc opinionem de anno 1542. in vna
Toletana Matrimonij coram Accorambono, & ex
teſtimonio *Cotta, & Roder. Suarez* in practica
receptam eſſe; & ſanè ex huiuſmodi intruſione vi-
detur ſubrogatus potius impediri poſſeſsionem
adipiſci, quàm ea ſpoliari, quam nullo modo ha-
buit, vt conſiderat *Bal. in l. 1. ſub num. 6. ad fin.
verſ. quid ergo dices, C. de Appell.*

52 Ex quibus patet, actionem † hanc ferè totam
ſe conuertere ad poſſeſſorium adipiſcendæ, iuxta
terminos *l. vlt. C. de ed D. Adr. toll. Mobed. deciſ.
13. eod. tit. vt lit. pend. Mantic. deciſ. 252. num. 1.*
in quo iam ſupponimus extare contradictorem,
quem citari oporteat, vt in hærede, in quem vigo-
re ſtatuti continuata eſt poſſeſsio defuncti, docuit
idem *Bal. in rubr. num. 13. de cauſ. poſſ. & propr.*

53 Quippè, ſi nullus omnino extet † contradictor,
qui poſſeſsionem occupet, cùm literæ ipſimet ſub-
rogato dirigantur, vt ſuprà dictũ eſt, nihil eſt, quin
per eundẽ poſſit poſſeſsio propria auctoritate ap-
prehendi, *Putc. deciſ. 130. nu. 1. & 2. lib. 2. Argel. de
legit. contrad. q. 65. num. 40.* & fuit latè deciſum *in
Conchen. beneficij 1. Iulij 1611. corã Manzanedo*,
54 etiã † lite pendẽte, abſquè metu attentatorũ, *Lan-
cellott. de attent. lit. pend. in præfatio. n. 340. Cotta
deciſ. 681. Mobed. d. deciſ. 11. nu. 1. vt lit. penden.
Putc. deciſ. 208. lib. 1. Rota d. dec. 472. lib. 3. par. 3.
diuerſ. Reuerendiſſ. D. Coccinus deciſ. 72. num. 1.*

55 Adeò vt, nequè effectus cuiuſpiam † inhibitio-
nis, præexiſtentis tamen, attẽdatur: quamuis enim
ſi poſt conceſſam ſubrogationem, ſubrogatus fue-
rit inhibitus, non poſsit per eum apprehendi poſ-
ſeſsio, citra vitium attentati, *Lancellott. loc. praal.
num. 373.* attamen quoad inhibitiones factas an-
te eam conceſſam, ſatis conſtat illas ad hunc effe-
ctum non afficere, nequè eſſe conſiderabiles, vt
benè declarat idem *Reuerendiſſ. D. Coccinus d.
deciſ. 72. num. 2. & 3.*

56 Quinimò,

56 Quinimò, ſi quis priùs fuiſſet † intruſus manife-
ſtè attentando, & poſtmodum obtinuiſſet gratio-
sè ſubrogari, cenſeretur purgatum illud vitium,
non tàm ex ſimplici mutatione cauſæ, quàm ex
occultata vi prioris poſſeſsionis nulliter adeptæ,
vt in *ead. deciſ. 72. nu 4. Rota in præall. deciſ. 472.
lib. 3. par. 3. diuerſ.* & fuit latè deciſum in *Agri-
gentina beneficij 21. Iunij 1610. coram Eminen-
tiſſ. D. meo Cardinali Pamphilio*.

Infertur octauò ex prædictis, vbi extat Contra-
dictor, vt ideò neceſſe ſit actionem hanc promo-
57 uere; pro fundanda † intentione ſubrogati, nihil
aliud ex eius parte præſtandum eſſe ad effectum,
vt ſibi decernatur immiſsio, quàm vt exhibitis hu-
iuſmodi literis ad partem expeditis, citato ad-
uerſario, is inſtificet proprium Clericatum, obitũ
defuncti in poſſeſsione beneficij, & reſeruationem,
ſiuè affectionem, nihil enim refert, an verſemut in
affecto potius, quàm reſeruato, *Rota deciſ. 570.
num. 1. par. 1. recen. & deciſ. 401. num. 1. par. 2.*
hancquè ipſam concluſionem, videlicet, quod pro
obtinenda immiſsione ſufficiat hæc tria probaſſe,
Rota ſemper habuit pro indubitata, vt in eiſdem
recen. ea. par. 2. deciſ. 509. num. 1. & paſsim aliæ
occurrent, vt in eiſdem *par. 1. deciſ. 154. nu. 1. 252.
num. 6. 321. num. 1. 629. 700. 715. vbique nu. 1.*

Quamuis enim, vt dictum eſt, non competat
huic ſubrogato poſſeſſorium recuperandæ, iſtud
58 tamen † adipiſcendæ, quod ſibi redditur, plurimũ
de eo participat in repellenda quacunque exce-
ptione dominij, quæ alias obijci poſset in ſimpli-
ci remedio *l. vlt. C. de edict. Diu. Adria. tollen.* vt
ſubtiliter aduertit *Bal. in rubr. ſub num. 13. verſ.
& nota quod edictum, de cauſ. poſſ. & propr.* quem
ſequitur *Dec. in conſ. 84. ſub nu. 1. longè poſt med.
verſ. præterea tale ſtatutum*, vbi ait hunc eſſe effe-
ctum mirabilem, *Gugliel. de benedict. in repet. cap.
Raynutius in verb. mortuo itaquè teſtatore il ſe-
condo, ſub num. 81. ad med. verſ. ita in noſtris ter-
minis de teſtam.* cum alijs adductis per *Tiraquell.
in ſæpe cit. tract. le mort. ſaiſit. le viſ. 6. par. declar.
5. num. 5.* & probauit in iſtis terminis *Rota apud
Seraph. deciſ. 596. num. 6. & 7.*

Et ſanè, quod attinet ad poſſeſsionem defuncti,
iàm ſupponimus ſubrogationem ad illam expreſ-
sè eſſe factam, indequè vrgeri actionem; eſt enim
59 aduertendum, † quod ſupra cõſtituimus, ſubroga-
tionis ſubiectum non vnum, ſed triplex eſſe, reſpi-
cere formam expeditionis literarum, quæ vt ad
partem, ità ſuper omnibus ſimul, aut è conuerſo,
ſuper ſingulis poſſunt expediri; videlicet aut pro
ſubrogatione ad ius omne quod habuit defunctus,
60 qualecunquè illud ſit, ſiuè in re, ſiuè ad † rem, ſe-
cundum opinionem aliquorum, in quam videtur
inclinaſſe Rota apud eundem *Seraph. loco proxi-
mè cita. num 4.* aut ad litem, quæ cum eo fuit, il-
liuſquè proſequutionem, aut deniquè ad poſſeſſio-
nem, ſi quam habuit, in quo quidẽ poſtremo verſa-
tur maximum iſtius gratiæ commodum; Quapro-
61 pter ſi ad † omnia hæc ſimul non fuerit facta expe-
ditio, ſed ad vnum, vel alterum tantum, profectò
gratia ſe non extendet ad omiſſum; cùm hæc ſit
natura diſpoſitionis ſubrogatoriæ, vt non exten-
datur, ſed potiùs ad expreſſa reſtringatur, *Dec.
conſ. 38. ſub num. 7. ad fin. verſ. non obſtat, Franc.
Becc. conſ. 101. num. 58. Menoch. conſ. 88. num. 23.
Surd. conſ. 53. num. 14. conſ. 152. num. 32. &
conſ. 523. num. 11.*

Itaquè, hac in re, ſunt diſtinguendi quatuor ca-
62 ſus. Prior eſt, quando verè defunctus erat † in poſ-
ſeſsione, ſed nequè in ſupplicatione eſt facta eius
poſſeſsionis mentio, nequè in diſpoſitione literarũ
legitur ad eam facta ſubrogatio, ſed ſimplicitèr ad
omne ius &c. & hoc ſanè caſu, ſubrogatio non ex-
tenditur ad poſſeſsionem, *Vitali. in cap. 1. nu. 65.
vt lit. pend. Rota deciſ. 10. circa fin. verſ. interim
tamen, eo. tit. in nou. Pute. deciſ. 220. num. 2. &
3. lib. 2.*

Alter eſt, quandò retento eodem themate,
63 quod defunctus eſſet in poſſeſsione, neque † tamen
ſubrogatio ad eam in ſpecie legatur in parte di-
ſpoſitiua, per hæc verba *ſubrogamus ad poſſeſſio-
nem*, legitur tamen in narratiua; & hoc caſu, quià
Papa eam ſatis cognoſcit, ſubrogans prouiſum ad
omne ius, cẽſetur quoquè eum ſubrogaſſe ad poſ-
ſeſsionem, quæ vbi eſt acquiſita plurimum habet
iuris, & hoc eſt quod dixit *Aegid. deciſ. 351. nu. 1.
& 2. Rota deciſ. 5. in princ. vt lit. pend. in nou. &*
64 *Pute. d. deciſ. 220. num. 2.* vbi tenet † aliud eſſe, ſi
agatur de ſubrogatione ad fructus, qui non adeò
ſunt proximi beneficio, vt ipſa poſſeſsio.

Tertius eſt caſus, quando fuit narrata poſſeſ-
ſio, & ad eam expreſsè conceſſa ſubrogatio, verùm
in promouendo iudicio, talis poſſeſsio non iuſtifi-
catur, aut quia falsò fuerit ſuggeſta, aut quia defi-
65 ciant eius probationes; paria enim † ſunt, vel non
eſſe, vel eſſe, & non apparere, *l. in lege 77. de con-
trah. emptio. Ancher conſ. 302. num. 12. verſ. præ-
ſumendum eſt igitur, Menoch. conſ. 201. nu. 161.*

Et hoc ſanè caſu, licet ſubſiſtat ſubrogatio
66 quoad alia expreſſa, tamen ex † toto eliditur pri-
uilegium ſubrogationis in via exequutiua; quià
prius quàm poſsit decerni immiſsio huic ſubro-
gato ad omne ius defuncti, opus eſt idem ius di-
ſcutere, & canonizare, atque ita procedere per
viam ordinariam, vt ex *Mohed. deciſ. 5. in princ. &
num. 1. ad fin. verſ. & quia de ſtylo, & ſub nu. 2.
verſ. & videndum eſt, vt lit. pend.* reſpondit Rota
in *Carthaginen. portionis 21. Octobris 1588. co-
ram Gypſio*, impreſſa apud *Marcheſ. to. 1. pag. 472.
ſub nu. 1. verſ. & ratio differentiæ, & apud Garz.
de benef. par. 6. cap. 4. num. 36.* atquè ita hoc caſu
fruſtra obtenditur ſubrogatio, *Seraph. deciſ. 1383.
ſub num. 2. verſ. & maximè quia Ioannes*.

67 Quartus eſt caſus, quandò † non legitur ſubro-
gatio ad poſſeſsionem, aut explicitè, aut implici-
tè, ſed ex diuerſo narrata fuit lis cum defuncto, &
expoſitus cauſæ ſtatus, ſecundum quem, defunctus
ipſe erat in procinctu obtinendi immiſsionẽ, virtu-
te iudicati, aut Breuis, aut ſimilis ſubrogationis,
indequè conceſſa ei ſubrogatio ad talem litem,
eiuſquè proſequutionem in eiſdem ſtatu, & termi-
nis, in quibus reperiebatur. Et hoc caſu ſubroga-
tio huiuſmodi conſeruat in ſubrogato priuilegiũ
exequutiuum eodem modo, quo competebat de-
functo, ita vt nihil vltra teneatur probare, præter

Digitized by Google

proprium Clericatum, & ſtatum litis, vt in termi-
nis exequutionis trium conformium, eſt Verall.
deciſ.227. num.1. & per to. par. 3. & in terminis
exequutorialium iam relaxatarum tenuit Rota in
Salamantina Capellania del Voto, 5. Iulij 1593.
coram Card. Hieronymo Pamphilio, apud Garz.
d.par.6.cap.4. ſub num.41. ad med. verſ. & præ-
ſertim ſtante ſubrogatione, in terminis Breuis, in
ſupecit. Toletana beneficij de Manzares 14. No-
uembris 1605.coram Iutto, impreſſa apud Mar-
cheſ.to.1.pag.384.num.9. & in Melitten. Priora-
tus 18. Martij 1619. coram Manzanedo, quas cō-
probauit Rota in Vicen. Cameraria 19. Ianuarij
1622.coram Buratto, & deniquè in terminis ſi-
milis ſubrogationis, in ſupraalleg. Piſcien.Paro-
chialis 1.Iulij 1630. coram Rpd. Veroſpio.
68 Verum eſt tamen, vbicunquè facta eſt † ſubro-
gatio ad poſſeſſionem, vt ideò neceſſaria ſit illius
probatio;pro ſuſtinēda ſubrogatione,& illius effe-
ctu, nihil vltra deſiderari,quàm merum, & ſimplex
factum,etiamſi poſſeſſio aliàs videatur prorſus de-
feciſſe,cum tota ſubſtantia beneficij, vnà cum vita
deceſſoris,vtputa, quià ageretur de beneficio in
Eccleſia receptitia non numerata, iuxta terminos
cap.ex parte,cum ibi nota.de conceſſ. preben. Bel-
lam deciſ.13.num.1. & alibi explicauimus; mo-
dò tamen qualitas iſta beneficij fuerit narrata
Papæ; ſic enim videtur contra naturam beneficij,
ſuſtentata, illius, & poſſeſſionis eius identitas, vt
propterea non poſſit hoc caſu ſubrogato retardari
immiſſio, vt fuit reſponſum in vna Calaguritana
de Cenizeroc.30. Octobris 1587. coram Cardinali
Hieronymo Pamphilio,cuius meminit Gonzal. ad
regul.de menſ.gloſſ.9.§.3.num.24.& 25. & repe-
ritur impreſſa apud Garz.de beneſ. par.6. præcita,
cap. 4. num. 6.
Quo verò ad reſeruationem, ex qua pendet to-
69 ta prærogatiua iſtius gratiæ, illa nedum † conclu-
denter eſt probanda,verùm ita notoriè,& manife-
ſtè conſtituenda, vt reddatur indubitabilis, Rota
deciſ.187.num.1.& deciſ.600.ſub num.1. verſ.vt
enim par.2.recen.& fuit reſponſum in Oritana
Parochialis, 18. Iunij 1599. coram Orano, quæ
legitur apud Garz.d.cap.4. num. 26.
70 Etenim, ſi reddatur turbida, † ceſſat huiuſmodi
priuilegium, vt latè deducitur apud Gregor.deciſ.
58.ex num.1. & per to. vbi quod ſufficit dari fu-
mum validum, aut Iuriſpatronatus, aut alterius
exceptionis, vnde excludatur reſeruatio, vt ibi ex
71 n.2. vſquè ad fin.niſi fortè † poſtquam reſeruatio
eſſet clarè probata,replicatio Iuriſpatronatus in
ſe ipſa eſſet turbida,& non probata; quia tunc non
retardaretur exequutio ſubrogationis,nec atten-
deretur fumus, vt fuit reſponſum in Cuſentina
Abbatia,20.Decemb. 1627.coram Eminentiſſ. D.
72 Cardinali Varili: hoc enim caſu exceptio † im-
plicat defectum proprietatis,quæ non eſt propor-
tionabilis propoſitæ actioni, dum prouiſus non
petit aliquid iuris, ſed facti ad exequutionem iu-
ris obtenti de præterito, Abb. in cap. cum
olim, ſub num. 15. verſ. tenendo autem, de cauſ.
poſſ.& propr.& in cap.conſtitutis,il ſecondo,quod
in ordine eſt 46.ſub num.15.verſ. agens pro poſſeſ-
ſione,de appell.Dec. in l. vlt. ſub num.19. verſ. &
idem Abbas, C. de edict. D. Adr. tollen. ideoquè
73 meritò reijcitur ad petitorium † Gozad.conſ.6.ex
num.86. cum alijs adductis per Verall.deciſ.342.
n.4.par.2.& per Mohed.deciſ.9.n.3.de cauſ. poſſ.
& propr.& in his terminis,Puts. eod.tit. de cauſ.
74 poſſ.& propr.deciſ.7. & fuit reſponſum † in d. Cu-
ſentina,in qua fuit dictum,ſic quoquè fuiſſe diſtin-
ctum in vna Iacen.Parochialis 27. Iunij 1603. co-
ram Cardinali Hieronymo Pamphilio,& in Mu-
tinen.Plebis,20.Februarij 1625. coram Reueren-
diſſ. D. Coccino.
75 Infertur nono ex præmiſsis, quis in hoc † iudi-
cio cenſeri debeat legitimus cōtradictor, pro im-
pedienda hac immiſsione; videlicet vt non ſuffi-
ciat poſſeſsio cum quouis titulo, ſed exigatur ti-
tulus par, ideſt qui nedum proceſſerit ab eodem
fonte,ſed eodem modo,videlicèt immediatè, Ro-
ta deciſ.525.num.8.par.2 recen.& ſub eadem for-
ma ſubrogationis gratioſæ, & aliàs, ceſſante con-
tradictione,omnino exequibilis, Mohed.deciſ.5.in
princ.& per to.& deciſ.13.vt lit.pend.Puts.deciſ.
294. num. 2. lib.1. & fuit reſponſum in Vrgellen.
Archidiaconatus de Andorra 15. Iunij 1592.co-
ram Penia,cuius meminit D.Argel.d.q.15. n.34.
& in Lucana Maiuſculatus 7.Iunij 1585. coram
Orano,impreſſa apud Marcheſ.to.1.pag.471.n.4.
& latius in d. Agrigentina beneficij, 30. Martij
1611. coram Eminentiſsimo D.meo Cardinali Io.
Baptiſta Pamphilio.
76 In tantum,vt inter † concurrentes ſubrogatio-
nes,quæ eſt ſub conditione, non attendatur con-
tra eam quæ pura eſt, Seraph. deciſ.1153.num.3.
77 dicitur autem † in propoſito ſubrogatio condi-
tionalis, quæ habet conditionem in ipſo decreto
ſubrogationis, non autem ea cui videtur inferri
conditio ex aſſertione reſpiciente qualitates per-
ſonæ, aut alias extrinſecas ab ipſo decreto, Puts.
dec.484 lib 2. & fuit reſponſum in d.Lucana Ma-
iuſculatus, 23.Octobris 1586. coram Orano.
78 Infertur decimo,ac vltimo loco,† ceſſante legi-
tima contradictione huiuſmodi, non poſſe retar-
dari immiſsionē huic ita ſubrogato, ſub prætextu,
quod poſſeſsio defuncti eſſet vitioſa, aut attenta-
ta, vt reſoluit Rota apud Mantic.deciſ.252. n.5.
in qua duæ aliæ deciſiones recenſentur, & plenè
deducit bo.me. D.Beltram. ad Gregor. deciſ.251.
ſub num.15. verſ.& hinc eſt, & fuit reſponſum
in ſuperius alleg.Piſcien.beneficij 14.Martij 1629.
coram Rpd.Veroſpio.
79 Quod procedit, vbi collitigans † petijſſet ſub-
rogari in poſſeſsionē defuncti vitioſam, tunc enim
videretur illam magnificaſſe, & remiſiſſe vitium
attentati, Creſcen.deciſ.2.vt lit.pend.& fuit reſpō-
ſum in Burgen.Iuriſdictionis 12. Ianuarij 1582.
coram Rubeo,aliàs ſuppoſito vitio attentati, ſi cō-
cedatur alteri quàm collitiganti, vix eſt,vt id poſ-
ſit obtinere; quia vt eſt impoſsibile effingere hāc
poſſeſsionem manutenibilem apud defunctum ſic
nullo modo intrare poteſt ſubrogatio ad poſſeſ-
ſionem: itaut quemadmodum daretur defuncto
manutentio, ita datur ſubrogato immiſsio,ex cu-
mulatis per Tiraquell. in ſupecit. tracta.le mort
ſaiſit

ſaiſit le uiſ. in 4 par. declarat. 1. n. 5. ſic, è conuerſo ceſſat immiſsio in ſubrogato, quando defuncto fuiſſet deneganda manutentio, vt punctualiter dixit Rota apud *Gregor. in ſapecit. deciſ. 307. nu. 15. vbi allegatur alia deciſio in Placentina Canonicatus 22. Aprilis 1602. coram Cardinali Hieronymo Pamphilio.*

SVMMARIVM.

1 *Reſignationis materia, pleniſſimè tractata per Flaminium Pariſium.*
2 *Vacatio, an inducatur per reſignationem.*
3 *Reſignatio, duplex.*
4 *Reſignatio ſimplex, exigit cauſa cognitionem.*
5 *Reſignatio tacita, inducitur ex patientia vt alteri conferatur beneficium,*
6 *Et an ex ſola conniuentia.*
7 *Et quid reſpectu iuris ad rem.*
8 *Reſignatio ad fauorem, non poteſt fieri niſi coram Romano Pontifice.*
9 *Aliàs foret ſimoniaca.*
10 *Reſignatio exigit conſenſum ſimultaneum reſignantis, & eius in cuius manibus fit, ad effectum vacationis.*
11 *Reſignatio ſimplex, vbi fit in manibus Papæ, adijcitur decretum vacationis.*
12 *Reſignans, facta reſignatione, illico deſtituitur poſſeſſione, neque iuuatur aliquo poſſeſſorio interdicto.*
13 *Poſſeſſio, ſolo animo amittitur.*
14 *Etiam concuſſo, & perterrito.*
15 *Quod procedit etiam in beneficialibus.*
16 *Voluntas coacta, voluntas eſt.*
17 *Poſſeſſioni qui renunciauit, compellitur agere poſſeſſorio, antequam vel reſcindatur, vel declaretur nulla renunciatio.*
18 *Etiamſi prætendatur vis, vel metus.*
19 *Quod declaratur.*
20 *Reſignatio ad fauorem, inducit vacationem.*
21 *Etiam ſi facta ſit cauſa permutationis.*
22 *Et quo momento, huiuſmodi vacatio inducatur.*
23 *Reſignationis ad fauorem forma.*
24 *Reſignationis actus, ex ſe non inducit vacationē.*
25 *Reſignatio ante admiſſionem ſuperioris, implicat deſtitutionem poſſeſſionis, & tituli.*
26 *Quod declaratur.*
27 *Vacatio, non inducitur ex ſola ſupplicationis porrectione ſuper reſignatione.*
28 Fiat *verbum, adiectum reſcripto, conficit totam gratiam.*
29 *Nec expectat tempus futurum, ſed de præſenti operatur.*
30 *Tempus momentaneum, non videtur cōſiderabile.*
31 *Hæres adiens hæreditatem ad effectum reſtituendi, dum reſtituit, non videtur aliquid alienare.*
32 *Vacatio, & non vacatio, videntur concurrere in actu momentaneo.*
33 *Vacatio, propriè non videtur cadere in reſignatione ad fauorem.*
34 *Quod tamen refellitur.*
35 *Accidens, vbi concurrit ex oppoſito natura actus, non attenditur.*
36 *Reſignatio ad fauorem, vbi admittitur per Papam, non cenſetur admiſſa ad fauorem alterius, quàm reſignatarij.*
37 *Et quæ ſit ratio.*
38 *Reſignationis ad fauorem admiſſio, conformat mentem admittentis cum mente reſignantis.*
39 *Dilatio ad tempus, non ſoluit nexum præcedentis obligationis.*
40 *Conditio, quando dicatur reſolutiua non ſuſpenſiua.*
41 *Reſignatione ad fauorem facta, ſi alteri prouideatur, quàm reſignatario, non impeditur Papa conferre reſignatario.*
42 *Reſignatum beneficium alteri non poteſt conferri, quàm illi, cuius fauore facta, & admiſſa eſt reſignatio.*
43 *Reſignatio ad fauorem, an inducat reſeruationem beneficij.*
44 *Reſeruatio ex vacatione apud ſedem, reſtringitur ad modum vacandi per obitum.*
45 *Reſignationis admiſſio per Papam, afficit beneficium.*
46 *Subrogatio gratioſa ad partem, conceditur reſignatario.*
47 *Itemquè, ceſſionario collitigantis.*
48 *Clauſula ſuſpenſiua vnionum, datur in reſignationibus ad fauorem.*
49 *Vniones, etiam conſiſtoriales ſuſpenduntur in reſignationibus ad fauorem.*
50 *Reſignantem deſtitui beneficio aliud, & longè aliud beneficium reſignatario acquiri.*
51 *Reſignatione acceptata, illicò dicitur conſumpta vacatio.*
52 *Reſignanti, non datur regreſſus ad beneficium, mortuo reſignatario nōdum iuſtificatis literis.*
53 *Reſignationi ad fauorem ſubintellecta conditio, quatenus beneficium reſignatario acquiratur, quomodo intelligatur.*
54 *Conditio habetur pro impleta, reſpectu eius, per quem ſtat, quominus impleatur.*
55 *Reſignatario minus idoneo reperto, pro obtinendo beneficio, an reſignans valeat regredi ad beneficium reſignatum,*
56 *Perſona conditionem qui non explorat, excuſatur à dolo, ſed non à culpa.*
57 *Voluntas contrahentium, præſumitur talis, vt ſit conſentanea diſpoſitioni legis.*
58 *Reſignatario defuncto, ante iuſtificatas literas in forma dignum, nihil intelligitur ex eius perſona vacare.*
59 *Collatio abſenti facta, qualiter efficiatur irretractabilis.*
60 *Et quæ ſit ratio.*
61 *Vacatio præcedens, conſumitur per acceptationem collationis.*
62 *Vacatio ſequens, perpetuò impedit ſequentem.*
63 *Reſignatario reprobato, qualiter prouidebitur beneficium.*
64 *Retrotractio, non admittitur, vbi extrema deſinunt eſſe habilia.*
65 *Et quomodo id intelligatur.*
66 *Extremum inhabile reddit defectus perſonæ, à qua originatur actus.*

67 *Clau-*

Digitized by Google

67 *Clauſula*, quatenus idoneus reperiatur, *ſonat potius in monitionem, quàm in conditionem.*

68 *Idoneitate detecta per executorem, prouiſio cenſetur facta tempore reſcripti.*

69 *Et quæ ſit ratio.*

70 *Cauſa motus, & finis agendorum, attendi debet in rebus agendis.*

71 *Reſignatarius non conſequitur ius à reſignante, ſed à Papa tantum, & num. 98.*

72 *Reſignans, reſpectu beneficij reſignati habetur pro mortuo.*

73 *Clauſula*, ex nunc, prout ex tunc, cùm clericali charactere fuerit inſignitus, *adiecta in reſignatione ad fauorem, quid importet.*

74 *Reſignationi adiecta conditio, ſi certa penſio validè reſeruetur, quid importet.*

75 *Reſignari an poſſit beneficium, ad quod quis fuit ordinatus.*

76 *Et an hoc caſu, reſignatario competat actio ſpolij.*

77 *Et an decreto Concilij, in hac parte poſſit ſatisfieri per æquipollens.*

78 *Et quomodo id ſe habeat reſpectu permutationis.*

79 *Reſignari an poſſit beneficium Iuriſpatronatus.*

80 *Et an detur regreſſus reſignatario, abſquè nouo titulo.*

81 *Reſignatio eſt nulla, poſt aſſequutionem incompatibilis.*

82 *Dat nemo, quod non habet.*

83 *Confeſſio cedentis ante ceſſionem, nocet ceſſionario.*

84 *Reſignatarius, tenetur iuſtificare ius reſignantis.*

85 *Modo non fuerit triennalis.*

86 *Quod rurſus declaratur.*

87 *Probatio præſumptiua, quæ eſt pro poſſeſſore, quo caſu ei non ſufficiat in iuſtificanda exceptione.*

88 *Reſignatarius vt poſſit iuuari reſignatione, tenetur iuſtificare publicationem.*

89 *Reſignatione non publicata, reſignans legitimè incumbit poſſeſſioni.*

90 *Reſignans agit ſpolio contra tertium, ante publicationem reſignationis, ſi ſpolietur.*

91 *Secus contra ipſum reſignatarium.*

92 *Aut reſignatarij ſucceſſorem.*

93 *Niſi reſignatio ſit facta ſub conditione.*

94 *Reſignans agit ſpolio contra reſignatarium, ſi capta eſſet poſſeſſio lite mota ſuper validitate reſignationis.*

95 *Secus ſi capta eſſet ante litem motam.*

96 *Spolij primum extremum, plenè probandum.*

97 *Et qualiter deducenda probatio, præcipuè contra tertium.*

98 *Tertius, quis dicatur, ad effectum, vt talis reputetur in actione ſpolij.*

99 *Lis incboata cum præceſſore, efficit, vt ſucceſſor in beneficio non reputetur tertius.*

100 *Spolij primum extremum, an probetur ex confeſſione reſignatarij, ad fauorem reſignantis.*

101 *Reſignatio, non concludit ad poſſeſſionem reſignantis.*

102 *Et quæ ſit ratio.*

103 *Enunciatio, circa non neceſſaria ad actum, non probat, etiam inter ipſos enunciantes.*

104 *Titulus coloratus conſtituitur etiam in ſpolio ex confeſſione partis.*

105 *Secus verò ad effectum adiudicationis in petitorio.*

106 *Poſſeſſio reſignantis, ad effectum ſpolij, non probatur ex reſignatione.*

107 *Præcipuè ſi confeſſionum correſpectiuitas, deduceretur ex mandatis ſeorſim confectis.*

108 *Effectuatio prouiſionis, conſtituitur ex ſucceſſiua vacatione ex perſona prouiſi.*

109 *Siuè ea contigerit per obitum, ſiuè per reſignationem.*

110 *Etiamſi alitèr non probetur poſſeſſio reſignantis.*

111 *Reſignanti agenti ſpolio obſtat exceptio ſpontaneæ abdicationis poſſeſſionis.*

112 *Quod declaratur.*

QVÆSTIO XIV.

An, & qualiter per reſignationem inducatur vacatio.

CVM hactenus egerimus de vacationis modo naturali, ideſt per mortem, ſiuè deceſſum, nunc proſequendo ordinem præſcriptum *hoc lib. q. 9. ex num. 2.* agendum eſt de altero ciuili, ideſt per ceſſum, qui eſt actus viuentis, de quo toto *tit. extra. & in ſexto, de renunc. & in clem. vn.*
1 *eo. tit.* At cum † ſuper hac materia doctum ſatis, & copioſum tractatum promulgauerit *Flaminius Pariſius*, Id duntaxat, pro inſtituto noſtro, excu-
2 tiendum eſt, an † & quando per ceſſionem, ſiuè renūciationem, inducatur vacatio beneficij, quod fortè primo aſpectu poteſt videri de indubitabili, ex his quæ ſcribit idem *Pariſ. d. tract. lib. 1. q. 4. ex n. 11. & Gonzal. ad reg. de menſ. gloſſ. 14. per to. & gloſſ. 15. in princ. num. 8.*

Cæterùm, ex infraſcriptis patebit, & quas habeat in ſe difficultates, ſimulquè quantùm referat
3 eas nouiſſe; cùm enim † omnes intelligant reſignationem (vt hoc vſitatiori vocabulo deinceps vtamur) diuidi in tacitam, & expreſſam, *Tholoſ. in partit. canon. lib. 1. tit. 28. cap. 8. & Pariſ.*
4 *d. lib. 1. q. 1. num. 3. & ex n. 10.* ſi quiſpiam † expreſsè renunciet, ſtatim ex ſimplici reſignationis facto, minimè inferimus ad vacationem, cùm id cauſæ cognitionem expoſcat, vt latè explicatur *in cap. ſuper hoc 5. de renunciat.* minus, illatio hæc
5 admitretur in tacita, quæ † tunc fieri intelligitur, vbi quis conſentit, beneficium ſuum abſenti conferri, vt notat *gloſſ. in cap. beneficium, in verb. acceſſus, de regular. in ſexto, Præpoſ. in can. quamuis num. 1. 7. q. 1. cum alijs adductis per Pariſ. d. lib. 1. q. 1. num. 23.*
6. Nam taciturnitas hæc, in ſola † conniuentia minimè conſtituitur, ſed in facto extrinſeco, conſenſum neceſſariò implicante, quicquid enim voluerit *Præpoſ. loco præall.* auctoritate *Io. And. in c. qui*
7 *tacet, in mercurial. de reg. Iur. lib. 6.* nō poteſt † ex nuda taciturnitate colligi animus reſignandi, prætèrquàm reſpectu iuris ad rem, vt declarat *Abb. in*

cap. ex

cap. ex ore, ſub num. 10. *verſ. ad iſtum textum, de*
his quæ fiunt à maior. par. cap. nequè *Io. Andr.* ci-
tatus per *Prapoſ.* contrarium dixit, pateṫquè *ex*
text. in praei. can quamuis, ibi, *ipſe data petitione,*
& etiam ratione manifeſta; nàm cùm iſte modus
reſignandi, ſit impracticabilis coram Papa; ſi ad-
mitteretur, ſimplicem hanc conniuentiam vim re-
ſignationis habere coram inferioribus, aperire-
8 tur via reſignationibus ad fauorem, quod † mul-
tiplici ratione vetitum fore omnes agnoſcunt,
Tholoſ. loco ſuperiùs alleg. cap. 9. lib. 6. præcipuè
9 verò, † quòd conſequeretur ſimonia, *Rota deciſ.*
149. num. 6. par. 2. diuerſ.

Itaquè, reſtringendo totam controuerſiam ad
reſignationem expreſſam, fatemur quidem, minus
dubitationis verſari, reſpectu eius, quam putam-
dicimus, cùm videlicet quis in manibus Papæ, vel
etiam Ordinarij reſignat purè, & ſimpliciter, non
ad alium finem, quàm vt beneficium vacet illicò
vt Papa, vel inferior talẽ reſignationem eodẽ mo-
do videlicet purè, & ſimpliciter admittit: vt enim
10 pro † inducenda hac vacatione, exigitur iſte con-
ſenſus ſimultaneus, reſignantis ſcilicet, & eius in-
cuius manibus fit, *cap. admouet, 4. & ibi gloſſ. in*
verb. dimittere, de renunciat. ita vt non ſufficiat
ſimplex inſinnatio animi, aut conſultatio, abſquè
expreſſo conſenſu ſuperioris, præterquàm in caſu,
vbi quis renunciat cauſa ingreſſus religionis, vt ibi
docet *Hoſt. ſub num.* 13. *ſuper verb. inconſulto, &*
ſequitur Io. Andr. num. 8. ad fin. Aneher. ſub n. 2.
11 *in 2. quaſt. Abb. num. 4.* irà, eo daro, illico † con-
ſequitur ipſa vacatio, præcipuè ſi fiat coram Papa,
qui tunc expreſsè decernit beneficium vacare, vt
patet ex formula ſupplicationis, quam ponit *Pa-*
riſ. lib. 8. in 7. quaſt. ſub num. 103. *ad fin.*

12 In tantum, vt reſignans, eueſtigiò † deſinat poſ-
ſidere, vt docet *Innoc. in d. cap. ſuper hoc, ſub n. 3.*
circa fin. verſ. reſpondeo quià ex quo, eo. tit. nequè
ei ſubueniatur aliquo interdicto poſſeſſorio, ſed
opus ſit agere reſciſſoria, probata nimirum vi, aut
metu, iuxta terminos *d. cap. ſuper hoc, vbi notat*
Hoſtien. num. 7. & 8.

Quod manifeſta ratione probatur, cùm quod
13 dicitur, † in amittenda poſſeſsione, ſolum animũ,
ſiuè affectionem eius qui poſsidet ſufficere, *in l. 3.*
14 *§. in amittenda, de acquir. poſſ.* trahatur etiam † ad
animum concuſſum, & metu perterritum, vt ſubij-
cit idem *text. in §. ſi quis nunciet,* & in his termi-
nis, reprobata contraria ſententia Innocentij in
eod. cap. ſuper hoc, docent *Butr. num. 33. & Abb.*
ſub num. 44. verſ. ſed certè, vſquè ad fin. vbi in-
verſ. ſed aduerte, vnà cum *gloſſ.* probat id æquè
15 procedere † in beneficialibus, ac in reliquis alijs;
vrget enim in his ac in omnibus eadem ſemper
16 ratio, quod voluntas † coacta voluntas ſit, *l. ſi*
mulier §. ſi metu ff. quod met. cauſ. cum alijs per
nos adductis lib 1. quaſt. 46. ſub num. 57. vbi id
vti ſe habeat, latè explicauimus.

Vndè etiam Regula conſtituitur, renuncian-
17 tem † poſſeſsioni, eatenus impediri agere poſſeſ-
ſorio, quatenus (vt dictum eſt prius) non præce-
dat particulare iudicium ſuper reſciſsione, ſeu ſen-
tentia declaratoria, ſuper nullitate renunciatio-
nis, vt videtur voluiſſe *Pariſ. conſ. 5. ſub num. 179.*
verſ. maximè nulla praecedente, lib. 4. & poſt alios
Menoch. de recuper. remed. primo, num. 105. quem
ſequuta eſt Rota in Parmen. Penſionis 28. Iu-
18 *nij 1628. coram R. p. d. Duran.* exigitur enim † vt
iſta exceptio metus, prius ſit liquida, aut per iu-
dicatum, aut aliter per notoriũ, *Soc. Sen. conſ. 59.*
ſub num. 4. verſ. nec refert iudicio meo, volum. 3.
19 aliàs ſi latens † ſit, ab hac regula non deflectimus,
vt etiam declarat *Aneher. conſ. 382. num. 1,*
ad fin. & ſecundum hanc diſtinctionem, regulan-
da ſunt quæ ſcribit *Pariſ. de reſign. lib. 13. quaſt.*
3. per 10.

At maior, in hoc articulo vacationis, conſiſtit
difficultas, reſpectu eius reſignationis, quæ non-
fit ſimpliciter ad eum finem, vt vacet beneficium,
ſed vt de perſona in perſonam transferatur: quam-
20 uis enim † beneficium indè vacare communiter
Doctores aſſeuerent, quos latè cumulat *Pariſ. eo.*
21 *tracta. lib. 1. q. 4. ex num.* 18. etiam ſi † reſignatio
fiat ex cauſa permutationis, *cap. 1. de rer. permut.*
in ſexto, & punctum vacationis videantur in eo
momento conſtituere, quo Papa reſignationem-
22 admittit, cùm ex tunc † reſignans cenſeatur à ſe-
ipſo omne ius abdicaſſe, *Verall. deciſ. 81. num. 1,*
par. 3. tamen non aperiunt, qualiter ea vacatio in-
ducatur, nequè ſoluunt nodum difficultatis.

23 Enimuerò ſupplicatio, quæ tunc † porrigitur
Papæ, fermè ſub hac forma concipitur; *Cùm deuo-*
tus Veſter A. Rector &c. certis ex cauſis animum
ſuum mouentibus dictum beneficium, quod obti-
net in S. V. manibus ſpontè, & liberè reſignare-
proponat, prout reſignat de præſenti; ſupplicant
humiliter S. V. tàm dictus A. quàm deuotus etiam
illius Orator B. quatenus reſignationem huiuſmo-
di admittendo, ſeu admitti mandando, eiſquè ſpe-
cialem gratiam faciendo, dictum beneficium, &c.
ſiue præmiſſo, &c. ſiuè alio quouis modo &c. va-
cans eidem B. conferre &c. dignemini.

In hac verò formula tres actus explicãtur; Prior
eſt actus poſitiuus reſignationis obtinentis bene-
24 ficium; atqui hic † per ſe ſolum non eſt inductiuus
vacationis, vt in *praall. cap. adeo, de renunciat.*
Caſſad. deciſ. 2. num. 4. & deciſ. 3. num. 1. eod. tit.
25 licet enim † non tantum pro abdicanda poſſeſsio-
ne, verum etiam pro amiſſione tituli, aliquibus vi-
ſum ſit, attendi illum ſimplicem actũ citra admiſ-
ſionem ſuperioris, *Rota deciſ. 4. ſub num. 1. iun-*
cta addit. Papazo. num. 3. & 4. de renunciat. in-
26 *nou.* hoc tamen intelligitur † ſi cum effectu ſubſe-
quatur admiſſio, vt explicatur *deciſ. 4. ſub num. 2.*
verſ. & licet, eo. tit. in antiquior. Biſign. & eſt de-
mente *Caſſad. deciſ. 3. in princ. verſ. nam Papa-,*
eo. tit. de renunciat.

Alter eſt ſupplicatio & huius reſignantis, & al-
27 terius tertij, vt admittatur reſignatio, & † benefi-
cium ita reſignatum huic (vt ita loquar) adiecto
ſupplici conferatur, & in hoc nequè deprehendi-
tur vacatio, ex his quæ ſcripſimus hoc *lib. q. 1.*
num. 15.

Succedit poſterior ex ipſius Papæ reſcripto, *fiat*
28 *vt petitur,* in eo enim † verbo, *fiat,* conſiſtit tota
vis gratiæ, *Collectar. in cap. ad falſariorum ſub*
num. 2.

Digitized by Google

num.2.verſ.quia certum eſt, de crim. falſ. nec ex-
29 pectat † tempus futurum, ſed de præſenti opera-
tur, *Aſſlict. deciſ.253. num.6. Rebuff. in prax.in
2.par.ſignat. num.15.* hic verò quamuis implicet
admiſſionem, & collationem, proindequè videa-
tur etiam actum medium implicare, qui eſt vaca-
30 tio; tamen cùm † iſte ſit momentaneus, non vide-
tur alicuius conſiderationis, reputaturquè pro
nihilo, *l. qui ſit ſolut, ff. de ſolut. l. 1. §. verſum, de
in rem verſ. cum ſimil. adductis per Socin. ſen.
31 conſ.53. num.28. vol. 4.* vndè in † ſimili dicimus
ſi quis adit hæreditatem, vt ſtatim eam alteri re-
nunciet, actum illum aditionis non attendi, vt in-
de videatur aliquid alienare, vt determinat *Rota
apud Pute.deciſ.507 num.1. & 2.lib.2.*
32 Quapropter in eo † actu momentaneo, & in-
ſtantaneo non minus conſiderari poteſt non vaca-
tio, quàm vacatio, propter actus celeritatem,
vt aduertit *Prob. ad Io. Monach. in cap. vlt. n.9. de
33 conſuetud. in 6.* vt ideo † cùm de vacatione agitur,
propriè vocabulo accepto, ea non poſſit in hac
reſignatione verificari, vt ex pluribus viſum fuit
Mareſco. variar. reſol. lib.1. cap.52. n.9. cum ſeq.
34 Dicendum eſt autem, † etiam in reſignatione
hac ad fauorem, dari veram; & propriam vacatio-
nem eodem modo, & tempore, quibus datur in
ſimplici; dùm videlicet concurrunt in idem, con-
ſenſus reſignantis, qui profitetur ſe nedum velle
reſignare, ſed reſignat, & conſenſus Papæ, qui per
ſuum reſcriptum, exprimit ſe reſignationem ad-
mittere, etiam ſi facta fuerit ex cauſa permutatio-
nis, *Rota deciſ.1. nu.1. & 4. & iterum, ſub nu.5.
verſ. quibus non obſtantibus. de rer. permut. in
nou. Gabr. conſ.199. num.1. lib.2.*
Nequè in contrariũ vrget, quod videatur actus
momentaneus, & inſtantaneus, ex quo non datur
35 aliqua eius duratio, nam id contingit † per me-
rum, & ſimplex accidens, non autem ex natura
actus, aliaue iuris neceſſitate; quapropter non at-
tenditur, *l. naturalem, §. Apium, de acq. re. dom. l.
3. vbi omnes notant, præcipuè Bart. num.2. ff. de
tutel. Soc. ſen. conſ.116. nu.8. col.4. Rui. conſ.59.
num.11. lib.3. cum alijs per Tiraquel. de retract.
lignag. §.30 gloſ.1. nu.26. Menoch. conſ.51. n.28.
& conſ.52. num.24. & 25.*
36 Aliud enim eſt, dum Papa † reſignationẽ admit-
tit, cenſeri eam admittere, non ad alterius fauo-
rem, quàm eius, qui cum reſignãte ſupplicauit pro
collatione, quod vt veriſſimum eſt, *Caſſad. deciſ.
3. num.1. de renunciat.* ita habet cauſam neceſſa-
riam, & naturalem, non ſolum ex vſu patrisfami-
lias, vt ibi per eum, ſed etiam ex ipſius actus natu-
37 ra, nimirum ex † correſpectiuitate, vt ponderat
Rota apud *Pute. deciſ.511. nu.2. & 3. lib 2.* itaut
38 mens Papæ reſignationem admittentis, † eadem
prorſus cenſeatur cum mente ſupplicantium cui
adhæret, *Mobed. deciſ.8. nu.3. de iur. patron. Rota
diuerſ. deciſ.677. num.16. par.1.* & longè aliud,
quòd actus collationis non ſit ſeparabilis in tem-
pore, ità vt poſſit Papa, ſi velit, illum differre in
aliud tempus, cenſeaturquè interim perfectus, &
abſolutus actus reſignationis, & in conſequens
conſtituatur duratio vacationis ad ipſius Papæ li-
39 bitum, cùm dilatio † ad tempus, non ſoluat nexum
præcedentem, *l. obligationum ferè, 43. vbi gloſſ. in
verb. deberi, & D.D. omnes de actio. & obligatio.
Menoch. conſ.437. nu.22.*
Quocirca, etiamſi admittamus, reſignantem nõ
reſignare ſimpliciter, vt beneficium vacet, ſed vt
vacans conferatur certæ perſonæ, atquè ita con-
cedamus totam diſpoſitionem eſſe conditionalẽ,
40 tamen † vt actus ſunt diſtincti, & prior in ordine
ad vltimum, conditio non eſt ſuſpenſiua, ſed reſo-
lutiua prioris iam ad eſſe deducti, & perfecti, *Rota
d. deciſ.677. ſub num.4. verſ. vnde reſpectu, par.1.
diuerſ.*
41 Vndè ſi Papa † alteri conferat, & ideo nulla
ſit collatio, actus tamen ſubſiſtet, dum non eſt
abbreuiata manus Papæ, tali collatione circum-
ſcripta, conferre illi cuius intuitu eſt facta reſigna-
tio, *Roma. conſ.342. ſub num.1. verſ. vnum
eſt, quod obijcitur.*
Ex his autem, Primum infertur, vtcunquè be-
42 neficium † reſignatum ad fauorem, nequeat alteri
conferri, quàm illi, cuius contemplatione facta eſt
reſignatio, vt poſt alios latè probat *Pariſ. d. lib.1.
q.4. ex num.24.* cùm eius intuitu tantum cenſea-
tur facta admiſſio, vt dictum eſt ſuprà *num.36.* in-
43 dè tamen non excludi reſeruationem † reſultantẽ
ex facto vacationis eius, & quin Papa illud confe-
rens reſignatario, dicatur conferre tanquam reſer-
uatum, non quidem reſeruatione clauſa in corpo-
re iuris, ex vacatione apud ſedem iuxta *reg. cap.2.
44 de præbin. in ſexto*, quæ eſt † reſtricta ad vacatio-
nem per obitum, vt latè demonſtrauimus *lib.2.
q.27. num.28.* ſed ex ſimplici vacatione in Curia,
quatenus per Doctores cõſideratur veluti diuerſa
à vacatione apud ſedem, vt eodem loco explicaui-
mus *ſub nu.33.* & optimè etiam diſcernit *Pute.
deciſ.38. num.2. lib.2.* & melius omnium *Gomeſ.
ad reg. de trienn. q.31. ſub num.5. verſ. & eodem
modo beneficia reſignata, Gig. de intruſ. num.47.
Pariſ. de reſign. lib.9. q.14. n.6. Caualer. deciſ.450.
45 num.2.* ſeù propriùs † loquendo, ex manus Papæ
appoſitione, vt pariter expoſuimus *ea. quæſt.27.
num.34. & 35.*
Cui neceſſariò hoc etiam illud conſequitur, nõ
46 minus † hũc Reſignatariũ, quàm quemlibet alium
prouiſum à Papa tanquam de reſeruato, poſſe in
vim clauſulæ expedire literas ad partẽ, ſuper gra-
tioſa ſubrogatione, & potiri omni earum præro-
gatiua, de qua latè egimus in præcedenti quæſtio-
ne, quemadmodum in his præciſis terminis reſpõ-
dit *Rota in vna Cuſentina Abbatia 20. Decem-
bris 1627. coram Eminentiſſ. D. meo Cardinali
Virili, & priùs coram Cardinali Caualerio, vt
apud eum in impreſſ. deciſ.450. num.1.*
Præcipuè, ſi fieret ceſſio ad fauorem collitigan-
47 tis, quo caſu † conſueuit decerni immiſſio ita ſub-
rogato, abſque vlla alia iuſtificatione, *Rota deciſ.
644. num.2. par.1. in recen.*
48 Ex eiſdem ſecundò infertur, quàm † vtiliter ſty-
lus Curiæ introduxerit, vt in ſupplicationibus,
quæ ſuper reſignationibus huiuſmodi ſignãtur, in-
ſeratur clauſula ſuſpenſiua quarumcunquè vnio-
num, de cuius virtute plura tradunt *Mandoſ. de
Signat.*

Signat.grat.§.reſignationes, verſ.datur ſuſpenſio,
& Pariſ.lib.8.q.7. num. 172. & nos ſatis egimus
lib. 1. q.28. ex num.172.
49 Nequè eſt dubium, clauſulam † ſuſpenſionis hu-
iuſmodi, complecti vniones etiam Cōſiſtorialitèr
factas, cùm in his eadem quoquè militet ratio, vt
fuit reſponſum in Eugubina beneficij 15. Martij
1599. coram bo.me.Cardinali Pamphilio, & in
Gerunden.Prioratus 11. Maij 1615. coram Emi-
nentiſs. D.Card.Veroſpio; vt ſit cauendū à deciſio-
ne contraria impreſſa penes Garz. de benef. par.
11. cap. 4. ſub num.42. quæ fuit reuocata, proùt
benè etiam monet bo.me. D.Beltram.ad.d.Gre-
gor.deciſ.159.num.8. & 9.
50 Infertur tertiò, aliud eſſe † quærere quandò di-
catur purificata cōditio huic reſignationi implici-
ta, de qua ſuprà, in articulo acquiſitionis beneficij
reſpectu Reſignatarij, vt deinceps Reſignans (ceù
conſumpta vacatione) dicatur deſtitutus omni iu-
re; & longè aliud, quandò dicatur eidem Reſigna-
tario perfectè ius quæſitum in beneficio, itàut be-
neficium veluti plenum eius perſona, alitèr quàm
51 ex ea vacare nequeat. Porrò cum agitur † de ef-
fectu ſimplicis deſtitutionis, Reſignantis, eo ipſo
dicitur conſumpta vacatio, quod admiſſa eſt per
Papam Reſignatio, & Reſignatarius illam accepta-
uit, ex ſuperius dictis, idquè (licet aliquantulum
ſubobſcurè) voluit Rota deciſ.791.num.6. par.1.
& deciſ 793. num. 3. ad fin. par. 3. lib.3. diuerſ.
52 proindequè, etiamſi † Reſignatarius expedierit li-
teras in forma Dignum, & illis necdùm iuſtifica-
tis, & exequutis contingat eum mori, arcebitur
hoc caſu Reſignans à regreſſu ad beneficium, cùm
quantum ad ipſum, vt dixi, actus ſit perfectus, &
conſumatus, & conſequenter vrgeat diſpoſitio
tex.in cap.ex tranſmiſſa, de renunc. & idem eſſet,
53 ſi † Reſignatarius reprobaretur, conditio enim
illa vel expreſſa, vel ſubintellecta, ſi beneficium
certa illi perſonæ conferatur, reſpicit factum ſu-
perioris conferre habentis, cùm ab illius auctori-
tate totalitèr actus dependeat, illud verò factum
54 ſatis † habetur pro adimpleto, quandocunquè per
ipſum non ſtat, ſed per eum, cui eſt adimplendum,
quominus adimpleatur, iuxta regulā, quam habe-
mus in l. hac venditio, ff. de contrab. emp. & in l.
iure ciuili, de condit. & demonſtr. cum adductis
per Tiraquell.de retract.conſang.§.15.gloſſ.2.n.7.
Surd. deciſ. 182. num.14.
55 Propterea non videtur recipienda † hac in re
diſtinctio, inter eum qui non habuit, & eum qui
habuit probabilem cauſam reputandi Reſignata-
rium idoneum, & habilem, quam facit Garz.de
benef.par.11. cap.3.num.38.ex doctr gloſſ.in cap.
Innotuit 20.§.habito verò, in verb. ignorantiam,
de electio. vbi Abb.num.9.& 21. Dec.in cap. cum
in cunctis §.fin.num.2.& 14.eo.tit. de elect.
56 Quià, omiſſo quod hæc diſtinctio † benè pro-
cedit ad effectum excuſandi à dolo, & ſic à pecca-
to, ſecus verò à culpa, Aym.conſ.6.num.75.Gabr.
de regul.iur. concl.6. num. 42. non applicatur, vt
57 dixi, quià Reſignans † dum ad fauorem alterius
reſignat, etiamſi cum Papa agere (vt ità dixerim)
videatur, quod certæ illi perſonæ, & non alteri be-
neficium reſignatum conferat, tamen hoc etiam
velle intelligitur, vt ita demum hoc obtineat, ſi
ille ſit habilis, vt cenſeātur paciſcentes, in his quæ
non explicarunt, conformare ſe legis diſpoſitioni,
l. quæro, 56.§.inter locatorem, ff. locat. l. hæredes
mei, 57.§.cum ita, ff.ad S.C.Trebell. cum alijs per
Alciat.de præſumpt.reg.3. præſumpt.32. num.1.
Menoch. conſ.111. num.17.
E conuersò, ſi dùm pendet exequutio, contin-
58 gat † mori reſignantem, nihil conferibile ex eius
perſona vacare cenſetur; quià licet Reſignatario
adhuc non ſit ius quæſitum in re, tamen beneficiū
ità illi eſt affectum, vt alteri quàm ſibi nequeat
59 conferri, vt in ſimili dicitur de collatione † facta
abſenti, quæ dum ille deliberat in acceptando, ef-
ficitur irretractabilis, cap. ſi tibi abſenti, de præben.
in ſexto, qui eſt caſus fortior; nàm illa collatio fa-
cta abſenti, ſimplicitèr afficit beneficium, vt non
dicatur liberum, vt dicit text.in litera, & latè pro-
bat Abb. qui ait id etiam in quacunquè materia
profana conſtitutum eſſe, in cap.accedens, num.2.
60 extra eod.tit. Illud namquè ius pendulum † impe-
dit alitèr de beneficio diſponi, inquit Pariſ.
61 conſ. 97. num. 9. lib. 4. vbi verò † eſt acceptata
collatio, non ſolùm dicitur beneficium perſonæ
affectum, & ſic non liberum, ſed etiam dicitur cō-
ſumpta præcedens vacatio, vt benè in eo. text. ad-
62 uertit Anchar. num. 2. quapropter ſemper † hoc
caſu militat regula, quod præcedens vacatio im-
pedit ſequentem, cap. ſuſceptum, de reſcript. in
ſexto, cum ſimil.
63 Vndè ſi per Exequutorem † reijciatur Reſigna-
tarius tanquam inhabilis, prouidebitur rurſus ex
vacatione adhuc per reſignationem, vt ſuprà dictū
eſt; ſi verò approbabitur, vtiquè ea vacatio con-
ſumetur, non attento intermedio obitu reſignātis:
64 tametſi enim nuſquàm admittatur † retrotractio,
vbi extrema deſinunt eſſe habilia per aliquā rerum
immutationem, l neceſſario, § quod ſi pendente. de
peri.et com.re.vend.l.bonorū, ff.rem rat hab.Curt.
Iun.cōſ.74.n.8.et conſ.76.n.5.Menoch.conſ. 946.
65 num.35. modò habilitas † deſinat non ſolùm actu,
ſed etiam potentia, vt declarat Bart. in l. ſi is qui
pro emptore num 8. de vſucap. nèc dubium ſit in-
66 habilitatem † hanc extremorum induci per mor-
tem eius, à quo originatur actus, vt in puncto de-
ducit Gabr.conſ.186.num.17. lib.1. Nihilominùs
iſtud hùc non pertinet, vbi idoneitas ſupponitur de
67 ipſo tempore gratiæ, atquè ideo tota ea † clauſu-
la, quatenus idoneus reperiatur, ſonat potiùs in
monitionem, quàm in conditionem, iuxta gloſſ.in
clem.vn.in verb. repererint, de offic deleg. Felin.in
cap.vlt.num.18.de præſumptio. Rota in antiq. de
fil.presbyt. deciſ.4. num 4. Proindequè vbi illa
68 idoneitas † eſt detecta, non dicitur facta collatio in
eo inſtanti quo Exequutor exequitur, vel etiam
detegit, ſed dicitur facta tempore reſcripti Apo-
ſtolici, Rota deciſ. 12. num. 4. de conceſſ. præ-
ben. in no.
Et ſic nulla prorſus fit retrotractio, quià Papa,
69 à † cuius dumtaxat auctoritate pendet ius illud,
ſuppoſuit idoneitatem Reſignatarij, tunc cùm fue-
runt ſibi pro eo oblatæ preces, & tunc voluit illi
prouidere;

Digitized by Google

prouidere ; quòd verò mandauit inquiri per Exe-
quutorem , nihil eſt aliud præter veritatem talis
ſuppoſiti, iuxta regulã quã habemus in *l. vt reſpõ-
ſum, vbi Alcia. n. 10. C. de tranſactio.* & ſic eſt cõ-
ſiderandum , quid habuerit in animo Papa , à cu-
70 ius auctoritate gratia pendebat; in agendis † enim
debet attendi cauſa motus, & finis agendorum, &
vltrà extendi non debet , inquit in propoſito Ge-
minianus *in ſupraalleg. c. ſi tibi abſenti, ſub n. 18.
verſ. ſed dicit quod inſpecta , de preben. in ſexto,*
non autẽ quid fortè habuerit in mente Reſignans,
71 à quo † in effectu nullum prorſus ius conſequitur
Reſignatarius, ſed à Papa tantùm, *Adden. ad Rot.
deciſ. 13. num. 4. de procur. in no. & dec 1. ſub n. 2.
verſ. præterea licet, de locat.* Et qui, facta reſigna-
72 tione, † quoad beneficium reſignatum habetur pro
mortuo, ſecundum *gloſſ. in d. cap. ſuſceptum in
verb. non morte de reſcript. in ſexto, Pariſ. conſ. 93.
num. 26. lib. 4.* & hanc ſententiam exactè diſcuſſo
articulo , firmauit Rota in *Burgen. Canonicatus,
27. Aprilis, 1597. coram bo. me. Card. Pamphilio.*
Quod eſt perpetuò verum, præterquam ſi Reſi-
73 gnatarius † non alitèr conſentiret, quàm ſub con-
ditione ſuſpenſiua , quæ non poſſet purificari , niſi
ex contingentia facti de futuro, veluti cùm renun-
ciat ad fauorem laici, cum clauſula, *ex nunc, prout
ex tũc, cum clericali charactere fuerit inſignitus,*
idem enim tũc quod ipſe, ſentit Papa, & propterea
nequè antequam ille clericus fiat , à ſe aliquid ab-
dicat, & interim ſi ille moriatur antè initiationem,
non dicitur conſumpta vacatio, ſed Reſignans re-
manet cum ſuo beneficio; ea ratione, quia hoc ca-
ſu clarè conſtat Papam non voluiſſe facere gratiã
tempore reſcripti , ſed poſtquàm ille eſſet cleri-
cus, *Gabr. conſ. 186. ex num. 17. lib. 1.* quem in hoc
probauit Rota in eadem *Burgen. Canonicatus.*
74 Idemquè foret , ſi Reſignans † reſignaſſet ſub
alia conditione ſuſpenſiua , vtputà *quod ſibi vali-
dè aliqua reſeruetur penſio* , tunc enim Papa ac-
commodat ſuam auctoritatẽ conſenſui ipſius Re-
ſignantis, cui ità licet terminatè conſentire, Rota
in recent. deciſ. 286. num. 2. par. 2. de qua re ſatis
egimus *lib. 1. q. 41.*
Simulquè idem ſtatuendum, ſi verſemur in caſu
prohibitæ reſignationis , de qua prohibitione non
75 ſit facta mentio in literis, vtputà cùm eſt facta † de
beneficio, ad quod quis fuit ordinatus , eo enim
ipſo eſt irrita ex diſpoſitione Concilij *ſeſſ. 21. c. 2.
de reform. Pariſ. de reſign. lib. 2. quæſt. 6. num. 36.
& 39 Garz. de benef. par. 2. cap. 5. nu. 192. & ſeq.
vbi refert reſolutiones S. Congregationis, & n. 94.
cumulat deciſiones Rotales , Gonzal. ad reg. de
menſib. gloſſ. 5. §. 10. nu. 35.* & in conſequens vſquè
76 adeò eſt infecta à principio † vt Reſignans ſi pri-
uetur poſſeſſione , poſſit agere ſpolio , *Rota in
recent. par. 4. deciſ. 614. num. 2.* vbi fuit deciſum ,
77 diſpoſitioni † Concilij nõ poſſe ſatisfieri per æqui-
pollens, & ità priùs fuiſſe deciſum in *Aretina ple-
bis 4. Decembris 1600. coram Cardinali Milli-
no, Gonzal. vbi ſuprà num. 35.*
78 Et licet eadem S. Congregatio videatur † in re-
ſignatione ex cauſa permutationis variaſſe, vt ad-
uertit (qui propterea articulum indiſcuſſum reli-
quit) Cardinalis Mãtica, *de tacit. & ambig. lib. 25.
tit. 7. ſub num. 44. verſ. vndè fuit quæſitum*, tamen
veritas eſt , quod eadem Congregatio ſemel de
anno 1602. 18. Iulij , decretum Concilij cenſuit
locum etiam habere in permutationibus, non ab-
ſolutè, ſed ex ſuppoſitione, quod dari poſſet caſus,
vt ità permutans non poſſet conſequi beneficium
ceſſum , atquè ex hoc ſemper militaret ratio , nè
in opprobrium Ordinis, Clericus mendicet, vt re-
fert *Gratian. diſcep. forens. cap. 159. num. 3.* Et ab
ea nuſquàm receſsit, ſed benè illam declarauit ex
negatione eiuſdem ſuppoſiti , vniuerſaliter non
procedere , niſi ità permutans aſſequutus fuiſſet
poſſeſsionẽ beneficij permutati , quod eſſet pror-
ſus ſufficiens ad ſui ſuſtentationem, quo demùm
caſu ceſſat ratio Concilij, vt refert *Gregor. deciſ.
441. num. 3.* vbi quòd tùnc de hac aſſequutione
debet conſtare nedùm cum iſta qualitate ſuffi-
cientiæ, ſed etiam durationis, *vt ibi ex num. 6.*
79 An autem, & † quatenus id obtineat in reſigna-
tione beneficij Iuriſpatronatus, latè diſputauimus
lib. 2 quæſt. 14. ex num 66. vbi etiam egimus de
80 alio articulo circa regreſſum † reſignãtis tali caſu
ad beneficium, & de neceſsitate noui tituli *ex nu.*
84. vt ideo ſuperuacuum ſit eadem hic repetere.
81 Præter hæc , fruſtraroria quoquè eadem † ra-
tione eſſet reſignatio, ſi eam fieri contingeret poſt
aſſequutionem incompatibilis, tùnc enim inducta
vacatione ex diſpoſitione *tex. in cap. de multa ,
vbi Abb. num. 16. Ancher. num. 3. & alij paſſim
de præbend. cum ſimil.* proculdubio impediretur
noua vacatio per reſignationem , *Rota deciſ. 81.
ſub nu. 6. verſ. penſio enim par. 1. in recent.* ſiqui-
dem , euaneſceret actus ex defectu ſubiecti reſi-
82 gnabilis, cùm nemo † det quod non habet, *Pariſ.
de reſign. lib. 3. quæſt. 1. num. 149. & 150.*
83 Et propterea ſi quis fateretur † in iudicio ſe
nullum ius habere in beneficio , & mox illud reſi-
gnaret, reſignatario nihil indè acquireretur, cùm
confeſsio cedentis, antè ceſsionem noceat ceſsio-
nario, *Caſtr. in l. facta, §. ſi hæres, num. 3. ff. ad
Trebell. Pute. deciſ. 79. num. 1. lib. 2. & in his ter-
minis cenſuit Rota deciſ. 190. n. 5. par. 2. in recent.*
Infertur quartò ex eiſdem , ac proximè dictis,
84 Reſignatario † non ſuffragari reſignationem , niſi
duo extrema iuſtificet: Primum ius reſignantis :
85 niſi enim Reſignans probetur triennalis † pacifi-
cus poſſeſſor immediatè ante reſignationem, itàvt
poſſit iuuari *alleg. Lapi 89.* certè tenetur iuſtifica-
re titulum reſignantis eiuſdem , *Caſſad. deciſ. 2.
num. 5. & 6. de cauſ. poſſ. & propr.* cum pluribus
adductis *in deciſ. 309. num. 1. par. 2. recent.*
Quod ſano tamen modo eſt intelligendum , vi-
86 delicet † vbicunquè opponitur de hoc defectu per
legitimum contradictorem, putà per venientem
ex diuerſa vacatione, & qui iàm titulum ſuum iu-
ſtificauit: tunc enim demùm Reſignatarius, etiamſi
ſit in poſſeſsione, quæ alioqui eum excuſat à qua-
cunquè iuſtificatione ſui tituli, iuxta *reg. l. Cogi C.
de pet. hæred. Caſſad. d. deciſ. 2. num. 4. de cau. poſſ.
& propr. Rota in recent. par. 1. deciſ. 418. num. 6.*
87 poteſt † compelli ad talem verificationem , nàm
cùm Actor probauerit ſuam intentionem plenè,
debet

debet Reus ſuam exceptionem etiam plenè iuſtificare, nèc ideò illi ſufficit præſumptio, quæ eſt pro poſſeſſore, *Calder. conſ. 10. ad fin. de probat. Rota d. deciſ. 309. num. 4. par. 2.*

88 Alterum eſt publicatio † reſignationis, iuxta *extrauag.* Gregorij XIII. *Seraph. deciſ. 422. nu. 4. Rota diuerſ. deciſ. 190. nu. 2. par. 2. & in recent. deciſ. 361. num. 2. verſ. & in ſimili par. 2.* de qua infrà ſuo loco dicetur.

Quod plurimùm eſt obſeruandum, quia cùm
89 antè † dictam publicationem, non ſit perfectè ius quæſitum Reſignatario; reſignans legitimè incumbit poſſeſſioni, *Achill. deciſ. 10. num. 4. de reſtit.*
90 *ſpol.* & ſi ſpolietur per † tertium, ei competit actio ſpolij, *Caſſad. deciſ. 4. eod. tit. de reſtit. ſpol. Achill. d. deciſ. 10. Pute. deciſ. 158. num. 4. lib. 3. Seraphin. deciſ. 756. num. 5. Gregor. deciſ. 138. num. 6.*

91 Et dixi, *ſi ſpolietur per Tertium*, quia † ſi per ipſum Reſignatarium, ceſſat hæc actio, propter implicitum ipſius Reſignantis conſenſum ab initio, *Caſſad. d. deciſ. 4. num. 6. de reſt. ſpol. Gregor. deciſ. 364. num. 4.*

92 Idemquè foret, ſi per † ipſius Reſignatarij ſucceſſorem. *Put. deciſ. 4. eod. tit. de reſtit. ſpol.* Niſi
93 tamèn facta † propo neretur reſignario ſub aliqua conditione per Reſignatarium adimplēda; ea enim non adimpleta, pariter contra eum datur actio hæc, vt optimè aduertit *Pute. d. deciſ. 4. verſ. Intellige dummodò:* Enimuerò hoc caſu ceſſat præmiſſa ratio præſtiti conſenſus.

94 Quemadmodū & contra eundē daretur † actio, ſi capta eſſet poſſeſſio lite mota ſuper validitate reſignationis, *Rota deciſ. 1. de renunc. in nou. & in recent. deciſ. 423. ſub num. 2. par. 1. & in Regien. Præceptoriæ 13. Iunij 1618. coram bon. mem.*
95 *D. Andrea.* Porrò ſi antè † litem; ceſſaret hæc actio, & daretur Reſignatario manutentio, Rota in *recen. deciſ. 92. num. 2. & per tot. par. 1. & aduertit etiam bon. mem. D. Beltram. ad d. Gregor. deciſ. 138. ad fin.*

Verumtamen, ſiuè contra Tertium, ſiuè contra ipſummet Reſignatarium, Reſignans agat ſpolio, dura prorſus illi eſt prouincia; potiſſimùm in fir-
96 mando primo extremo, quod † concludentes, & plenas exigit probationes propter naturam iſtius poſſeſſorij, quod licèt ſummarij ſit proceſſus, eſt tamen maximi præiudicij, iuxta doctrinā *Bart. in extrauag. ad reprimen. in verb. ſummariè, nu. 12. & 13.* & hanc eſſe communē ſententiam latè ſcribit *Alex. conſ. 139. ſub num. 14. & 15. vol. 6. cum adductis per Menoch. de recup. rem. 15. nu. 408. & 413.* & quam perpetuò eſt amplexa Rota, vt apud *Verall. deciſ. 328. num. 6. & 7. par. 2. Pute. deciſ. 75. nu. 2. & 4. lib. 3. Seraph. deciſ. 302. nu. 1. Pontan. de ſpol. lib. 2. cap. 14. nu. 81. & 95.*

97 Etenim, ſi dirigatur actio † contra Tertium, res caret dubio; tunc enim prorſus opus eſt articulos diſtinctos facere, & ſuper illis teſtes examinare, qui benè concludant, in quo ſtat ratio deductionis plenæ probationis, vt docet *Bart. in d.*
98 *verb. ſummariè, num. 11.* Tertius † autem reputatur, omnis qui eſt diuerſus à Reſignatario, etiamſi (quantum ad hunc effectum) illius ſucceſſor ſit in beneficio, cùm non habeat ius à præceſſore, ſed à collatore, *cap. 2. de conceſſ. præben. cap. ad decorem, de inſtit. Rota de locat. deciſ. 1. ſub n. 2. verſ. præterea licet, in nou. Caputaq. deciſ. 185. ſub n. 2. verſ. neque etiam ſucceſſori, par. 1.* & in puncto reſpondit Rota *deciſ. 768. num. 4. par. 2. in recent.*

99 Quod eſt intelligendum, niſi lis fuerit cum † Reſignatario inchoata, tunc enim reſpectu litis, & illius ſtatus, iſte ſucceſſor nō haberetur pro Tertio, ſed pro eodem, vt optimè per eum *text. explicat gloſſ. in c. vlt. in verb. in illo ſtatu, vt lit. pend. in ſexto, Rota deciſ. 13. n. 4. de procur. in no.*

Si autem dirigatur contra ipſummet Reſignatarium, eodem modo exigitur probatio; nec facilè
100 ſubſtrueretur hoc primum extremum † ex confeſſione, præcipuè non geminata, adeo quod non deſeruiat repetitio pluries facta in eadem ſcriptura, vt ſingularitèr tenuit *Rota apud Caputaq. d. deciſ. 328. num. 7. par. 2.*

Et ſanè, vix eſt in hac cōtrouerſia imaginari cōfeſſionem Reſignatarij de poſſeſſione Reſignantis, quæ in hoc iudicio poſſit ei opitulari: nā ſi attendamus ſimplex factū reſignationis, cùm poſſit quis reſignare ius quod habet, abſque eo quod ſit in
101 poſſeſſione, ex † huiuſmodi actu non poteſt inferri ad talē poſſeſſionem, vt in puncto reſpondit Rota in *Taruiſina canonicatus, ſiuè ſimoniæ 9. Maij 1597. coram bo. me. D. Corduba, quam ſequuta eſt d. deciſ. 768. num. 4. par. 2. in recent.*

Si verò attendatur etiam aliqua enunciatio ipſius Reſignātis de propria poſſeſſione, eadē adhuc
102 vrget difficultas, quià cùm ad † effectum validæ, & efficacis renunciationis, poſſeſſio nō ſit neceſſaria, *Boer. deciſ. 24. n. 8. & latè tradit Pariſ. lib. 2. q. 26.*
103 *n. 3. & per tot.* iſta enunciatio † non probat, etiam inter ipſos enunciantes, iuxta doctrinam Baldi cōmuniter receptam in *l. optimā, ſub n. 1. verſ. ſi verò enunciantur ea, quæ non ſunt de ſubſtantia, & ibi etiam Angel. ſub n. 2. verſ. ſi autē, C. de contrah. & committ. ſtipul. Pute. deciſ. 371. num. 2. lib. 1.* & in his terminis cenſuit *Verall. d. deciſ. 328. n. 2. par. 2.* quæ corruptè allegatur per Rotam, quæ eam ſequitur, *d. deciſ. 768. num. 2. ad fin. verſ. tum deniquè, par. 2. in recent.*

Vndè in hac re, ſimultaneæ cōfeſſionis argumē-
104 mentum de nihilo inſeruit; ea enim † poteſt quidem operari reſpectu tituli, & coloris illius, itaut probato primo extremo, non poſſit Reſignatarius excipere de defectu tituli colorati, *Pontan. de ſpol. lib. 2. n. 140. verſ. dicens inſuper, Rota in re-*
105 *cent. deciſ. 542. n. 4. par. 2.* (quicquid ſit † ad effectum adiudicationis in petitorio, vt diſtinguit *Rota deciſ. 19. de reſt. ſpol. in nou.* & hanc opinionem
106 ſæpiſſimè amplexa eſt, vt in *d. deciſ. 542.*) ſed non reſpectu † probationis poſſeſſionis, vt latiſſimè deducit *d. deciſ. 768. num. 3.* præcipuè ſi iſta cor-
107 reſpectiuitas † traheretur ex mandatis ſeorſim confectis, vt ibi per eam, *num. 3.* in qua ideò merito fuit receſſum à ſuprà *alleg. deciſ. 542. ead. par. 2.*

108 Et quamuis, ad effectum vt intret † *Oldrad. conſ. 229.* de præſumenda effectuatione prouiſionis per ſucceſſiuam vacationē ex perſona prouiſi,

quod paſsim ſequuta eſt Rota, *Seraph. deciſ. 299.*
num. 5. & in recen. par. 2. deciſ. 154. ſub num. 4.
obtinetque nedùm in vacatione per obitum, ſed
109 etiam † in hac ipſa per reſignationẽ, idem *Seraph.*
deciſ. 337. num. 1. Rota diuerſ. deciſ. 167. num. 1.
par. 1. & in recen. deciſ. 423. num. 2. par. 2. cum
alijs cumulatis per *Beltram. ad Gregor. deciſ. 215.*
num. 8. ſufficiat, reſignationem factam eſſe poſt
110 aliquod tempus conſiderabile, reiecta † diſtin-
ctione, an probetur poſſeſsio reſignantis, vel ſecùs,
vt poſt *Rotam apud Reuerendiſs. D. Coccin.*
deciſ. 386. num. 4. & in recent. deciſ. 224. num. 7.
par. 1. tradit Beltram. ad d. deciſ. 215. ſub eod. n. 8.
verſ. ſed neque eſt admittenda, tamen ad iſtum
effectum concludendi in ſpolio, hoc non ſufficit,
quià vt ſuprà dictum eſt, exiguntur non præſum-
ptiuæ & apparentes, ſed plenæ, & concludentes
probationes.

Præter autem rigorem in probando primo ex-
111 tremo, facillimè obſtabit Reſignanti † ſpontanea
poſſeſsionis abdicatio, *Rota deciſ. 2. de rer. per-*
mut. in no. Verall. deciſ. 172. par. 3. cum alijs quos
citat *Rota d. deciſ. 542. num. 5.* & rurſus *deciſ.*
768. ſub num. 8. verſ. ex illis enim par. 2. in
recent. niſi, ſecundùm ſuperius expoſita, qualifica-
112 tus † fuerit conſenſus ex conditione aliqua, quæ
non fuerit adimpleta, vt ibi explicat Rota *d. deciſ.*
542. quod procedit etiam data ſcientia nullitatis
actus in Reſignante, prout ità firmauit *Rota apud*
Seraph. deciſ. 25.

SVMMARIVM.

1 *Regula de infirmis Reſignantibus adducitur.*
2 *Qui eam commentati fuerint referuntur.*
3 *Reſignatio, an irritetur per regulam de infirmis, ſiuè de viginti.*
4 *Reſignatio, eſt correſpectiua collationi ad fauorem eius, cuius contemplatione fit.*
5 *Correſpectiuorum vno ſublato, ſubmouetur & alterum.*
6 *Orationi quod deeſt, nonnunquam ſuppletur.*
7 *Cauſa ceſſante, ceſſat effectus.*
8 *Et è conuerſo, cauſa non ceſſante, nõ ceſſat effectus.*
9 *Vacationum duarum concurſus, ex eadem perſona, an detur.*
10 *Fictio quid.*
11 *An admittat concurſum veritatis.*
12 *Fictioni, perpetuò veritas aduerſatur.*
13 *Fictio, an poſſit concurrere cum veritate, reſpectu diuerſorum temporum.*
14 *Fictio, verſatur circa poſſibilia.*
15 *Conditio, non ideo inducitur, quod actus ſit reſolubilis ab euentu.*
16 *Reſignatio, in caſu regulæ de infirmis, non cenſetur facta ſub conditione.*
17 *Conditioni, æquiparatur defectus cauſæ finalis.*
18 *Conditio, dum pendet, quem effectum habeat.*
19 *Regula de viginti, aufert ius Reſignatario.*
20 *Nequè in ea ſuſtinentur duæ vacationes.*
21 *Reſignatario defuncto intra viginti in menſe ordinario, ad quem pertineat beneficij prouiſio.*
22 *Menſis, an ſit exprimendus in caſu Regulæ de viginti.*
23 *Manus appoſitio, quando afficiat beneficium.*
24 *Regula de viginti, inducit reſeruationem, ſi facta ſit reſignatio in Curia, ſecus ſi extra Curiam, ſecundum Sarnenſem.*
25 *Quæ diſtinctio, reprobatur.*
26 *Regulam de viginti, nullam inducere reſeruationem, aut affectionem, aliquibus viſum.*
27 *Contrarium tamen Rota.*
28 *Et quæ huius ſententiæ ratio, ſecundum eandem Rotam.*
29 *Regula de viginti, quatenus inducit reſeruationem, nititur vacationi per obitum.*
30 *Vacationis duplicis concurſus, & vtriuſquè veræ, an admittatur in caſu Regulæ de viginti.*
31 *Fictio Principis, ſiuè legis, circa ea quæ iuris ſunt, operatur ſecundum veritatem.*
32 *Vacatio per obitum, inducta per regulam de viginti, eſt vera, & non ficta vacatio.*
33 *Fictio, propriè cadit circa factum, non circa ius.*
34 *Vacatio duplex, & vtraquè vera, non poteſt concurrere.*
35 *Regula de viginti, aliquibus viſa inducere duplicem vacationẽ, fictam vnã, & alteram veram.*
36 *Vacationis per obitum modus inductus per Regulam de viginti, aliquibus reputatur extraordinarius, & fictus.*
37 *Eaquè vacatio accidẽtaria, minusq; cõſiderabilis.*
38 *Vacatio per obitum, inducta per Regulam de viginti, aliquibus viſa eſt non inficere reſignationem, & omnes eius effectus.*
39 *Regula de viginti, reſpectu vacationis per obitum, fictionem inducit.*
40 *Fictio reſtringitur ad ſubiectum expreſſum, nec vltra extenditur.*
41 *Regula de viginti, inuecta fuit pro ſimplici obſtaculo, & qualitèr.*
42 *Eadẽ, præſumit fraudẽ admiſſam in reſignatione.*
43 *Conſenſus remouetur à decepto.*
44 *Reſignatione nulla exiſtente, nulla quoquè poteſt inde dari vacatio.*
45 *Fictio, quotuplex, et quæ dicatur fictio trãslatiua.*
46 *Fictio, poteſt cadere ſuper ſingulis prædicamentis, & inducta reſpectu vnius, non extenditur ad aliud.*
47 *Fictio, exigit extrema habilia.*
48 *Fictionis trãslatiuæ extrema, vt habilia dicãtur.*
49 *Regula de viginti, qualitèr in fingendo ſupponat extrema habilia.*
50 *Poſtliminij fictio, vti procedat.*
51 *Fictionis vis, in retrahendo tempus.*
52 *Fictionis fundamentum, æquitas.*
53 *Fraus, vti arguatur:*
54 *Tempus, vti retrahatur.*
55 *Mors, actus eſt inſtantaneus, & momentaneus.*
56 *Eadem, non poteſt contingere in duobus locis.*
57 *Regula de viginti, non afficit beneficium extra curiam reſignatum.*
58 *Etiamſi obitus contingat in menſe Apoſtolico.*
59 *Vacatio eo loci contingit, vbi quis defungitur.*
60 *Fauore quod alicuius introductum eſt, non debet in eius odium retorqueri.*

61 *Mor-*

61 *Mortis appellatione, non venit regulariter, alia mors quàm naturalis.*
62 *Reſignatio facta in Curia, vti afficiat beneficium.*
63 *Affectio olim inducta ex manus appoſitione effectum non ſortita, ex quadam Regula Cancellariæ, hodiè antiquata.*
64 *Regula de viginti, hodie nullam inducit reſeruationem.*
65 *Fictio in caſu ficto, tantùm operatur, quantum veritas in caſu vero.*
66 *Regula de viginti, reſpectu reſignatorum in Curia, inducit vacationem in Curia.*
67 *Et defenſa Romani opinio, magis quàm improbata, ex noua adiectione in ipſa Regula.*
68 *Regulæ eiuſdem Clauſula*, etiam vigore ſupplicationis, &c. *quorſum.*

QVÆSTIO XV.

Regula de viginti, quam vacationem, indequè reſeruationem inducat.

1 REGVLA Cancellariæ, † quę
nunc in ordine eſt decima.
nona, ità ſe habet: *Item*
voluit, quòd ſi quis in in-
firmitate conſtitutus reſi-
gnauerit aliquod beneficiũ,
ſiuè ſimpliciter; ſiuè ex
cauſa permutationis, vel
aliàs dimiſerit, aut illius
commendæ ceſſerit, ſeù ipſius beneficij vnionis diſ-
ſolutioni conſenſerit, etiam vigore ſupplicationis,
dùm eſſet ſanus ſignatæ, & poſtea infra viginti
dies à die per ipſum reſignantem præſtandi conſen-
ſus computandos, de ipſa infirmitate deceſſerit, &
ipſum beneficium quauis auctoritate conferatur,
per reſignationem ſic factam, collatio huiuſmodi
ſit nulla, ipſumquè beneficium nihilominus per obi-
2 *tum cenſeatur vacare*. Super qua integros †. habe-
mus commentarios, Alphonſi Soti gloſſatoris an-
tiqui, cui nuper nouum gloſſema adiũxit Ioãnes à
Chokier, Gomeſij, Rebuffi, & Mãdoſij, & iuſtũ ferè
tractatum Flaminij Pariſij, *to. lib. 12. de reſignat.*
benef. vt penè actum agere videar, ſi nunc velim
aliquid circa eam in medium afferre; tamen nè ex
toto per nos prætermiſſa videatur, vnum tantum
attingam, quod maximè videtur pertinere ad eius
verum intellectum, nec ſatis hactenus diſcuſſum,
3 videlicet cùm per eam † in caſu ſuo irritetur col-
latio facta ex cauſa reſignationis, an etiam irrite-
tur reſignatio ipſa? nam quod non irritetur re-
ſignatio, ſatis inde videtur colligi, quod iſti ſint
actus diuerſi, vt oſtendimus in præcedenti, in
decreto autem annullatiuo ipſius Regulæ, ſolus
actus collationis irritetur, ibi, *Collatio huiuſmodi*
ſit nulla, ergò reſignationis actus remanet in ſuo
robore, *cap. nonnè, de præſumptio. cum ſimil.* Cæ-
4 terùm videtur contrarium dicendum, quià † cùm
iſti actus cenſeantur correſpectiui, *Pute. deciſ. 511.*
num. 2. & 3. lib. 2. & diximus in ſuperiori quæſtio-
5 ne *num. 37.* proinde † vno ſublato, cenſetur etiam
ſublatus alter, *l. cùm emptor ff. de reſcind. vendit.*
cum ſimil. adductis per *Aym. conſ. 153. num. 8. &*
Menoch. conſ. 92. num. 42. & conſ. 178. num. 7.
Vt iam nihil referat, quòd in ſpecie de reſigna-
tione nihil in Regula dicatur; cùm enim ea ſit ne-
ceſſaria ad inducendã vacationẽ, & ſucceſſiuã col-
lationẽ, improbata collatione, quæ eſt vltimus fi-
nis reſignãtis, improbata ſimul cẽſetur reſignatio,
6 vt † ità ſuppleatur, quod orationi deeſt, quemad-
modum loquitur *I.C. in l. oratio, 16. de ſponſal.* quo
ferè argumento vtitur in hãc ipſam rem *Gomeſ. ad*
hanc reg. q. 17. n. 2. verſ. quia ex quo dicta Regula.
Præterea, ſi in caſu iſtius Regulæ, ſuſtineretur
reſignatio, opus quoquè eſſet ſuſtinere eius effe-
ctum, qui eſt vacatio ex ea cauſa; quemadmodum
7 enim † ceſſante cauſa ceſſat effectus, *cap. cùm ceſ-*
ſante, de appell. in ſexto, cum ſimil. vulg. ità cauſa
8 non † ceſſante, non ceſſat eius effectus, *l. ſi cui, 38.*
§. tandiu, ff. ex quib. cauſ. maio. cum adductis per
Tiraquell. ad reg. ceſſante cauſa, par. 1. num. 17. &
Menoch. conſ. 373. n. 10. & conſ. 1103. n. 8. ſed cõ-
ſequens eſt falſum, quià Regula expreſsè decernit
beneficium vacare per obitum; nequè eſt poſſibi-
le ex vna, & eadem perſona duas vacationes con-
ſtituere, cum primæ impediat ſequentem, *cap. ſu-*
ſceptum de reſcript. in ſexto, ergò & falſum erit
antecedens, atquè ita penè etiam argumentatur
idem *Gomeſ. ad eandem Regul. q. 35. num. 3. verſ.*
iſtis tamen non obſtantibus.
9 Nequè dicatur iſtas duas vacationes † concur-
rere, videlicet veram per reſignationem, & fictam
ex Principis decreto, & hunc concurſum hic dari
pro auertenda fraude, contra rationem *text. in*
præcit. c. ſuſceptum, vt dicebat *Alphonſ. Soto ad ip-*
ſam Regul. nu. 1. & 2. quià hoc nulla ſatis ſolida
ratione probari poteſt; aduerſaturquè nedùm ciui-
libus, ſed etiam naturalibus principijs, ex quo im-
poſſibile eſt, cum fictione (quæ nullum aliud habet
10 ſubiectum † quàm aſſumptũ indubitatæ falſitatis,
pro veritate, vt liquet ex eius diffinitione, quam
poſt *Bart. in l. ſi is qui pro emptore, 15. num. 21. &*
Iaſ. num. 168. de vſucap. & alios agitat *Menoch.*
de præſumpt. lib. 1. q. 8. ex n. 6. & probat text. in l.
2. vbi Bal. n. 2. C. de iur. aureo. annulo.) poſſe con-
11 currere † veritatem ipſam, *Felyn. in c. quanto, n. 2.*
12 *de præſumpt.* ex quo ex, † ceù è diametro contra-
riæ, manifeſtè inter ſe pugnant, *Bero. in cap. at ſi*
Clerici, n. 10. verſ. ſed fictio, de iudic. Turrecrem.
in can. ferrum, n. 2. diſt. 50. cum alijs quos congeſ-
ſimus lib. 1. q. 40. num. 185.
13 Et quamuis concurſus hic, poſſit † dari circa
idem ſubiectum, reſpectu diuerſorũ temporũ, iuxta
doctrinam *Bart. in l. 1. §. hoc autem Senatuſcõſul-*
tum, ſub nu. 3. poſt med. verſ. quandoquè fictio, &
veritas concurrunt, circa idem ſubiectum, ff. ad
Sen. Conſul. Syllan. et tradit Menoch. de præſumpt.
lib. 1. q. 9. n. 10. attamen id nõ poteſt applicari huic
noſtræ controuerſiæ, cũ vacatio, quæ eſt ſubiectum
iſtius concurſus, non admittat hanc diuerſitatem
temporum, ex ratione *d. cap. ſuſceptum.*
Quinimò, ſi diceremus in caſu iſtius Regulæ, ſu-
ſtentari actum reſignationis, nõ daretur terminus
habilis pro inducenda fictione vacationis per obi-
tum, cùm fictio, tametſi contra veritatem intenda-
14 tur, perpetuò † nihilominùs verſetur circa poſſibi-

lia, *Alciat. de præſumpt. par. 1. in princ. ex nu. 2.*
Menoch. eo. tract. lib. 1. q. 8. num. 7. & 32. & dixi-
mus lib. 1. q. 46. num. 55.

Vlterius id penè etiam ex natura actus deduci
videtur: quandoquidem, qui reſignat non aliter
cenſetur reſignare, quàm ſi reſignatio per Papam
admittatur, ita vt beneficium acquiratur illi, cu-
ius contemplatione reſignat, vt dictum eſt in
præcedenti quæſtione; Papa autem non aliter in-
telligitur reſignationem admittere, quàm ſi is qui
reſignat, à die præſtiti conſenſus, per viginti dies
15 ſuperuiuat: hinc verò fit, vt quamuis actus † reſi-
gnationis nequeat dici conditionalis, cùm deficiat
forma conditionis, vtcumquè ſit reſolubilis ab
euentu, *l. 2. cum ibi nota. ff. de in diem addictio. &*
benè declarat Caſtr. conſ. 451. ſub nu. 1. verſ. con-
ſtat autem, lib. 1. Oldra. conſ. 285. ſub nu. 7. verſ. ad
hac reſpondetur, & nu. 8. Alex. conſ. 91. ſub nu. 5.
16 *verſ. ſed ſi in aliquo lib. 4.* Et in † terminis reſigna-
tionis factæ per infirmum, notat *Gomeſ. ad hanc*
Regul. q. 40. circa fi. verſ. nec obſtat quod collatio.

Nihilominus, facta reſolutione euaneſcat; & pro-
pterea non applicatur iſta diſtinctio huic contro-
uerſiæ; in qua iam ſupponimus per obitum reſi-
gnantis infra viginti dies, reſolutum eſſe actum
reſignationis, non tam ex vi alicuius conditionis,
quàm ex vi ceſſationis cauſæ finalis, ob quam fuit
17 facta reſignatio, qui quidem defectus † æquipara-
tur conditioni, vt benè deducit *Calderin. conſ. 1.*
ſub nu. 2. verſ. vndè dicunt legiſtæ, de tranſlatio.
Prælat. Roman. conſ. 438. ſub num. 4. verſ. cum
tunc ea cauſa.

Parum ergò refert, an pendẽte tempore viginti
dierum, actus reſignationis eſſet in eſſe productus,
18 vel ſecus, cùm de hoc non quæratur, ſed an † eo
momento quo per obitum infra viginti, Regula
infert vacationem per obitum reſignantis, adhuc
duret, aut actus ille reſignantis, aut quiuis eius
effectus, quod eſt impoſſibile, præterquàm quoad
effectus productiuos iuris ad fauorem alterius, vt
probat *text. in d. l. 2 & tradit etiam Socin. ſen.*
conſ. 170. num. 9. lib. 2.

In hac autem controuerſia non poteſt conſide-
rari talis effectus, niſi reſpectu perſonæ reſignata-
rij, ſed perperam, propter hanc Regulam, quæ il-
19 lud † qualecunquè ius elidit, & aufert, vt elegan-
ter deducit *Dec. conſ. 224. ſub num. 1. verſ. ad hoc*
in quo ſolum, & admittit etiam *Sarnen. q. 35. verſ.*
ſecunda ratio eſt.

20 Et propterea quod non detur † hic concurſus
plurium vacationum, ſed vna tantùm per obitum,
neruosè tuetur *Sarnen. ea. q. 35. ex verſ. iſtis ta-*
men non obſtantibus, Pute. deciſ. 165. num. 2. lib. 2.
& deciſ. 296. num. 1. & 2. & per to. lib. 3.

Hac verò ſuppoſita ſententia, incidit quæſtio,
21 ſi obitus † reſignantis contingat in menſe Ordi-
nario, an ad eum pertineat prouiſio, vel potius
ad Papam, veluti de reſeruato, aut affecto? Pro
Ordinario facit, quod tametſi Regula de menſi-
bus, non militet in prouiſionibus factis ex cauſa
reſignationis, *Rota deciſ. 624. ſub num. 5. verſ.*
alij contra, lib. 3. par. 3. diuerſ. nihilominus ſi reſi-
22 gnatarius † obtineat nouam prouiſionem tanquam
de vacanti per obitum, iuxta Regulam, teneatur
exprimere menſem, aliàs ei obſtet Regula de
menſibus, vt concludit *Pute. d. deciſ. 165. lib. 2.* Et
quamuis Rebuffus *in hac ipſa Regul. de infir-*
mis, in vlt. col. verſ. ſecundo ex iſta Regula,
velit beneficium adhuc remanere reſeruatum, mo-
ueri tamen videtur ex falſo ſuppoſito, videlicet
quia Regula non annullet reſignationem, contra
id quod iam docuimus; nec facienda ſit vis ſuper
affectione reſultante ex manus appoſitione; quia
23 cum † Papa cenſeatur manum appoſuiſſe, vt ſequa-
tur reſignatio ad fauorem certæ perſonæ, ſi reſi-
gnatio non ſequitur, beneficium non remanet affe-
ctum, cum Papa, nequè dum ſignat ſupplicationẽ,
nequè in ipſa Regula, beneficium ità reſignatum
reſeruet, iuxta theoricam *Abba. in cap. inter dile-*
ctos, 11. num. 10. de exceſſib. Prælato. & in terminis
reſignationis ad fauorem *Gemin. conſ. 136. ſub nu.*
3. ad fin. verſ. vel poteſt dici, Rota diuerſ. dec. 419.
num. 2. par. 1.

Nequè ſit curandum de contraria opinione
24 *Sarnen. quæſt. 33.* quatenus † diſtinguit inter reſi-
gnationem factam in Curia, & factam extra Curiã,
vt ex hac nulla inſurgat reſeruatio, ſi moriatur re-
ſignans intra viginti, ſecus verò ex illa, ſecundum
25 *Roma. conſ. 342.* nam Regula videtur † indiſtinctè
tollere omnem effectum reſignationis huiuſmodi,
ſiue in Curia, ſiue extra Curiam fiat, pro auer-
tenda malitia reſignantium, & extorquentium ab
eis reſignationes huiuſmodi, & pro conſeruando
iure conferendi in Ordinarijs, non autem pro au-
cupanda aliqua vtilitate ipſius conditoris Regulę,
vt latè deducit *Roſſiniace. in tract. de benef. c. 28.*
ex num. 9. præcipuè vero, num. 11. & 12. vbi in
ſpecie hanc diſtinctionem Gomeſij improbat, &
eum nouiſſimè ſequutus eſt *Garz. eo. tract. par. 5.*
26 *cap. 1. num. 161.* Et nullam indè inſurgere † reſer-
uationem clarè quoquè cenſuit *Simonetta de re-*
ſeruat. q. 28. ſub num. 6. verſ. ſed Regula hodierni
temporis, vbi ait, propter illius verba extrema in-
ducentia vacationem per obitum, quæ non erant
in primis Regulis, ceſſare rationem in contrarium
pro reſeruatione ponderatam per Romanum in
præalleg. conſ. 342. quemadmodum etiam ibi ad-
uertit *Horatius Mandoſius,* & ità practicari Leo-
dij, & Romæ, ſcribit in hac ipſa Regula *Ioann. à*
Chok num. 23.

27 At nimis confidenter noui iſti ſcriptores † di-
ſtinctionem, & opinionem Gomeſij mihi viden-
tur improbare, quæ iam non ipſius Gomeſij, ſed
Sacri Rotæ Auditorij eſt; quippè eam non obſcu-
rè recepit *d. deciſ. 419. ſub nu. 2. verſ. Non obſtat*
Sarnen. par. 1. diuerſ. licet & ipſe agnoſcam maxi-
mam verſari difficultatẽ, in oſtendẽda huius reſer-
uationis ratione; nã *Rota, loco præcita* vim facit in
eo, quod Regula hęc noſtra, in caſu ſuo, nõ annullet
vacationẽ beneficij, veluti è cõuerſo eam annullat
in caſu Regulæ de valore exprimendo, ſed annullet
tantùm collationẽ; qui actus ſunt diſtincti, & ſecun-
dum hanc diſtinctionem, optimè videtur ſuſtineri
Sarnen. opinio, quæ eſt fundata ſuper actu vacatio-
28 nis in Curia; eo enim ipſo quod † quis Procurato-
res conſtituit ad reſignandum in Curia, ſequuto
actu

Digitized by Google

actu reſignationis, quoad ipſum inſtituentem, vi
deſtinationis, dicetur ſequuta vacatio in Curia,
vt optimè docuit *Archid.* quem ad id allegat *Sar-
nenſis in cap. 2. ſub n. 1. circa fin. ſuper verb. apud
Sedem Apoſtolicam, de preben. in ſexto*, & conſe-
runt, quæ explicauimus in *præcedẽti q. n. 44. et 45.*
Verùm, hæc ratio videtur euerti ex dictis paulo
ante, cùm probauimus, Regulam nedum tollere
collationem factam ex cauſa reſignationis, ſed ip-
ſam quoquè reſignationem, adeoquè vacationem,
prout vacatio eſt effectus reſignationis; nec refra-
gatur replicatio, quod id fiat per fictionem, quià
etiam oſtendimus, hinc nihil ſequi, in quo poſſint
duæ vacationes ſuſtineri, & tamen ratio reſerua-
29 tionis † ſuper alio non conſtituitur, quàm ſuper
vacatione per reſeruationem, vt concludit *Sarn.
quæſt. 33. ad fin. verſ. ratio eſt, quia vt dixi.*
30 Quapropter duritiẽ ipſius argumẽtationis † op-
timè dignoſcẽs Puteus *in præall. deciſ. 165.* adno-
tauit in illius margine, ſibi occurrere nouam eius
modi ſolutionem, vt dicamus alteram dari vacatio-
nem de facto per reſignationem, & alteram de iu-
re per obitum, & vtranquè veram, quaſi illa prior
naturaliter contingat, hæc verò, Principis miniſte-
31 rio, qui cùm fingat circa ea quæ iuris ſunt, † ve-
rè & non fictè facit, vt per eum *text.* docet *Bart. in
l. ſi maritus, la 2. quæ in ordine eſt 15. §. legis Iu-
liæ, ſub num. 1. ff. ad leg. Iul. de adulter.* & clarius
*in l. ſi is qui pro emptore, 15. in princ. ſub num. 29.
verſ. pone ergò, ff. de vſucap. & ibi Iaſ. num. 183.
idem Iaſ. in l. filio quem pater, num. 16. de liber. &
poſthum. Menoch. conſ. 124. nu. 106. & conſ. 211.
ſub num. 88. verſ. reſpondetur cum ſeq.*
At cùm ex hoc nihil etiam ſequatur aliud, quàm
32 quod vacatio † per obitum dicatur vera vacatio,
& non ficta, prout ſentit *Pute. vbi ſup. & Mandoſ.
ad regul. de impetran. beneſic. per obit. famil. q. 6.
ex nu. 5. & Garz. d. par. 5. cap. 1. nu. 156. cum ſeq.*
ex ſuppoſitione præcurrentis vacationis naturalis
per reſignationem, dum vtranquè dicimus veram,
difficultas adhuc magis augetur; ſi enim hæc per
obitum eſt vera, in hoc ipſo nõ cadit fictio; ſiquidẽ
33 propriè fictio † cadit circa factum non circa ius,
*Bar. in l. nec vtilem, 20. num. 3. ff. Quib. ex cauſ.
maior. Caſtren. in d. l. ſi is qui pro emptore, ſub
num. 5. verſ. ſed in vno dubito, de vſucap.* nequè
diuerſa ratione, Puteus, & præmiſſi alij vocant
hanc veram, & nõ fictam vacationem, quapropter
34 impoſsibile eſt † aliam veram per reſignationem,
cum hac itidem vera, concurrere, contra *text. in
ſapecit. cap. ſuſceptum*, vt aduertit *Sarnen. in ipſa
Regul. q. 30. ſub num. 2. verſ. cum igitur per re-
ſeruationem.*
Quocircà alij contrariam ſententiam amplexi
ſunt, & ſuſtinere volentes concurſum duplicis va-
35 cationis, pronunciarunt priorem † per reſignatio-
nem, eſſe veram, hanc verò per obitum eſſe fictam;
ita *Dec. conſ. 224. ſub n. 1. verſ. ad hoc, Gabr. conſ.
193. n. 9. & 10. lib. 2. Sarnen. loco proximè allega.
verſ. talis igitur vacatio*, vbi ait, vacationem per
obitum in caſu huius Regulæ, eſſe fictam, & inter-
pretatiuam, quod priùs cenſuerat *q. 4. verſ. circa
primum*, & repetit *q. 33. verſ. dubium tamen*, vbi
36 ſcribit, modum † hunc vacãdi per obitum, eſſe ex-
traordinarium, & fictum, & rurſus *q. 35. ſub nu. 4.
verſ. ſed vlterius*, hanc vocat fictam, & qualificatã;
idemq; *Sarnen. ad reg. de impetran. beneſ. vacan.
per ob. famil. q. 5. in 1. col. verſ. quia in quæſtione,*
37 aſſerit hanc † eſſe vacationem accidentariam, &
contingibilem, & (quod magis mirere) minus cõ-
ſiderabilem; hancq; *Sarnen.* opinionẽ ſequutus eſt
*Mandoſ. ad præall. Roma. conſ. 342. in verb. Can-
cellaria, verſ. illa enim verba*, & *Nauarr. in rele-
ctio. cap. accepta, in ſolutio. octa. oppoſ. ſub num. 46.
verſ. tamen quia ipſe vult, de reſt. ſpol.* conſueuitq;
etiam allegari *Verall. deciſ. 325. in Salamantina
Sancti Thomæ, lib. 1. in manuſcript.*
38 Hoc verò poſito, inferunt ij, hanc fictã † vaca-
tionẽ per obitũ non inficere reſignationẽ quoad
omnes eius effectus, vt ità nũcupatim ait *Nauar.
loc. præcit. n. 45.* ac proinde nõ perimere effectũ ſe-
mel cõſumptũ circa reſeruationẽ: ità vt, quod di-
citur, cenſeri vacare per obitũ, elidat quidem effe-
ctũ præcedẽtis vacationis, ſed reſtrictim, qua vide-
licet, ea reſultabat ad fauorem Reſignatarij, vt ra-
tiocinatur *Pariſ. in ſupracit. lib. 12. q. 10. num. 10.*
39 Etenim, cùm nequeat in dubium reuocari, † illa
verba Regulæ, *ipſumq; beneficium nihilominus va-
care per obitũ cẽſeatur, &c.* fictionẽ inſerre, vt be-
nè aduertit *Caſſad. de vnio. deciſ. 2. ſub n. 14. ad fi.
40 verſ. quod fortius vrget;* reſtringenda eſt vis † ipſa
fictionis, ad ſubiectum expreſſum, nequè vllate-
nus extendenda, *l. lex Cornelia, 28. §. ſed ſi Pater.
ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. l. pater inſtituto, 10. §.
vlt. ff. de captiu. & poſtli. reuerſ. Alex. conſ. 10. n. 5.
vol. 1. Menoch. de præſumpt. lib. 1. q. 8. n. 35.* proin-
41 dequè dicetur † vacare beneficium per obitum,
quominus debeatur Reſignatario, ex conſumpta
vacatione per reſignationem, ſed non dicetur va-
care per obitum, quominus eadem vacatio per re-
ſignationẽ, in reliquis ſubſiſtat, cum omnibus eius
effectibus itidem iam conſumptis: & quod iſta re-
gula inuecta fuerit pro ſimplici obſtaculo tantum,
nec in tollenda vi præcedentis vacationis natura-
lis, debeat excedere terminos ſuos, non obſcurè
voluit *Caſſad. deciſ. 6. num. 4. & 5. de preben.*
Hæc verò, & ſimilia, potius ad ſpeciem compa-
rata videntur, quàm vt verè vrgeant; nam Regula
duo facit: primùm decernit collationem iam factã
42 nullam fuiſſe; & in hoc † non procedit fingẽdo, ſed
ſecundum veritatẽ diſponit; præſumit enim fraudẽ
admiſſam in ipſo actu reſignationis, vt poſt alios
optimè deducit *Pariſ. d. lib. 12. q. 1. n. 1. et ex n. 30.*
quæ fraus cum ſit intenſa ad decipiendum Papam,
43 profectò in ipſo Papa † remouet cõſenſum, vt non
poſſit videri tali reſignationi detuliſſe, *Abb. in c. le-
cta, n. 3. de renunc.* cum alijs adductis per eundem
Pariſ. lib. 13. q. 4. num. 3.
Mox, inducit vacationem per obitum eius,
qui de facto reſignauit: In hoc verò, eſto quod fin-
gat, videamus, quam veritatem habeat iſta fictio in
44 contrariũ; ſi aſſumpſerimus, præexiſtere verã † va-
cationem per reſignationem, aſſumptum non po-
terit ſuſtineri, cũ non fuerit reſignatio admiſſa; ne-
què enim vacatio inſurgit ex facto reſignantis, ſed
ex facto Papæ admittẽtis, vt in ſuperiori quæſtione

Digitized by Google

explicauimus; & propterea nullo modo poteſt hic dari, vbi ex defectu intentionis, reſignatio non fuit admiſſa, neque vnquam abdicatum ius à reſignãte, proindeque nec vſquam inducta vacatio, & hoc eſt, quod apertè explicauit Rota apud *Pute. deciſ.296. per to. lib.3.* vbi ideo reprobat opinionem eorum, qui exiſtimarunt, hanc per obitum non eſſe veram, ſed fictam vacationem; vt hinc appareat, quàm anceps huius controuerſiæ ſit definitio.

In hoc conflictu, vt meam qualemcunque ſententiam interponam, arbitror, Regulam nihil circa vacationem ipſam, ſed tantum fingere circa modum vacandi; ac propterea veram illam vacationem reſultantem ex reſignatione ſemel admiſſa, ſemper durare; fictionem autem cadere ſimpliciter ſuper modo, itavt integra ſemper eademque remanente vacatione, quæ fuit à principio inducta, ſolus modus dicatur per fictionem mutatus;
45 quæ dicitur † fictio, neque priuatiua, cùm non ſimpliciter fingat non factum, quod eſt factum, neque inductiua, cùm nec fingat factum, quod factum non eſt, ſed dicitur fictio tranſlatiua, dum ex ſuppoſitione vnius tantum facti, fingit id ipſum quod factum eſt vno modo, alio modo factum eſſe, iuxta theoricam *Bart. in præcit. l. nec vtilem, 20. ſub num.4. verſ. quædam eſt ergo fictio, ff. quib. ex cauſ. maior.* & fuſius explicat in ſupracit. *l. ſi is qui pro emptore, 15. ex num. 23. & ibi Iaſ. ex num. 182. de vſucap. & Io. Crott. num. 90.*

46 Quapropter, vna tantum † erit in caſu Regulæ vacatio, non plures, eaque vera, & vnus tantum modus, non plures, & hic quidem omnino fictus; fictio enim hæc ſuper modo non afficit ſubſtantiã, cum hæc ſint prorſus diſtincta, & poſſit fingi ſuper vno, non ſuper alio, vt latè tradit *Iaſ. in d. l. ſi is qui pro emptore, num. 172.*

Huius autem fictionis tranſlatiuæ hæc eſt vis, vt
47 quia † omnino exigit extrema habilia, vt præcitati Doctores concludunt, & docet etiam *Alc. in l. Gallus, §. ſi eius num.9 de liber. & poſthum. & Crott. in repetit. c. vt animarum, §. ſtatuto n. 36, de conſtit. in ſexto,* prius extremum à quo, debeat
48 omnino † eſſe verum in eſſentia, poſterius verò, ad quod, ſufficiat eſſe verum ſecundum poſſibile, vt declarat idem *Bar. in d. l. ſi is, qui pro emptore, ſub num.28. verſ. ſed in fictione tranſlatiua.*

49 Proindeque cum obitus † ſit certus, & ſtante nullitate collationis, ex ipſius Regulę decreto, certa quoque ſit vacatio, quià ſecundum naturã, omnino eſt poſſibile obitum contigiſſe tempore factæ reſignationis, ſit retrotractio huius temporis, ad tempus tentatæ reſignationis, & hoc eſt in effectu totum id, quod Regula fingit; non ſecus ac,
50 cùm lex Cornelia † fingit Patrem mortuum ex eo momento, quo captus eſt; retrahendo tempus obitus, ad diem captiuitatis, vt pupillaris ſubſtitutio ſuſtineatur, in *l. Pater inſtituto, 10. ff. de ca-*
51 *ptiu. & poſtlim. reuerſ.* & cùm lex Aquilia † tempus mortis vulnerati ſerui retrahit in odium vulnerantis, ad diem vulneris illati, *l. huic ſcripturæ 15. ff. ad leg. Aquil.* quæ ſunt præcipua exempla quibus vtitur, ad inſinuandam vim iſtius fictionis tranſlatiuæ, in retrahendo tempore extremi à quo, ad tempus extremi ad quod, *Bart. in d. l. ſi is qui pro emptore, num.44.*

52 Et hoc ſanè totum operatur æquitas, quæ † vt eſt baſis, & fundamentum fictionis, *l. poſtliminiũ, 19. §. idemq. ff. de poſtlim. reuerſ. cum ſimil. adductis per Menoch. conſ. 211. num.96. & conſ. 279.*
53 *nu. 49.* Quemadmodum fraus † duo habet extrema, conſilium, & decretum, & in vnoquoque eius probatio concluditur, *Laderch. conſ.85. num.3.* ità æquitas ipſa, quæ nihil magis inſectatur, quàm fraudes, hoc præcipuè ſtudet, vt fraudis euentum retrahat ad tempus ipſius initi conſilij, quà maximè nocet fraudatori, & prodeſt illi, in quem eſt
54 intenſa, vt quod † poſtea perfectum eſt, cenſeatur perfectum ab initio, vt pulchrè innuit *l. C. in præcitat. l. huic ſcripturæ 15. ibi, quia verum eſt eum à te occiſum tunc, cum eum vulnerabas, quod mortuo tum demum apparuit, ff. ad l. Aquil.*

Fingit ergò Regula, eum qui reſignauit, in ipſo momento tentatæ reſignationis obiuiſſe, iſtaque fictio habet ſua extrema habilia, quia concurrit poſſibilitas veritatis in re aliter in ſe exiſtente, & æquitas; vt ita fingatur; obitum autem hunc non etiam ſuſtinet extra locum, in quo fuit tentata reſignatio, quià ſic excluderetur extremum poſſi-
55 bilitatis, cùm enim obitus † ſit actus inſtãtaneus, quo anima à corpore ſeparatur, adeoquè indiuiſibilis, vt ait *Bal. in repet. cap. ſuper eo, il ſecondo, quod in ordine eſt 12. ſub nu. 3. ad fin. verſ. tempus autem mortis, de appell. Lazar. Fœnut. in tracta. de moment. cap.5. num. 1.* natura non patitur quem in duobus locis mori, vnde lex Corne-
56 lia, dum † fingit captiuum mortuum eſſe tempore captiuitatis, minimè eã ſuſtinet fictionem, vt etiã extra Ciuitatem apud hoſtes vita functus fuerit, vt in *præcita. l. Pater inſtituto, 10. cum duab. ſeq. de captiu. & poſtlim. reuerſ. §. ſi ab hoſtibus, cum ibi nota. inſtit. quib. mo. ius patr. poteſt. ſolu.*

Ex his verò concluditur, beneficium ità vacans,
57 quatenus reſignatio † fuerit facta extra Curiam, in manibus Inferioris à Papa, ſiuè ſimpliciter, ſiuè ex cauſa permutationis, non remanere affectum, aut reſeruatum, vt poſt alios latè tradit *Pariſ. de*
58 *reſignat. lib.12. q.10. ex num. 12.* etiamſi iſte † fictus obitus contigiſſet in menſe Apoſtolico. Neque ex diuerſo, curari reſeruationem Regulæ reſeruatoriæ menſium, ſi poſt huiuſmodi tentatam reſignationem, obitus verus contigiſſet in menſe Apoſtolico; Ratio prioris dicti eſt, quia dum obtenditur reſeruatio ratione loci, ſinè attendamus obitum verum, ſiue fictum, ſemper locus vacationis eſt extra curiam, cum enim Regula fingat eum obiuiſſe tunc, cùm fuit tentata reſignatio; fuerit autem tentata extra Curiam, impoſſibile eſt ſecundum naturam conſtituere, & ſic fingere locum
59 vacationis in Curia, cum perſona † habeat ius, ius vero ſequatur perſonam, & cõſequenter ibi vacet, vbi perſona defungitur, quæ fuit argumentatio Io. de Imol. *in Clem. 1. num.7. vt lit. pend.* quam ſecutus eſt *Gonzal. ad regul. de menſ. gloſſ. 15. §. 1. num. 42. & num. 43.*

Dum

Dum verò obtenditur ratione temporis, ideſt
menſis, in quo contigit ea ficta mors, repugnat
60 æquitas. vt quod ex † dicta ſuppoſitione, ad fauo-
rem inferiorum à Papa introductum eſt, in eorum
odium retorqueri debeat, *cap. quod ob gratiam,
61. cum ibi nota. de reg. iur. in ſexto.*

Alterius verò dicti ratio eſt, quià aliàs manife-
ſta via aperitetur fraudibus, contra ipſum condi-
torem Regulæ, & ſic nedum non conſiſteret æqui-
tas pro retractione, ſiuè trãslatione temporis obi-
tus, ſed palpabilis inſurgeret iniquitas; vt ideò hoc
caſu non adeò obſeruari debeat vis iſtius Regulæ
fingentis, quin præualeat vis regulæ reſeruatoriæ
61 menſium; quæ dum † concedit inferiotibus facul-
tatem prouidendi de vacantibus per obitum in
certis menſibus, intelligitur de obitu naturali, &
vero, non de ciuili, & ficto, *l. ex ea 121. §. in inſu-
lam de verb. oblig.* quod eſt regulare in quacunquè
diſpoſitione, vt poſt alios benè deducit *Surd.
conſ. 455. num. 3. & 4.*

62 Quatenus verò reſignatio † fuerit facta in Curia,
cõcluditur, remanere reſeruatum, non ex ſimplici
affectione, vt in caſu reſignationis ad effectum pro-
ductæ, ex manus appoſitione, ſecũdum ea quæ ex-
poſuimus in præcedenti quæſtione, hoc etenim eſt
impoſſibile, cum reſignatio non ſit ſortita effectũ,
63 vt dictũ eſt ſuprà *num. 23.* (Quamuis enim † olim
inter alias extaret Regula quædam Cancellariæ
edita per Vrbanum Quintum, quod nequeunte
ex quauis cauſa ſortiri effectum prouiſione, ſeù
mandato de prouidendo, beneficium ex eo tem-
pore remaneret effectum, etiã quod poſtea diuer-
ſo modo vacaret, cuius meminit *Ancher. conſ. 58.
incip. Circumſcriptis Regulis, ſub num. 5. verſ. ex
quibus omnibus*, tamen hodie illa exoleuit, dudũq;
deſijt cum alijs per ſummos Pontifices innouari,
vt etiam aduertit *Felyn. in cap. vlt. num. 40. ad fi.*
64 *de præſumptio.* Et in terminis iſtius † Regulæ, quod
per eam nulla inducatur reſeruatio, poſt *Sarn. q. 3.*
ſcripſit *Io. à Chok. num. 22.*) ſed ex reſeruatio-
ne clauſa in corpore iuris, per *text. in cap. 2. de
præben. in ſexto*, quæ tametſi reſtringatur ad va-
cationem per obitum, vt iam ſæpè diximus, iſta
tamen dicetur per obitum, vtcunquè lex modum
hunc fingat: conſtat enim tantum operari fictio-
65 nem † in caſu ficto, quantum veritatem in caſu ve-
ro, *l. 1. in princ. C. de re. vxor. actio. cum ſimil. ad-
ductis per Gonzal. ad regul. de menſib. gloſſ. 51.
nu. 28. & per nos lib. 2. q. 52. num. 45.*

Et cum hoc fundamento exiſtimo ſuſtineri poſ-
ſe opinionem Romani, & Sarnenſis locis præcita-
tis, quin ipſius Rotæ in *prealleg. deciſ. 419. ad fin.
par. 1. diuerſ.* & eam eſſe veram, non obſtante
66 quod † *Io. à Chok.* dixerit, Ordinarium poſſe libe-
rè conferre, & ita quotidie ſe vidiſſe Leodij, & in
Vrbe practicari; nam quid Leodij vſurpetur, igno-
ro, in Vrbe verò, ſcio oppoſitum vſu receptum eſ-
ſe, vt ideo tàm ab eo, quàm à *Garz. d. par. 5. c. 1.*
67 *num. 161.* prorſus ſit cauendum; perperã † enim
ij cum Mandoſio contendunt, Romani conſilium
ſuperiùs allegatum fuiſſe per eum editum tempo-
re, quo nedum fuerant ea poſtrema verba, *ipſumq;
beneficium nihilominus per obitum cenſeatur va-
care*, regulæ huic adiecta: Quià potius iſta adie-
ctio, emanauit ad tollendum omnem ſcrupulum
in articulo reſeruationis, dum per illam ſuſtinetur
ſemper eadem vacatio, mutato dumtaxat illius
modo, vt dictum eſt, vndè inſurgat reſeruatio
clauſa in corpore iuris ex *d. cap. 2. de præben.
in ſexto.*

Et hæc, nec plura, circa hanc Regulã; ſuper qua
omnẽ mihi laborem præripuere Scriptores egre-
gij, quos à principio quæſtionis huius memoraui:
68 & inſuper ex clauſula illa † per Clem. VII. adiecta,
*Etiam vigore ſupplicationis, dum eſſet ſanus ſi-
gnata, & poſtea infra 20. dies*, ſublata ferè eſt om-
nis antiquorum controuerſia, cùm deinceps fru-
ſtratorium ſit quærere de infirmitate reſignantis,
eiusuè ſtatu, ſed ſufficiat quem morte naturali in-
fra viginti dies defunctum eſſe, vt ſit locus Regu-
læ, *Pariſ. d. lib. 12. q. 6. num. 5.* quod ex huiuſmodi
adiectione procedit, vt optimè cõſiderat *Burſatt.
conſ. 393. ſub num. 2. verſ. hinc reſignato, lib. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Regula Cancellariæ 45.* de conſenſu in reſigna-
tionibus, &c. *adducitur.*
2 *Et diuiditur.*
3 *Eadem non eſt de dandis:*
4 *Inuecta, vt occurratur fraudibus.*
5 *Et quã fraus in hoc caſu conſideretur.*
6 *Reſignationi Procurator qui conſenſit, Princi-
pali mortuo, poteſt cogi ad conſentiendum ex-
peditioni literarum.*
7 *Regula ſupradicta quæ ſit ratio.*
8 *Formam inducit quidquid introductum eſt pro
obſeruantia, aliter quàm à iure communi ſit
diſpoſitum.*
9 *Dolus, & fraus in animo conſiſtit.*
10 *Excluditur per iuramentum.*
11 *Gabellæ fraudandi animus, in eo excluditur, qui
iurat ſe deferre aliquas res pro vſu proprio.*
12 *Etiamſi poſtmodum mutando propoſitum illas di-
ſtrahat.*
13 *Eademquè ſuſpicio purgatur, ſi iuramentum poſt-
modum præſtetur.*
14 *Teſtium repulſatio, non admittitur poſt publica-
tionem, niſi fuerit proteſtatum, propter ſuſpi-
cionem calumniæ.*
15 *Ideo ceſſat ſuſpicio hæc, ſi à principio iuratum ſit
de calumnia.*
16 *Iuramentum, quod non interuenerit dolus, &
fraus, &c. eſt de forma extenſionis, de qua in
Regula 45.* de conſenſu in reſignationibus, &c.
17 *Conſenſus reſignationi præſtitus, præſumitur ex
porrecta ſupplicatione.*
18 *Conſenſus præſtitus parua datæ, non excludit fa-
cultatem pœnitendi in reſignante.*
19 *Et quæ ſit ratio.*
20 *Reſignanti permiſſa eſt pœnitentia re integra.*
21 *Matrimonium contrahere impeditus, ſi ſupplicet
pro diſpenſatione, inde ius non quæritur alteri,
ſed ſimplex ſpes.*
22 *Spes, non impedit variationem, & priuationem,
in eo, à quo originatur actus.*

23 *Niſi*

23 *Niſi ſimul quæratur ex iuris diſpoſitione.*
24 *Diſpoſitio, ex qua alicui ius quæritur in ſpe, tacitam habet conditionem, ſi diſponens perſiſtat in eadem voluntate.*
25 *Regula, ſiuè Conſtitutiones Clem. VII. & aliorum Pontificum, ſuper extendendis conſenſibus, ad quid fuerint introducta.*
26 *Earundem inobſeruantia, excuſat à pœnis.*
27 *Reſignans, poſt præſtitum conſenſum ſupplicationi datata, & regiſtrata, non poteſt pœnitere.*
28 *Remittentibus iura ſua, non datur regreſſus.*
29 *Conſenſus, qui præſtatur ſupplicationi, eſt diuerſus ab eo, qui præſtatur paruæ datæ.*
30 *Et in quo conſiſtat iſta diuerſitas.*
31 *Conſenſus, qui in reſignatione præſtatur, perpetuò ponitur ſub data ſignata ſupplicationis.*
32 *Conſenſus, qui præſtatur in vim Regulæ pro expeditione literarum, ſemper retrahitur ad datam ſupplicationis.*
33 *Pœnitentiæ vt ſit locus in reſignationibus, obſeruatur id vnum, an res ſit integra.*
34 *Text. in cap. quidam, 12. de renunciat. qualiter procedat, & practicetur in Curia.*
35 *Reſignatarius, ſi alteri cedat ante expeditas literas, non eſt integrum reſignanti pœnitere.*
36 *Locus loci, non eſt neceſſarius in Inſtrumentis confectis ſuper Procuratorijs.*
37 *Et quid in contractibus.*
38 *Locus loci, non eſt de ſubſtantia Inſtrumenti, niſi vbi actus non poteſt fieri in alio loco.*
39 *Illuſio, & variatio, non permittitur in negotijs Eccleſiaſticis.*
40 *Reſignans, qualiter debeat denunciare deſtitutionem mandati ad reſignandum.*
41 *Scientia omnium contentorum in ſcriptura, præſumitur in eo, cui ſcriptura ipſa eſt inſinuata.*
42 *Ad hunc tamen effectum, factum inſinuationis debet probari.*
43 *Notario ſine teſtibus, in extraiudicialibus fides non adhibetur.*
44 *Etiamſi vnum, & non plures teſtes adhibuiſſet.*
45 *Quod declaratur.*
46 *Conſenſus cauſalis in reſignatione, quid differat à formali.*
47 *Reſignans ſimpliciter, ſi poſt reſignationem incumbat poſſeſſioni, non facit fructus ſuos.*
48 *Text. in cap. accepta, de renunciat. loquitur de reſignatione ſimplici.*
49 *Reſignans ſimpliciter, ſi poſtmodum aliquet alienari ſolita, non tenet alienatio, in præiudicium ſucceſſorum.*
50 *Reſignans ad fauorem, licitè incumbit poſſeſſioni, donec ea apprehendatur per reſignatarium.*
51 *Et ſi aliquet alienari ſolita, alienatio tenet.*
52 *Non poteſt tamen recedere à reſignatione.*
53 *Conſenſus formalis, de quo in Regula* de conſenſu in reſignationibus, &c. *quomodo intelligatur impedire facultatem pœnitendi.*
54 *Conſenſus in reſignationibus ſupplicationi præſtitus, dat valorem gratiæ, et perficit reſignationẽ.*
55 *Nequè annullatur, ſi actus reſignationis patiatur defectum.*
56 *Et in eo ſemper remanet radicata ſubſtantia gratiæ, vt detur reformatio, & noua prouiſio, ſine alio nouo conſenſu.*
57 *Regula Cancellariæ*, de conſenſu in reſignationibus, &c. *vbi derogatur, ſi gratia reformetur, repetitur eadem derogatio.*
58 *Conſenſus, qui præſtatur in vim Regulæ*, de conſenſu in reſignationibus, &c. *eſt quid ſuperinductum, pro exequutione actus iam perfecti.*
59 *Et ideo, illi paſſim derogatur.*
60 *Reſignans, cum penſione libera, & exempta, regreditur ad poſſeſſionem, ſi reſignatarius non præſtiterit conſenſum ſub eadem qualitate.*
61 *Reſignans cum penſione, cum Clauſula,* dummodo remaneant tot pro Rectore, *ſi talis clauſula non ſuſtificetur, non poteſt regredi ad beneficium reſignatum.*
62 *Reſignans, ſi reſtituatur, vel regrediatur ad beneficium, prætextu penſionis non ſolutæ, an & quomodo ſic extinguatur penſio, vt non poſſit eius reſeruatio conualeſcere.*

QVÆSTIO XVI.

Regula 45. Cancellariæ, de conſenſu in reſignationibus, &c. quorſum tendat.

RESIGNATIO, vtcunquè induеat vacationem ex eo momento, quo eſt admiſſa, vt ſuperiùs oſtendimus, nihilominus, niſi literæ expediantur, non poteſt ei aliqua actiuitas attribui:
1 Expeditioni autem † huic, mora fit, ex defectu conſenſus formalis, propter Regulam Cancellariæ, quæ hodie eſt 45. *de conſenſu in reſignationibus, & penſionibus*; qua ità cautum eſt, *Item voluit, & ordinauit, quod ſuper reſignatione cuiuſcunquè beneficij Eccleſiaſtici, ſeù ceſſione iuris in eo, quam in manibus ſuis, vel in Cancellaria Apoſtolica fieri contigerit, Apoſtolicæ literæ nullatenus expediantur, niſi reſignans, vel cedens, ſi præſens in Romana Curia fuerit, perſonaliter, alioquin per Procuratorem ſuum ad hoc ab eo ſpecialiter conſtitutum, expeditioni huiuſmodi in eadem Cancellaria expreſsè conſenſerit, & iurauerit, vt moris eſt. Et ſi ipſum reſignantem, ſeù cedentem, pluries ſuper vno, & eodem beneficio, in fauorem diuerſarum perſonarum ſucceſſiuè conſentire contigerit, voluit Sanctitas ſua, quod primus conſenſus tenere debeat, & alij poſteriores conſenſus, ac literæ illorum prætextu etiam ſub priori data expedita pro tempore, nullius ſint roboris, vel momẽti. Nec literæ reſeruationis, vel aſſignationis, etiã Motuproprio, cuiuſuis penſionis annuæ ſuper alicuius beneficij fructibus expediri poſſint, niſi de conſenſu illius, qui penſionem perſoluere tunc habebit.*

2 Huius verò Regulæ contextus † in duas partes diuiditur, prout in prima diſponitur, nè literæ expediantur antè expreſſum conſenſum in Cancellaria, cum Iuramento, vt moris eſt; in altera verò,

quæ

quæ incipit, ***Et ſi ipſum reſignantem, &c.*** decer-
nitur, data ſucceſſiua pluralitate reſignationum
ad fauorem diuerſarum perſonarum, priorem cõ-
ſenſum præferri poſterioribus, cum extenſione ad
literas ſuper reſeruatione penſionis.

Ex priori ergò parte, Officialibus Cancellariæ
interdicitur expeditio literatum, niſi reſignans, vel
cedẽs, ſi præſens, per ſe ipſum, & ſi abſens, per Pro-
curatorem ſpecialem expreſsè conſenſerit in Cã-
cellaria, & iuranerit, vt moris eſt, vndè hæc Regu-
3 la non † eſt de dandis, cùm ſit ipſis Officialibus
præſcripta, vt notauit ***Caſſad. de renunciat. deciſ. 1. nu. 6. Seraph. deciſ. 1465. n. 7.*** & nos quoquè mo-
nuimus ***lib. 1. q. 35. num. 70.***

4 Ratio iſtius diſpoſitionis eſt, vt indè † occurra-
tur fraudibus, quæ alias admitti poſſent in reſi-
gnationibus huiuſmodi, vt ex communi ſententia
poſt alios tradit ***Pariſ. lib. 8. q. 8. num. 3. Verall. deciſ. 28. num 4. par. 3.***

Cæterùm non arbitror fore inutile indagare, in
5 quo poſſit fraus fieri: & quidem † ***Sarnen. ad reg. de publican in 7. quæſt. in penult. col. verſ. & proculdubio,*** exiſtimauit ideò emanaſſe hanc Regu-
lam, vt facultas pœnitendi, quæ inter reſignatio-
nem admiſſam, & hunc ipſum formalem conſen-
ſum, Reſignanti competit, ſibi intercipiatur, quam
rationem videtur quoquè agnouiſſe ***Rota deciſ. 396. num. 8. & 10. par. 1. diuerſ.***

Verùm huic intellectui refragatur, quod iã hæc
Regula eſſet de dandis ſecus, ac dictum eſt, ex
Caſſad. d. dec. 1. n. 6. (quicquid ad eam in contra-
riũ annotauerit ***Gloſſat. antiq. ad fin.*** qui ideò iu-
re merito in hoc reijcitur per ***Io. Chok. n. 53.***) ne-
6 què etiam ſubſiſteret, † Procuratorem, qui in vim
mandati præſtitit conſenſum Reſignationi, poſſe
vrgeri etiam mortuo principali, ad præſtandum
hunc cõſenſum formalem, quaſi in exequutionem
actus iam perfecti, videlicet ex conſenſu iam præ-
ſtito, quod tamen eſt veriſſimum, vt eleganter de-
ducit ***Caſſad. d. deciſ. 1. ex num. 4. de renunciat.***

7 Puto igitur, rationem aliam † non eſſe, quàm
ipſius conſenſus formam ſingulariter per ipſam
Regulam introductam; neque enim iubet præſtari
conſenſum ſimpliciter in Cancellaria, ſed cum
adiuncto, videlicet cum Iuramento, nempè quod
nõ interuenerit frans, dolus, vis, metus, nec aliqua
ſimonia; Et hoc in effectu eſt, quod conciſis ver-
bis voluit ***Gloſſat. antiq. ad hanc ipſam regul.*** qui
poſt explicatam formam iuramenti huiuſmodi,
ſubdit, fuiſſe æquam ipſam Regulam, propter fraù-
des, quæ fiebant in Curia; quod non eſt referen-
dum tàm ad ſupplantationes ad inuicem, quàm
ad contemptum legum, & Canonum. Atquè ità
fit, vt conſenſus, de quo hic, ſit diuerſus à priori,
qui præſtatur reſignationi, propter adiunctum
iuramentum, & illius extenſionem, cum enim à
8 iure † communi introductum non fuerit, vt ità iu-
retur, proculdobio cenſetur per hanc Regulam,
pro forma iſtius renunciationis id inuectũ, ***Felyn. in cap. cum dilecta, ſub n. 34. verſ. nonum ſignum, de reſcript. Anchera. conſ. 36. ſub nu. 2. ad fin. verſ. & omnia iſta***, cum alijs per ***Franciſc. Becc. conſ. 12. ex num. 26.***

Adeo vt forma iſtius conſenſus, non ſtet in eo,
quòd quaſi priùs minus perfectè præſtitus in Can-
cellaria, extendatur, ſed in eo quòd extendatur
9 cum dicto iuramento; Quippè vt dolus, † & fraus
in animo conſiſtit, ***l. dolum de dol. cum ſimil. adductis per Surd. conſ. 373. ſub num. 32. verſ. hoc vnũ***
10 ità iurata aſſeueratione in contrarium, † excludi-
11 tur, ***Seraph. de iuram. priuil. 10. num. 4.*** vt in † ſi-
mili dicitur de eo, qui ad excludendum animum
fraudandi gabellam, iurat ſe res deferre pro ſuo
vſu, iuxta doctrinam ***gloſſ. in Clem. vn. in verb. nõ negotiandi, de Cenſib. Franc. de Mareb. deciſ. 41. ſub num. 5. par. 2. Marſil. ſing. 86. ſub num. 1. verſ.***
12 ***& ſcias quod hoc caſu:*** in tantum † enim ex ſolo Iu-
ramento remanet purgata fraudis ſuſpicio à prin-
cipio in ſic iurante, vt nec cõtraria ſumatur conie-
ctura ab euentu, ſi mutato propoſito, eaſdem res
vendat, ***Bald. in l. 1. §. Vnde quæritur, num. 1. ff. de exercit. actio. Marſil. d. ſing 86. num. 2.*** cum alijs
quos ſequitur ***Surd. conſ. 205 num. 15. & 16.***

13 Quin, † ſi à principio non fuerit exactum, ſat eſt,
ſi poſtmodum iuramentum exigatur, quod tametſi
eas diſtraxerit, à principio tamen animum diſtra-
hendi, & ſic fraudandi, non habuerit, ***Alberi. de ſtatut. in 1. par. quæſt. 79. ſub num. 1. ad fin. verſ. dicit tamen.***

14 Sic etiam videmus, vt tametſi † facta publica-
tione Teſtium, is contra quem fuerunt recepti, nõ
admittatur ad eos repulſandos, propter præſum-
ptam malitiam, ſi fuerit omiſſa proteſtatio, ***c. præ-***
15 ***ſentium, de Teſtib.*** hanc † tamen præſumptionem
tolli, ſi præſtitum fuerit Iuramentum calumniæ,
Afflict. deciſ. 351. num. 8.

16 Donec ergò iuramentum † illud præſtitum ſit
(quod proculdubio eſt de forma) nihil actum cen-
ſetur, vt ponderat ***Boer. deciſ. 348. ſub nu. 2. verſ. tunc enim in tali conſenſu***, qui vim huius iuramen-
ti etiam explanat in ***tract. de poteſt. lega. de later. in 1. quæſtio. num. 129.***

Hinc verò patet, conſenſum hunc, qui formalis
dicitur, nihil commune habere cum conſenſu cau-
ſali, prout explicauimus ***lib. 1. q. 25. ex nu. 70.*** Pro
qua differentia hic preſſius explicanda, eſt obſer-
17 uandum, ſi porrigatur † ſupplicatio per ipſum re-
ſignantẽ præſentem in Curia, aut per eius Procu-
ratorem ad hoc ſpecialiter conſtitutum, ex ſuppo-
ſitione talis præſentiæ, vel mandati, non poſſe eui-
tari præſumptionem præſtiti conſenſus, ***Caſſad. d. deciſ. 1. num. 1. de renunc. Mohed. deciſ. 5. num. 1.***
18 ***eod. tit.*** quæ tamen præſumptio, † non impedit,
quin adhuc res ſit integra, vt poſſit reſignans pœ-
nitere, etiam ſi ſupplicatio fuiſſet ſignata, & datata
parua data, & (vt fieri conſueuit) notata legeretur
præſtatio conſenſus à tergo ipſius ſupplicationis,
vt latè firmat Rota apud ***Paleott. deciſ. 458. ex n. 1. & per to. lib. 3. par. 3. diuerſ.*** & fuliſſimè conſuluit
Burſat. conſ. 393. ex num. 8. vbi ſub nu. 22. verſ. tertiũ minus repugnat, alias reſolutiones allegat.

19 Et ratio eſt, † quià iſta parua data, nõ adijcitur,
aut per Papam, aut eius Datarium, vt poſſit videri
in ea perfecta Signatura, ſecundum alibi per nos
expoſita, ſed per Præfectum Officio paruæ datæ, vt
propterea reputetur actus imperfectus, vndè &

ſæpè

Digitized by Google

ſæpè etiam dimittatur in manibus ipſius reſignan-
tis,vt aduertit *Burſatt.d.conſ.393.num.8.& 9.* &
clarius explicat *Rota d.decıſ.458.nu.5.& per to.*
20 Quapropter,re vndequaquè exiſtente † integra,
nihil eſt, quin ſit locus pœnitentiæ, vt ibi Rota
firmar *num.9.* reſpectu enim præiudicij reſignata-
rij, in eo conſiderari veriùs poteſt ſpes quædam
acquirendi, quàm iuris acquiſitio, cùm non pen-
deat actus validitas à ſola voluntate reſignantis,
niſi in ea perſiſtat vſque quò per Papam appro-
betur; vt in ſimili dicitur de impedito contrahere
21 matrimonium, † & petente diſpenſationem,vt ex
petitione diſpenſationis huiuſmodi,non ſit ei quæ-
ſitum ius aliquod præter ſimplicem ſpem, vt do-
cuit *Abb.in cap.ſuper eo,ſub nu.8.ad fin.verſ. ſed
matrimonium,de condition. appoſ.* quæ quidem
22 ſpes † non impedit variationem, & priuationem,
vt latè deducit *Iaſ.in l.vlt. ſub nu. 2.verſ. limita
iſtam Regulam,ff. de pact.*
23 Quicquid enim dicendum ſit in his, † in quibus
certa ſpes quæritur ex iuris diſpoſitione, vt in ca-
ſu *l.in diem,9.de aqua pluu.arcen.Bald.conſ.431.
num.6.lib.2.* cum alijs adductis per *Tiraquel. poſt
24 leg.connub.gloſſ.2 num.39.* tamen † in alijs diſpo-
ſitio eam habet conditionem, ſi is à quo origina-
tur motus,perſeueret in eadem voluntate, vſque
ad finem,vt colligitur ex textu ad literam in *l.3.ff.
de ſer. exportan. in l. 1.* vbi optima *gloſſ. in verb.
voluntatis, C.ſi mancip.ita fuer.alien.vt manu-
miſſa.& in l. qui Romæ 122.§.Flauius Hermus,
vbi Bar.num.1. Io.de Imol.num.12.Alex.num.9.*
& alij paſſim *de verb. oblig.*
Hincquè, vt omnis materia differendi, & inter
25 differendum machinandi ſuccideretur, † præceſſe-
runt Conſtitutiones Clemen. VII. de extendendis
conſenſibus in libris Cameræ infra decem dies, à
die miſſæ ſupplicationis ad regiſtrū, ſiue ad Sum-
miſtam,quas præinſeruit *Pariſ. d. lib.8. quæſt. 8.
26 ſub num. 124. & 125.* quæ tamen † vt plerunquè
non fuerunt obſeruatæ, ita nō obſeruantes, à pœ-
nis in eis comminatis excuſantur, vt latiſſimè fir-
matur *par.1.in recen.decıſ.356.per tot.* & quam
etiam præinſeruit *Io. à Chok. ad hanc ipſam Re-
gulam,ſub num.42.*
27 Poſt porrectam igitur, & ſignatam † ſupplica-
tionem, cùm præſtatur conſenſus ipſi ſupplicatio-
ni perfectè ſignatæ, ideſt datatæ per Datarium, &
regiſtratæ, tunc iam deſinit eſſe res integra, quo-
28 minùs valeat reſignans pœnitere,eum † remitten-
tibus iura ſua non detur regreſſus, *l. quæritur §.
ſi venditor de ædil. edict. cum ſimil.* adductis per
Bec.conſ.38. nu.4. & in iſtis terminis per *Mant.
29 decıſ.356.num.3.* iſtudquè diſcrimen † inter con-
ſenſum præſtitum paruæ datæ, & conſenſum præ-
ſtitum ſupplicationi, ad hunc ipſum effectum per-
pendit Rota in ſuperiùs citata *decıſ.458.ſub nu.7.
verſ.quoniam in caſu noſtro,par.3.lib.3.diuerſ.* nō
30 quod ſint plures conſenſus,ſed quod primus † actus
iudicetur imperfectus, perficiatur autē, cùm ſup-
plicationi ipſi modo quo iubet dicta Conſtitutio
Clementis VII. adijcitur, quæ in hac parte fre-
quenti vſu recepta eſt,vt aduertit *Rota d.dec.356.
num.6. par. 1. recen.*

Cæterùm vnus, & idem eſt conſenſus, qui quo-
31 cunquè † tempore deſcribatur, ſemper, vel ex eadē
Conſtitutione Clementis ponitur ſub data ſuppli-
cationis,vt ex *Creſcen.decıſ. 210. lib.1. in manu-
ſcript.* aduertit *Pariſ. d. q. 8. num. 112.* & in hoc
32 diuerſificatur à † conſenſu formali, de quo in hac
Regula, qui dum extenditur, licèt recipiat datam
diuerſam à ſupplicatione,ad eam tamen retrotra-
hitur, & de hoc conſenſu loquuntur *Caſſad. decıſ.
2.num.8.eod.tit.de renunciat. Creſcen.decıſ.5.&
7.eod.tit.& de procurat. decıſ.9. num.4.* cum ad-
ductis per *Pariſ.loco præcit.num.111.*
Quapropter in articulo facultatis recedendi, ſi-
33 uè pœnitendi, in aliud non defigimus † oculos,
quàm in hoc vnum,an res adhuc ſit integra, nam ſi
ſupplicatio ſit ſignata, nec tamen præſtitus cōſen-
ſus, res prorſus eſt integra, *Gomeſ. decıſ. 20. poſt
med. verſ. nam licitum fuit, lib.1.* licèt enim ad-
34 miſſus ad reſignandum † non poſſit pœnitere, *cap.
quidam 12.de renunt.* tamen hoc procedit de iu-
ris rigore, qui non ſeruatur ex ſtylo, quominùs no-
ua ſupplicatio porrigi poſſit pro diuerſa reſigna-
tione, *Puteus decıſ.40. lib.2. & ſub tit. de renun-
ciat. decıſ.15.*
35 Si verò præſtitus ſit, ſed implicitè † ex porre-
ctione ſupplicationis facta per Procuratorem ha-
bentem ſpeciale mandatum, tunc rurſus obſerua-
tur, (ſi facta ad fauorem) an fuerit per reſignata-
rium acceptata, & ea implicita acceptatio admiſ-
ſa per Papam; veluti cùm reſignatarius expoſita
ſerie facti, alteri reſignaſſet, hoc enim caſu res de-
ſineret eſſe integra, poſſetquè compelli is qui ſup-
plicationem porrexit, ad præſtandum conſenſum
explicitum, *Puteus decıſ.20.eo.tit.* & in probatio-
ne mandati huiuſmodi admittuntur coniecturæ,
quas latiſſimè refert *Rota decıſ.396.num.1. par.
1. diuerſ.*
Et ſi proferatur inſtrumentum ſuper eo confe-
36 ctum, non † attenditur, quod in eo deficiat locus
loci, quià cum in hac materia mandati, lex contē-
tetur ſimplici Epiſtola, *l.ſi Procuratorē, vbi gloſſ.
in verb. intelligendum de Procur. Rota Gen.dec.
49.nu.1. & decıſ.51. num.4.* in huiuſmodi inſtru-
mento non eſt neceſſarium exprimere locum lo-
37 ci, quod † vix obtinet in contractibus, vt declarat
Rota ponens exemplum in inſtrumento accepta-
tionis expectātis *decıſ.6.de fide inſtrum. in antiq.*
quæ videtur poſita pro limitatione præcedentis
decıſ. 5. exigentis locum loci in procuratorio, vt
in iſtis præciſis terminis benè fuit obſeruatum, me
informante, in vna *Meten. Canonicatus 8. Martij
1619. coram R.P.D. Pirouano.* Quamuis ego tunc
38 oſtenderem † in puncto iuris nuſquam eſſe conſi-
derabilem eum defectum in quocunquè inſtrumē-
to, prætcrquàm ſi locus loci ſit de eſſentia actus,
qui non poſſet alibi celebrari, vt declarat *Fely. in
cap.1. ſub num.6. verſ. de modo autem expreſſio-
nis, de fide inſtrumen.* vndè & Rota in *d. Meten.*
agnouit expreſsè opinionem *Bar. in l. de pupillo,
§.qui nunciat num.2 de oper. nou. nunc.* in pun-
cto iuris ſuas pati difficultates, quod hic, veluti ex-
tra materiam excutere ſuperſedeo.
Priùs autem, quàm Procurator ad hoc ſpecia-
litèr

Digitized by Google

litèr conſtitutus conſentiat, perpetuò res integra dicitur, etiamſi conſtitutus fuiſſet ad reſignandum ſub conditione aliqua, cum Clauſula, *nec aliàs aliter, &c.* modò exequntus fuerit mandatum, porrigendo ſupplicationem ruditèr conceptam, ſub illa cõditione, *Rebuff. in prax ſub tit. de reſign. condit. ex num. 25. & 30. Verall. deciſ. 89. ex num. 1. par. 3. latè Pariſ. de reſign. lib. 1. quaſt. 3. nu. 68. & melius lib. 9. quaſt. 17. ſub num. 69. verſ. ſed dubium eſt, cum ſequen. Gonzal. ad regul. de menſ. gloſſ. 12. in princ. num. 87.* & fuit reſponſum in *Salernitana Monaſterij 19. Iunij 1598. coram Lancellotto*, & in alia *Corduben. concordia, 9. Octobris 1601. coram Litta*, præcipuè, ſi in mandato extaret aliqua relatio ad beneplacitũ Papæ, iuxta *Caſ. de Graſſ. deciſ. 121. aliàs 10. de praben. num. 2. cum deciſ. ſeq.*

Id enim quod per Papam reiectum eſt, cenſetur vitioſum, indequè nec Procurator exceſſiſſe fines mandati videtur, nec tamen creditur abeſſe voluntatem mandantis, ex latè deductis in his ipſis terminis per *Pariſ. conſ. 15. ex nu. 64. lib. 1.*

Quæ tamẽ præſumptio, remaneret eliſa, adeoq; in Procuratore poſſet notari exceſſus, & in conſequens reſignationis nullitas, vt concludit *Iaſ. conſ. 86. num. 4. vol. 3.* ſi daretur inſtantia quod aliquando, id quod reiectũ eſt, fuiſſet admiſſum, quemadmodum declarauit *Rota in recen. deciſ. 293. nu. 3. par. 2.* vbi etiam firmatum fuit, Clauſulam illã conſuetam, *nec aliàs, aliter, &c.* vbi facta eſt relatio ad ſupplicationem ſignatam, vel ſignandam, non reſpicere ſubſtantiam ipſius diſpoſitionis, ſed Clauſulas, & decreta; tunc enim abſolutè defectus hic attribueretur negligentiæ ipſius Procuratoris, qui debuit reiterare officium, & ſic adhibere omnem diligentiám, quod innuit *Rota loco proximè citato verſ. nec etiam oſtenduntur*, idemquè foret, ſi ipſam ſupplicationem ineptè cõſcripſiſſet, qui enim ineptè agit ſibimet eſt impedimento, *Prepoſ. in cap. ex ratione, ſub num. 14. verſ. ſecus ſi appella-*
39 *tus de appell.* tametſi, vt illuſio † & variatio euitetur, cautum ſit reuocationem talis Procuratoris eatenus præualere, ſi facta ſit ante admiſſam reſignationem, ſimulquè eidem, aut habenti reſignationem admittere, deducta ad notitiam, ex *Clem. vn. de renunc.* ſuper cuius materia diffusè ſcribit
40 *Pariſ. lib. 9. q. 25. & 26.* debet autem † fieri iſta inſinuatio per exhibitionẽ ipſius actus reuocationis, iuxta *gloſ. in ea. Clem. in verb. deducta*; tunc enim demum non poteſt prætendi ignorantia alicuius
41 circumſtantiæ, cùm ex ſcientia † Inſtrumenti, inferatur ad ſcientiam omnium in eo contentorum, *l. non eſt ferendus, ff. de tranſactio. Aym. conſ. 74. num. 2. Menoch. conſ. 72. num. 5. & de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 23. num. 73. cum alijs per Surd. conſ. 150. ſub num 29. verſ. ex alio etiam.*
42 Tametſi, ad inducendam hanc † præſumptionẽ, neceſſaria ſit indubitata ipſius inſinuationis iuſtificatio, vt ideo non admittatur præſumptiua; nequãdo præſumptio, ex præſumptione cõſtituatur, præcipuè in præiudicialibus, *gloſ. in cap. concertationi, in verb. ſciuerit*, vbi *Gemin. num. 15. de appell. in ſexto, Menoch. conſ. 389. nu. 21. Surd. conſ. 328. num. 28. Putc. deciſ. 190. num. 16. lib. 1. Rota deciſ. 593. num. 4. par. 2. in recen.*
43 Nequè ideò ſufficeret † inſinuatio facta per Notarium, cui in extraiudicialibus nulla fides adhibetur ſine teſtibus, *Putc. deciſ. 5. lib. 3. Seraph. deciſ. 1094. ſub nu. 3. verſ. nec obſtat*, *Rota deciſ. 1016. lib. 3. par. 3. diuerſ. & in recen. deciſ. 624. num. 10.*
44 *par. 1.* nec † ſufficeret vnicum tantum teſtem adhibuiſſe, *Rota deciſ. 209. ſub num. 1. verſ. & illis inſinuationibus par. 2. in recen.*
45 Niſi fortè actus ille, eſſet per duos † Notarios rogatus, cùm enim alter pro rogitu ſufficiat, rogitus alterius videtur æquipollere adhibitioni duorum teſtium, vt ex ponderatione *text. in clem. cauſam., de electio*, in iſtis terminis innuit *Rebuff. in praxi tit. de reuocan. Procur. num. 15.* quod priùs ſcripſerat in *tract. de nominat. q. 14. nu. 56.* quam ſententiam probauit Rota in *præalleg. Meten. Canonicatus*.

Ex his autem conſequitur, in excludenda pœni-
46 tentia in reſignante, an † & quæ ſit differentia inter conſenſum cauſalem, & formalem, nam ex primo, ſi reſignatio ſit ſimplex, reſignatarius deſtituitur omni iure & poſſeſſione, vt diximus ſupra *q. 14.*
47 *num. 11. & 12.* & ſi de facto † incumbat poſſeſſioni, non facit fructus ſuos, *Caſſad. deciſ. 4. num. 6. de reſtit. ſpol.* idquè propter generalitatem *text. in*
48 *cap. accepta, eod. tit.* qui verè † loquitur de hac reſignatione ſimplici, quæ perimit ius reſignantis, vt aduertit Rota apud *Achill. deciſ. 115. ſub num. 4. ad fi. verſ. & fuit ponderatum.* Vndè etiam ſequi-
49 tur, ſi dum † ita incumbit, alienet aliqua prædia, aut iura Eccleſiæ aliàs ex ſua natura alienabilia, alienationem non tenere in præiudicium ſucceſſoris, *Reuerendiſſ. D. Coccinus deciſ. 358. ſub nu. 3. verſ. quo verò ad alienationec.*

Si autem facta ſit ad fauorem, tametſi ante lite-
50 ras † expeditas, & publicatas, adeptamque poſſeſſionem per Reſignatarium, licitè incumbat poſſeſſioni, vt diximus *d. q. 14. ex num. 88.* & optima ratione firmat *Achill. d. deciſ. 115. nu. 4.* atque ſi in-
51 terim alienari † ſolita alienet, tendat alienatio in præiudicium ſucceſſorum, vt per eundem *Reuer. D. Coccin. d. deciſ. 358. num. 5. & 6.* vbi aliæ reſolutiones allegantur.

Nihilominus, non poteſt à reſignatione reſilire, nè illudere viſus ſit, vt ait *text. in præcit. clem.* nam
52 licèt conſenſus † formalis qui præſtatur in vim Regulæ, expeditioni literarum, dicatur auferre facultatem pœnitendi, vt dicit *Rota in præalleg. deciſ. 396. nu. 8. 9. & 11. par. 1. diuerſ.* tamen hoc
53 latius † eſt accipiendum, vt hinc non poſſit inferri, quin ſi præcedat conſenſus cauſalis formiter præſtitus, intercluſa ſit etiam eodem modo facul-
54 tas pœnitendi, nam hic † dat valorem gratiæ, vt nũcupatim ait *Mohed. pracit. deciſ. 5. de renunciat.* & perficit ipſam reſignationem, vt ſubdit *nu. 2.* in
55 tantum vt ſi propter aliquem defectum † actus ſit nullus, nõ tamen annulletur conſenſus, ſed vt in eo
56 ſubſtantia gratię viuit, ità defectus † poſſit tolli, vel per reformationem prioris ſupplicationis, vel per nouam prouiſionem, idquè perpetuò in vim prioris conſenſus, iuxta practicam, quam probauit

Rota

Rota apud *Mobed.ead.deciſ.5.ſub num.1.verſ.& hæc eſt practica, & d.deciſ.396.num.7.par.1.diu.*
57 Ideo, ſi de conſenſu fuit facta expeditio, † poteſt
rurſus ſub eodem conſenſu fieri noua expeditio
ſuper noua gratia; & ſi in prima expeditione fue-
rit derogatum Regulæ; in ſupplicatione, quæ pro
reformatione porrigitur, eadem derogatio reite-
ratur per Clauſulam generalem remotiuam ob-
ſtantiarum, de quibus in priori, vt benè explicat
Rota ead.deciſ.396.ſub n.9.verſ.tum etiam quia.
58 Conſenſus igitur hic formalis de quo† in Regu-
la, reſpectu gratiæ, & illius ſubſtantiæ, reputatur
veluti quid ſuperinductum pro exequutione actus
iam perfecti, & abſoluti, vt optimè declarat *Caſſa.*
59 *præcita.deciſ.1.nu.4.de renunt.* vt propterea † &
illi facillimè derogetur, non ſolum in caſibus quos
tangit *Chok.num.47.* ſed etiam in alijs paſſim, vt
licet videre ex *d. deciſ. 396.* & notauimus *lib. 1.
q.35.num.71.*

Eſt tamen verum, præmiſſa omnia procedere
ſecundum vſum, qui vſquè ad hæc tempora ſerua-
tus eſt. Cæterum melior hodiè inuectus eſt ſtylus,
quo diſtinctio hæc inter paruum conſenſum, & ex-
tenſum prorſus eſt ſublata, indequè pinguius frau-
dibus occurſum, quàm per Regulam cautum ſit:
nam prius non adijcitur conſenſus à tergo ſuppli-
cationis ſignatæ, quàm ille ſit in libris Cameræ
extenſus, adeoquè in Cancellaria præſtitus, ſub ea
verborum formalitate, quæ reſpiciat tàm Signa-
turam ſupplicationis, quàm expeditionem litera-
rum: indequè fruſtratoria eſt indagatio temporis,
an ſit præſtitus ante, vel poſt datam extẽſam, quod
vix olim quoquè erat practicabile, cum inter da-
tam paruam, & extenſam, reſpectu temporis nulla
ſit differentia, nec quidquam ſit, quin eodem die,
quo ſupplicatio fuit ſignata parua data, valeat Da-
tarius eandem datam extendere. Quemadmodum
inutilis quoquè remanet conſideratio, quod à ter-
go literarum non potuerit annotari conſenſus, niſi
poſt earum ſcriptionem, & ſolutas taxas, iuxta no-
tata per *Veſtr.in prax.lib.1.cap.4.ſub n.8.ad fin.
verſ.tunc enim, & num.9.* fit enim, vt dictum eſt,
ſup.num.32. retrotractio; Quinimò quodcunque
tempus futurum cenſetur incluſum in tempore
præſtiti conſenſus in Cancellaria, etiamſi verba
ſint concepta in tempus præſens, propter enixam
voluntatem protenſam ad tempus ipſum futuræ
expeditionis literarũ, *l.Iulianus 66.§.vlt. de leg.
3.* cum alijs adductis per *Menoch. conſ.97.nu.71.
& 72.* & vbicunquè literæ reperiuntur expeditæ,
non poſſunt impugnari ex defectu conſenſus; cum
non ſit veriſimile, expeditores eas expediuiſſe, niſi
conſenſus legitimè præſtitus fuiſſet, *Pute.dec.429.
in extrem. verb. lib.1. Verall. deciſ.120. & 213.
num.1.par.1.*

Tota igitur vis in abdicando ius, & poſſeſſionẽ
à reſignante, attribuitur illi conſenſui cauſali exæ-
quato tamen per applicationem ad perſonam re-
ſignatarij, mediante apprehenſione poſſeſſionis,
vt inde impediatur regreſſus ipſi reſignanti: Qua-
60 propter hoc † præcipuè eſt obſeruandum, an talis
conſenſus purus ſit, vel conditionalis; quippè ſi
conditionalis ſit, non purificata conditione euane-
ſcit; veluti ſi Reſignatarius dediſſet mandatum ad
conſentiendum, ſub reſeruatione penſionis libe-
ræ, & exemptæ à quocunque onere, & nõ alias, &c.
& reſignatarius conſenſiſſet reſeruationi penſionis
ſimpliciter, & non cum hac circumſtantia, hoc
enim caſu iam deficeret conſenſus, apetireturquè
via reſignanti ad poſſeſſionem, *Putc. deciſ. 140.
num. 1. lib. 1.*

Quemadmodum, & hac eadem ratione defice-
61 ret, † quocunquè alio caſu prætenderet reſignata-
rius penſionem ex cauſa reſignationis eſſe nullam,
cũ tamen proponatur Reſignatariũ nõ aliter reſi-
gnationi conſenſiſſe, quàm ſi ſibi ea validè reſerua-
retur, vt oſtendimus *lib.1.q.41.num.38.* niſi inde
elidatur ipſius reſignantis actio, quòd nullitas ea-
dem ſit intra limites conſenſus, veluti ſi adiecta
eſſet Clauſula, *Dummodo remaneant centum pro
Rectore*; hoc enim caſu, ſibi eſſet hæc nullitas im-
putanda, nequè ideo eſſet ei danda reſtitutio, vt
optimè declarat *Mantica præallegat. deciſ. 356.
num. 2. & 3.*
62 Vtcunquè verò contingat † reſignantẽ regredi
ad beneficium reſignatum, ſiuè per actionem in
ſpolio motam, ſiuè per canonizationem regreſſus
ſibi reſeruati, in caſu non ſolutæ, vel in dubium re-
uocatæ penſionis, conſtat penſionem ipſam extin-
gui, in tantum, vt ſi ex noua concordia beneficium
iterũ cedat Reſignatario, ea non conualeſcat, ſine
nouo Papæ decreto; modò ſcilicet, circa regreſ-
ſum nullæ remanſerint reliquiæ litis, in quibus iſte
effectus videatur ſuſpenſus, vel latiſsimè fuit deci-
ſum in vna *Ciuitatis Plebis 15. Iunij 1616. coram
Cardinali Sacrato*, & plena manu declarat *D. Fe-
rentill.ad Buratt. deciſ. 528.num.4. & 5.*

SVMMARIVM.

1 *Vacatio per ſententiã, quotuplex reſpectu ſubiecti.*
2 *Præſentatus, ſi decedat ante inſtitutionem, nulla ex eius perſona inducitur vacatio.*
3 *Electus ſi decedat in Curia ante confirmationem, non inducitur aliqua reſeruatio.*
4 *Mandatum de prouidendo, non conſumit vacationem, antequam ſit exequutum.*
5 *Electionis actus, vt diuerſimodè conſideretur.*
6 *Scrutinium quid ſit.*
7 *Scrutinium ſemper interuenit in electione.*
8 *Electio per compromiſſum, non eſt ſublata per Concilium generale.*
9 *Scrutatores, an poſſint in electionibus excedere numerum trium.*
10 *Teſtium ſeptem numerus, eſt de forma ſubſtantifica teſtamenti.*
11 *Teſtamentum non patitur defectum formæ, ſi adhibeantur teſtes vltra ſeptem.*
12 *Vtile per inutile vitiatur, vbi aliquid eſt inductum pro forma.*
13 *Et quæ ſit ratio.*
14 *Electio Officialis vltra tempus præfinitum, non ſuſtinetur intra tempus licitum.*
15 *Forma, quando vitietur per adiectionem inutilis, vel ſuperflui.*
16 *Formæ, quando detrahatur per adiectionem.*

17 *Adie-*

17 *Adiectio Laicorum cœtui Canonicorum in electione Epiſcopi, quatenus ipſo iure electionem inficiat.*
18 *Indulgentiarum promulgatio facta per Epiſcopum vltra permiſſionem Concilij Generalis, an in totum corruat.*
19 *Fideiuſſoris obligatio, cur nequeat excedere vim obligationis principalis.*
20 *Scrutatorum numerus in tribus, & non pluribus tutius conſtituitur, vtcunque eius exceſſus non annullet actum.*
21 *Et in hoc declarata doctrina Abbatis.*
22 *Doctorum dicta, intelligenda ſecundum leges, & doctrinas, quibus nituntur.*
23 *Scrutatorum Officium in quibus conſiſtat.*
24 *Votorum publicatio in communi, eſt idem quod ſcrutinij publicatio.*
25 *Collatio votorum, non ſpectat ad ſcrutatores.*
26 *Eadem quorſum fiat.*
27 *Et ſub qua forma.*
28 *Eadem implicat publicationem nominum eorum qui votarunt.*
29 *An aduerſetur decreto Concilij.*
30 *Legis cauſa ceſſante, ceſſat legis diſpoſitio.*
31 *Votum in electionibus proferentium nomina, quo caſu perpetuo ſint tegenda.*
32 *Votorum collationis neceſſitas, ceſſat in electione de vno tantum.*
33 *Et expoſita in hac re doctrina Abbatis.*
34 *Eadem ſimiliter ceſſat, ſi pro certo electo ſient duæ partes.*
35 *Votorum collationi, tria ſubijciuntur.*
36 *Auctoritas, qualiter æſtimetur in electionibus.*
37 *Dignitas, eſt quid diuerſum à grauitate perſonæ.*
38 *Text. in l. Barbarius † de offic. Præto. expoſitus, & an eius diſpoſitio procedat in iure ſuffragij pro electionibus.*
39 *Numeri ad numerum collatio, qualiter fiat in electionibus.*
40 *Dignitatis ad dignitatem collatio, qualiter fiat in electionibus.*
41 *Zeli ad zelũ collatio, qualiter fiat in electionibus.*
42 *Dignum ſufficit eligi omiſſo digniori.*
43 *Et quæ ſit ratio.*
44 *Numeri maior pars in electionibus, rapit in ſe auctoritatem, & maiorem zelum.*
45 *Cauſatum, non præualet cauſæ.*
46 *Electorum nominatio, quæ fit ante ſcrutinium, quam vim obtineat.*
47 *Appellare licet, ne eligatur perſona aliqua propoſita, ſiue nominata ante ſcrutinium, iuſta ſubſiſtente cauſa.*
48 *Nominatio, quæ fit in ſcrutinio per Electores, nihil applicat nominato.*
49 *Impedit tamen variationem, & aperit viam ipſi nominato implorandi Iudicis officium pro apertione ſcrutinij.*
50 *Scrutinium, prout eſt ſimplex actus ſcrutationis, quid operetur.*
51 *Scrutinij publicatio intercipit variandi facultatem in electoribus.*
52 *Modò ſequi poſſit electio in perſona vnius, pro quo ſiet maior pars votorum.*
53 *Scrutinio publicato, quæritur ius ſcrutato, ad proſequendam electionem.*
54 *Scrutinij publicatio, perficit electionis actum, quoad formam naturalem, ſecus quoad formam accidentariam.*
55 *Dummodo electus ſit præſens, & acceptet.*
56 *Electi abſentia, non operatur, quo magis, vel minus Electores variare poſſint.*
57 *Variatio in electoribus, cur reprobetur:*
58 *Scrutinij publicatio, implicat vocationem electi, ad ſuam electionem promouendam, & ab eo excutit omnem ambitionis ſpiritum.*
59 *Electionis publicatio in communi, qualiter fiat.*
60 *Nominatio electi, quæ fit in communi, poſt ſcrutinium publicatum, quid operetur.*
61 *Et pro facultate nominandi, ſufficit mandatum Capituli tacitum, ex præſentia.*
62 *Electionis in communi ſolemnitas, etiam eſt neceſſaria, vbi ad eam proceditur per viam compromiſſi.*
63 *Ex quibus ſit deſumpta.*
64 *Electio in communi facta de abſente, ei eſt denuncianda.*
65 *Electionis in communi facta denunciatio, applicat ius electo.*
66 *Etiamſi facta ſit Procuratori legitimo.*
67 *Electionis denunciatio confert ius, citra tamen Prælaturam.*
68 *Etiam pendente tempore ad acceptandum.*
69 *Electo, non currit tempus ad acceptandum, niſi ex die denunciationis.*
70 *Electus, an poſſit cogi ad acceptandum electionẽ.*
71 *Et quomodo.*
72 *Electione nondum acceptata, ſi pendente tempore ad acceptandum Papa prouideat, prouiſio eſt nulla.*
73 *Electo canonicè, debita eſt confirmatio.*
74 *Confirmatio electionis canonicæ, reputatur actus Iuſtitiæ.*
75 *Electi officium, in quibus conſiſtat?*
76 *Electo nondum confirmato, a quo tempore competat ius Prælaturæ, ſaltim in habitu?*
77 *Electus, ante confirmationem non habet officij plenitudinem.*
78 *Quod declaratur.*
79 *Electus, qualiter debeat conſentire electioni.*
80 *Ambitionis ſpiritus, electioni obſtat.*
81 *Altaris miniſterio, quinam ſint applicandi.*
82 *Eligendus non eſt, qui non diſſentit ab initio.*
83 *Electionis acceptandæ, antequam fiat, formula.*
84 *Alia, poſtquam eſt facta.*
85 *Pudori eſt parcendum.*
86 *Electo ius quæſitum, in articulo reſolutionis, qualitèr conſideretur.*
87 *Electionis ad Cathedralem tempus, in articulo deuolutionis, quodnam ſit.*
88 *Et à quo momento currat.*
89 *Et an attendatur tempus ſepulturæ, aut veriùs obitus.*
90 *Et quid in Eccleſiis Regularibus?*
91 *Et an de omni Prælatura.*
92 *Deuolutio in Electiuis, conſeruat ius paſſiuæ electionis.*

93 Interim tamen, tenet mero iure prouiſio aliter facta, niſi appelletur.
94 Electiua inferiora, cadunt ſub reſeruationibus Regulæ de menſibus.
95 Canonicatus, & præbendæ lectorales, cadunt ſub reſeruatione Regulæ de menſibus.
96 Et quæ ſit ratio.
97 Quod declaratur.
98 Eligentes indignum, priuantur ea vice poteſtate eligendi.
99 Modò perſtiterint vſque ad electionem in cõmuni.
100 Electione facta de indigno ad Cathedralem, ſolida prouidendi poteſtas deuoluitur ad Papam immediatè, modò omnes peccauerint.
101 Et vitium non fuerit occultum.
102 Eligentes indignum, vt ignorantia excuſentur, debent eam iuſtificare.
103 Electione facta de indigno ad inferiora, deuolutio fit ad Superiorem immediatum.
104 Deuolutio, in exemptis, fit immediatè ad Papam, quemadmodum etiam fit per viam appellationis ad eum emiſſæ in electiuis.
105 Deuolutio in electiuis, an fiat ſi peccatum ſit in forma.
106 Electio nulliter facta, ex defectu formæ, re integra eſt iterabilis etiam pendente appellatione.
107 Et quando res deſinat eſſe integra ex ſententia.
108 Electionis poſitiua caſſatio, non neceſſaria, vbi ſupponitur nulla ipſo iure.
109 Siuè poſterior fiat eodem contextu, ſiuè ex interuallo.
110 Quod, vti procedat, declaratur.
111 Dictio, qualiſcunque, cuius ſit energiæ in qualificando ſubiectum.
112 Caſſationis neceſſitas, in electiuis qualiter conſtituatur.
113 Fruſtra de ea agitur, cum altera eſt celebrata ex eodem ſcrutinio, & per eoſdem Electores.
114 Electionem magis inficit vnius abſentis vocati contemptus, quàm plurium contradictio.
115 Electio annullanda ex contemptu abſentis, dum nõ impugnatur, dicitur eſſe in ſtatu validitatis.
116 Et ſi cauſa cognita confirmetur, efficitur irretractabilis.
117 Electionis de forma intrinſeca, non eſt abſentium vocatio, ſed tantùm de Iuſtitia.
118 Vniuerſitatis actus, de iure cõmuni nõ exigit abſẽtiũ vocationẽ, modò confectus ſit à maiori parte.
119 Abſentes in electionibus conuocari debent per ſonum Campanæ, vel alium modũ vſu receptum.
120 Vniuerſitas, repræſentatur in maiori parte de facto congregata.
121 Electione caſſata ob contemptum abſentis, poteſt ad aliam deueniri per Electores eoſdem.
122 Quod declaratur.
123 Electio non poteſt iterari per Electores lite pendente, ſi lis ſit cum Electoribus.
124 Scandala ſunt euitanda.
125 Electio debet fieri citra vllum ſcandalum.
126 Caßatio electionis, vbi eſt neceßaria, debet fieri poſitiuè per ſententiam.
127 Vniuerſitatis præſentia tota conſiſtit in eius maiori parte.
128 Modò actus, ſit factus tanquam ab vniuerſis.
129 Vniuerſitatis nomine actus præſumitur in dubio geſtus, ſi defectus numeri non repugnet.
130 Capituli actus, minimè exigit expreſſionem, ſiuè nomenclaturam Canonicorum.
131 Electio prius facta, niſi caßetur impedit ſequentem, niſi irrita ſit ipſo iure.
132 Vel Electores ſint priuati facultate iterum eligendi ad eam vacationem.
133 Eligendi facultas reſtricta ad vnam perſonã, non ſe compatitur cũ natura electionis; ſecus verò ſi reſtricta ad vnum aliquod genus perſonarum.
134 Electione facta per concuſſionem, & metum, non impediuntur Electores iterum eligere.
135 Electione facta de indigno, ſolidatur poteſtas eligendi in contradictoribus, quæ adhuc eſt participabilis alijs.
136 Niſi lex Electores inhabilitet pro ea vice.
137 Et hæc participatio colligitur ex ſola admiſſione ad nouam electionem.
138 Suſpenſus à beneficio poteſt eligere, ſuſpenſus verò ab officio ſecus.
139 Suſpenſus ſimpliciter, ex participatione poteſt eligere.
140 Eligendi facultas, non ſuſpenditur ex lite ſuper iure eligendi, in præiudicium poſſeſſoris.
141 Electio, vbi fieri poteſt non obſtante lite, confirmatio differtur ad finem litis.
142 Electio, quando impediatur ex lite ſuper ſubiecto, ad quod ea fit.
143 Siuè lis ſit inter electos.
144 Siuè ſit inter electum, & Capitulum.
145 Electio impeditur caſſari, & de nouo fieri appellatione pendente.
146 Electio Canonici Supranumerarij, ex vnius contradictione, & appellatione ſuſpenditur.
147 Modò tamen, Eccleſia non ſit receptitia.
148 Vacatio non datur in Eccleſia non numerata, ſed receptitia.
149 Quod declaratur.
150 Eccleſia numerata Canonicatus, eſt impetrabilis.
151 Tituli extinctio in Eccleſia non numerata, qualiter fieri intelligatur.
152 Litis ſubiectum, quãdo dicatur idẽ, vel diuerſum.
153 Attentatum, non datur ſine lite.
154 Etiam reſpectu eorum, quæ ſecundariò veniunt.
155 Electio ad nouos Canonicatus, non poteſt dici attentata in Eccleſia receptitia, lite ſuper alijs exiſtente.
156 Electio non ſuſpenditur, ſi appelletur nè fiat, ſed benè ſi appelletur, nè aliter quam canonicè fiat.
157 Reuocaturquè etiam per viam attentati ſi minus canonicè fiat.
158 Modò appellans in ſua appellatione perſiſtat.
159 Et appellatio fuerit iudicialiter interpoſita.
160 Electio, quæ peccat in forma, ſubijcitur caſſationi iuris.
161 Nequè vllo modo eſt confirmabilis.
162 Nequè impedit ſequentem.
163 Gratificationi eſt locus inter plures præſentatos.
164 Itemquè inter plures oppoſitores concurrentes.
165 Electio, eſt actus ſpiritualis, & transfert ius ſpirituale.

166 Præ-

166 *Praſentatio, eſt actus temporalis, ſolumq; praambulum ius, ad obtinendum ſpirituale, transfert.*
167 *Variatio, cur permittatur in praſentationibus Laicorum, & quomodo.*
168 *Praſentatio poſterior accumulatiuè facta, non tollit priorem.*
169 *Praſentatio facta per vnum ex compatronis, conſeruat ius alterius.*
170 *Capitularis virtus, radicatur in maiori parte Capituli.*
171 *Votorum maior pars, quando in plures, quàm in duos dirigitur, computatur reſpectu maioris partis totius Capituli.*
172 *Etiã vbi nõ eſt ſeruanda forma* Cõcilij *generalis.*
173 *Habita tamen duntaxat ratione praſentium.*
174 *Capitulum, ſolidatur in legitimè vocatis venientibus, nulla aliorum habita ratione, etiamſi minor pars ſit.*
175 *Etiamſi vnus tantùm venerit.*
176 *Confirmari non poteſt, quod non eſt.*
177 *Confirmatio, eſt neceſſarium quoddam ad actum electionis.*
178 *Ambitio, reddit indignum eum qui promoueri affectat.*
179 *Ambitionis virulentia in eo eſt, quòd contra charitatem intenditur.*
180 *Ambitio, quatenus dicatur actus inordinatus.*
181 *Regiminis locus, deſiderantibus negandus eſt, fugientibus offerendus.*
182 *Ambitio praſumitur in nõ vocato, & ſola hac praſũptio ſufficit pro repellẽdo petentẽ ab electione.*
183 Text. in can. ſi fortè de elect in 6. *expoſitus.*
184 *Gratificationis non eſt actus, cui ſubeſt neceſſitas.*
185 *Gratificationis actus, qualiter conſtituatur in collatione beneficij.*
186 Gloſſ. in can. pen. 63. diſt. *explicata.*
187 *Gratificatio quædam, impropriè dicta.*
188 *Epiſcoporum electio, aliquando Populo permiſſa.*
189 *Et quare.*
190 *Epiſcoporum, olim in quos imperium.*
191 *Electorum votis in duos directis, vtraque electio caſſatur.*
192 *Electionis controuerſia, nõ poteſt decidi per ſortes.*
193 *Electio ſi aqualiter, & ſic nulliter in duos feratur, & reiteretur, eodem modo deuoluitur poteſtas ad Superiorem.*
194 *Quod declaratur procedere in caſu deuolutionis ad Papam, ſecus ſi ad inferiorem.*
195 *Et qua huius ſit diſtinctionis ratio.*
196 *Electus, ſi negligat intra terminum iuris acceptare electionem, ius illius reſoluitur.*
197 *Electo currit terminus iuris ad acceptandum electionem, ex momento praſentationis ſibi facta.*
198 *Nec ſufficit praſẽtatio facta Procuratori generali.*
199 *Matrimonium non contrahitur cum Procuratore generali.*
200 *Electionis praſentatio vt afficiat, non ſufficit quod praſentetur coniuncta perſona.*
201 *Niſi ſequatur ratificatio.*
202 *Electo ſufficit, intra tempus legitimum confirmationem petijſſe, vt in eo ius ſuum conſeruetur, licèt eam non obtinuerit.*
203 *Confirmationis petenda tẽpus pro electo, eſt vtile.*
204 *Confirmatio electionis, obtenta poſt lapſum tempus ad eam petendum, eſt nulla, niſi proceſſerit à Papa ex eius certa ſcientia.*
205 *Nec aliàs admittitur mora purgatio.*
206 *Et qua ſit ratio.*
207 *Donatio facta abſenti, antequam acceptetur, licèt interuentu Notarij ſit irretractabilis, faciliùs tamen remittitur.*
208 *Electus, non excuſatur lapſu temporis, ad petendam confirmationem, niſi probet impedimentũ.*
209 *Etiamſi probaret acceſſum ad Curiam, niſi probaret inſtetiſſe pro confirmatione ſua perſona.*
210 *Quinimò, nec adhuc excuſaretur, ſi illicentiatus indè receſſiſſet.*
211 *Electi negligentia, in proſequenda electione, antequam praſentetur Papa, quid differat à negligentia poſt praſentationem.*
212 *Electi negligentia in petendo confirmationem, non extinguit facultatem conſeruandi electionem in Capitulo, niſi peccatum fuerit in forma, aut in materia.*
213 *Secus verò ſi commiſſa ſit poſt petitionem.*
214 *Et qua ſit ratio.*
215 *Eligendi facultas, remanet ſuſpenſa in Capitulo, facta formali relatione ad Papam ſuper electione iam facta in diſcordia.*
216 *Relatio ad Principem, in ſuſpendenda poteſtate inferioris, eandem habet vim, quàm appellatio, recuſatio, & relatio.*
217 *Modo relatio ſit formitèr facta:*
218 *Et qualitèr dicatur formalitèr fieri.*
219 *Relatio, amittit vim ſuam in ſuſpendendo, ſi immineat periculum deuolutionis.*
220 *Conſultatio, quatenus ſuſpendat electionem.*
221 *Poſtulatio, quatenus ſuſpendat electionem.*
222 *Nullum ius tribuit poſtulato.*
223 *Poſtulantes, poſſunt variare.*
224 *Niſi proceſſum fuerit ad praſentationem factam Superiori.*
225 *Et qua ſit ratio.*
226 *Poſtulatio, eſt quodammodo in ordine ad electionẽ.*
227 *Poſtulandus, ſi eligatur, actus caſſatur.*
228 *Poſtulationis, & electionis formula ancipites, antiquata.*
229 *Poſtulationi, non poteſt applicari conſenſus Poſtulati.*
230 *Et qua ſit ratio.*
231 *Poſtulatio duplex, ſolemnis, & non ſolemnis.*
232 *Poſtulato, ex ſola poſtulationis admiſſione per Papam, plenum ius quaritur.*
233 Et *qua ſit ratio.*
234 *Poſtulatio, ſit cauſa vtilitatis* Eccleſia.
235 *Poſtulationis reiectio, implicat iniuriam poſtulati.*
236 *Itaut poſſit vrgeri inferior à Papa, eam admittere.*
237 *Poſtulato ſolemniter à Papa, ex aquitate, & iuſtitia videtur deferendum.*
238 *Pracipuè vbi poſtulatio eſt vnanimiter celebrata.*
239 *Poſtulatio, ſi concurrat cum electione, praualet electio.*
240 Electionis *actus reſpectu poſtulandi, non poteſt ſuſtineri tanquam electio.*
241 *Poſtulatio, exigit duplo maiorem numerum ſuffragiorum, vt praualeat electioni.*

242 *Etiamſi Poſtulatus ſit dignus.*
243 *Electio in concurſu poſtulationis, prævalet ſi in modico excedat tertiam partem votorum.*
244 *Et quæ ſit ratio.*
245 *Poſtulatio facta non à duplo maiori parte, in concurſu electionis, nuſquam conſueuit per Papam admitti.*
246 *Religioſus, eſt eligibilis.*
247 *Eligibilis eſt obtinens incompatibile.*
248 *Huiuſque, dicitur vera electio.*
249 *Electionem non impedit omnis alligatio perſonæ, ſed ratione ſpiritualis coniugij duntaxat.*
250 *Epiſcopus qui renunciauit Epiſcopatui, eſt eligibilis.*
251 *Eligibilis non eſt, qui impeditur exercere munus ad quod eligitur, niſi diſpenſetur.*
252 *Abbatiſſatui, certa ætas ex Concilio præſcripta.*
253 *Aetatis defectum patiens, poteſt in Abbatiſſam poſtulari.*
254 *Sed, an ab inferiori à Papa?*
255 *Clauium poteſtas, non cadit in Abbatiſſam.*
256 *Poſtulabilis eſt, nondum profeſſus.*
257 *Modò poſtuletur à Papa.*
258 *Electio exigit idoneitatem actu.*
259 *Collationis forma in habente confirmare, non exigitur.*
260 *Poſtulatio, eo ipſo caſſatur per Superiorem, quòd non admittitur.*
261 *Poſtulatione reiecta, euaneſcit omnis eius effectus.*
262 *Text. in cap. Auaritiæ, de electio. in ſexto, latè hic explicatur.*
263 *Abuſus, ex inuerſione finis.*
264 *Priuilegium amittitur propter eius abuſum.*
265 *Sed non ipſo iure.*
266 *Temeritas quid?*
267 *Iuris ignorantia an excuſet.*
268 *Temerè agit, qui inconſulto agit.*
269 *Temeritas ſtulta, quæ?*
270 *Proœmij verba, plurimùm ſunt attendenda.*
271 *Auaritia, pro ſimplici tenacitate, peccatum eſt veniale.*
272 *Et quæ ſit ratio.*
273 *Quod declaratur.*
274 *Auaritia propriè quid?*
275 *Auaritia quatenus eſt peccatum mortale, non conſiſtit in ſimplici appetitione alieni, ſed in appetitione iniurioſa.*
276 *Auaritia, nihil aliud quam rapina.*
277 *Auaro charior eſt lux auri, quàm ſolis.*
278 *Auaro ea eſt mentis cæcitas, vt Deum non videat.*
279 *Ambitio ex virtute.*
280 *Ambitionis, & Auaritiæ, eadem eſt mater Cupiditas.*
281 *Ambitionis mala, effectus.*
282 *Ambitio lumine intellectus hominem priuat.*
283 *Ambitionis virulentia, in quo?*
284 *Auaritia, & Ambitio, vt ſibi ad inuicē opitulētur.*
285 *Fraus perpetuò ſit per ſuppoſitionem.*
286 *Fraudi legis, deſeruit captio, ſeu cauillatio verborum.*
287 *Fraudis contra legem, quodnam ſit euidens argumentum.*
288 *Eiuſdem, quæ ſint extrema.*
289 *Electo prohibitum adminiſtrare, ante confirmationem.*
290 *Electo ante confirmationem permiſſa adminiſtratio, ſi celebrata electio vltra montes.*
291 *Etiam in inferioribus à Cathedrali.*
292 *Idquè ex diſpenſatione Papæ.*
293 *Niſi extet ibi Legatus S. A. qui valet confirmare.*
294 *Electo, vt adminiſtret ante confirmationem, alter quàm Papa non concedit.*
295 *Electus, ante confirmationem, qualitèr valeat deputari Oeconomus, & Procurator.*
296 *Etiam reſpectu inferiorum à Cathedrali.*
297 *Electores, ſeu alij inferiores à Papa, non poſſunt electum deputare in Oeconomum, vel Procuratorem.*
298 *Diſpenſare contra ius commune, non poteſt Epiſcopus, præterquàm in expreſſis.*
299 *Diſpenſatio contra ius commune, eſt de reſeruatis Principi.*
300 *Cauillatio quid?*
301 *Sententia Iuris eluditur per clauſulam* eo ipſo.
302 *Poſtulatus adminiſtrans ante admiſſionem, ipſo iure priuatur.*
303 *Qualitates, quæ ſunt fundamentum Conſtitutionis, omnes ſunt probandæ.*
304 *Factum, ex quo inducitur vacatio ipſo iure, eget declaratoria.*
305 *Electio eſt caſſanda, propter ſimplicem intruſionem ante confirmationem.*
306 *At minimè eſt caſſa ipſo iure, niſi ſuperinductus ſit color.*
307 *Et quæ ſit ratio.*
308 *Electio celebrata vltra montes, non caſſatur ex ſuperinductione coloris quæſiti ante adminiſtrationem.*
309 *Et quæ ſit ratio.*
310 *Electus, qui prius fuit deputatus Oeconomus, vel Procurator, poteſt continuare in adminiſtratione ante confirmationem.*
311 *Quod tamen declaratur.*
312 *Electus adminiſtrans in vim confirmationis per appellationem ſuſpenſæ, incidit in pœnas cap. Auaritiæ.*
313 *Quod declaratur.*
314 *Confirmatio, qualitèr dicatur actus iudicialis.*
315 *Electus apprehendens poſſeſſionem in vim confirmationis, à qua ſit appellatum, an attentet.*
316 *Electus, immiſſens ſe in vim confirmationis nullæ, incidit in pœnas cap. Auaritiæ.*
317 *Conſtitutio Pij Quarti contra Regulares, in fraudem regulæ Cancellariæ ſe intrudentes in beneficijs electiuis, adducitur, & explicatur.*
318 *Eadem, in quo diuerſificetur à decreto Concilij generalis in cap. Auaritiæ.*
319 *Dictio,* pro, *relata ad perſonam, vel Officium, quid importet?*
320 *Electus, adminiſtrans ante confirmationem efficitur inhabilis.*
321 *Expreſſa magis nocent.*
322 *Electus ad regulare, adminiſtrans ante confirmationem, & literas expeditas, efficitur inhabilis reſpectu Dignitatis, ad quam eſt electus.*
323 *Electus ad ſecularia, adminiſtrans ante confirmationem,*

tionem, nedum reſpectu ſubiecti ad quod eſt electus, ſed ad aliud etiam efficitur inhabilis.

324 Præſumere, *verbum, denotat dolum, & contemptum.*

QVÆSTIO XVII.

Ius ad rem, quatenus ſubijcitur ſententiæ priuatoriæ, tùm maximè in electiuis; qualiter ereetur, vel creatum reſoluatur?

VASTAM hinc impetrationum ſegetem demeſſuri, priuſquam falces in ariſtas mittamus, duo ſunt in genere explicāda, quorum prius, ſubiectum ipſum vacationis reſpicit, alterum verò efficientem vacationis eiuſdē cauſam, ideſt ſententiam, & illius in hac parte vim, & effectum. Quandoquidem, ſi hæc præcognita fuerint, quæ deinceps dicentur ſingula facilius percipientur.

1 Vacatio itaquè per ſententiam, in duplici † eſt differentia; quarum prior infertur ratione ſubiecti, in quod ſententia agit; poſterior verò ratione modi, & formæ, quibus ea actio fit; Quapropter, cùm de priori hic ſit tractandum, id iam conſtitui oportet, vacationem aliquandò referri ad ius in re, quæ ſola, propriè vacatio dicitur: aliquando verò ad ius ad rem, quæ minus propriè vacatio appellatur; eſt enim hæc, cuiuſdam potius iuris in via ad perfectionem, quàm iuris alicuius perfecti reſolutio, ex qua cauſari valeat vacatio; ſiqui-
2 dem reſoluto † iure ad rem, non inducitur noua vacatio, ſed ſimpliciter declaratur duratio vacationis, vt prius; Vndè, ſi præſentatus ad beneficiū decedat, priuſquam inſtituatur, nihil quod impetrabile ſit, ex eius perſona vacare intelligitur, *Seraph. deciſ.* 1146. *num.* 1. *&* 2. & fuit reſponſum *in vna Bergomen. Cappella* 23. *Maij* 1618. *coram Buratto, qua legitur impreſſa apud Viuian. in prax. Iurispatron. pag.* 121. *ſecundum cuius ordinem eſt deciſ.* 59. *num.* 1.

Idemquè eſt in electiuis; nam ſi deceſſerit ele-
3 ctus † ante confirmationem, beneficium adhuc vacat vt prius, etiam pro excludenda reſeruatione in corpore iuris clauſa, quaſi ex noua vacatione apud ſedem, ſiuè in Curia, *gloſ. in Clem.* 1. *in verb. collato, ibi, durat enim prima vacatio, vt lit. pend. Rot. in nou. deciſ.* 17. *in princ. de electio. & notauimus lib.* 2. *q.* 18. *num.* 38. quod pariter *cenſuit Franc. de Mareh. deciſ.* 948. *ſub nu.* 1. *&* 7. *par.* 1.

Sic deniquè obſeruamus in habentibus literas Apoſtolicas, in forma mandati de prouidendo.
4 Nam ſi quando hi decedant † ante earum exequutionem, nihil ex eorum perſonis vacare intelligitur, de qua re latè ſcripſimus hoc *eo. lib.* 3. *q.* 8. *ex nu.* 138. vbi plura reſponſa Rotalia congeſſimus, quibus addi poteſt aliud *in Ampurien. beneficij,* 17. *February* 1625. *coram R. p. d. Merlino.*

Reſolutio autem iſta, præter ceſſum, vel deceſſum, de quibus in præcedentibus, tum maximè in ipſis electiuis fit. Quocirca tota diſputatio, hùc commodè contrahi poteſt, veluti ad id quod frequentius occurrit, vt ſecundum eius normam cætera ſimilia regulentur, iuxta *l.* 3. *cum ſeq. ff. de legib.* Et quia facilius aſſequemur, qualiter hæc reſolutio fiat, ſi perceperimus, qualiter ius iſtud conſtituatur, eſt aduertendum, Electionem, quantum pertinet ad materiam ſubiectam, tripli-
5 citer † conſiderari. Primò vt eſt actus ipſorum eligentium abſque applicatione ad perſonam electi; Secundò, vt eſt actus eorundem eligentium cum huiuſmodi applicatione; & tertio deniquè, vt eſt actus perfectus, ex ſubſequuta confirmatione eius, ad quem pertinet; Ex hoc poſteriori actu, indubitatum eſt, quæri ius in re, & conſumi vacationem, vt alibi explicauimus, præcipuè *lib.* 2. *q.* 18. *ex num.* 38. Quocirca de eo nihil hic dicendum erit, præter id quod fuerit neceſſarium, & in ordine ad articulum reſolutionis iuris ad rem. Videndum ergo de cæteris.

Et ſanè prior, vtcunquè reſpectu ſui progreſſus, videatur habere gradus aliquos diſtinctos, attamen ſi penitius conſideretur, is initiatur, & perfi-
6 citur in ſcrutinio, prout ſcrutinium † ſumitur pro ſecreta inquiſitione voluntatum ipſorum eligentium, vt declarat *gloſſ. in cap.* 2. *ſuper verb. ſcrutinij. de elect. in ſexto, & ibi Hoſtien. ſub num.* 3. *verſ. quarto examinatio, quem ſequitur Ioann. Andr. num.* 5.

7 Siuè enim ad electionem procedatur † per puram, & ſimplicem viam ſcrutinij, iuxta formam Concilij generalis, *in cap. quia propter* 42. *extra eod. tit. de elect.* ſiuè per viam compromiſſi, cui adhuc locus eſt, modò non arctentur Compromiſſarij hunc potius, quàm illum eligere, *Compoſtel. in eod. cap. quia propter, ſub num.* 27. *verſ. quid ſi committant* (id namquè eſſet contra naturam, & ſubſtantiam actus, cum de vno tantum, propriè electio dici nequeat, *gloſſ. in l. ſi poſſeſſor,* 23. *§. quod ſi poſt petitam, ſuper verb. pretia, ad med. verſ. quare enim dat electionem, ff. de pet. hered. Calder. conſ.* 3. *de electio.* & in propoſito optimè deducit *Decian. conſ.* 18. *in* 1. *quaſt. lib.* 4.) ſiuè deniquè per viam electionis compromiſſo miſtæ, ſemper ſcrutinium faciendum eſt, adeò vt hoc poſteriori caſu, compromiſſarij ipſi duplex munus obeant, videlicet ſcrutatorū, & vbi ſcrutati fuerint, Electorū; ità quòd ijdē dicantur, non ſolùm ſcrutatores, ſed Electores, quod apertè probat *text. in*
8 *cap. cum dilectus* 32. *eod. tit.* cuius diſpoſitio † minimè fuit ſublata per Concilium generale *in d. c. quia propter,* quemadmodum in indiuiduo declarauit Nicolaus Tertius *in cap. cum expediat, quod in ordine eſt* 29. *eod. tit. in ſexto.*

In cuius declarationis conſequentia, etiam intelligimus, quod diſpoſitum fuit *in d. cap. quia*
9 *propter* † de electione trium ſcrutatorum, non eſſe ità accipiendum, vt non poſſint eſſe plures, quemadmodum plures quoquè poſſunt eſſe Compromiſſarij, nam ex alia decretali eiuſdem Innocentij Tertij, *in cap. cum in iure peritus* 33. *eo. tit. de elect.* cuius eſt altera *in præcit. cap. cū dilectus,*

apertè conſtat, compromiſſum fieri poſſe in ſeptẽ;
quo fit, vt de forma quidem ſerutinij, non poſſint
haberi ſerutatores in minori numero trium, ſed
minimè vt non poſſint eſſe in maiori; ſiquidem in
ijs etiam, quæ de iure ſunt neceſſaria, non vitiatur
vtile per inutile, inquit Baldus *conſ. 26. num. 6.*
verſ. hac enim eſt regula, lib. 1. idipſumquè tra-
didimus *lib. 2. q. 19. num. 31. poſt gloſſ. & Abb.*
antiq. alioſq; ibi per nos adductos; atque etiam
nũc conſtanter aſſeueramus; etiamſi minimè igno-
remus, Rotam *in Treueren. Abbatia, 20. Nouem-*
bris, 1624. coram Reuerendiſs. D. Coccino, impreſ-
ſa apud Caſtellin. de electio. cap. 4. ſub nu. 17. pag.
mihi 103. viſam fuiſſe in contrariam ſententiam
inclinare, poſt aliquos collectos per *D. Barboſ. in*
eo. c. quia propter, n. 13. verſ. tertium ſubſtantiale.

Præter enim argumentationem prædictam, ea
vrget ratio, quòd ſemper in maiori numero mi-
nor inſit, etiam pro implenda forma, vt experimur
in numero ſeptem teſtium per ius commune re-
10 quiſito in teſtamento; etenim † hic eſt de forma
eſſentiali, & ſubſtantifica ipſius Teſtamenti, *Bart.*
in l. nemo poteſt, 58. nu. 1. in prima oppoſ. de legat.
Iaſ. in l. eum quis, n. 10. C. de iur. & fact. ignor.
& melius in l. ſi vnus, nu. 5. C. de Teſtam. Burſatt.
qui alios allegat, conſ. 370. num. 72.

11 Et tamen, ſi augeatur, † indè non perit forma
huiuſmodi, *l. heredes palam, 21. ff. de Teſtam. vbi*
præ cæteris Caſtren. ſub num. 9. ad med. verſ. nam
ſi ſunt plures, Aleiat. in l. 1. §. ſed ſi mihi Pamphi-
lum, ſub num. 6. ad fin. verſ. ſecundo probatur, de
verb. oblig.

Ratio autem in contrarium adducta, quòd Re-
12 gula † *cap. vtile 37. de reg. iur. in ſexto*, non proce-
dat, vbi aliquid eſt inductum pro forma, *Bald. in*
l. gracè 9. §. illud commune, verſ. ſed ſalua reue-
rentia, & n. 2. de fideiuſſor. Angel. in l. 1. §. ſed ſi
mihi, num. 1. iuncto nu. 2. verſ. quarta, & vltima,
de verb. oblig. Guttier. canon. quæſt. lib. 2. cap. 15.
num. 117. Roman. conſ. 66. ſub num. 2. verſ. il-
lud autem.

13 Ità vt recedens à parte, † cenſeatur recedere à
toto, propter indiuiduitatem, quam ipſa forma
inducit, *Becc. poſt alios, conſ. 12. ſub nu. 30. ad fin.*
verſ. & dicit Brunus; vnde in terminis electionis
14 ſtante † ſtatuto, quòd electio fiat ad annum, & nõ
vltra, ſi fiat ad triennium, in tantum eſſe nullam,
vt nequeat ſuſtineri ad ſolum annum, conſuluerit
Romanus *in præcit. conſ. 66. num. 2.*

Hæc inquam ratio, non videtur adaptari huic
15 articulo; procedit † enim vbi per adiectionẽ inu-
tilis, ſiuè ſuperflui, detrahitur formæ, non autem
vbi ceſſat hæc detractio ex compatibilitate: tunc
enim forma pinguius adimpletur, atque ita actus
non corruit per adiectionem, *gloſſ. in l. non ſunt*
liberi, §. prodigioſum, de ſta. homin. quam exornat
Aleiat. in d. l. 1. §. ſed ſi mihi, ſub num. 6. verſ. ter-
tio opponitur de verb. oblig.

16 Et quamuis concedamus, etiã adijciendo † poſ-
ſe detrahi formæ, tamen id intelligitur, quando
adiectio ipſa, ſub pœna nullitatis actus reijcitur
ab eo qui formam induxit, vel (quod in idem
recidit) quando ipſa adiectio repugnat actui, vt
benè explicat, & declarat *Aleiat. in d. §. ſed ſi*
mihi, num. 11.

Quapropter, ſimile de electione ad triennium
facta contra ſtatutum limitatiuũ ad Annum, & nõ
vltra, diſſimilem prorſus habet rationem; cùm ſta-
tutum huiuſmodi, reijciat adiectionem temporis
dum formatur actus electionis, vt ideo ea adiectio
17 ſit contra formam, non ſecus, ac adiectio † Laico-
rum cœtui Canonicorum in electione Epiſcopi
contra Iuris prohibitionẽ, quę electionem ipſo iu-
re inficit, vt probat *tex. in cap. Meſſana, 56. de ele-*
ctione, modò ſcilicet Canonici, interuentui huiuſ-
modi aſſenſerint, nec potiùs his inuitis, illi violen-
ter irruerint, vt ibi declarat *Abb. num. 5.*

Vrget enim perpetuò, iſta contra prohibitionẽ
adiectio, defectum in forma; & in hac ratione
optimè poteſt ſuſtentari illorum ſentẽtia, qui opi-
nati fuerunt corruere in totum promulgationem
18 indulgentiarum † factam per Epiſcopum, vltra
tempus ſibi permiſſum per Concilium generale *in*
cap. cum ex eo, 14. de pœniten. & remiſſion. propter
nimirum expreſſam prohibitionem talis adiectio-
nis, quam hodie habemus *in cap. vlt. eod. tit. in*
ſexto, vt in eo. c. vlt. apertè cenſuit Ioan. Monach.
ex num. 2. vbi Prob. pariter ex num. 2. Gemin. ſub
nu. 10. ex verſ. gloſſa penultima, Archid. ſub n. 3.
verſ. & iſtam ſententiam, vbi ait hãc ſententiã te-
nuiſſe magnos viros, in qua etiã reſidere viſus eſt,
(ſi rectè eius verba perpendantur) Ioan. Andreæ
ſub nu. 2. verſ. & ibi alij contra, prout perpende-
runt Io. Vanquel, qui dixit hanc eſſe veriorem, ex
verſ. ſed quid in nullo, et Gaſpar Calder. in repet.
cap. poſtulaſti, nu. 90. extra eod. tit. de pœniten. &
remiſſion. Hoſtien. in cap. noſtro, num. 3. extra
eod. tit. Afflict. deciſ. 107. num. 3. & quæ ideo ſen-
tentia mihi etiam videtur verior, quicquid in con-
trarium cenſuerint *in eod. cap. vlt. Archid. ſub di-*
cto num. 3. verſ. ſed præmiſſa, & Anchar. ſub nu. 2.
in 5. quæſt. poſt gloſſ. & Franc. ſub num. 4. necnon
Abbas in præcit. cap. ex eo num. 8. Henric. Bohic.
num. 27. & Collectar. nu. 41. Et communem pro-
nunciauerint Nauarr. in tract. Iobel. in notab. 31.
num. 16. & Azor. tom. 2. lib. 3. cap. vlt. in ſexta
quæſt. verſ. quæres an ſaltim; quos facilè ſequuti
fuerunt Moderniores aliqui collecti per Barboſ.
in d. cap. ex eo, num. 6. & in d. cap. vlt. n. 2. quorum
nullus mihi videtur attigiſſe præmiſſam rationem.

Nec ſimiliter poteſt in hac controuerſia præ-
tendi aliqua repugnãtia adiecti cum natura actus,
19 vt in caſu *d. l. gracè, §. illud, de fideiuſſor.* in † cu-
ius ſpecie ideo annullatur in totum fideiuſſoris
obligatio, qui ſe in duriorem cauſam obligauerat,
quàm adſtringeretur principalis, quòd è diametro
repugnet naturæ actus ipſius fideiuſſionis, vt ibĩ
aduertit *Gothofred. in litera G. Pariſ. conſ. 164.*
nu. 21. lib. 4. & notauimus lib. c. quæſt. 38. n. 192.

20 Fatemur tamen, tutius † eſſe ſeruare eum nu-
merum; ſed hinc non ſequitur, ſi augeatur, ele-
ctionem eſſe nullam, vt concludit *Mandagott. de*
election. cap. 23. paulo ante fin. verſ. verùm cum
quidam, & ibi adden. in litera R. & docuit
etiam Zabarell. in cap. quia propter, ſub num. 3.
in 12. quæſt.

21 Pro·

21 Proceſſit autem error hîc,ex malo more † no-
ſtrorum, dum ſæpè nituntur auctoritati alicuius
Doctoris claſſici, nequè interim perpendunt, qua
ratione fundetur; ſiquidem hæc opinio adſcribi-
tur Abbati *in d. cap. quia propter, ſub num.* 13.
verſ. tertium ſubſtantiale, qui magis hoc videtur
dicere quàm verè dicat; dum enim ſimpliciter
ait, eligendos tres, non plures, vel pauciores, ex
cõmuni ſententia,contra gloſſam; non animaduer-
terunt,gloſsã de qua ipſe intelligit,*in verb. ſanior,*
verſ. quòd tres tantùm, in eo duntaxat cõmuniter
repræhendi, quod exiſtimauerit poſſe minui hunc
numerum, modò excludatur fraus, nequè rurſus
aduerterunt, Abbatem motum fuiſſe argumento
*text. in l. ſi vnus, C. de Teſtam. vbi declaratur nul-
lum Teſtamentum, ſi vel vnus ex ſeptem teſtibus
à lege requiſitis deficiat*; quandò nihil vulgatius
ſit apud Iurisprudentes, quàm Doctorum dicta
22 intelligenda † eſſe ſecundùm leges, & doctrinas,
quas allegant, iuxta monitum *Bart. in l. non ſo-
lùm, §. liberationis, num. 7. de liberatio. leg. Alex.
conſ. 218. nu. 4. lib. 2. cum alijs, quos refert Franc.
Becc. conſ. 52. nu. 27. & notauimus lib. 2. quæſt. 8.
num. 44.* vt ideo parum curanda ſit aliorum opi-
nio, qui malè accepta doctrina Abbatis, profuſius
quoquè loquuti fuerunt, inter quos *Imola, in eod.
cap. quia propter, num. 7.*
23 Præter autem circumſtantiam hanc † numeri,
circa huiuſmodi Scrutatores, & eorum Officium;
vnum non eſt prætermittendum, quod nõ ſatis ex-
plicatum video; videlicet eorum Officium in tri-
bus conſiſtere, nempè, in ſecretè ſcrutando vota
eligentium, in eadem redigendo in ſcriptis, &
denique in ſic redacta publicando in communi,
quemadmndum educitur ex litera ipſius Conci-
lij Generalis. Quæ enim ſubſequuntur collatio
in communi, & electionis ſolemnizatio, nullo
modo pertinent ad ſcrutatorum Officium, ſed
ſpectant ad ipſum Capitulum; quod tamen poteſt
hæc eadem alijs demandare, vt aduertit *Specul. de
electio. §. 1. num. 15.* Hæcquè ipſa eſt ea publica-
24 tio † ſcrutinij, per quam dicitur præciſa in Electo-
ribus variandi facultas, ſecundum diſpoſitionem
text. in cap. publicato 58. eod. tit. de qua infra, &
benè etiam conſiderat *gloſſ. in eod. cap. quia pro-
25 pter, in verb. publicent.* Adeo vt † collatio, & alia
quæ ſubſequuntur nulla ratione poſſint expediri
per ſcrutatores, qua ſcrutatores ſunt, niſi hoc eis
in ſpecie fuerit mandatum per Capitulum, & ſic
qua ipſius Capitulum mandatarij non qua ſcruta-
tores ſunt, *Abb. in eod. cap. quia propter, nu. 10. in
6. quæſt. ſpecul. d. §. 1. num.* 20.
Hic autem poſtremus actus, in quo terminatur
Officium ſcrutatorum, videlicet publicandi vota
26 in communi, vt non poteſt negari quin † eò ten-
dat, quò omnibus tandẽ innoteſcat quod ſecretè
actũ fuit, vt punctualiter dicit *Specul. in d. §. 1. ſub
nu. 18. ad fin. verſ. & ſic publicant*, ſitquè in ordi-
27 ne, & ad finem † collationis ſuffragiorum per Capi-
tulum ineundæ, cuius formam ponit idem *Specul.
eod. loco nu.* 21. probatquè *tex. in cap. In Geneſi
55. §. nec plenè, vbi gloſſ. in verb. ad Zelum, eod. tit.
& gloſſ. in d. cap. quia propter, in verb. collatio-
28 ne.* ita nec poteſt controuerti, quin † implicet
publicationem, nedum ſuffragiorum, ſed etiam
nominum eorum, qui ſuffragia tulerunt, vt eodem
loco ponit Speculator.
Nequè tandem dixeris, iſtud aduerſari nouiſſi-
29 mo † decreto S. Tridentini Concilij *ſeſſ. 25. de
regular. c. 6.* quatenus præcipit, in electionibus
Abbatum temporalium, & aliorum Officialium,
& Abbatiſſarum, atquè aliarum Præpoſitarum
procedi per vota ſecreta, ita vt ſingulorum eli-
gentium nomina nunquam publicentur, vt fortè
opinatus fuit Pater Tamburinus *in tract. de iur.
Abb. tom. 1. in 5. diſput. q. 6. ex nu.* 14. vbi cenſuit,
hodie, ſaltim reſpectu regularium, remotam eſſe
neceſſitatem collationis numeri ad numerum, au-
ctoritatis ad auctoritatem, zeliuè ad zelum; quæ
opinio ſi vera eſſet, hoc etiam ſequeretur, nec fore
neceſſariam publicationem votorum in commu-
30 ni ſiuè ſcrutinij, cùm ceſſante † cauſa legis, ceſſet
quoque ipſa lex, *vulg. l. adigere, §. quamuis ff. de
Iurepatron. cum ſimil. adductis per Tiraquel. ad
regul. ceſſante cauſa par. 1. num.* 130.
31 Quandoquidem, huic opinioni † itâ ſimplici-
tèr inuectæ, nullo modo eſt adhærendum; tametſi
enim me non lateat, virum Iureconſultiſſimum
Gabrielem Cardinalem Paleottum *in tract. de
ſac. Conſiſt. Conſult. par. 5. in 3. q. verſ. tertiò hoc
idem, & in verſ. non obſtat tertium*, tenuiſſe, dictũ
Decretũ Concilij Tridẽtini indeterminatè proce-
dere in quibuſuis electionibus Regularium; nihilo-
minus ex illius lectura deprehenditur reſtringi ad
electiones Superiorum temporalium, ibi, *in ele-
ctione Superiorum quorumcunque, Abbatũ tem-
poralium, aliorumquè Officialium*. dictio enim,
aliorum, refertur ad ſimilia, *gloſ. in l. ſi fugitiui, in
verb. alia pœna, C. de ſer. fugit. cum copioſè addu-
ctis per Gonzal. ſuper reg. de menſ. gloſ. 3. ex n.* 22.
& hunc eſſe verum intellectũ illius decreti agno-
uit quoquè *Rota in Treueren. Abbatiæ 20. No-
uembris* 1624. *coram Reuerendiſſ. D. Coccino, quæ
legitur impreſſa apud Caſtellin. de elect. poſt cap.
4. ſub num. 23. pag. mihi* 107.
32 Remittitur tamen iſta † neceſſitas collationis,
vbi vnus tantum appareret electus, cum tunc ceſ-
ſet illius finis, & neceſſitas, vt ſubijcit *gloſſa ibid.
verſ. hæc enim*.
33 Licet enim † Abbas *in eod. cap. quia propter,
ſub nu. 10. verſ. ſi verò vnus ſolus*, ſcripſerit, adhuc
iſto caſu fieri collationem, non quidem numeri ad
numerum, cùm non detur ipſa oppoſitio, ſed ſim-
pliciter de numero, merito, & zelo; quem ſequuta
eſt Rota *in alia Meten. Abbatiæ 4. Febr.* 1628.
coram R. p. d. Dunozetto, tamen impropriè ibi fuit
loquutus, vſurpando terminum *collationis*, pro ter-
mino generaliori, *diſcuſſionis, & conſiderationis*,
34 vt colligitur etiam ex eius verbis. Et ſanè † nec
eo quidem caſu, collationis huiuſmodi aliqua eſt
neceſſitas, vbi quis eſſet electus à duabus ex tri-
bus partibus, etiam dato obiecto contra Electo-
res pro aſtruendo meliori zelo, & maiori aucto-
ritate in alia parte minori, vt eſt *text. in cap. ſi
quando 9. de elect. in ſexto, & admittit Abb. loco
præcit. ſub num.* 10.

Agnoſco

Agnoſco nihilominus, facilitatem æquiuocandi
in hoc articulo;quæ oritur ex modo conſtituendi
circũſtantiã hãc ſanioris partis ex meliori zelo, &
maiori auctoritare;quod neque ſcribentes, neque
alij(quos tamẽ viderim) ſatis explicarũt. Ideoquè
35 aduertendum eſt, quemadmodum actus hic † col-
lationis,tria hæc reſpicit,numerum, zelum, & au-
ctoritatem Eligentium, in quibus conſiſtit dimen-
ſio maioris, & ſanioris partis; itá totam hanc in-
daginem verſari circa modum, & formam ſingula
hęc diſcutiẽdi. Nam ſi in numero nihil aliud veniat
attendendum, quàm Arithmeticæ regula, in aucto-
36 ritate verò ſimplex dignitas † Eccleſiaſtica, vel
Officium, quod quis obtinet in Eccleſia, vt poſt
*Hugon. exiſtimauit gloſſ. 1. in can. pen. §. nunc
ergo, diſt. 93. cum qua ibi tranſiuit Turrecrem.
verſ. dicit Hugo*, hæc nedum nulla egent diſcuſſio-
ne, veluti ſenſui expoſita, ſed & reſpectu auctorita-
tis, res poteſt videri plena periculi, cùm malè infe-
37 ratur à dignitate † quam quis obtinet, ad perſonæ
grauitatem, in qua grauitate conſiſtit auctoritas,
vt eleganter *deducit gloſſ. in cap. licet ex quadam
47. ſuper verb. perſona, de teſtib.*

38 Quapropter inquiri oportet, quid † circa nume-
rũ, dignum ſit excuſſione. Puto igitur, pro numero
id accipi, quod ad cõſtituendũ numerum præmit-
ti deber; & ſic pertinere ad officium Capituli ex-
cutere, quæ perſonæ habeant vocem actiuam, ſiue
ius ſuffragij, vt indè ponatur certus numerus pro
vtraque parte; quod tàm apertè colligitur ex *tex.
in d. cap. in geneſi*, vt nihil clarius poſſit conſtitui,
ibi, *nec plene numeri ad numerum, quia vtrum. G
& N. de quibus aduerſary referunt quæſtionem,
in electione, vocem habuerint, tractatum non ex-
titerit, nec diſcuſſum*. Non ergò actus collationis
exigit ſimpliciter, vt numerentur ſuffragia, ſed
vt pro illis enumerandis diſcutiatur ſingulorũ ius
39 ſuffragij, neq; † enim diſpoſitio *tex. in l. Barbarius
de Offi. Prætor.* admittitur in hac materia ſuffragij
competentis iure priuati, non iure publico, vt
docuit *Innocen. in cap. cũ dilectus, ſub nu. 4. verſ.
item dicunt quidam, & nu. 5. de conſuet.* quem
ſequuti fuerunt *in ead. l. Barbarius, Angel. ſub
nu. 2. verſ. & dicit Innocentius, & Iaſ. ſub n. 66.
in 2. limit. omnium melius Abb. in cap. cum
Vintonien. 25. ſub nu. 54. verſ. non obſtat ſi dica-
tur, de elect. & in cap. ſi verè 34. ſub nu. 9. verſ. ſi
vero gerit, de ſenten. excom. Maſcard. de probat.
concl. 649. ſub nu. 45. verſ. tertium membrum.*

Quo fit, vt ad inducendam hanc neceſſitatem,
neceſſaria quoque ſit obiectio quam ſupponit
text. *in prææalleg. cap. in geneſi*; tunc enim demum
incipit non tolerari, qui prius fortè latuit error,
& ſic apertè deficit extremum aliud ſuper quo eſt
fundata diſpoſitio *d. l. Barbarius*, ibi, *quandiu la-
tu it*, & propterea ſufficit proteſtari, vt videtur de
mente *Innoc. in præcit. cap. cum dilectus, nu. 4.
& 5. & in d. cap. cum Vintonien. ſub nu. 5. verſ.
item non obſtat.*

Circa verò auctoritatem, ex qua deducitur me-
40 ritum, poteſt quidẽ † ea referri ad dignitatem, vel
Officium Eccleſiaſticum, ſecundum Hugonis ſen-
tentiam; at non ſimpliciter, ſed in ordine ad vo-
tum qualificatum iure aliquo ſingulari compe-
tens tali dignitati, ita vt tota hæc auctoritatis
æſtimatio, dependeat ab illa diſcuſſione, an, &
quale votum vnicuique perſonæ competat. Neque
41 diuerſa ratione † æſtimetur melior zelus; poſito
enim numero, & illius præponderantia ex vna
parte, neceſſariò conſequitur meliorem zelum
præſumi pro maiori numero, vt eſt textus apertus
*in cap. Eccleſia veſtra, il ſecondo, quod in ordine
eſt 57. §. tandem*, ibi, *cum maior numerus eſt, ze-
lus melior præſumitur, eo. tit. de elect.* Enimverò
quod in ſpecie illius Decretalis ex vna parte pro-
ponebatur, meliorem zelum eos habuiſſe, qui
perſonam magis idoneam elegiſſent, in nulla ibi
per Pontificem habitum fuit conſideratione; ſat
42 enim eſt † non fuiſſe electum indignum, *cap. cum
nobis, 19. §. illius quoque litteratura, eo. tit. de
43 elect.* aliàs innolueretur † vniuerſa Reſpublica
maximis, & acerbiſſimis litibus; cuiuſmodi eę ſunt
omnes, in quibus de meritis hominum agitur, vt
poſt alios punctualiter pronunciauit *Rota in
Toletana Canonicatus 18. May 1584. coram
ſanct. mem. Clemen. VIII. quæ legitur impreſſ.
apud Garc. de benef. in 5. par. cap. 4. ſub nu. 166.*

44 Adeò vt, hæc omnia quæ circa † meritum,
ſiue auctoritatem perſonarum, melioremq; zelũ,
proponuntur, pendeant ab vna diſcuſſione, vt di-
ctum eſt, quod, & quale quiſque habeat ſuffra-
gium pro educendo, & benè firmando numero:
ſtatim enim cætera conſequuntur. In quo ſenſu
ſaluari poteſt Gloſſæ ſententia *in d. can. pen.* quate-
nus cenſuit, poſito maiori numero pro vna parte,
nullam eſſe habendam rationem melioris zeli, aut
maioris auctoritatis alterius partis minoris, quã
nuper, & iure merito approbauit *Rota in cauſa
Pampilonen. Canonicatuum de Roncesualles
24. Nouembris 1630. coram R. P. D. Pirouano*;
non quia ſcilicet maior auctoritas, vel melior ze-
lus admittatur in minori, ſed quia potius exclu-
datur, & iuris præſumptione conſtituatur in
maiori *ex d. cap. eccleſia veſtra.*

45 Sic, eadem ratione, æqualiter ſectis † votis, vt
non præualet numerus, ita nec præualet pro ali-
qua parte eadem præſumptio melioris zeli; ne
quandò plus ſit in cauſato, quam in influenti po-
tentia cauſæ, *Bald. in l. 6. nu. 2. ff. de Senator.* ſed
remanet actus ipſo iure vtrinq; infectus, ſecun-
dum ea, quæ inferius dicentur.

In hoc ergò ſcrutinio, qualitercumquè conſide-
retur actus ex parte eligentium, qui ſcrutatores
ſiuè ſimplices, ſiuè authoritate compromiſſaria
miſtos deputare conſueuerunt, nec quidem datur
terminus habilis pro acquiſitione Iuris alicuius;
nam ſi attendatur id quod præcedit ipſum ſcruti-
nium, totum illud reuoluitur circa vnum, quod eſt
nominatio vnius, aut plurium, extollendo eorum
merita, ad effectum, vt vota in eos dirigantur; qui
46 quidem actus, † veriùs eſt propoſitio ſimplex tan-
quam de perſonis viſis idoneis, quàm nominatio,
nec propterea proponentes arctat in eadem ſen-
tentia perſiſtere, vel alios cogit ad eorum iudi-
cium ſequendum. Vndè impoſſibile eſt per actum
huiuſmodi quæri Ius aliquod nominato, aut pro-
poſito

Digitized by Google

poſito, vti per eum textum notat Abbas *in c. quòd*
ſicut, 28. §. ſuper eo, num. 1. & in cap. auditis 29.
num. 3. eodem tit. de elect.

Quin, nominatio huiuſmodi, valdè eſt apta no-
cere ſic nominato, cùm indè excitatis animis, li-
47 ceat † cuiuis ſingulari perſonæ de Eccleſia, oppo-
nere, nè eligatur, & ex iuſta cauſa ad ſuperiorem
appellare, idem *Abbas in cap. cum inter Canoni-*
cos, 21. ſub num. 1. in 3. notabili eod. tit.

Si verò attendatur id quod fit in ipſo ſcrutinio,
ſemper incurrit eadem inhabilitas: enimuerò nũ-
48 cupatio † perſonæ in ipſo actu ſuffragij, quandò
vnuſquiſquè iam feriò rem agens, profitetur ſe
eligere talem, ſi ſupponamus maiorem partem vo-
torum in hunc nominatum, vel etiam omnia, dire-
cta eſſe, hoc caſu ſi tractetur de Iure quæſito ipſi
nominato, directò, ideſt per applicationẽ ad per-
ſonam, res caret omni probabili difficultate, cùm
ſine applicatione non fiat actus, *Abbas in d. §. ſu-*
per eo, ſub dicto num. 1. verſ. quadam nominatio,
quæ fit in ſcrutinio, quod repetit in d. cap. publica-
to 58. ſub num. 9. verſ. ſed ego nego, eod. tit. de ele-
ctione, & tradit etiam Bellam. in Can. quanto, qui
in ordine eſt 11. ſub num. 4. verſ. aut ergò quæris
de nominatione diſt. 63.

At ſi tractetur de Iure quæſito per indirectum,
49 ſiuè conſequutiuè, quia † ſcilicet Electores indè
nequeant variare; licet iſta facultas variandi vi-
deatur ſolum intercepta, vbi eſt publicatum Scru-
tinium, vt deciditur *in d. cap. publicato*, tamen
dum ea non exercetur; differturquè publicatio,
videtur aperiri via ipſi nominato, implorandi Iu-
dicis officium; vt quia ad eius aures deuenit ſe
fuiſſe in ſcrutinio nominatum, vtcunquè non cu-
ret, tamen nè gentes ſiniſtram de ſe opinionem
concipiant, arbitrantes ob culpam aliquam fuiſſe
reiectum, cogat ſcrutatores ad publicandum ſcru-
tinium, vt docuit *Abbas Antiq. in eod. cap. publi-*
cato, ſub num. 4. verſ. quod eſt verum.

Vbi autem conſideratur actus ex parte ipſorũ
ſcrutatorum, & compromiſſariorum, quemadmo-
dum ſenſim actus hic perficitur, ita ſenſim indè
50 ius quæritur. Nam nuda illa † ſcrutatio, ſolam
quandam inducit idoneitatis præſumptionem,
Bellame. in cap. vnic. ſub num. 5. verſ. aliud eſt
ſcrutinium, ad fin. de ſcrutin. in ord. fac. quòd ſi
51 proceſſum † ſit ad publicationem, quæ eſt actus
medius inter ſcrutationem, & electionem in com-
muni, nedum in electionibus intelligitur impe-
dita variatio, ex diſpoſitione *text. in dicto cap.*
publicato, vbi Anchar. num. 2. & Abbas itidem
ſub num. 2. verſ. poſt ſcrutinium, & idem Abbas
in præcitato cap. quod ſicut, §. ſuper eo, ſub nu. 2.
ad finem, verſ. ſed is qui nominauit, Franciſcus
de Marchis quæſt. 925. nu. 2. par. 1. (modo ſequi
52 poſſit † electio in perſona vnius pro quo ſtet ma-
ior pars votorum, vt explicat *gloſſ. pragmat. ſan-*
ctio. tit. de Collat. §. volens itaquè, in verb. no-
minationes, circa medium, verſ. ſed nominantes
publicato ſcrutinio, Mil. in verb. electio tracta-
tur, cum ſequent.)

Verùm etiam aperitur via ipſi electo, dùm dif-
fertur electio in communi, illam vrgere, & ſic Ius
53 ei quæritur † ad proſequendam electionem ſuam,
gloſſ. in eod. cap. publicato ſuper verb. compellan-
tur, ad finem, ſeu verius vt perficiatur forma
illa accidentaria, & ſuperinducta à Iure poſiti-
uo, quæ conſiſtit in collatione votorum, & in
54 electione in communi. Quo † enim ad formam
naturalem, quæ conſiſtit in conſenſu maioris par-
tis, iam eſt actus perfectus, diciturquè initiatum
matrimonium ſpirituale, vt eleganter explicat, &
concludit *Abbas in eod. cap. publicato, ſub num. 2.*
verſ. quartò dicit: dummodo ſcilicet, electus ſit
55 præſens, † & acceptet, vt ibi per eum *eod. num. 2.*
ad fin. verſ. præterea dico. Quamuis enim abſen-
56 tia non † conſideretur, quò magis, minusuè liceat
electoribus variare, tamen id nõ reſpicit fauorem
electi, ſed odium ipſorum, vt benè aduertit *gloſſ.*
pragmat. Sanctio. loco ſuperius citato, verſ. nec
per talem nominationem. Quippè id cautum eſt,
57 ex deteſtatione inconſtantiæ, quæ † cùm in reli-
quis, tùm maximè in hac materia intolerabilis eſt,
cap. inter dilectos 11. §. quià vero, & ibi gloſſ. in
verbo irritam, ad finem de exceſſ. prælat.

Quamuis exiſtimem, id æquè inductum fauore
58 electi, ea enim publicatio † ſcrutinij vim haber
vocationis ad Prælaturam, vt ideò ſine vllo pror-
ſus ambitionis ſpiritu iam moueri intelligatur,
quemadmodum optimè infert *Gemin. conſ. 84. ſub*
num. 13. verſ. & idem dicitur.

Quatenus verò vlterius eſt proceſſum, per appli-
cationem videlicet ad perſonam electi; vtiquè ta-
lis applicatio infert ius ad rem, ſed magis, & mi-
nus reſolubile, prout maior, vel minor eſt ipſa ap-
plicatio. Nam ſi poſt publicatum ſcrutinium, vnus
aliquis per verba ſingularis numeri (vt de iure re-
59 quiritur, † *cap. ſicut de elect. in ſexto, Abb. in d. cap.*
quià propter num. 10. ad finem, verſ. electio autem,
Franc. de Marcb. deciſ. 922. num. 2. par. 1. &
cenſuit Rota in dicta Meten. Abbatia 4. Febr.
1628. coram R. p. d. Dunozetto) vice omnium ele-
ctorum, & totius Capituli nominet electum, iam
60 iſta nominatio † tranſit in aliud nomen, & in aliam
ſpeciem, propriusquè dicitur electio, & tribuit
ius, *Bellam. in præalleg. can. quanto, diſtinct. 63.*
ſub num. 4. verſ. aut quæritur de nominatione,
61 *quam facit eligens:* nec aliud exigitur † mãdatum,
quàm tacitum, ex præſentia omnium, *d. c. ſicut, de*
elect. in ſexto. Franc. de Marcb. deciſ. 1208. nu. 1.
par. 1. quod etiam notauimus *lib. 2. quæſt. 19. n. 39.*
cum ſeq. poſſuntquè alij addi, quos recenſuit *D.*
Barboſ. in Collect. ad d. cap. ſicut, num. 4. Et iſtud
62 de † pronunciatione in ſingulari numero, nomine
omnium, & totius Capituli, vſque adeo eſt de for-
ma, vt nec poſſit omitti, ſi procedatur ad electionẽ
miſta via ſcrutinij, & cõpromiſſi; nequè enim om-
nes compromiſſarij, ſed vnus tantùm vice omnium
debet pronunciare electionem factam, alias nulla
eſſet, vt eſt *text. apertus in præall. c. ſicut, & tradit*
etiam Roman. conſ. 216. n. 4. formamq; huius ele-
63 ctionis in † cõmuni colligunt Doctores, ex doctri-
na *Abb. in c. in Geneſi 55. ſub nu. 3. poſt med. verſ.*
& hodiè habetur forma, eo. tit. de electio. Specul. de
electio. §. 1. ex nu. 25. Mandagott. eod. tract. c. 34.
verſ. ſanè ſi quis cui ex officio, & ibi adden. in
litera

Digitized by Google

litera P.& clarius,in cap.59.in 9.form.Aret.conſ.
16.ſub num. 5. verſ. circa ſecundum.
Hæcquè obtinent,vbicunquè electio iſta in cō-
muni celebratur in præſentia ipſius electi, ſi enim
abſens ſit, remanet iſtud ius in pendulo,& lex prę-
64 figir † terminum octo dierum ipſis electoribus,
ad eam præſentandum electo,*in cap.cupienter,16.*
§.caterùm,de elect.in ſexto.
65 Vt autem facta præſentatione,† non poteſt cō-
trouerti, quin facta ſit applicatio actus ad perſo-
nam, vt poſt alios tradit *Decian. conſ.8. num.85.*
66 *lib. 1.* etiamſi fiat Procuratori, habenti † tamen
ſpeciale mandatum,*Franc.de Marcb.deciſ.1366.*
num.3.verſ.ſi verò Procurator.
Itá nedum ineligentibus remanet extincta fa-
67 cultas variandi, ſed ipſi quoque electo † intelligi-
tur ius quæſitum, pro conſequutione beneficij(ci-
tra tamen ius Prælaturæ) vt notant omnes *in præ-*
cit.can.quanto,63.diſtinct.præcipuè Archid. n.4.
Bellem.ſub num.2.verſ.ad hoc reſpondeo, Prapoſ.
in prima col.ad fin.verſ.aliorū eſt opinio, & Tur-
recrem.num.4.& 5.Felyn. in cap.cùm Bertoldus
num.2.& 3.de re iudic.Card.conſ.30.n.3. Graff.
aurea.deciſ.par.3.lib.3.cap.11,ex num.10.
68 Neque enim pro acquirendo † hoc ſimplici iu-
re, exigitur acceptatio electi, cum ſufficiat pen-
dere tempus ſibi conceſſum ad acceptandum, vt
probat *text. in d. cap. cupientes, verſ. nihilomi-*
nus, & in cap.ſi religioſus, eod. tit.de electio.in
ſexto,& expreſſè notat in d.cap.quam ſit,Io.Van-
quel in quarta concluſ.
69 Quod vtiquè tempus non currit, niſi ex † die
præſentationis,cùm propter negligētiam,vel ma-
litiam electorum præſentare differentium, nullum
præiudicium generetur electis,in proſequutione
iuris ſui, quod eſſet valdè iniquum, *gloſſ. in d.cap.*
quàm ſit,6.§.cupientes,in verb. commodè,eo.tit.in
ſexto,Mandagott.loco præcit. cap.36. ad fin. verſ.
caterum propter negligentiam,& ibi adden. in
litera N. qui alios allegant.
Nec vlli videri poteſt à Iuris regulis exorbi-
tare, quod conſtitutum eſt, etiam ante accepta-
tionem ius quæri electo, cui eſt facta præſenta-
tio, dum differt eam acceptare; nam imò ve-
rius id habet manifeſtam rationem,videlicet,pro-
70 pter reciprocum † ius ipſis electoribus quæſitum
contra electum,vt ſi reluctetur, poſſit cogi ad ac-
ceptandum,ciuili tamen modo, & ex terminorum
habiliū ſuppoſitione, videlicet ſi idoneus ſit, ſuæq;
idoneitatis cōſcius, & Eccleſia eius ope indigeat,
vt ex ſententia B.Auguſtini *in can.olim,qui in or-*
dine eſt 8. benè deducit gloſſ. in can. in ſcripturis,
71 *qui eſt 9.in verb.minimè,8.quaſt.1.*vbi vult † ele-
ctum teneri hoc caſu acceptare electionem, ſub
pœna peccati mortalis; vndè emergit ciuilis ille
modus,ſeu (vt verius dicam) indirectus,in cogen-
do contumaciter recuſantem, dum enim ſic recu-
ſat, videtur ſe ſubducere charitatis neceſſitati, &
eam opprimere,*can. qui Epiſcopatum, ad fin. ca.*
8.quaſt.1. vndè ſi agatur coram inferiori à Papa,
iam poteſt declarari, taliter recuſantem pecca-
re, & in conſequens compelli per cenſuras ad re-
ſipiſcendum,non vt nolens acceptet, ſed vt de no-
lente fiat volens; ſi verò agatur coram Romano
Pontifice,is valet eum directo vrgere,vt acceptet,
ſubeatquè onus, vt docuit *Butr. in cap. vlt. ſub*
num. 24. verſ. & dic ab inferiori, quem ſequitur
Abb.ſub num. 12. verſ. quoad primum, de poſtul.
Prælat.Franc.de Marcb.deciſ.1220.ſub num. 3.
& ſub num.7. verſ. Panormitanus vero,par.1.
72 Proindequè,ſi Papa † interim prouideret alteri
de beneficio,vtique prouiſio nulla foret ex inten-
tionis defectu; cum id exigat certam ſcientiam cū
ſufficienti derogatione talis Iuris quæſiti, *Rota*
deciſ.17.in princ.verſ.nam Papa,de præbendis in
nouis,Bellam.deciſ.167.Ferret. conſ.185.num.3.
hucquè contrahenda ſunt quæ indiſtinctè notata
reliquit *Anton.Fab.ſub tit.C.de Sacroſan.Eccleſ.*
defin. 19. & 20.
73 Huic ſiquidem electo,non poteſt † denegari cō-
firmatio, vt explicauimus *lib.1.quaſt.27. num.1.*
74 adeò vt talis confirmatio † reputetur actus iuſti-
tiæ,vt poſt *Bal.conſ.101.ad finem lib.5.*pronūcia-
*uit Rota apud Greg.deciſ.240.num.11.*niſi mani-
feſtè appareat de electi indignitate, vt declarat
*Decian.conſ.18.in 2.quaſt.lib.4.*qui alios allegat.
Si verò etiam ſequuta ſit acceptatio in tempo-
re, nimirum intra menſem iuxta *d. cap. quam ſit,*
ſimulquè petita ipſius electionis confirmatio, in
75 quibus duobus † conſiſtit officium electi,iuxta di-
ſpoſitionem *tex.in eod. cap. quàm ſit*; Iam in hoc
actu (qui reſpectu ipſius electi videtur perfectus,
& abſolutus) non ſolum conſeruātur prærogatiuę
76 ſupradictæ,ſed etiam † his adijcitur ſuprema, quæ
ante confirmationem poteſt haberi, videlicet vt
indè cenſeatur electo Ius Prælaturæ acquiſitum,
in habitu tamen, non etiam actu, & exercitio, vt
docuit *gloſſ.1.in præallegato Can.quanto,63.diſt.*
non longè à principio,verſ.ſi quaras quale Ius, &
benè declarant Abbas in cap. Noſti,9.n.2.de elect.
Felin. in d. cap. cùm Bertoldus, num.2. verſ. &
Archidiaconus, & in cap. nè Dei, ſub num.2. ad
fin.verſ.tertiò,de Simon. Pater Sigiſmund.de Bo-
non. in tractat. de elect. par.1.cap.6.dub.44.n.1.
Franc.de Marcb. dicta deciſ.1220. nu.5. part.1.
& deciſ.897.num.2.par.2.Greg.deciſ.240.nu.17.
77 Quod enim dicitur, Electum ante † confirma-
tionem non habere plenitudinem Officij, à quo
pendet adminiſtrandi poteſtas,*cap.nihil.44.§. ca-*
78 *terum extra de elect.*intelligitur de exercitio,† nō
de iure ipſo adminiſtrandi, *Prapoſ.in can. 1.ſub*
num.24.verſ. intellige ergo diſt.23.
79 Qualiter autem electus debeat † cōſentire ele-
ctioni,ſcrupuloſior,quàm alicuius ponderis eſt in-
dago.Etenim ſi voluntas ipſius non exploretur an-
te electionis actum, cùm iam conſtituerimus eū
non poſſe præcisè cogi per alium, quàm per Pa-
pam;verendum eſt aliquo modo, nè cōtingat eum
reſpuere electionem de ſe factā, indequè duo per-
nicioſa ſequantur: Vnum vt vilipendatur dignitas
ad quam ſit electio, Alterum vt differatur proui-
ſio. Si autem exploretur, ſubit ipſe eligendus hoc
80 periculū, nè dum † aſſentit, nulla reddatur electio
ob prǣſumptum ambitionis ſpiritum,*cap.cùm poſt*
petitam,46.& ibi gloſſ.in verb.requiſitū,de elect.
Innocen.in c.1. paulo ante n.1,ver.tamen hoc non
petent,

Digitized by Google

petent, de maior. & obed. Tholoſ. in Commen. &
Annotat. ad Ius Canonicum, de elect. in re bene-
fic. cap. 9 num. 6

Quod ſi expectetur actus præſentationis de ele-
ctione iam facta, adhuc ſubeſt idem periculum, nè
ſi illicò acceptet, notetur nihilominus de cupi-
81 ditate: Vnde † Gregorius innuit, ſacris Altaribus
eum admouendum, qui inuitatus renuit, quæſitus
refugit, repellendum autem, qui vel importunè ſe
ingerit, vel vltrò ambit, *canon. ſicut is, qui eſt vl-*
82 *timus, 1. quæſt. 6.* per quem textum gloſſa † *in*
cano. in ſcripturis, in verbo fugientibus, 8. quæſt. 1.
cenſuit, nullum eſſe eligendum qui ab initio non
diſſenſerit.

83 Cæterùm, mores noſtri facilè † formulas ali-
quas excogitarunt, quibus vtroquè tempore ho-
neſtati ſatisfiat: ſi enim rogetur eligendus, ante-
quàm eligar, & reſponderit, *non intendo reſiſtere*
vocationi Dei, cenſent noſtri, hanc reſponſionem
æquipollere precibus nè eligatur, & nihilominus
ſatis indè exprimi voluntatem acceptandi, ita In-
nocentius *in cap. cùm in Iure, ſub num. 4. verſ. ſo-*
lutio dic. de electio. quem probauit Abbas in d. cap.
cum poſt petitam ſub num. 5. verſ. & melius, eod.
tit. nec diuersè loquitur *Archid. in d. cap. cupien-*
tes, ſub n. 17. ad med. ſuper verb. præſtare cõſenſum
eo tit. in 6. Franc. de Marcb. deciſ. 1219 n. 3. p. 1.

Si autem efflagitetur eius conſenſus poſt factã
84 electionem, adeoquè in ipſo † puncto, quo ſibi ea
præſentatur, conſulunt vt aliquantulum renitatur,
vel pro euitando periculo, ne pernicioſus aliquis
interim eligatur, ſic ſtatim acceptet, vt nihilomi-
nus ſpiritũ ambitionis a ſe procul ſpernere videa-
tur, reſpondendo, aut ſic, *volens nolo, & nolens*
volo, aut ſic, *neceſſitas charitatis me cogit conſenti-*
re: ità Innocent. loco proximè citato verſ. ſed ex
quo electus eſt, quem ſequitur Abbas pariter in ci-
tato cap. cùm poſt petitam, verſ. ſi autem requiratur
conſenſus, Franc. de Marchis præallegata deciſ.
1219. ſub dicto num. 3 verſ. ſi autem requiritur,
tranſcripris fermè verbis ipſius Abbatis, & hoc
eſt in effectu, quod duobus verbulis concluſit *gloſ-*
ſa, in dicto can. in ſcripturis, in verb. fugientibus
verſ. tepide tamen.

85 Pudori enim † perpetuò eſt parcendum, nè quiſ-
piam appetentiæ procacioris exiſtimetur auctor,
ex monito Beati Ambroſij in *can. honorantur, qui*
in ordine eſt 13. 32. quæſt. 2.

Quemadmodùm autem actus electionis, ex
86 parte † eligentium dupliciter conſideratur, quà
ſcilicet eſt in fieri, ſiuè potentia, & quà eſt perfe-
ctus: & rurſus vt eſt perfectus quà eſt ſine applica-
tione ad perſonam electi, & quà eſt cum applica-
tione, ità diuerſimode reſoluitur, nequè ſemper
eſt eadem vis reſolutiua, ſæpius enim deuoluitur
poteſtas ad Superiorem, nonnunquam verò inte-
gra manet apud eoſdem.

Quà igitur electio conſideratur dum eſt in fieri,
dupliciter poteſtas deuoluitur ab electoribus ad
87 Superiorem; primò propter † caſum negligentiæ,
nam ſi agatur de Cathedrali, cuius prouiſio nequit
vltra tres menſes differri, nè quando cadente Pa-
ſtore dominicum gregem antiquus hoſtis inua-
dendo dilaniet, vt inquit *B. Gregorius, relatus in*
can. poſtquam, qui eſt 11. diſtinct. 50. ſi vltra
huiuſmodi tempus protrahatur electio, ea deuol-
uitur (iuſto impedimento ceſſante) ad Superiorẽ,
cui alij tres menſes ad eligendum aſſignantur, in
cap. nè pro defectu 41. extra de electio. tempusquè
88 iſtud currit, non ex † momento vacationis, ſed ex
die ſcientiæ ipſius Capituli, & quo potuit ad ele-
ctionem deueniri, vt in *eod. cap. nè pro defectu*, re-
ctè cenſuit *Innocen. ſub num. 2. verſ. credimus ta-*
men, Azor. moral. par. 2. lib. 3. cap. 28. in 6. quæſt.
verſ. qui quidem dies, quamuis in hac ſententia
Hoſtienſis ibi minimè perſtitiſſe videatur *ſub n. 3.*
poſt med. verſ. vndè non currit; idquè eo duntaxat
89 caſu † obſeruandum eſt, quo Prælatus defungitur
extra Eccleſiam, nam ſi apud Eccleſiam, prorſus
ceſſat dubitatio hæc: quãuis adhuc ſubtilius quæ-
ratur, an ex momento vacationis, aut verius à ſe-
pultura tempus huiuſmodi decurrat, in quo tamẽ
articulo Ioannes de Lignano, exiſtimauit poſſe
defendi, non currere tempus, niſi ex die ſepulturæ,
& cum hac opinione videtur reſediſſe *Bellem. ſub*
num. 13. verſ. fortificatur primum dictum, & ex
mente Vincenty, & Archid. tenuit etiam *Colle-*
ctar. num. 3

90 Dum verò idem textus, in hoc æquiparat † re-
gularem Eccleſiam Cathedrali, non videtur rece-
dendum ab ea ſententia, vt id intelligatur non de
omni Collegiata, in qua ſunt Clerici, vel conuer-
ſi ſine proprio viuentes, *vt poſt Innoc. & Com-*
poſtell. num. 1. & alios exiſtimauit *Bellem. num. 6.*
ſed de Eccleſia Regulari, quæ habet regulam ap-
probatam, & in qua propterea emittuntur tria
vota ſubſtantialia Religionis, vt latè diſputat in
eod. cap. nè pro defectu, Abb. ſub num 4. verſ. du-
91 *bium verò maius*, nec rurſus de † alio Prælato in-
telligi oportet, quàm de eo per cuius obitum cõ-
tingit vacatio Eccleſiæ, *Compoſtell. ſub d. num. 1.*
verſ. quid de dignitatibus, Hoſtienſ. ſub num. 2.
verſ. non autem intelligunt, & ſub num. 3 verſ.
vndè & hic, ſuper verb. regularis, Ancher. ſub
num 5. verſ item intelligit, Innoc. ſub nu. 2. verſ.
item non intelligimus, Ioan. Andr. nu. 7. Bellem.
ſub num 6 verſ. ſed ſecundo pone.

Conſeruatur nihilominus in hoc articulo deuo-
lutæ poteſtatis ius electionis paſſiuæ, nè videlicet
92 alteri † per Superiorem prouideatur quàm vni ex
Collegio, vt probat *text. in eo. cap. nè pro defectu,*
ibi, *viduatam Eccleſiam, de perſona idonea ipſius*
quidem Eccleſiæ, vel alterius, ſi digna non repe-
riatur in illa.

Quamuis enim Innocentius, in extremis verbis
exiſtimauerit id ibi cautum, quia fortè non om-
nes deliquerint in non eligendo, vel quià non erant
præſentes, vel, ſi erant præſentes, propter ſcanda-
lum, vel, aliam cauſam omiſerunt eligere intra
tempus; attamen verius eſt, indiſtinctè determina-
tum, quià videlicet, per huiuſmodi negligentiam
non eſt indicta pœna priuationis vocis paſſiuæ, ſed
actiuæ duntaxat, vt per *gloſſ. ibidem, in verb. ipſius*
verſ. ſed quare, & Hoſtienſ. ſub num. 12. verſ.
aliquãdo verò paſſiuã, quem ibi ſequitur Bellam.
num. 10. & latè defendit Abb. num. 7. Ancher. ſub
num. 5.

Digitized by Google

num.5. in 4. oppoſit. verſ. Hoſtienſis dicit; nequè
ab hac ſententia alienus eſt *Io. Andr. num. 16.* &
quidquid alias poſſet dici, iſte iotellectus ſumma
nititur æquitate, & ita fieri ex honeſtate debere,
ſicquè Papam ſibi reſpondiſſe ſcriptum reliquit
Compoſtell. in eo. cap. nè pro defectu num. 6. ad fin.
& benè faciunt rationes ponderatæ per *Franch.*
in cap. contra eum, 57. ſub num. 4. ad fin. verſ. La-
pus verò. & num. 5. de reg. iur. in ſexto, de qua re
latè etiam ſcripſimus *lib. 2. q. 24. num. 62.* vtcunq;
93 exiſtimem † prouiſionem aliter factam mero iu-
re tenere, quod cenſuit gloſſa ſuperius citata *in*
princ. niſi (quateous is ad quem eſt facta neceſſa-
riò ſit inferior à Papa) appelletur, vt ibi diſputat, &
concludit *Collectar. num. 9.*

Quo etiam fit, vt ſi deuolutio facta ſit ad Pa-
pam, is huic neceſſitati minimè ſit obnoxius, vt
benè aduertit *Henric. Boic. in cap. dilectus, nu. 3.*
de conceſſ. præben.

Tametſi exuberet in hoc Summorum Pontificũ
modeſtia, quod experimur in electiuis vacantibus
in menſibus Apoſtolicis, & ſic reſeruatis in vim
Regulæ de menſibus: quamuis enim nihilo ſecius
94 comprehendantur † ſub ea reſeruatione, vt habet
Regula in verbis, & explicat *Gonzal. gloß. 19. in*
princ. per tot. etiamſi ſint Canonicatus, & præben-
95 dæ † Lectorales, de quibus egimus *lib. 2. q. 21. ex*
num. 127. vt pariter tenuit *idem Gonzal. d. gloſſ. 9.*
in §. 2. ex num. 81. & Garz. de beneſ. lib 5. cap. 4.
ex num. 167. & in conſequens non ſe compatia-
96 tur † ius eligendi in inferiore, cũ libera facultate
Papæ prouidendi, cui velit pauperi Clerico, & be-
nemerito, *Gregor. deciſ. 240. ex num. 7.* nihilomi-
97 nus, ſi ex indulto † Apoſtolico beneficium debea-
tur certo generi perſonarum, vtcunque remaneat
eliſum ius illud eligendi, Papa non prouidet, niſi
perſonæ de tali genere, iuxta doctrinam *gloſſ. in*
cap. cum in Eccleſia tua, ad fin. verſ. conſuetudini
ergò, de præben. in ſexto, cum alijs per nos congeſtis
eo. lib. 2. q. 39. ex num. 7. & ita reſpondit Rota
apud Gregor. d. deciſ. 240. num. 19.
98 Fit ſecundo caſu, deuolutio hæc, etiamſi in † tẽ-
pore fiat electio, quatenus ſcienter per ipſos Ele-
ctores peccetur in materia, ideſt in perſona electi,
dum videlicet eligitur indignus: eo enim ipſo, non
ſolum actus remanet nullus, verùm etiam remanẽt
electores pro ea vice priuati eligendi poteſtate
ipſo iure, *cap. cùm in cunctis 7. §. clerici, vbi gloſſ.*
in verb. priuatus, iuncto text. in cap. cum Vinto-
nien. 25. §. nos igitur eod. tit. de elect. modo tamen
99 vſque adeo in † voto perſtiterint, vt deuentum fue-
rit ad electionem in communi; alias, tametſi pro-
prias offendant conſcientias, priuationis pœnam
huiuſmodi non incurrunt, *c. perpetuo, 7. eo. tit in 6.*
100 Quo fit, vt ſi tractetur † de Cathedrali, publica-
toque ſcrutinio, ac facta electione in communi in-
de emergat fuiſſe electum indignum, poteſtas tota
deuoluatur ad Papam, ex Conſtit. Bonifacij VIII.
in cap. quanquam, 18. eod. tit. in ſexto, ſi videlicet
omnes ad vnum peccauerint, nam ſi vel vnus ele-
giſſet perſonam dignam, præualeret electio hæc, vt
declarauimus *lib. 2. q. 18. ex num. 2.*

Et quoad iuſtificationem ſciẽtiæ de indignitate
101 perſonæ, quæ pendet ab eo, † an vitium ſit occul-
tum, vel ſecus, *cap. ſi electio 26. eod. tit. de elect. in*
102 *ſexto*, non eſt dubium onus † iuſtificandi ignoran-
tiam pertinere ad ipſos electores, vt eſt *text. in*
cap. innotuit 20. §. habito ergò, vbi optima gloſſ.
quæ docet modum iuſtificandi, in verb. ignoran-
tiam, extra eod. tit.
103 In alijs autem Eccleſijs † inferioribus, vel di-
uerſis à Cathedrali non fit deuolutio immediatè
ad Sedem Apoſtolicam, ſed ad Superiorem im-
mediatum, vt eſt expreſſum *in d. cap quanquam,*
104 *verſ. ſecus autem*, præterquam eo caſu, † quo Ec-
cleſia eſſet exempta, vel ageretur de implicita de-
uolutione, per viam appellationis ad ipſam Sedem
emiſſæ, vt eſt *text.* & ibi inſinuat *gloſſ. in cap. Cu-*
pientes 16. in princ. in verb. debent, eod. tit. de ele-
ctio. in ſexto, & nos latius explicauimus *in præcit.*
quæſt. 24. num. 47.
105 Si verò peccetur in forma, vtcunquè † actus ſit
ipſo iure nullus, propter decretum irritans appo-
ſitum in concilio generali, vt explicauimus *eo. lib.*
2. quæſt. 19. ex nu. 3. tamen hinc non infertur ne-
ceſſariò ad deuolutionem; nam vel interim labi-
tur tempus, & hoc caſu, fit quidem deuolutio, ve-
runtamen ea non procedit ab inualiditate actus,
ſed ex temporis lapſu, quem ſimiliter eadem actus
nullitas non poteſt impedire; Vel nõ labitur tem-
pus, & ſola nullitas non habet hanc vim deuoluẽ-
di, niſi ratione adiunctæ pœnæ priuationis ex ſen-
tentia, vt eſt expreſſum *in d. cap. quanquam*: Qua-
propter, vt ex ſuppoſitione nullitatis huiuſmodi,
intelligatur facta deuolutio omninò exigitur con-
curſus duorum: Prius eſt, quod actus electionis,
qui ſupponitur nullus, ſit quoad ipſos electores
perfectè conſumatus, ideſt per electionem cele-
bratam in communi, *gloſſ in d. cap. perpetuò, in*
106 *verb. perſtiterint.* Alterum † quod facultas denuò
eligendi, ſit auulſa ab ipſis electoribus, quod (du-
rante tempore à iure conceſſo) aliter non poteſt
intelligi, quàm lata ſententia priuationis, vt ex-
preſſè demonſtrat *text. in d. cap. quanquam*; ſi igi-
tur nihil aliud obſtet, quàm factum electionis præ-
cedentis, nullæ, & inualidæ, reſquè adhuc ſit inte-
gra, & reſpectu temporis, & reſpectu iudicij, quia
adhuc non ſit pronunciatum Electores eſſe priua-
tos ea vice poteſtate eligendi, nihil eſt quin ijdem
electores poſſint deuenire ad nouam electionem,
vt demonſtrauimus *ead. quæſt. 19. ex nu. 67.* etiãſi
fiat poſt appellationem, vt probat *text. in c. conſi-*
derauimus, in quo differt à poſtulatione, vt ibi ad-
uertit *Innocen. ſub num. 3. verſ. item ſi electio. de*
elect. ſecundum ea tamen quæ inferius dicentur.
107 Lata autem ſenteotia, † iam deſinit res eſſe in-
tegra, neque diſtinguitur, an ſententia ſit lata ab
homine, vel à Iure, modò hæc priuet, non autem
ſimpliciter priuari mandet, tunc enim idem foret
dicendum, *Ancher. in cap. auditis 29. ſub num. 3.*
longè poſt med verſ. aut prima fuit nulla, de elect.
108 Neque tamen ſemper eſt neceſſaria † poſitiua
caſſatio, & explicita, quià vbi caſſatio inducta eſt
ipſo iure, quæ æquiparatur inductæ per ſententiã,
vt apertè ſentit *Io. Andr. in d. cap. conſiderauimus*
10. ſub n. 2. ad fin. ſuper verb. caſſatam, de electio.

alia

alia rurſus non eſt præciſè neceſſaria, & benè do-
cet *gloſſ. in cap. bonæ, 36. in verb. expectare, Abb.*
in cap. cum Vintonien. 25. num. 6. eod. tit. & vide-
tur quoquè *tex. in d. cap. conſiderauimus, vbi gloſ.*
in ver. ordinationem, & ibi Abb. ſub nu. 2. ad fin.
verſ quia ſi fuiſſet nulla : eſſet enim actum agere,
quod videtur de mente *gloſſ. in d. cap. auditis, ſu-*
per verb. caſſatam, & ſuper verb. irritandam, cum
qua ibi ſentit Ioan. Andr. num. 11. & hoc dari pro
109 vera regula, † ſiue ſecunda electio fiat eodem
contextu, ſiue ex interuallo, notat *Innoc. in d. cap.*
conſiderauimus, ſub num. 3. circa fin. verſ. datur
Regula vera, de electio.
Exigitur tamen, vt ea nullitas, iuris caſſationi
110 ſubiecta, † ſit notoria, & manifeſta, vt declarat in
eod. cap. conſiderauimus Innocen. nu. 3. & in cap.
cùm terra, ſub num. 4. verſ. niſi fortè, Abb. in cap.
auditis 29. ſub num. 8. verſ. quæ etſi erat nulla,
eod. tit. & probat text. in d. cap. conſiderauimus, in
illis verbis, *poſt illam qualemcunque electionem*
111 *non caſſatam* : dictio enim illa, † *qualemcunque*,
præſefert apparentiam quandam, *l. ſi mater, 11. §.*
eandem, ad fin. de except. re. iud. proindequè in
112 hoc articulo † neceſſariæ caſſationis, duo hæc per-
petuò obſeruanda ſunt; vtrum ſcilicet detur ter-
minorum habilitas, ex diſtinctione duorum actuũ
113 (fruſtra † enim de hoc quæritur, vbi ſupponitur
vtraque electio celebrata eodem contextu, ideſt
ex eodem ſcrutinio, & adhuc iiſdem electoribus
præſentibus, vt declarat *Innoc. in eo. cap. conſide-*
rauimus ſub num. 3. verſ. & intelligo in eundem
contextum) & rurſus vtrum prior electio habeat
aliquem colorem validitatis; quod tùm depræhē-
114 dimus, † cùm verſamur in eo caſu, quo lex eam
non irritat, ſed ſimpliciter iubet irritari; dum enim
non irritatur, dicitur eſſe in ſtatu validitatis, velu-
ti cum ſupponitur nullitas ex contemptu non vo-
cati; qui etiamſi magis inficiat electionem quàm
multorum contradictio, *cap. bona, 36. & ibi Abb.*
num. 6 eod. tit. de electio attamen interim dum
115 non annullatur, † reputatur valida, *Innocen. in d. c.*
auditis, ſub num. 4. verſ. contra ſolutionem, & do-
cuit etiam Abb. in cap. in Geneſi, 55. nu. 11. eo. tit.
& poſt alios P. Sigiſmundus a Bonon. de electıon.
dub. 10. ſub num. 1. verſ. hinc infertur.
116 Perpetuò † enim remiſſibilis eſt cōtemptus hu-
iuſmodi, etiam poſt confirmationem, non ſolùm
ſi expreſsè, ſed etiam ſi tacitè remittatur, itàvt ſi
cōfirmatio proceſſerit cauſa cognita, fruſtra dein-
ceps de hoc defectu quæratur, *Abb. in pracit. cap.*
quod ſicut, 28. num. 3. & 15. eod. tit. de elect.
117 Abſentium enim † vocatio, per quam excludi-
tur contemptus, non eſt de ſubſtantia, & forma
intrinſeca electionis, ſed tantum de Iuſtitia, pro-
ptereaque nō inficit actum defectus hic ipſo iure,
vt benè ratiocinatur *Abb. in pracit. cap. bona, ſub*
num. 9. verſ. ad ſecundum contrarium.
118 Quandoquidem hoc ſingulariter † eſt introdu-
ctum in electionibus, cùm in aliis actibus vniuerſi-
tatis minimè neceſſarium ſit: ſat enim eſt quid
actum eſſe à maiori parte, *l. nulli 3. ff quod cuiuſ-*
119 *que Vniuerſ. nom.* adeò vt tametſi in † electioni-
bus exigatur conuocatio per ſonum Campanæ,
vel alium modum conſuetum, *cap. in cauſis, 30. §.*
nunc vero, de elect. Seraph. deciſ. 247 num. 1. atta-
120 men non eſt † ſic in aliis, in quibus ſat eſt de facto
reperiri maiorem partem congregatam, *Caſtr. in*
l. vniuerſis num. 3. & 4. C. de precib. imper. offer.
Crott. in repet. l omnes Populi, ſub num. 46. verſ.
prima concluſio, ff. de iuſt. & iur. Bald. in l. 1. n. 7.
ff. de legib. Dec. conſ. 10. nu. 1. Pariſ conſ. 90. nu. 15.
et 16. lib. 4. Franc. de Marcb. deciſ. 889. n. 2. par. 2.
quos ſequuta fuit Rota in Pampilonen. Canoni-
catuum de Ronceſualles 19. Ianuary 1632. co-
ram R. p. d. Piroũano.
121 Quò fit, vt † ſi propter contemptum huiuſmodi
caſſetur electio, maneat electoribus poteſtas ex
integro eligendi, nec illa cenſeatur deuoluta, ſeu
conſolidata in contemptis, cùm iure id minimè
cautum ſit, vt demonſtrat *Abb. in d. c. bona mem.*
36. per tot. d. nu. 9. vbi ait eſſe communem Docto-
rum ſententiã, pro qua ponderat ibi eum textum,
& eſt etiam de mente gloſ. *in verb. expectare, verſ.*
& licet illi deliquerint.
Quod tamen intelligitur, ni ea poteſtas ſit ſu-
122 ſpenſa; † veluti cùm negotium ſuper validitate
electionis, eſt deuolutum ad ſuperiorem; dum
enim ſuper hoc articulo diſcutitur, non poteſt at-
tentari ſecunda electio, etiam prætextu caſſatio-
nis prioris, nè idem videatur conſtitui actor, &
Iudex, *gloſſ. in d. verb. expectare, verſ. dico, quod*
electio, & eſt text. in illis verbis, cum de priori no-
ſtrum deberet expectari iudicium; indequè textus
idem vocat talem electionem præſumptam, & hoc
idem docuit *Innoc. in cap. Auditis nu 3. & 4. eod.*
tit de electio. Ferreti. conſ. 192. nu. 14 Rota deciſ.
113. lib 3. par. 3. diuerſ.
123 Licet enim, vt dictum eſt ſupra, † etiam lite pen-
dēte poſſit, caſſata priori electione, deueniri ad ſe-
cundam, tamen hoc verum, ſi inter ipſos electo-
res lis ſit, non autem ſi inter electos, vel inter eoſ-
dem electores, & electum, qui ius ſuum proſe-
quatur, vt Rotam reſpondiſſe in cauſa quadam
Salamantina Abbatia 7. February 1547. refert,
(tametſi ipſe videatur diſſentire, ſed perperam)
Lancellot de atten. lit. pend. l. n. 18. 22. num. 11.
Ratio autem neceſſitatis caſſationis, vbi adeſt
aliqua apparentia validæ electionis, eſt, quod cùm
124 in omni † materia vitari oporteat ſcandala, *clem.*
1. de ſent. excom. etiam ſi minima ſint, *clem. 1. vbi*
gloſſ. in verb. ſcandala, de Offic. Ordin. tùm maxi-
125 mè in electionibus id præcaueri † oporteat, *gloſſ.*
in d. cap. conſiderauimus, in verb. ordinationem,
facillimè enim ſcandalizarentur externi à Colle-
gio, ſi durante illa apparentia, viderent electores
ad nouam electionem properare, indeq; aut neu-
tro cedente, duo ſeſſores vni ſedi, vel ſtallo præpo-
ſiti cōſpicerentur, aut altero cedente, adhuc in ip-
ſis electoribus poſſet inconſtantia, & leuitas ani-
mi notari, quod, vt ſuperius diximus Canones ab-
horrent. Data itaque ea apparentia, etiam ex ſim-
plici præſumptione iuris, quæ in dubiis eſt pro
actus validitate, *l. quoties 13. l. vbi eſt 21. de reb.*
126 *dub.* exigitur ſententia, † ſiue poſitiua hominis de-
claratio, quę huiuſmodi caſſationē inducat, in quo
ſenſu videtur *text. in d. cap. auditis, vbi Abb. nu. 8.*

127 In cuius quidem † textus ſpecie, licet prima
electio facta à minori parte Capituli eſſet nulla
ipſo iure, vt nec mereretur nomen electionis, cùm
potentia Vniuerſitatis, à qua procedit electio, ne-
queat conſiſtere penes minorem partem, *cap. 1. de
his quæ fiunt à maio. par. Capit. idem Abb. in cap.
cum nobis 19. ſub num. 9. verſ. concluderem ſic, eo.
tit.* tamen per acceſſum aliorum ſuffragiorum po-
128 terat dubitari, † an conualuiſſet, ſaltim apud vul-
gus, cuius facultas, non eſt diſtinguere inter acceſ-
ſum Collegialiter factum, cui vis iſta poteſt attri-
bui, & non collegialiter factum, cui eadem vis ne-
gatur, vt per *Abb. eo. loco num. 9. ad fin. verſ. vndè*
129 *poteſt*; vtcunque in † dubio actus præſumatur ge-
ſtus vniuerſitatis nomine, ſi numeri defectus non
repugnet, *l. 2. ff. quod cuiuſque Vniu. nom.* vt nec
130 opus ſit † exprimere perſonas fuiſſe Capitulariter
congregatas, *Aebil. deciſ. 291. alias 2. num. 2. de
his quæ fiunt à maior. par. Capit. & fuit reſpõſum
in Pampilonen. Canonicatuum de Roncesualles,
19. Ianuarij 1632. coram R. p. d. Pirouano.*
Stet ergò, eatenus priorem electionem nõ caſ-
131 ſatam, impedire † ſequentẽ, quatenus non ſit irrita
ipſo iure, ſimulque ipſi electores priuati poteſtate
eligendi pro ea vice, *vt concludunt Doctores in
eod. cap. auditis, præcipuè Ioan. Andr. nu. 17. &
Abb. ſub d. num. 9. verſ. primo caſu, aut prima ele-*
132 *ctio*, ſi enim eſſent † priuandi per ſententiam, quan-
tumcunquè electionis actus fuiſſet nullus, adhuc
ab eis non eſſet auulſa hęc poteſtas, vt ibidem cla-
rè cenſuit *Ancher. ſub nu. 3. longè poſt med. verſ.
aut prima fuit nulla*.
Quapropter, quotieſcunque id in dubium reuo-
catur, electores audiendi ſunt: poteſt enim dari ca-
133 ſus, quo electio ſit nulla † citra defectum aliquem
ipſorum eligentium, veluti ſi obtendatur metus,
& impreſſio alicuius poteſtatis. Vtcunque enim ſit
ipſo iure nulla electio, cum benè valeat reſtringi
voluntas electorum ad certum genus perſonarum,
ſed non ad certam perſonam, quod eſt contra na-
turam electionis, *vt in præalleg. cap. cum terra* 14.
vbi Abb num. 3. & idem Abb. in cap. dilecti nu. 14.
eod. tit. nihilominus dum non benè eſt liquidum
factum illatæ violentiæ, habet apparentiam vali-
134 ditatis, nec Electores † cenſentur priuati, quomi-
nus ea caſſata, poſſint rurſus eligere, *cap. vbi peri-
culum, vbi gloſſ. in verb. electio, de electio. in ſexto.
Baix. in director. electio. par. 1. cap. 6. ex num. 1.
Decian. conſ. 18. in prima quæſt. verſ. & in termi-
nis noſtris, lib. 4.*
135 Nequè rurſus ea priuatio † eſt irremiſſibilis, ſi
aliqui in eum defectum lapſi fuerint; veluti, ſi
qui elegerint indignum alijs non conſentientibus:
nam, vt ad iſtos non conſentientes, non autem ad
Superiorem deuoluitur ſolida poteſtas, ita nihil
eſt, quin his, qui in priori electione peccauerint,
iſti qui non peccarunt poſſint de eorum poteſtate
participare; cum lex illos non afficiat tota vaca-
tione, ſed pro ea vice tantùm, qua tentarunt eli-
gere, vt clarè deciditur per *text. in cap. cum Vin-
tonien. 25. vbi poſt Ancher. Abb. nu. 2. & 6. verſ.
vltimò nota, & num. 11. eod. tit. de elect.* Niſi ta-
136 men † eadem lex vlterius procedendo, non ſolùm
priuet ea vice, ſed etiam inhabilitet perſonas; ſic
enim impediretur participatio poteſtatis, *vt in eo.
cap. cum Vintonien. declarat Abb. nu. 3. vbi n. 8.*
137 *ad fin.* notat † ſolam admiſſionem ad actum ele-
ctionis, habere vim participationis, *& num.* 10.
138 quantum ad articulum inhabilitatis benè † diſtin-
guit inter ſuſpenſionem à beneficio, & ſuſpenſio-
nem ab Officio, vt prior haudquaquã inhabilitet
ad eligendum, poſterior verò ſecus, quod prius
docuerat *in cap. cum inter, il 1. quod in ordine eſt
16. num 6. eod. tit. & in cap. cum dilectus, 8. nu. 17.
& 18. de conſuet.*
Quæ diſtinctio, perpetuò eſt obſeruanda in om-
139 nibus † quoque caſibus, in quibus citra peccatum
in electionis actum, aliqui de Capitulo ſuſpenſi
ſunt ex præexiſtenti ſententia, aut iuris, aut homi-
nis pœnam priuationis inferente, ſecus verò in
ſuſpenſis ſimplici Iuris ſuſpenſione, ob participa-
tionem, vt declarat *Abb. in d. cap. cum inter, nu. 6.*
Eiuſdem quoque virtutis in ſuſpendenda facul-
tate electorum erit iuris, aut Iudicis inhibitio; ve-
140 luti † cum viget lis, vel proteſtatio nè fiat electio,
cum interpoſitione appellationis legitimę: Quam-
uis enim lite pendente inter electores, ſuper iure
eligendi, talis lis non afficiat Prælaturã, aut ſubie-
ctum aliud, ad quod ſit electio, quominus conti-
nuando ſuam poſſeſſionem valeant eligere, ex quo
nihil litigioſi transfertur, vt optimè docet *Innoc.
in cap. ex parte, ſub num. 4. ſuper verb. inhibere
de Arbitr.* dilata † ſimplicitèr confirmatione ad fi-
141 nem litis, nè illi præiudicetur, *Lap. allegat.* 136.
*ſub num. 8. verſ. & hunc iuris intellectum, Boer.
deciſ. 2. num. 26. Lancellot. de atten. lit. penden.
d. limit. 22. num.* 12.
142 Tamen † ſi lis non ſit ſuper iure eligendi, ſed ſu-
per iure quæſito ex electione ipſi electo, de quo
dubitetur, ſuſpenſa omnino remanet huiuſmodi fa-
cultas; cùm iam agatur de transferendo eo iure
litigioſo, de perſona vnius, in perſonam alterius,
quemadmodum docet idem *Innoc. in cap. cum ve-
niſſent, num. 7. de in integ. reſtit.* & propterea vbi-
cunque celebrata eſt electio in diſcordia, indequè
lis exorta, non poteſt lite pendente fieri electio, ſi
143 vel lis ſit inter ipſos † electos, ex mente *Innocen.
ibidẽ, & clarius explicat Ferrett. conſ. 192. n. 15.
per to. præcipuè ad fin. verſ. & ratio prædictorum*
144 *aſſignatur*, ſiue ſit † inter Capitulum, & vnicum
electum, in quibus terminis eſt *Rota deciſ.* 113.
ad fin. lib. 2. par. 3. diuerſ.
145 Eodemquè modo, & fortiùs † cenſeretur impe-
dita eadem facultas, ſi, vt dictum eſt, appellatum
foret: dum enim pendet appellatio, non poteſt, vel
caſſari electio, vel conualidari per acceſſum voto-
rũ, *idem Innoc. in d. cap. auditis, n. 3. & 4. Lancell.*
146 *d. cap. 22. nu.* 10. ſufficitque † contradictio vnius,
pro iuſtificanda appellatione, & impedienda ele-
ctione, vbi agitur de electione ſupranumerarij,
per quam ſingulorum ius tangitur, *vt in cap. ex
parte, de conceſſ. præben. tradunt Innoc. num. 4. ad
fin. verſ. ſi autem facultates, Hoſtien. num. 8. verſ.
ſecundo quia, Ancher. num. 9. verſ. Innocentius, &
Abb. num. 4.*
Dixi autem, vbi agitur de electione ſupranume-
rarij,

Digitized by Google

147 rarij, atquè ita ex ſuppoſitione, quod † Eccleſia
ſit numerata: ſi enim Eccleſia non eſſet numera-
ta, ceſſaret præiudicium, & omne intereſſe appel-
lantis, & in conſequens vſquè adeò eſſet iniuſtifi-
cabilis appellatio, vt nec appellans eſſet audien-
dus, *l. 1. in prin. ff. de Appell. recipien.*

Quamuis enim, quod dicitur in Eccleſia merè
148 receptitia † non dari vacationem, ſed ſimplicē ceſ-
ſationem, & dum prouidetur, ſimul naſci ſubie-
ctum de quo fit prouiſio, *cap. dilecto 25. §. præ-
terea, vbi Imol. num. 7. Butr. num. 8. Abb. nu. 9.
& alij paſſim de præben. Innocen. in cap. ex par-
te ſub num. 1. verſ. item litera, & ibi Hoſtienſ.
num. 7. de conceſſ. præben. Abb. antiq. in cap. ina
nobis num. 2. de conceſſ. præben. Gonzal. ad regul.
de menſ. gloſſ. 9. §. 3. nu. 10.* & explicauimus *lib. 1.*
149 *quæſt. 14. n. 16. & 26.* referatur ad certum † effe-
ctum, videlicet euitandi decretum Concilij Late-
ranenſis, de quo in *cap. 2. de conceſſ. præben.* indeq;
150 non excludatur eadem vacatio, quominus † Cano-
nicatus ſit impetrabilis, tanquàm vacans, adeo vt
ex hoc poſſit prætendi ſurreptio gratiæ Apoſtoli-
cæ, vt optimè docuit *Hoſtien. in d. cap. ex parte
ſub num. 3. verſ. in dicas, & num. 5. quem ſe-
quuta eſt gloſſ. in cap. vlt. ſuper verb. diſtinctio,
ad med. verſ. Hoſtienſis autem de conceſſ. præben.
in ſexto, Gemin. in cap. vn. ſub num. 24. circa
fin. verſ. facit in ſimili de rer. permut.*

151 Et prædicta extinctio tituli intelligatur † fieri
actu, ſed non habitu, in quo actus ipſe perpetuò
conſeruatur, itàut ſemper remaneat locus in Ec-
leſia huiuſmodi, in quo iuxta conſuetudinem, loco
deficientis perſonæ altera ponatur, vt pulchrè *eo.
loc. explicat Gemin. ſub num. 24. verſ. non obſtat
quod extinctio.*

Attamen, hæc reſpiciunt actū prouiſionis alicu-
ius tituli intra numerum cōſuetum, ſed nō poſſunt
applicari electioni ad titulum prorſus nouum, &
ſuper quo nec quidem eſt imaginabilis lis aliqua;
152 nam ſemper id erit verum, † diuerſum eſſe ſubie-
ctum iſtud nouæ electionis, ab eo, quod eſt in
lite, *l. cū quæritur, 12. ff. de excep. re. iud.* ac proin-
153 dè, non cadere ſub attentatum, quod nequit † ef-
fingi ſine lite, *Caſſad. deciſ. 6. nu. 2. ſuper reg. Lan-
cellot. de attent. in præfat. num. 57. & de attent. lit.
pend. limit. 2. n. 16. Rota in recen. par. 1. deciſ. 500.*
154 *ex num. 3. vſquè ad fin.* adeò vt † nec attendatur,
id quod prætenditur attentatum, venire ſecunda-
riò ab eo, ſuper quo eſt lis, *vt notanit Beltram. ad
Greg. deciſ. 345. nu. 6. vbi refert, ſic fuiſſe deciſum
in Romana domus 26. Martij 1618. coram bo. me.*
155 *Andrea*, hacq; ratione † ſaluari actum poſterioris
electionis in Eccleſia receptitia, reſpondit *Rota
in ſuperius alleg. Pampilonen. Canonicatuum, de
Roncesualles, 4. Aprilis 1631. coram Rpd. Duno-
zetto, & 24. Nouembris eiuſdem anni, coram
Rpd. Pirouano.*

156 Datur tamen caſus, in quo ſola appellatio † cau-
ſat attentata; quandò videlicet contradictio fit in
illius formam licet enim nō valeat contradictio, nec
appellatio, nè electio fiat, valet tamen, ne aliter
fiat quàm canonicè, *cap. cum nobis, 19. de elect.* &
157 propterea ſi fiat aliter † quàm canonicè, non ſolū
eſt nulla, ſed etiam reuocatur per viam attentati,
*cap. auditis, 29. vbi hoc notat Ancher. ſub nu. 3. in
vlt. notab. eo. tit.* quod cenſuerat Rota *in præcit.
Pampilonen. Canonicatuum de Roncesualles, 21.
Martij 1628. coram Rpd. Dunozetto*; modò ta-
158 men † appellans in ſua appellatione perſiſtat, pe-
tatquè talem reuocationem, *cap. cum inter 16. eo.
159 tit.* & appellatio † fuerit iudicialitèr interpoſita,
*Abb. in ſuprac. cap. conſiderauimus, 10. ſub nu. 1.
verſ. intellige quod appellatio.*

Circumſcripto ergò caſu, quo poteſtas in ele-
ctoribus nō ſit eliſa, aut per deuolutionem, aut per
ſuſpenſionem, vtiquè eis quandocunquè licebit,
caſſata priori, nouam electionē inire; nec erit ne-
ceſſaria poſitiua, ſiuè explicita, ſiuè implicita caſ-
ſatio, ſi ea iam ſit facta per ſententiam legis (cui
ſubijcitur quæuis electio, nedum ſi electus ſit indi-
gnus, vt iam dictum eſt, & ſic peccet in materia,
verum etiā ſi peccet in forma præſcripta per Cō-
cilium Generale, de qua in ſæpe *cita. cap. quid pro-
pter*, & multo fortius ſi peccet in forma naturali,
quæ conſiſtit in maiori parte Capituli, talis enim
160 electio † æque ſubijcitur caſſationi iuris, *Innocen.
in cap. nihil eſt ſub num. 3. verſ. multò fortius caſ-
161 ſatur eo. tit. de elect.*) ſiquidem vt hæc nullo † modo
eſt confirmabilis, *vt ex mente eiuſdem Innoc. ex-
plicat ibi Bald. nu. 9. & determinat Abb. in præall.
cap. Eccleſia veſtra, ſub n. 13. circa fin. verſ. ſi au-*
162 *tem omnia*,ità alia † non eget caſſatione, quomi-
nus valeant electores ad ſecundam deuenire, quod
eodem loco reſoluit *Abb. poſt gloſſ. in verſ. dicit
tamen gloſſa, & clarius Franc. de Marcb. deciſ.
784. num 2. & 3 par. 1.*

Vt iam mihi aliud egiſſe videantur, qui ſimplici-
163 tèr exiſtimarunt, directis votis æqualitèr † in duos,
illicò Superiori viam gratificationis aperiri, non
ſecus ac in Patronatibus, iuxta terminos *text. in
cap. cum autem, vbi gloſſ. in verb. iudicio Epiſcopi
de Iurepatr. Lambert. lib. 2. par. 3. in 5. quæſt. ex
num. 1. Caſ. de graſſ. deciſ. 5. n. 9. eo. tit. de iurepatr.
Caualer. deciſ. 517. n. 7. & fuit nouiter dictum, in
Aquen. Archipresbyteratus 15. Ianuarij 1631.
coram Rpd. Motmano, & notauimus lib. 2.
quæſt. 11. num. 34.*

164 Proue etiam in beneficijs † ad quorum proui-
ſionem proceditur per concurſum plurium op-
poſitorum, quod ſimiliter attigimus *eod. lib. q. 51.
num. 44.*

Longè enim alia eſt ratio actus Electionis,
quàm ſit præſentationis, aut præelectionis in con-
165 curſu plurium oppoſitorum; nam electio † vt eſt
actus ſpiritualis, *Abb. in cap. illa quidem 39. ſub
num. 5. verſ. præſertim cùm electio, de elect.* tranſ-
166 fert † in electum ius ſpirituale, ideſt ius Prælatu-
ræ; at præſentatio, vt eſt actus temporalis, nihil
ſpiritualitatis transfert in præſentatum, ſed dun-
taxat quoddam ſimplex ius præambulum ad ob-
tinendum ſpirituale, vt rectè ratiocinatur *Abb. in
præcitat. cap. quod ſicut, 28. §. ſuper eo num. 6.
eod. tit. de electio.*

Quatenus ergò, præſentatus æqualitèr cum
altero, petit ſibi gratificari, aſſumit pro funda-
mento ſuæ intentionis actum præexiſtentem

Digitized by Google

perfectum præſentationis videlicet de ſe factæ,
piam perſectionem, non excludit præſentatio ad
167 fauorem alterius: nam ſi iſta † pluralitas præſenta-
torum, contingat ex variatione (quæ laicis Patro-
nis eſt indulta, ob præſumptam in eis dubietatem
circa idoneitatem præſentati, vt poſt *Goffred. ad-
uertit Lambert. lib. 2. par. 2. in 7. quæſt. art. 1. n. 8.*)
168 quia variatio † non eſt permiſſa niſi accumulati-
uè, poſterior præſentatio ità variando facta, non
ſoluit præcedentem, ſed vnicuiquè præſentato ius
ſuum manet illæſum ex præſentationis actu, vt
habet *text. ad litteram, in d. cap. cùm autem, &
benè deducit Lap. allegat. 78. num. 6. aduertitquè
Rota, in Bononien. Parochialis 24. Nouembris
1595. coram Litta, cuius meminit Garz. de benef.
par. 5. cap. 9. num. 213.*

Si verò contingat ex diuerſis præſentationibus
factis per diuerſos patronos, adhuc manet in ra-
dice integritas, & perfectio cuiuſquè actus; cùm
169 in præſentatione † facta per verum Patronum,
præſeruetur ius alterius compatroni, per regulam
quam habemus *in l. aquam, ff. quemad. ſer. amit-
tan. Lambert. de iurepatron. lib. 2. par. 1. quæſt. 3.
art. 16. num. 16. & poſt Feder. de ſen. & abb. latè
probauit Ruin. conſ. 50. num. 9. & 10. vol. 5.
quem ſequuta eſt Rota apud Verall. deciſ. 292.
par. 2.*

At in prætendentibus gratificationem ex pari-
tate votorum in actu electionis, non poteſt dari
præexiſtentia actus alicuius præambuli ad obti-
nendum beneficium, & vndequaquè fit manifeſta
contradictio in obiecto: dum enim petitur grati-
ficatio, quià præceſſerit electio aliqua, eo ipſo
oſtenditur nullam præceſſiſſe, quod non doceatur
maiorem partem Capituli ſteriſſe pro ita petente,
170 cùm virtus † Capitularis, vt iam ſæpius eſt dictum,
radicetur in maiori parte vniuerſitatis, *Abb. in
præall. cap. Eccleſia veſtra, 57. ſub num. 13. circa
fin. verſ. vnde electio facta, de electio. & notaui-*
171 *mus ſuprà n. 146.* nec ſi eligentium vota † ſint ſe-
cta in plures, quã in duas partes, intelligatur ma-
ior pars in comparatione aliarum minorum, ſed
in comparatione, & habito reſpectu ad totam
vniuerſitatem, *vt eſt caſus, in d. cap. Eccleſia ve-
ſtra, il primo, quod in ordine eſt 48. de election.*
172 Etiamſi alias non † eſſet ſeruanda forma Concilij
generalis *in cap. quia propter*, quemadmodum re-
iecta contraria ſententia *Innocen. optimè docuit
Abb. in eo ipſo cap. Eccleſia veſtra num. 4.* & hanc
concluſionem poſuit etiam idem *Abb. in conſ. 25.
num. 4. par. 1. & firmauit Rota, in præall. Pam-
pilonen. Canonicatuum de Ronceſualles, 24. No-
uembris, 1631. coram R. p. d. Pirouano.*
173 Perpetuò tamen, id quod dictum eſt de † ma-
iori parte, referendum eſt ad perſonas exiſten-
tes in Collegio, vt benè explicat idem *Abb. in
d. cap. Eccleſia veſtra, ſub num. 6. verſ. quod in-*
174 *telligo*, in vocatis † enim per habentem poteſta-
tem, & venientibus, etiam ſi minor pars ſit, ſoli-
datur tota Capitularis poteſtas nulla aliorum ha-
bità *Abb. in cap. cum ratione, nobis 19. ſub nu. 9.
verſ. ſed vbi non tractatur, & in cap. in cauſis,
num. itidem 9. per tot. vbi reprobat doctrinam*
175 *Bart. in contrarium, eod. tit. de electio.* vbi † vult
etiam in vno ſolo totam poteſtatẽ ſolidari, *Franc.
de Marcb. deciſ. 784. ſub num. 1. ad med. verſ. adeo
quod, par. 1.*

Quapropter, nemo non videt, in gratificatio-
ne de præſentato, iam dari actum præſentatio-
nis, cui poteſt applicari actus inſtitutionis; verùm
ſi petatur gratificatio pro electo in paritate voto-
rum, non dari præexiſtentiam hanc; ac propterèa
petitionem cõfirmationis per modũ gratificatio-
176 nis eſſe abſurdam, † deficiente actu, cui poſſit ap-
plicari confirmatio, *vulg. l. adoptio, ff. de adoptio.
l. eius qui in Prouincia, ff. ſi cert. pet. cum ſimil.*
177 notumquè eſt ſatis, confirmationem † eſſe acceſ-
ſorium quoddam ad actum electionis, proindequè
eius naturam ſequi, vt ex *Gemin. in cap. cum
in illis §. cum autem, ſub. num. 3. verſ. ſed huic ra-
tioni, de praben. in ſexto, notauimus ſuperiori
lib. q. 21. num. 113.*
178 Hinc itidem fit, vt is, qui hac ratione † ſibi pe-
tit gratificari, palam ſe conſtituat indignum ad
obtinendam Prælaturam, ad quam anhelat, tan-
quam ambitioſus, vt notauimus *ſupra num. 78.*
cum enim adhuc integrum ſit Capitulo eligere,
vt ſupra demonſtrauimus, ſi ſuo deſiderio ſatisfie-
ret, inde detraheretur iuri Capituli. Itàut adnixus
hic prætenſi Electi, manifeſtè intendatur con-
179 tra charitatem, in quo maximè † conſiſtit viru-
lentia ambitionis, vt per *B. Thomam ſecunda
ſecunda quæſt. 131. art. 1.* in corpore: ſic enim
180 maximè † intelligitur ambitio actus inordinatus,
vt explicat *Nauar. in comment. ad can. inter ver-
ba, num. 70. 11. q. 3.*

Quapropter, nihil iniquius proponi poteſt,
181 quàm † huiuſmodi ambitioſum hominem, præ-
textu gratificationis, intrudi in beneficium ele-
ctiuum: locus enim regiminis, deſiderantibus ne-
gandus eſt, fugientibus offerendus, dicebat B.
Gregorius *relatus in can. in ſcripturis 8. quæſt. 1.*
182 pro quo ideo † repellendo ſufficere ipſam præ-
ſumptionem ambitionis docuit *gloſſ. in cap. Offi-
cij 38. in verb. incontinenti, ad fin. verſ. & quid
præſumptio, de electio.* conſtatquè eo ipſo præſum-
ptionem hanc conſtitui, quod non fuerit is qui
petit vocatus, *Geminian. in ſupraalleg. conſ. 84.
num. 12.*
183 Nequè his aduerſatur *text. in canon. ſi † fortè
qui eſt vlt. diſtinct. 63.* procedit enim, quandò
non omnia ſunt æqualia, & ſic loquitur de gra-
tificatione impropriè dicta, ideſt ex merito iu-
ſtitiæ, ibi, *qui maioribus, & ſtudijs iuuatur, &
meritis*, itàut iudicium Metropolitani, de quo ibi,
debeat regulari ſecundum iuris rationem, nos au-
tem loquimur de gratificatione in ſuo proprio ſi-
gnificatu ſumpta, prout eſt actus meræ, & ſim-
plicis gratiæ, non deſcendens ab alio, quàm
a libero abſoluroquè arbitrio gratificare haben-
tis, & quæ ideò nullam exigit cauſæ cognitio-
nem, veluti actus merè voluntarius, & gratio-
ſus, vt explicauimus *eod. lib. 2. quæſt. 2. ex
num. 35.*
184 Enimuerò ea minimè eſt gratificatio, † cui
ſubeſt neceſſitas, & non potius ampliſſima eligẽdi
libertas,

libertas, vt eſt *text.in l.vnum ex familia 69. §. ſi*
de falcidia verſ.non enim,de lega.ſecundo,l.vtrum
8.§.cum quidam,ff.de reb.dub. quos textus ita ex-
pendit *Molin.de Primogen. Hiſpan. lib.2. cap.4.*
ex num. 12.

Porrò, neceſſitas conferendi, non excludit ar-
bitrium collatoris,in gratificando cui velit,in quo
185 vno † conſtituitur plena gratia, & liberalitas, vt
ex eiſdem iuribus determinat quoquè per eum
textum,*gloſſ.in c.relatum 9.in verb.liberaliter,de*
praben. licet eius doctrinam in contrarium ſen-
ſum videatur accepiſſe *Cald. in tract.de renouat.*
*Emphiteb.lib.1.q.18.num.*14. à quo propterea eſt
cauendum.

186 Hincq; venit explicāda gloſſa,*in† can.pen.eiuſd.*
diſt. 63. in verb. nunc ergo,dum longè poſt *med.*
verſ.Metropolitanus gratificet, inter alia videtur
pronunciaſſe,ſectis æqualiter votis eligentium,vi-
deri locū gratificationi,per *text.in c.1.de Paroch.*
*& in d.can.vlt.*nam quoad *text.in d.c.1.* ex illius
lectura patet ad hanc materiam nō pertinere:quo
187 verò ad *d.can.vlt.*eum quidem † loqui de gratifi-
catione,ſed impropriè dicta, vt ſuperius animad-
uerſum eſt: agitur enim ibi de electione Epiſco-
188 pi,ſecundum ea tempora, quibus † procedebat à
Populo, vt conſtat ex alio decreto Gregorij rela-
to in *can. nec nouum 8. q. 1.* ex cuius litera benè
189 etiā † dignoſcitur, ſæpè in huiuſmodi electionibus
diſſidiū cauſari conſueuiſſe magis fauoribus,quàm
iudicio: permittebatur tamen facultas hæc Popu-
lo,vt ibidem refertur,nè quādo odio haberet, vel
contemneret quē non optaſſet Epiſcopum; quod
190 ſumma ratione conſtabat,videlicet,quià † antiqui-
tus communi lege, veluti ab Apoſtolis accepta,
ità fuiſſet ſtabilitum, vt quem quiſque Epiſcopus
Populum Chriſtianum feciſſet,ei imperaret,vt no-
uiter animaduertit *Ioan. Morin. Eccleſiaſt.exerc.*
lib.1.exercit.5.ad fin. nil mirum ſi defuncto Patre,
qui eos Chriſto genuerat, cùm de alio ſufficiendo
ageretur,filijs indulgebatur,nè cuipiā inuiti (vt ità
loquar) adrogarentur contra iuris ſcripti rationē
in l. neque abſens 24. de adoption. Et propterea
eadem gloſſa tranſiuit ad propoſitionem aliorum
remediorum, quod minimè aduertit Pater *Sigiſ-*
mund.à Bonon.in prac.eius tract.de elect.dub.47.
ſub num. 9. verſ.ſi verò vota.

Sed nequè vllum ex remedijs per *gloſſ.*propoſi-
191 tis † videtur Canonicū,præter vnicum caſſationis,
in quo conſentiunt *Archid.ad fin.verſ.nūc ergo,et*
Turrecrem. pariter ad fin. verſ. dicit autem hic
gloſſa, ſecundum tamen ea, quæ ſupra dicta ſunt.
192 Quod enim ei † viſum fuit de re dirimēda per ſor-
tes,ſatis conſtat id iure vetitum, *cap.fin. vbi Abb.*
*n.3. Io.de Anan.nu.11. de ſortileg.*niſi iure aliquo
ſingulari permittatur, vt cenſuit etiam *Garz. d.*
cap. 4. num. 205. par. 5.

193 Eſt tamen iure receptum,ſi eligentes † electio-
nis actum iterantes in eundem impingāt offenſio-
nis lapidem, tunc deuolui ſolidum ius prouidendi
ad Superiorem,qui poſſet hoc caſu,gratificari cui
vellet,ſecundum *gloſſ. in praall. cap. Eccleſia ve-*
ſtra, 57. in verb. non conſenſerit, ad fin. modo id
194 referatur ad Papam,† non etiam ad alium inferio-
rem ab ipſo,vt ibidē declarat *Io.Andr. n.37.* quē
195 ſequitur *Abb.ſub n.13.circa fin.*reſpectu enim † in-
ferioris à Papa, expectari oportet lapſus legitimi
temporis, pro inducenda deuolutione, vt ea facta
non intelligatur prouidere per viam gratificatio-
nis,ſed iure deuoluto, nè alias cenſeatur derogare
Concilio Generali,præſupponēdo actum validum
in electione,quod ſoli Papæ eſt permiſſum, *vt eod.*
loc. notant Ioan. Andr. & Abb.

Atquè ex his, viſo,qualitèr creetur, & creatum
reſoluatur ius quæſitum electo poſt publicatum
ſcrutinium, celebratamq; electionem in commu-
ni,eandemq; ipſi electo præſentatam,ſequitur nūc
breuitèr videre,quomodo ius idem reſoluatur,vel
potius incrementum accipiat ex tempore præſen-
tationis,vſque ad obtentam confirmationē. Con-
196 ſtituenda eſt igitur Regula, ſi electus, ex die † ſibi
præſentatæ electionis, illam non acceptet, vel ea
etiam acceptata, ſe ipſum perſonalitèr præſenta-
re,& ipſius electionis cōfirmationem petere diffe-
rat, iſtud qualecunquè ius euaneſcere, & reſolui,
vt in d.cap.cupientes, §.inſuper. Proindequè duo
eſſe ſingulariter obſeruanda, veluti extrema iſtius
vis reſolutiuæ, vnum videlicet, reſpectu temporis,
& alterum reſpectu negligentiæ; & temporis qui-
197 dem,vt initium ſumat † ex momento præſentatio-
nis huiuſmodi ipſimet electo factæ, itàut non ſuf-
ficiat præſentatam eſſe Procuratori illius genera-
li, *vt in d. §. cæterum aduertit gloſſ. in verb. ele-*
198 *ctis*, quæ optimam † reddit rationem, arguendo
videlicet à matrimonio carnali, ad matrimonium
iſtud ſpirituale, quod contrahitur cum electo; iu-
199 ris enim ratio † non patitur, nuptias fieri ex ge-
nerali mandato, *l.generali 34. in princ.ff. de rit.*
nuptiar.cap. vlt.de Procur. in ſexto, minuſq; at-
200 tendatur † coniunctio ſanguinis, in eo cui electio
præſentata fuit,*Franc. de Marcb. deciſ.1366.ſub*
num. 3. verſ. nec ſufficeret par. 1. licèt actus hic
201 præſentationis † reddatur omninò efficax, ſi ſub-
ſequatur ratificatio electi, vt admittunt *gloſſ. ſu-*
perius citata,vbi etiam Archid. ſub num.11.verſ.
illud etiam, & Franc. de Marcb. d. deciſ. 1366.
num. 3.

Reſpectu autem negligentiæ, eam metiri ex di-
cto initio, vſquè ad petitionem confirmationis
202 in tempore propoſitam.ſiquidem, ex † momento
huiuſmodi petitionis legitimè, & canonicè factæ,
conſtituitur in electo ius irretractabile, etiamſi
ipſa confirmatio non obtineatur, vt videtur deſu-
mi ex *text. in cap. cùm inter Canonicos 21.cum*
ſeq. & in cap.cum dilectus 32. de electio. prout
hos textus ita inducit *Franc.de Marc.deciſ.1381.*
num. 2. par. 1.

Negligentia ergò, deſumitur ex lapſu huiuſmo-
203 di temporis, quod propterea eſt † vtile non con-
tinuum, vt notat *Franc. de Marcb. eod. loco*
num. 4. aliàs enim maxima reſultaret iniquitas,
ſecundum *gloſſ.in præcit.cap.quam ſit in verb. ob-*
tinere, & in verb. petere.

204 Quod plurimum refert; ex quo, eo elapſo † ſi
ſequatur confirmatio,in tantum nihilominus cen-
ſeatur reſolutum per negligentiam ius illud prius
quæſitum, vt talis confirmatio ſit ipſo iure nulla,

niſi proceſſerit à Papa, & ex certa eius ſcien-
tia, vt benè aduertit *gloſſ. in eod. cap. quàm*
ſit, in verb. vacuetur, ad fin. verſ. quid ſi poſtea
confirmationem petat electus, Franc. de Mareb.
205 *eo. deciſ. 1381. num. 5.* fruſtra enim hoc caſu † præ-
tendirur moræ purgatio, *gloſſ. in cap. cupientes, §.*
quod ſi per viginti dies, in verb. expectati, eod. tit.
206 *de elect. in ſexto*, neque enim † vis hæc reſolutiua
conſiſtit in contemptu, ſed in ſimplici negligentia,
gloſſ. in eo. cap. cupientes §. quod ſi per viginti, in
verb. contempſerint, & probat *text. ille in §. de-*
nique, ibi, *et negligentes ſtatuta ibidem ſimilis pœ-*
na percellat.

Quod totum efficit natura ſubiectæ materiæ,
ideſt iuris illius adhuc non perfectè radicati; vt te-
tento ſimili de quo ſupra *num. 57.* dicitur de iure
207 quæſito ex donatione facta abſenti, † ante illius
acceptationem, quæ vtcunque interuentu Nota-
rij efficiatur irretractabilis, *l. abſenti, ff. de dona-*
tio. Aym. conſ. 135. num. 10. verſ. aduertendum,
Seraph. deciſ. 472. n. 3. tamen pro illius reſolutio-
ne, & abdicatione ſufficere qualēcunque animi de-
clarationē, ſine ſolemnitatibus alioqui ex ſtatuto,
aut iure aliquo ſingulari neceſſarijs, *Caſtren. conſ.*
176. num. 14 lib. 2 quem ſequitur Aym. conſ. 164.
ſub nu. 15. verſ. et dicit Paulus, cum pluribus quos
cumulat Carpan. ad ſtat. Mediolanen. cap. 328.
num. 159 & 205.

208 Debet ergò electus, qui paſſus eſt † labi huiuſ-
modi tempus, docere ſe feciſſe quicquid in ſe fuit,
iuſtificando iuſtū impedimentum, vt diſponit *text.*
in d. cap. cupientes, §. inſuper, ubi Archid. ſub n. 4.
ad fin. verſ. fraudem hanc, & num. 61. Franc. de
Mareb. deciſ. 1324. ead. par. 1. neque excuſaretur,
209 ſi † probaret ſe ad Curiam acceſſiſſe in tempore
præſtituto, verum non potuiſſe habere copiam Pa-
pæ, aut illius Miniſtrorum, niſi de hoc ſimul ſolem-
niter proteſtatus fuiſſet, iuxta *gloſſ. in d. §. quod ſi*
per viginti, verb. propoſita, Franc. de Mareb. d.
deciſ. 1324. in princ. & per to.

210 Imò neque excuſaretur † ſi poſt perſonalem
acceſſum ad Papam, propoſita ſua petitione, re in-
fecta illicentiatus à Curia receſſiſſet, *cap. ſi poſt-*
quam, 33 §. ſi verò electus, eod. tit. de electio. in 6.
gloſſ. in præcit. cap. cupientes, §. quod ſi per vigin-
ti, in verb. comparere, Franc. de Mareb. d. deciſ.
1324. num. 2. par. 1.

211 Hincq; benè percipitur diſcrimen † inter negli-
gentiam electi in proſequendo electionē priuſquā
præſentetur Papæ, & negligētiam in eandem pro-
ſequendo, vbi eſt Papæ præſentata; nam primo ca-
212 ſu, eatenus † deuoluitur poteſtas ad Papam, & ex-
tinguitur facultas iteratò eligendi in Capitulo,
quatenus ſcienter peccatum ſit, aut in forma, aut
in perſona, iuxta *text. in cap. quanquam, 18. de*
electio. in ſexto. aliàs ſecus: nam reſoluto eo iure
per negligētiam electi, reintegratur poteſtas Ca-
pituli pro noua electione, perindè ac ſi noua va-
catio contigiſſet, *cap. ſi electio, 26. eod. tit.*

213 Poſteriori autē caſu † remanet in Capitulo per-
petuò extincta hæc facultas, vt determinat *gloſſ. in*
eod. cap. cupientes, §. inſuper, in verb. priuatos, &
ſequitur *Franc. de Mareb. deciſ. 1326. n. 1. par. 1.*

214 Quamuis id non † contingat ſola ratione plenitu-
dinis poteſtatis, aut celerioris expeditionis, vt ij
exiſtimant, ſed longè diuerſa; nimirum quià be-
neficium remanet afflatum auctoritate Papæ, vt
ideo non ſecus ac per appellationem, ligentur ma-
nus quorumcunque inferiorum per hanc reuolu-
tionem in manibus Papæ, quod in effectu voluit
dicere *Archid. in eo. cap. cupientes, ſub nu. 3. longè*
poſt med. verſ. nam remiſſio, vel reſolutio.

215 Quemadmodum, eadem ratione † remaneret
extinctum iſtud ius de nouo eligendi in Capitulo,
ſi electione in diſcordia celebrata, facta eſſet illius
relatio formaliter ad ipſum Papā, vt ſentit *Archid.*
eo. loco, probatq; tex. in cap. bona memoria, il ſecon-
do, quod in ordine eſt 36. §. conſtituto autem, ibi,
non tamen ſine multa temeritate præſumptam,
cùm de priori noſtrum deberes expectare iudi-
cium, antequam procederet ad ſecundam, de elect.

Dixi autem formaliter, per abdicationē videli-
216 cet poteſtatis ab ipſo referēte, quatenus enim † in
ſuſpendenda iuriſdictione in inferiori, adæquantur
appellatio, recuſatio, & relatio, *Io Andr. in cap. 2.*
ſub nu. 2. verſ. hæc ergo tria, de Appellat. in ſexto,
quem ſequitur Bald. in l. ſi quandò, paulo ante
num. 1. verſ. nam appellatio, C. de relation. id in-
217 telligitur † de hac formali relatione, ideſt totali-
ter facta, vt loquitur Sebaſtianus *Vant. de nullit.*
ex defect. iuriſdict. num. 144 & per abdicationem
218 poteſtatis † ab ipſo referente, ſaltim ſuſpenſiuè,
iuxta diſpoſitionem *text. in l. 1. 2. & 3. C. eod. tit.*
de relation. & fuit in iſtis terminis reſponſum, me
ſcribente, in vna Tridentina Canonicatus 9. De-
219 *cembris 1605. coram Iuſto*, in qua fuit etiam † ani-
maduerſum, nec tunc impediri electionem, ſi im-
minebat periculum deuolutionis, argumento *tex.*
in cap. 1. §. vlt. ne ſede vac. in ſexto, vbi Franch.
num. 3.

220 Et cùm eadem vis ſuſpenſiua † attribuatur con-
ſultationi, quemadmodum probatur in dictis le-
gibus, & per Doctores prææallegatos, ceſſat eodē
modo, vbi imminet periculum, ſi diutius expecte-
tur, *cap. vlt. ne ſed. vacan. in ſexto, quam regulam*
latè exornat Felyn. in cap. ex parte, ſub num. 1.
in ſecunda col. verſ. recipit prædicta concluſio de
conſtitut.

A natura electionis, aliquantulum in propoſito
221 recedit Poſtulatio, quæ, vt fit de perſona † ineligi-
bili, ſic radicatur in ſimplici gratia, & ita ſuper
ſubiecto ſuaptè natura reuocabili, *Ioan. Andr. in*
cap. 2. nu. 8. verſ. ſed melius de Poſtulatio. Prælat.
222 nullum ius † tribuit poſtulato, *gloſſ. in cap. vn. in*
verb. vera poſtulatio eod. tit. de Poſtulatio. Prælat.
223 *in ſexto*, ideſt nec illud quidem † vt nè poſtulanti-
bus permiſſa ſit variatio, *Abbas in cap. penult. ſub*
num. 5. ad fin. verſ. ex quo infertur, extra eod. tit.
Franc. de Mareb. deciſ. 1272. num. 3. par. 1.

224 Quamuis enim † Archidiaconus *in can. Oſius*
ſub num. 4. 61. diſtinct. pronunciauerit impediri
variationem, ſeu receſſum in poſtulātibus, poſt eo-
rum ſubſcriptionem, & præſentationem factam
225 Superiori; tamen † hoc minimè proſuit ex vi ip-
ſius poſtulationis, ſed vi implicitæ relationis, *d. l. 1.*
& to. tit. C. de relatio.

Nimis

Nimis enim diuerſa eſt ratio poſtulationis ab
226 ea quæ eſt electionis, cùm per illam † ad hanc de-
ueniatur, *Hoſtienſ. in cap. 1. num. 29. eod. tit. de poſtulatio. Prælat.* vt ideo ſi eligatur poſtulandus,
227 caſſetur † eius electio, *cap. fin. eod. tit. Hoſtienſ. in*
228 *d. cap. 1. nu. 5.* & cauteloſæ † antiquæ formulæ, *eligo poſtulando*, & *poſtulo eligendo*, aliæquè huiuſ-
modi ſublatæ iam dudum fuerint perpetuo edicto
Bonifacij VIII. *in cap. 1. eod. tit. in ſexto*.

Porrò, reciprocatio conſenſus, quæ datur inter
electum, & electores, etiam in abſentia, ex ſimpli-
ci potentia, ſiue habitu, non poteſt dari in actu po-
229 ſtulationis, cùm poſtulato † inſit impedimentum,
nè confeſtim valeat conſentire, vt in *eo. cap. 1. de Poſtulatio. Prælat.* præ cæteris notant *Innoc. nu. 2. Hoſtienſ. num. 3. & 4. Butr. num. 4. & 8.* adeò vt
230 non † intelligatur habere liberum volitum, præci-
puè vbi poſtulatur is, qui Eccleſiæ ſuæ eſt alliga-
tus, vt ex mente *Hoſtien. benè deducit Archid. in præcit. cap. cupientes, ſub num. 17. verſ. præſtare conſenſum de elect. in ſexto*.

231 Et cum duplex ſit poſtulatio, † ſolemnis, videli-
cet, quando poſtulatur ab eo, qui poteſt diſpen-
ſare ſuper omni impedimento, ideſt à Romano
Pontifice; & non ſolemnis, vbi ſcilicet poſtulatur
ab inferiori à Papa, in quo ſupponitur facultas re-
mouendi vnum aliquod impedimentum, quod ele-
ctioni obſtet, iuxta theoricam *Abb. in d. cap. 1. ſub n. 34. verſ. nã duplex eſt poſtulatio, de Poſtul. Prælat.* vtrobiquè incurrit impoſſibilitas appli-
cationis alicuius iuris, antequam perſona habili-
232 tetur ad conſentiendum; licet minimè † negari
oporteat, vbi agitur de ſolemni poſtulatione, ad
euitandos inutiles circuitus, & diſpendia Eccle-
ſiarum, Papam per ſolam eius admiſſionem cen-
ſeri plenum ius conferre ipſi poſtulato, atque ità
in Romana Curia ſeruari, vt animaduertit *Archid. in d. can. Oſius, num. 5. diſt. 61. Abb. loc. proximè alleg. ſub d. num. 44. ſed Curia Romana*: ſapit
233 enim † talis admiſſio electionem, & confirmatio-
nem, *Prapoſ. in eo. can. Oſius, §. ſed aliud in quarta quæſt.*

234 Fateri tamen oportet, cùm poſtulatio † perpe-
tuò fiat ex cauſa vtilitatis Eccleſiæ, puta pro eius
tutela, & defenſione, *Abb. in cap. bona, quod in ordine eſt tertium, num. 15. de poſtul. Prælat.* eam
235 non vſquequaque † poſſe reijci, citra iniuriam Po-
ſtulati, & ipſius Eccleſiæ, *gloſſ. in eo. cap. bona, in verb. in tanta*, quod etiam probat *text. apertus, in cap. penult. & ibi gloſſ. in verb. nullum, verſ. & licet gratia, & Abb. num. 2. verſ. ſecus autem dicendum, eod tit. de poſtulat. Prælat. Roman. conſ. 330. ſub num. 20. verſ. licet quando facta eſt.* Adeo vt ſi
236 poſtuletur † ab inferiori, is poſſit adigi per Papam
ad illam recipiendum, vt poſt *gloſſ. in eo. cap. bona in verb. gratia, explicãt eo. loc. Abb. n. 14. Hoſtien. num. 2. Ioan. Andr. num. 8. & Cardin. num. 6.*

237 Si verò à Papa ipſo, nec reputetur † materia
ſimpliciter gratioſa vt non magis dicatur iuſta, &
æqua, hacquè ipſa ratione debita, vt in *eo. c. bona, præ cæteris notat Butr. ſub nu. 46. verſ. gloſſa dat*
238 *duas ſolutiones*, potiſſimum, ſi eſſet † vnanimiter
celebrata, *cap. in cauſis, 30. eod. tit.*

In concurſu tamen, potior eſt electio; Quippè ſi
239 Capitulum † æqualitèr dirigat vota ſua in perſo-
nam eligibilẽ, ideſt quæ illicò poſſit conſentire, &
in perſonã non eligibilem, quæ nequeat cõſentire
ſine diſpenſatione, non eſt dubium prævalere actũ
electionis, & ſolam perſonam eligibilẽ cenſeri ele-
240 ctã, cum actus eligentiũ † reſpectu perſonæ inelig-
ibilis nequeat ſuſtineri tanquam electio, *cap. innotuit 20. & cap. dudum 54. §. nos igitur, de electio.*
241 neque huic ineligibili † aliquid iuris quæri, quaſi
poſtulato, cum non habeat duplo maiorem nu-
merum ſuffragiorum, qui de iure eſt neceſſarius,
vt in eo. can. Oſius, §. ſed aliud eſt, 61. diſt. per eum text. notat Prapoſ. in præcit. q. 4. verſ. ſed ſi minor eligat, Franc. de March. deciſ. 1277. num. 4.

242 Neque hoc caſu diſtinguitur, an † Poſtulatus ſit
dignus, vel indignus, vt eſt *text. apertus, in cap. ſcriptum, 40. §. quod ſi ad faciendum, eod. tit. de electio. vbi præ cæteris hoc notant Hoſtienſ. ſub num. 10. verſ. ſi autem vnus eligitur, Ioan. Andr. ſub n. 23. verſ. ſi verò vnus, Ancher. ſub nu. 3. Abb. ſub n. 14. verſ. ſecundus caſus, Butr. ſub nu. 40. verſ. & hæc*
243 *eſt cauſa*; vbi voluit † ſat eſſe pro electo dari ali-
quem exceſſum vltra tertiam partem ſuffragiorũ,
quam ineligibilis non attingat: atque eandem
concluſionem firmarunt *Compoſtell. in d. c. vlt. ſub nu. 13. verſ. ibi in ſecunda. de Poſtul. Pral. Tholoſ. in præcit. comment. de electio. c. 2. ſub n. 13. verſ. in poſtulatione, Roman. conſ. 483. ex n. 1. & per tot.*

244 Quandoquidem, iſto † caſu, lex ipſa trãſfert vo-
ta directa de perſona ineligibili, in perſonam eli-
gibilem, & habilem, *Bald. conſ. 318. num. 2. lib. 3. Roman. eod conſ. 483. num. 2.* ideoquè licet Papa,
245 ſi velit, † poſſit admittere poſtulationem celebra-
tam non à duplo maiori parte, tamen hoc nuſquã
facit vbi concurrit electio, iuxta terminos *d. cap. ſcriptum, vt optimè aduertit Ancher. in d. cap. bona memoria, il primo, nu. 3. eo. tit. de Poſtul. Prælat. & ibi etiam Abb. num. 12.*

Non omne autem impedimentum circa con-
ſenſum, conſtituit hanc ineligibilitatem, ſed illud
ſolum, quod remouet habilitatem, non etiã, quod
ſimplicem actiuitatem, propter dependentiam à
246 conſenſu alterius, cuiuſmodi eſt, in Religioſo, † ſi-
ue obedientiario; hic enim eſt eligibilis, & actus
electionis nõ deſinit eſſe perfectus à principio, ſed
reſoluitur in caſu neglectæ, aut non petitæ obten-
tæquè licentiæ Superioris, *cap. ſi Religioſus, 27. de elect. in ſexto, & traditur in cap. 2. eod. tit. inter extrauag. comm. docetq; But. in cap. vlt. ſub n. 14. ad med. verſ. veritas eſt, & ibi etiam Abb. ſub n. 5. circa fin. verſ. quæ regula, de Poſtulat. Prælat.*

Et cuiuſmodi quoque eſt omne aliud ex facto
ipſius electi remouibile, veluti ſi obtineat incom-
247 patibile, † quod poteſt ad libitum dimittere, ſal-
tim petita licentia, iuxta terminos *text. in cap. admonet 4. vbi gloſſ. vlt. & ſcribentes de renunciat.*
248 Nihil eſt enim, † quin ſecundum præmiſſa teneat,
& ſit vera electio, *Abb. in præcit. cap. vlt. nu. 6. & ſub nu. 8. verſ. ſecunda regula, de Poſtul, Prælat.*

249 Quocircà, cùm deducitur impedimentum † ex
incompatibilitate alterius beneficij, ſupponenda
eſt alligatio perſonæ, per vinculum coniugale cum
Eccleſia;

Digitized by Google

Eccleſia; quodcunquè enim aliud vinculum, puta,
reſpectu Canonicatuum, aut etiam dignitatum in-
ferioruum, impropriè ad coniugale, ſiuè matrimo-
niale vinculum trahitur, vt latiſſimè docent *in eo.*
cap. vlt. de Poſtul. Prælat. ijdem Butr. num. 15. &
Abb. num. 5. & ſub d. num. 8. verſ. in præcitata ſe-
cunda regula; Et quidem cum Eccleſia particula-
250 ri, nam ſi Epiſcopus † renunciaret Epiſcopatui, &
mox eligeretur, iam ceſſaret huiuſmodi impedi-
mentum, vt ibidem docet *Abb. num. 7.*

Cæterùm, ad effectum iſtius ineligibilitatis, non
minus, quàm coniugale iſtud, de quo dictum eſt,
251 erit quoduis aliud † impedimentum perſonam
contingens, propter quod videlicet impediatur
exercere Officium ad quod promouetur, niſi ſecū
diſpenſetur, *Butr. in d. cap. vlt. ſub num. 15. ad fin.*
verſ. ſed ex hac doctrina, & ſequitur etiam Abb.
ſub d. nu. 8. verſ. tertia regula, cuiuſmodi eſt æta-
252 tis defectus in Abbatiſſa. Nā quatenus Sacrū † Cō-
cilium *ſeſſ. 25. cap. 7. de regular.* & antiqui etiam
Canones, certam ætatē Abbatiſſatui præſcribunt,
253 non excludunt propterea † facultatem poſtulan-
di, *gloſſ. in cap. indemnitatibus 43. in princip.*
ſuper verb. eligatur, de elect. quam omnes ibi ſe-
quuntur, & in ſpecie Archid. & Ancher. vterque
ſub num. 2. Ioan. Andr. num. 6. & Gemin. num. 5.
Collectar. in cap. cum in cunctis, ſub n. 15. verſ. ſed
cùm minor, ex eod. tit.

Niſiquè hodiè refragaretur diſpoſitio Concilij,
254 poſſet attentari receptibilem † eſſe poſtulationem
huiuſmodi per inferiorem à Papa, quæ fuit opinio
Archid. in d. cap. indemnitatibus, ſub eod. num. 2.
verſ. & credo quod poſſit ab Epiſcopo, licet ab eo
videatur diſſentire *Ioan. Andr. vt etiam aduertit*
Butr. ſub num. 5. verſ. in gloſſa, ſuper verb. eliga-
tur, & alij.

255 Porrò, vbi concurrit † cauſa vtilitatis Eccleſiæ,
non eſt tanti faciendus defectus hic ætatis in pro-
mouenda ad Abbatiſſatum, cùm in ea non cadat
poteſtas clauium, ſiuè cura fori pœnitentialis, *cap.*
noua 10. de pœnit. & remiſſ. cap. dilecta 12. de ma-
ior. & obed. & notatur in cap. de Monialibus 33.
de ſent. excomm. Franc. de March. deciſ. 955. n. 2.
& 3. par. 1.

Quemadmodū, paruifaciendus eſt defectus qui-
libet ſola potentia remouibilis, veluti profeſſionis,
in poſtulato ad Prælaturam regularem, hic enim
256 defectus, † nihili ducitur, quominus poſtulatio ca-
nonica ſit; adeò vt ſimplex Eremita poſtulabilis re-
puteṫur, vtcunque nō eligibilis, *cap. cum Monaſte-*
rium, 13. vbi Innoc. in verſ. ſed certè de elect. quem
ibi omnes ſequuntur præcipuè Io. Andr. nu. 13. &
14. & Abb. ſub num. 3. verſ. ex prædictis, modò
257 fiat † à Papa ipſo, ſecus ſi ab inferiori, vt ibidem
declarat *Abb. ex mente Io. Andr. in cap. Officij 38.*
258 *num. 4. eod. tit.* & ſanè in hoc † maximè differt po-
ſtulatio ab Electione, quæ exigit idoneitatē tem-
pore quo fit, & nihil iuuat eius ſuperuenientia ex
poſt, *cap. dudum, 22. & ibi Abb. num. 8. & in cap.*
qualiter 17. num. 5. eod. tit.

Et hæc ſatis, de creatione huius iuris ad rem,
& illius reſolutione, nam de forma ipſius caſſatio-
259 nis, ex qua ſuperius innuimus † talem reſolutio-
nem fieri, *cap. conſiderauimus, 20. & cap. ſuper eo*
12. de elect. reſpectu ipſius Superioris confirmare
habentis, fruſtratoria poteſt videri indago, quem-
260 admodum, & reſpectu poſtulationis, quæ † eo ipſo
cenſetur caſſata, quod non eſt admiſſa, *gloſſ. in c. 2.*
in verb. caſſatam de Poſtulat. Prælat. & vbi poſtu-
261 latio † repellitur, euaneſcit omnis eius effectus, vt
probat *tex. in eo. cap. 2. & 3. cum alijs per Gonzal.*
ad reg. de menſ. gloſſ. 15. n. 56. verſ. decimotertio.

Supereſt nunc breuiter excutere articulum re-
ſolutionis eiuſdem iuris quæſiti electo, propter
262 eius culpam in abutendo, ſecundum ſpeciē, † quæ
proponitur ex Concilio generali Lugdunenſi in
cap. auaritiæ, quod in ordine eſt 5. de elect. in ſexto.
Etenim cum proximus finis electionis ſit confir-
matio, & electi officium in hoc ipſo verſetur, vt
electionem præſentet habenti confirmare, indeq;
ipſam cōfirmationem canonicè obtineat, vt ſuprà
viſum eſt, vtique ſi ſpreta, ſeù neglecta confirma-
tione, vltrò ſe ingerat in adminiſtratione, videtur
263 abuſus electione: quandoquidem, qui inuertit † fi-
nem, re abuti dicitur, *Suarez de legib. lib. 8. cap.*
36. num. 3. & in conſequens dignus eſt commodo
264 ipſius rei deſtitui, vt de abutente priuilegio † di-
citur *in can. Priuilegium, qui in ordine eſt 63. 11.*
q. 3. in can. vbi iſta qui eſt 7. diſtinct. 74. in cap.
licet quibuſdam, 18. de regular. in cap. vt Priuile-
gia 24. in princ. de Priuileg. & in cap. cum con-
tingat il ſecundo, quod in ordine eſt 45. de ſentent.
excomm. Gonzal. qui alios congerit ad regul. de
menſib. gloſſ. 56. num. 2.

Cæterùm, quia Canon dicti Concilij, dum pœ-
nam hanc reſolutionis infert ipſo iure, videtur
exorbitare à regulis iuris communis, ſecundum
265 quas propter † abuſum meretur quidem quis pri-
uari, ſed per ſententiam ferendam, nō autem ipſo
iure, *cap. 1. ad fin. de Poſtulat. Prælat.* & quamuis
circa diſpoſitionem eius Decretalis multa ſcripſe-
rimus *lib. 1. quæſt. 27. num. 5. & 6. & lib. 2. q. 13.*
ex num. 1. vſque ad 18. locus iſte exigit, vt preſſio-
ri ſtylo, eius inquiramus rationem, per quam illius
intellectus benè reguletur.

Aduertendum eſt igitur, cum textum aliud cri-
men non conſectari, quàm temeritatis, ibi, *eos in*
266 *illam temeritatem impellunt*, quæ quidem † te-
meritas, nihil eſt aliud quàm nixus hominis con-
tra legis prohibitionem, *can. ſi decreta, diſtin. 20.*
cap. is qui 18. de ſenten. excomm. in ſexto, cap. vlt.
de for. competen. eo. lib. cap. cum qui, §. inſuper, de
præben. pariter in ſexto.

Nequè facilè iſtius criminis excuſationem ad-
267 mitti prætextu ignorantiæ, cum & qui † ius igno-
rat, iuris peritos teneatur conſulere, & hoc ſaltim
ſcire debeat, *l. regula in princ. verſ. ſed iuris igno-*
rantiam ff. de iur. & fact. ignor. Vndè ex nō adhi-
268 bito † conſilio magis dicitur temerarius, iuxta
gloſſ. margin. in §. mitiores ſuper verb. temerarium
269 *in Auth. de nupt.* hancq; ipſam dici † temeritatem
ſtultam, cenſuit *Menoch. de recuper. poſſ. rem. 5.*
num. 72.

Vt autem crimen iſtud latam recipit dimenſio-
nem, Conciliū illud intra debitos cancellos coer-
cet; Prior eſt reſpectu cauſæ efficientis, nimirum,
vt non

Digitized by Google

vt nõ ſit temeritas vndequaquè orta, putà ex ani-
mi leuitate, ſed ea duntaxar, quam impulſu ſuo
produxerit aut auaritiæ cæcitas, aut damnandæ
ambitionis improbitas, ibi, *Auaritia cacitas, & damnãda ambitionis improbitas, aliquorũ animos occupantes eos, in illam temeritatem impellũt, &c.*
Alter eſt in cauſa inſtrumentali, quæ eſt fraus,
ibi, *vt qua ſibi à iure interdicta nouerint, exquiſi-*
370 *tis fraudibus vſurpare conentur:* verba enim † hæc
proœmialia plurimum ſunt perpendenda pro con-
ſtituenda mente, & cauſa diſpoſitionis, *Alex. conſ.*
193. num. 3. lib. 7. Dec. conſ. 86. nu. 5. & conſ. 301.
num. 6. Bece. conſ. 21. num. 7.

Itaquè, iam hic agitur de impulſu auaritiæ, &
ambitionis; & quidem de auaritia, nõ prout apud
271 vulgus † vſurpatur pro ſimplici oppoſito liberali-
tatis, ſeu benignitatis, ex affectu, & anxietate in
cumulando, quod non excedit peccatum veniale,
ſecundum *Turrecrem. in can. ſicut hi, ſub num. 2.*
verſ. contingit tamen in hoc genere, diſt. 47. Nau.
in ſecunda par. ſuper 10. praecept. Decal. cap. 20.
num. 1. Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 47. ſub n. 59.
272 *verſ. hoc vitium.* Vtcunquè enim ſit † contra li-
beralitatem, tamen non eſt contra iuſtitiam, vt
hanc rationem ponderat *Azor. Moral. to. 1. lib. 4.*
273 *cap. 15. in princ. & ad fin.* modò non † concurrat
tranſgreſſio præcepti Charitatis in ſubueniendo
proximo, & claudendo viſcera ſuper egenum, &
pauperem in caſu neceſſitatis extremæ, vt *Nau.*
loco praecit. explicat, & tradit etiam Leſſ. eo. c. 47.
num. 60. & 74. & ante eos Turrecrem. in eo. can.
ſicut hi, num. 1. & 4. diſt. 47.

274 Sed agitur de auaritia propriè ſumpta † pro
vitio oppoſito Iuſtitiæ in rapiendo aliena, vt ex
mente Chryſippi benè explicat *B. Tho. 2. 2. q. 118.*
art. 3. in corpor. & ad primum, & clarius art. 4.
pariter in corp. & per eum text. obſeruarunt om-
nes Canoniſta in d. can. ſicut hi, praeſpuè Turrecr.
ſub nu 2 verſ ſecunda concluſio, & Prapoſ. Alex.
in prima col. verſ. ex pradictis infertur.

275 Adeò vt non conſumetur † in ſimplici appeti-
tione alieni, ſed in appetitione iniurioſa, vt loqui
tur *Archid. in eo. can. ſicut hi, num. 3 & poſt eum*
Conſtan. Roger. in tracta. de ſummo bon. tit. de
auaritia, num 1.

276 Hæc enim † deniquè iniurioſa alieni appetitio
verè, ac propriè dicitur Auaritia, quæ vt in rapi-
na conſiſtens, tendenſquè ideo in alterius perni-
ciem, ſonat in impietatem, & Iniuſtitiam, vt docet
Ariſt. Ethic. 4. cap. 1. verſ. complures enim ſunt.

Et hæc demum ea eſt cæcitas, de qua loquitur
277 Concilium; nam qui † illiberalis eſt, & cum ſumma
auiditate cumulat, poteſt quidẽ & ipſe quodam-
modo videri cæcus, ceù qui nihil gratius auro vi-
deat, illiusq; ſpeciem iubari Solis præferat, ex ſen-
tentia *B. Ambroſii, relati in d. can. ſicut hi*; at qui
278 aliena rapit, mentis oculos † quibus Deus ipſe
conſpicitur, ita habet obcæcatos, vt nullo modo
eum videat, aut perſentiſcat, vt optimè explica-
tur in *Extrauag. Ioannis 22. qua incipit, execra-*
bilis §. porrò, de praben.

Similiter, dum loquitur de ambitione, eam qua-
lificat, vt intelligi debeat de damnanda: Vna enim
279 eſt † Ambitio, quam omnes ſapientes facilè agno-
ſcunt eſſe ſupra omnem vim legis Iuliæ, cuius ho-
neſtatem ſic deſcripſit *Plaut. in Amphitrionis*
proœmio.

Virtute ambire oportet, non fauitoribus;
Sat habet fauitorum ſemper, qui rectè facit,
Si illis fides eſt, quibus eſt ea res in manu.

Loquitur ergò de ambitione improba, & cui,
280 quemadmodum eſt eadem † quæ Auaritiæ mater,
videlicet Cupiditas, vt ſcitè aduertit Seneca in
281 Epiſt. 21. ita idem ferè eſt virus; nam hæc † quo-
que, dum tota anxia ad concupitam dignitatem
anhelat, vt loquitur *gloſſ. in praall. extrauag. exe-*
crabilis, in princ. ſuper verb. ambitio, hominem
282 obcæcat † lumine intellectus, *cap. quorundam, 24.*
de elect. quo fit, vt perpetuo impetu contra chari-
283 tatem feratur; & in hoc conſiſtit † eius damnabi-
litas, & improbitas, de qua in textu, ex B. Thoma,
quem ſupra quoquè retulimus, 2. 2. *q.* 131. *art. 1.*
284 *in corp.* mirumquè vt inter † ſe duo hæc monſtra
conſentiant, dum, quod vnum rapit, vt prodigat,
alterum prodigit vt rapiat, vt latè oſtendit *Tul-*
lius in primo Offic.

Huic ergò cauſæ efficienti maximè adæquatur
Inſtrumentalis, nimirum fraus quæ fit legi, vndè
textus Decretalis eiuſdem *in §. nonnulli*, fraudis
huius artificium ſingularitèr applicando propoſi-
tæ materiæ, ſubijcit, *nonnullos ad regimen Eccle-*
ſiarum electos, quia eis, iure prohibente, non licet
ſe ante confirmationem electionis celebrata de ip-
ſis, adminiſtrationi Eccleſiarum (ad quas vocan-
tur) ingerere, ipſam ſibi tanquã Procuratoribus,
ſeu Oeconomis procurare. Quod in effectu nihil eſt
285 aliud † quam exquiſitiſſimam fraudem texere, per
falſam videlicet ſuppoſitionem, & eleuationẽ con-
ceſſi, loco incõceſſi, circa quod verſantur quatuor
ij modi fraudem ſtruendi, vel etiam plures, quos
poſt *gloſſ. in cap. quanto, 26 ſuper verb. in frau-*
dem verſ. vndè nota quod quatuor modis, adnota-
runt Abb. Antiq. num. 3. & Panormit. num. 4.
verſ & in quantum gloſſ. de Priuileg. Omnium
286 enim † vna eſt ratio, & finis idem, videlicet capta-
re verba legis contra eius ſententiam, *l. fraus legi,*
ff. de legib. ſiuè id quod agitur verè fiat vt fiat, ſiuè
287 fieri ſimuletur, ſat enim eſt † aliter non fieri, ſi nõ
vrgeret lex, vt eſt caſus in *l. ſi libertus minorem, 16.*
in princ. ff. de iur. patron. & poſt Corne. conſ. 29.
ſub nu 23. verſ. & in fraudem legis lib. 3. Cephal.
conſ. 329. n. 45. iisdem lib. 3. & Tiraq. de vtroque
retr. in prafat. num. 75. ſcripſit Honded. conſ. 14.
num. 25. lib. 1.

Pergit hinc textus, *in §. eum itaque,* ad nouum
decretum, *vt nullus de catero Procurationem*
dignitatis, ad quam electus eſt, priuſquam cele-
brata de ipſo electio confirmetur, ſub oeconomatus,
aut Procurationis nomine, aut alio de nouo qua-
ſito colore, in ſpiritualibus, vel temporalibus per
ſe, vel per alium, pro parte, vel in totum gerere, vel
recipere, aut illis ſe immiſcere praſumat.

Ex quibus verbis patet, quàm benè omnia
cohæreant in coercenda temeritate fraudulenta,
neque decretum iſtud generalis Concilij aliò in-
188 tendi, ex concurſu † duorum extremorum, nimi-
rum ex

rum ex certa, & indubitata prohibitione legis, &
289 ex commento contra illam. Dudum † ſiquidem
prius vetitum fuerat electis, nè ſe ingererent ad-
miniſtrationi, ante confirmationem, *cap. noſti, 8. & cap. qualiter, 17. extra eod. tit. de Electio.* præ-
290 terquàm ſi aliud ſuaderet neceſſitas; puta † quià
ageretur de electione facta vltra montes, pro qua
petenda forer cõfirmatio à Sede Apoſtolica, iuxta
diſpoſitionem textus *in cap. nihil eſt, 44. §. cate-*
291 *rùm, eod. tit.* (quod ex rationis idenritate † nedùm
obtiner in cathedralibus, de quibus loquitur ea
decretalis, verùm etiam in alijs inferioribus, vt la-
rè diſputat, & concludit *Archid. in can. 1. nu. 20. ſuper gloſſ. in verb. adminiſtrare, et latiùs Prapoſ.*
292 *n. 46. 23. diſt.*) in quo qnidem, † non alteratur pro-
hibitio, cùm id procedat ex diſpenſatione, vt ad-
uertit *Turrecr. in eo. can. 1. ſub n. 20. verſ. ſed vide-*
293 *tur nobis*, ac proindè etiam ceſſat, † ſi neceſſitatis
cauſa hæc ceſſet; putà quià ibi ſit Legatus Apoſto-
licus, qui ex conceſſa facultate valeat electionem
confirmare, *vt eo. loc. concludit Archid. & Prapoſ.*
294 *ac etiam Gemin. in vlt. col. in princ.* neque † alius
inferior à Papa poſſet cum ita electo diſpẽſare, *vt poſt Io. Andr. tenet Franch. in eo. c. Auaritia, n. 7.*

Huic igitur prohibitioni ſtrueretur techna, ex
295 confictа legis conrraria permiſſione, ſi † electo ac-
cederet facultas adminiſtrandi diuerſo nomine,
Oeconomico videlicet, aut Procuratorio, quaſi in
caſu permiſſo ex diſpoſitione *text. in c. cum nobis olim 19. §. nos Eccleſia, extra eo. tit. de electio.* pro-
curando, ſe ab Ordinarijs interim deputari in ta-
les Oeconomos, ſeù Procuratores; cùm dicta de-
cretalis loqueretur de depntatione facta per Pa-
pã, ex certa ſcientia, & cauſa cognita. Quãuis enim
296 reſpectu † dignitatum inferiorum à Cathedrali, de
qua loquitur idem textus, deputatio Oeconomi,
ipſis quoquè Inferioribus à Papa ſit permiſſa, vt in
eo. cap. cum nobis, tradit Abb. ſub num. 6. verſ. vl-
297 *timo nota*, nihilominus eiſdem perſonis † nulla eſt
poteſtas deputandi eundemmet electũ; quia cùm
lex ad id eum inhabiliter, *d. cap. noſti, & cap. qua-*
298 *liter*, iam eget diſpenſatione: ſtultum autem † eſt
aſſerere, Epiſcopum, vel alium Inferiorem à Papa
poſſe diſpenſare contra ius commune, in alijs ca-
ſibus, præterquàm in ſibi ſpecialiter permiſſis, &
quos enumerat *ſpecul. de diſpenſ. §. 5. ex nu. 1. & in cap. dilectus, de tempor. ordinatio. paſſim tra-dunt ſcriben. præcipuè Innocen. nu. 5. & Cardin. num. 2. cum alijs adductis per Rebuff. in prax. tit. de diſpenſ. ad plur. benef. num. 22.*

299 Eſt enim id vnum ex † reſeruatis ſupremæ po-
teſtati Principis, vt poſt alios cenſuit *Mandoſ. ad regul. Cancell. 13. in 7. quaſt. nu. 6.* & hanc ſenten-
tiam contra Neotericos Summiſtas, latè defendit
D. Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 33. ex num. 1. & tangit in Collectan. ad d. cap. dilectus, num. 2.

300 Adeò quod fraus, vt dixi, † hinc manifeſtè fieret
per verborum ambagem, & cauillationem, vt lo-
quitur *text. in l. ea eſt natura, 66. de reg. iur. & in l. natura 177. de verb. ſignif.* Quo fit, vt ad com-
peſcendam malitiam huiuſmodi, eò tandem deuẽ-
tum fuerit, vt Conciliũ generale decreuerit, om-
nes illos qui ſecus fecerint, iure (ſi quod eis per
electionem quæſitum fuerit) eo ipſo priuatos eſſe,
301 ideſt non iam opus † eſſe ſenteutia hominis, vt
prius, ſed ipſo iure reſolui totum illud ius, *Abb. in pracit. cap. qualiter, n. 4. de elect.* eſt enim Canon
latæ ſenteutiæ, vt notauimus in *pracit. q. 13. nu. 5.*
302 quod olim † vix obtinuerat in poſtulatione, per
quam vota non diriguntur in perſonam poſtulati,
ſed ſuperioris, pro obtinenda graria, vt conſiderat
Abb. in rubr. nu. 2. verſ. ſed illi de poſtulat. Pralat.
ideoquè dicitur, ius quoddam fragile, vt pronun-
ciauit *in ipſo cap. Auaritia, Gemin. ſub n. 4. verſ. quaro an iſte textus. & verſ. per pradicta patet.*

303 Secundum igitur rationẽ † hanc conceptæ frau-
dis ex temeritare electi, tota hæc actio eſt dirigen-
da, vt non ſufficiat ex hoc capite impetranti, iu-
ſtificare, intruſum aute confirmationem, niſi intru-
ſionem eandem qualificet ex frande expreſſa in
hac decretali, cùm non intret diſpoſitio, niſi pro-
bata qualitate quæ ipſius eſt fundamentum, *Curt. Iun. conſ. 124. num. 11. Soc. Iun. conſ. 22. num. 2. lib. 1. Pariſ. conſ. 152. nu. 5. lib. 4. Ceph. conſ. 256. num. 68. Tiraq. de retr. lignag. §. 8. gloſſ. 7. ſub n. 1. verſ. & facit etiam quod omnes qualitates.*

304 Et quidem, † præuia ſententia declaratoria ſu-
per facto huiuſmodi qualificato, *Gemin. in c. Ordinarij §. quòd ſi fortè num. 4. verſ. Franciſcus dicit, de offic. Ordin. in ſexto*, ſecundnm ea, quæ di-
centur in ſequenti quæſtione *num. 31. & in his terminis, firmauit Rota in vna Beneuentana Vicaria 28. Iunij 1607. coram Cardinali Sacrato.*

305 Quocirca, iuſtificato ſimplici † facto admini-
ſtrationis ante confirmationem, indè conſeque-
tur, electionem eſſe caſſandam, ex diſpoſitione
306 *d. cap. qualiter*, at minimè eſſe † caſſatam ſiuè irri-
tam ipſo iure, ex diſpoſitione textus, *in d. c. Auaritia*, niſi prius oſteudatur electum ſuperinduxiſſe
perſonam Oeconomi. aut Procuratoris, aut aliũ
ſimilem nouum colorem; ſuper hoc enim facto lex
fundat præſumptionem fraudis, quæ ſententia vt
magis placuit *gloſſæ in d. cap. Auaritia, in verb. priuatos*, ita eſt verior, vt aduertit *Abb.* ſi rectè per-
307 pendatur *in d. cap. qualiter, num. 4.* quaſi † quod
Concilium affectationem hanc fuerit contempla-
tum, veluti fraudis argumentum, quod ideo maio-
ri pœna voluerit afficere, quàm ſi fuiſſet nuda in-
truſio, quæ potuerat procedere ex ſimplicitate,
vt ex mente eiuſdem *gloſſ. perpendit Io. Monach. ſuper eo. verb. priuatos, Prob. ad eum num. 16. Io. Andr. ſub num. 4. verſ. in gloſſa penultima, Butr. ſub num. 15. verſ. in gloſſa alia.*

308 Sed nequè ſufficeret iuſtificare † adminiſtratio-
nem, vel immiſtionẽ ſub nomine Oecouomatus,
aut Procuratiouis, ſi tractaretur de electione cele-
brata vltra montes, ex *ſuprà relat. cap. nihil*, etiã
309 quod poſitiuè † conſtaret id procuratum fuiſſe ab
ipſo electo, cum impunè potuerit ſibi multiplica-
re ſubſidia, vt ex ſententia eorundem *Io. Monachi & Ioan. Andr. cenſuit ibidem Gemin. ſub num. 5. verſ. ſed quid ſi in termino.*

310 Quemadmodum, nequè applicaretur † diſpoſi-
tio eius textus, ſiquis prius ex conſuetudine Ec-
cleſiæ, alionè iure ſingulari fuiſſet deputatus in
Oeconomum, & mox electus; quippè ceſſaret hoc
quoquè

quoquè caſu commentum fraudis, nec ei vitio verti poſſet, qnin poſſet impunè continuare in eodem miniſterio poſt electionem ante confirmationem, vt in *eod. cap. Auaritia, determinant Io. Andr. ſub num. 1. Gemin. ſub num. 4. verſ. tamen dicit, Anchera. ſub num. 3. verſ. quid ergò, Butr. ibidem n. 3. Franch. ſimiliter num. 3. verſ. & dicit hic.*

Dixi autem, ſi iſta deputatio fuiſſet facta in re aliquo ſingulari, adeoquè contingibiliter, reſpe-
311 ctu eius perſonæ; nam ſi proponeretur facta † per
Epiſcopum, aut aliom ex arbitrio, adhuc factum
non vacaret ſuſpicione fraudis, vt præcitati Doctores conueniunt, & benè explicat *Gemin. ſub d. num. 4. verſ. quæro, quis erat Oeconomus, & Ioannes Vanquel in vlt. concluſ.*

312 Quemadmodum, non excluderetur fraus † ſi in
vim confirmationis, cuius effectus foret ſuſpenſus, ſe intruſiſſet, & adminiſtrare cæpiſſet: adhuc enim colorem cenſeretur inde quæſiniſſe, iuxta doctrinã *gloſſ. in eo. cap. Auaritia, ſuper verb. confirmetur,*
313 *verſ. quid dices*, Quod ideo non † poteſt intelligi
de alia, quam de confirmatione iudiciali, ideſt in formali iudicio obtenta, quamuis enim *Archid. ibidem ſub n. 2. ad fin. verſ. & hoc forti verum eſt,* id dubitatiuè expreſſerit, attamen neceſſitatem huius intellectus infert viua ratio; quòd tametſi
314 tractetur de electione † in diſcordia celebrata,
nihilominus ex hoc tamen non concluditur ad actum iudicialem, & in conſequens appellabilem: eſt enim ſanè actus iudicialis inter confirmantem, & confirmatum, at minimè huiuſmodi videri poteſt inter confirmatum, & coelectum appellantẽ, cùm iſte non fuerit in iudicio, aut pars iudicij, proindeqnè ſententiam Archidiaconi nutantem, benè firmanit *Lap. eo. loco ſub n. 2. ad fin. & nu. 3. & 4.* Et idem aſſumptum procedere eo duntaxat caſu quo confirmatio facta fuit in iudicio formiter ordinato, & in conſequens ex ſuppoſitione appellationis iudicialis, aliàs ſecus, poſt relatas antiquorum ſententias probauit *Geminia. ibidem ſub num 7. verſ. ſed quid ſi eſt appellatum*, vbi inſere
315 omnino ſuſtineri † traditionem poſſeſſionis, nequè
eam reuocari quaſi attentatam in præiudicium confirmati, niſi vbi poſt inhibitionem legitimam eam tradi contigiſſet, vt ibi per eum *verſ. quantũ autem*, quod fuit de mente Lapi, ſi rectè perpendatur, *ſub nu. 5. & ſiquutus eſt etiam Franch. n. 4.*

316 Multoquè minus excuſaretur, ſi † confirmatio
fuiſſet nulla, iuxta tamen diſtinctionem gloſſæ in *cap. vlt in verb. inanes, verſ. quid ſi ſic confirmatus, eo. tit. de electio.* an videlicet proponatur excuſatio ex errore in iure, aut verius ex errore in facto, ad quã gloſſam ſimpliciter ſe remittit *Franc. in eo. cap. Auaritia num. 4. ad fin.* & cum eadem tranſit *Mil. in verb. pœna Decretalis Auaritia.*

317 Huic autem Conſtitutioni olim † conſueuerant
Regulares fraudem artificioſius texere, cum in ea componenda, non ſolum inferiores, ſed etiam ſuperiores vno concitabantur ſpiritu, quo eluderẽt Regulam ſecundam Cancellariæ, qnatenns in ea Papa ſibi reſeruat omnia Monaſteria virorum, valorem annunm ducentorum florenorum auri cõmuni æſtimatione excedentia, quomodocunquè vacantia, & vacatura; & quoad ea, quibus ex ſpeciali gratia permittebat electionem, ſibi in ſpecie confirmationem reſeruauit. Siqnidem Regulares curabãt ſe indifferenter eligi, & electionẽ aut per ſuos ſuperiores regulares, aut per Ordinarios locorum confirmari; hiſquè confirmationibus freti, ſe intrudebant in Monaſterijs, & alijs dignitatibus regularibus: Quapropter Pius Quartus, vltima Octobris 1564. ſua perpetua Conſtitutione, quæ in nouo Bullario eſt 86. deteſtatus hac regularium nequitia, omnes electiones, & confirmationes huiuſmodi irritauit, & ſic electos, & cõfirmatos, ſuos non facere fructus declarauit, hiſq; amplius (quod ad rem noſtram pertinet) vt in *ſecundo §.* legitur, ordinauit, *quod nullus de cætero ſe in regimine, & adminiſtratione Monaſterij, vel alterius dignitatis Conuentualis, ad quod ſeù quam, illum eligi contigerit; in ſpiritualibus, vel temporalibus, antequam ritè celebrata electio, a Romano Pontifice, & Sede Apoſtolica confirmata, & literæ deſuper expeditæ fuerint, per ſe, vel alium in totum, vel in parte quouis quæſito colore immiſcere, aut ad illum, vel illam ſe recipi facere, vel alias ſe pro eius Prælato gerere præſumat, Decernens omnes, & ſingulos, qui ſecus fecerint, iure ſi quod illis ad Monaſteria, vel eorum regimina, & adminiſtrationes, ac alias conuentuales Dignitates, per electionem huiuſmodi quæſitum fuerit, eo ipſo priuatos, & deinceps ibi ineligibiles eſſe; ipſaquè Monaſteria, & alias Dignitates ab eadem ſede impetrari poſſe. Qui verò ſimiles electiones confirmare præſumpſerint, etiam eo ipſo, Superiores ordinum videlicet ſuis Dignitatibus priuatos, Ordinarios autem locorum, etiamſi Archiepiſcopali, & maiori præcellant dignitate, ingreſſum Eccleſiæ interdictum, eoſquè ab Eccleſiarum ſuarum regimine, & adminiſtratione ſuſpenſos exiſtere.*

Circa quam Conſtitutionem illud in primis eſt
318 aduertendum, eius diſpoſitionem † non eſſe reſtri-
ctã ad caſum coloris deſuper inducti poſt electionem, vt in caſu *cap. Auaritia*, nequè ad caſum regiminis, aut adminiſtrationis cũ effectu ſuſceptæ, ideſt ex actnali perceptione fructuum, ſiue temporalinm, ſiue ſpiritualium, iuxta *Put. deciſ. 45. lib. 3. & diuerſ. deciſ. 83. num. 4. & 6. lib. 3. par. 3. Gabr. conſ. 199. num. 4. lib. 1. quos ſequuti fuimus lib. 2. præcit. q. 13. num. 7.* ſed extendi ad caſum ſimplicis occupationis de facto poſt electionem immediatè; non ſolum, ſi necdum obtenta fuerit confirmatio à Sede Apoſtolica, ſed etiam ſi obtenta fuerit, at nondnm expeditæ literæ, quod ex dicta Decretali minimè fuerat cautum: Ruſuſquè non ſolnm ſi ſe ingeſſerit in adminiſtratione ſub aliqno quæſito colore, ſed etiamſi vel id præſumpſerit, aut alias ſe geſſerit pro Prælato, ponderando vim illius alternatiuæ, *aut, cap. in alternatiuis, 70. de reg. iur. in ſexto*, & illud, *pro Prælato gerere*
319 cuius ſenſus eſt, vt tametſi † electus habeat ius
Prælaturæ, vt ſupra viſum eſt, tamen ante confirmationem nequeat ſe, talem nuncupare; propriè enim ſe gerere pro tali, non tàm facti, quàm animi eſt, vt ideo in ſimplici aſſeueratione verifi-

cetur

cetur, *l. pro harede 20. de Acq. hared. §. pro hare. de inſtit. de hared. qual. & diff.*

Pariter eſt aduertendũ, circa pœnas, latius diffundi Conſtitutionem hanc; cum præter reſolutionem iuris quæſiti per electionẽ, inferatur inha-
320 bilitas in electo: licet enim hæc eadem † pœna videatur quibuſcunquè alijs indicta ex diſpoſitione *d. cap. Auaritia*, nihilominùs non indicitur expreſsè, ſed per interpretationem, ex quadam neceſſaria conſequentia, quemadmodum præ cæteris ibi obſeruauit *Archid. ſub nu. 4. ad fin. verſ. & ſunt hic*, Conſtitutio autem iſta id expreſsè determi-
321 nat † ideoquè magis cenſetur afficere, *l. expreſſa nocent, 156. & ibi Dec. num. 5. de reg. iur.* in hoc ſaltim, vt latiùs interpretetur, *Aym. conſ. 34. n. 3. Surd. conſ. 10. num. 25. & decif. 100. num. 4.*

Eſt tamen verum, in hac expreſſione mitius agi cum Regulari, quàm cum cæteris interpretatiuè
322 agat Concilium Generale; nam pœna hæc † inhabilitatis, expreſſa in Conſtitutione Pij Quarti, reſtricta eſt ad locum, ibi, *ac deinceps ibi ineligibiles eſſe*, eſt enim particula hæc *ibi*, circumſcriptiua loci, *l. vbi cœptum, & l. ſi quis in legatione ff. de Iudic. l. 1. §. ibi autem, ff. de vi, & vi arma. cũ*
323 *ſimil.* cùm tamen Concilium Generale † indeterminatè reddat electum ineligibilem, *Pet. de Bayx. in tract. de elect. par. 2. cap. 8. num. 1. Menoch de arbitr. Iudic. caſ. 403. num. 2. & 3. quos ſequutus fui d. q. 13. num. 17.*

Demum, afficit etiam Conſtitutio hæc Pij, inferiores præſumentes huiuſmodi electiones confirmare, vt ſuperius retuli, ex illius verbis; vt ſi ſint ſæculares cenſuris eos inuoluat, Regulares autem eo ipſo priuet Prælaturis, & adminiſtrationibus, qui eſt caſus prætermiſſus à laborioſiſſimo Gõzalez *gloſ. 15. ex n. 3. vſquè ad n. 134.* quod ſemper
324 intelligitur † niſi aliunde excludatur dolus, & cõtemptus quem importat terminus ille *præſumpſerins*, quo conſtitutio vtitur, *Cardin. in clem. 1. ſub n. 22. verſ. contrarium conſului, de priuil. Nauar. in manual. c. 27. n. 155. & 156. Caualer. dec. 1. n. 2.*

SVMMARIVM.

1 Sententia, quid.
2 Legis virtus in quibus conſiſtat.
3 Sententia legis. fit cum maiori cauſa cognitione, quàm ſententia hominis.
4 Lex, virorum prudentum conſultum eſt.
5 Sententia legis, maioris eſt virtutis, quam ſententia Iudicis.
6 Sententia legis, fertur ex ſuppoſito facti liquidandi, ſententia verò Iudicis, ex ſuppoſito facti liquidi.
7 Iudici, prius eſt cognoſcendum, quàm pronunciandum.
8 Iudex, poteſt decipi in ſenſu proprio.
9 Lex, nuſquã intendit punire eũ, qui non deliquit.
10 Pœna, connectenda delicto, cum per eam reparetur æqualitas Iuſtitiæ.
11 Pœna quid.
12 Pœnam remittens Princeps ante delictum, prouocat ad delinquendum.
13 Iudex, veritati facti debet inniti.
14 Etiam aſſiſtendo partium allegationibus.
15 Iudex, pro humana conditione expoſitus eſt lapſui, & deceptioni.
16 Res iudicata, qua ratione introducta.
17 Eiuſdem vis.
18 Rei iudicatæ virtus, procedit à mera poteſtate Iudicis.
19 Sententia tranſit in iudicatum, ſi non fuerit appellatum, etiamſi non iuſtificetur ex actis.
20 Etiam in materia cenſurarum.
21 Nec poteſt deinceps tractari de illius iniuſtitia, vel iniquitate.
22 Sententia legis, in materia pœnali, perpetuò exigit miniſterium, & auctoritatem Iudicis circa facti declarationem.
23 Lex, ſi mandet priuari, perperam agit Iudex, qui declarat priuatum.
24 Et è conuerſo.
25 Sententia declaratoria, vbi lex mandat puniri, eſt de eſſentia pœnæ, vbi verò punit, eſt de eſſentia exequutionis tantum.
26 Declaratoria Iudicis, circa incurſum pœnæ, vel facti, ex quo pœna irrogatur à lege, cur ſit neceſſaria.
27 Feudo, ſi prætendatur Vaſſallus priuatus quacunquè ex cauſa, requiritur ſententia declaratoria.
28 Manutentio in poſſeſſione, vel quaſi, non poteſt denegari poſſeſſori, dum diſcutitur, an ſit priuatus ipſo iure, vel ſecus.
29 Idemquè dicitur, ſi prætendatur capta poſſeſſio, contra præceptum Superioris, adeoquè cum vitio.
30 Declaratoria, non eſt neceſſaria in his pœnis, quæ non exigunt factum hominis pro exequutione.
31 Contraria tamen ſententia verior eſt.
32 Niſi factum ſit notorium.
33 Notorium, vbi eſt factum, propter quod ipſo iure irrogatur pœna, ſufficit aſſignatio termini ad excuſandum factum.
34 Quæ neceſſitas adhuc remittitur, vbi præiudicium eſt retractabile.
35 Notorietas, non releuat ab onere proponendi, licet releuet ab onere probandi.
36 Citatio partis, non requiritur in notorijs.
37 Notoria pleraquè dicuntur, quæ non ſunt.
38 Notorium, qualiter conſtituatur.
39 Notorium non eſt, quod ſimpliciter verum eſt, ſed quod patet maiori parti Populi.
40 Et cuius ipſe Populus eſt teſtis.
41 Notorium dicitur, quod geſtum eſt coram decem hominibus.
42 Turba conſtituitur numero decem hominum.
43 Notorium, ex ſola negatione diffluit.
44 Notorium ſufficit allegari, quatenus non reuocetur in dubium.
45 Allegari non ſufficit id, de quo conſtare debet.
46 Notorium, conſideratur reſpectu Iudicis.
47 Notorium, vt concludat Iudici, neceſſaria eſt cauſa cognitio præuia citatione, niſi agatur de notorio facti permanentis.
48 Notorij facti permanẽtis cognitio, fit ad cautelam.

49 Noto-

Digitized by Google

49 *Notorium, an exigat ſingularem iudicis pronunciationem.*

50 *Beneficio priuatus ipſo iure propter delictum, paſſusq; ſententiam per Iudicem, qui de delicto cognouit, adhuc pro ſpoliatione beneficij debet citari per Iudicem, ad quem pertinet priuatio, etiam ſi delictum per ſententiam dicatur notorium.*

51 *Sententia legis, trahit ſecum exequutionem.*

52 *Legis exequutionem, eiuſdem legis mēs promouet.*

53 *Sententia Iudicis, quæ infert pœnam ex ſuppoſitione notorij, eſt appellabilis.*

54 *Declaratoria facti, ex quo lex pœnam ipſo iure irrogat, eſt appellabilis.*

55 *Et quæ ſit ratio.*

56 *Declaratoria exequutio ſuſpenditur, vſquequò ſententia transierit in iudicatum.*

57 *Appellatio, eſt antidotum, & theriaca iuris, contra virus ſententiæ Iudicis.*

58 *Declaratoria lata ſuper incurſu pœnæ priuationis beneficij, etiamſi ſuſpenſa per appellationē, impedit nouam vacationem ex perſona condemnati.*

59 *Et quæ ſit ratio.*

60 *Eadem operatur, ne condemnatus faciat interim fructus ſuos.*

61 *Criminoſi ex perſona vacat beneficium, vbi pœna priuationis ipſo iure non eſt impoſita, ſaluo tamen iure illius qui medio tempore impetrauit.*

62 *Retrotractio, nunquam fit in præiudicium iuris alteri quæſiti, aut in reſcriptis, aut in ſententijs.*

63 *Commiſſi pœna, tempus ſententiæ an ſpectet.*

64 *Sententia appellatione propriè, venit definitiua tantum.*

65 *Et quidem, quæ eſt exequibilis.*

66 *Sententia exequibilis ea eſt, ex qua profluit actio iudicati.*

67 *Sententia tunc dicitur effectum ſuum ſortita, vbi in iudicatum tranſiuit.*

68 *Sententiæ effectus, appellatione ſuſpenditur.*

69 *Appellatio, etiam temeraria ſuſpendit vim ſententiæ.*

70 *Appellatio valida eſt, vbicunquè non peccat in forma neque aliter eſt prohibita.*

71 *Sententia quando dicatur ſuſpenſa per appellationem.*

72 *Appellatio, multis caſibus à iure eſt prohibita.*

73 *Appellatio, nonnunquam Principis reſcripto interdicta.*

74 *Appellatio vbi eſt prohibita, Iudex à quo quatenus valeat procedere ad exequutionem ſententiæ.*

75 *Appellationi qui non defert Iudex, multatur.*

76 *Iudici, qui ſpreta appellatione in caſu permiſſo, nititur ſentētiam exequi, poteſt de facto reſiſti.*

77 *Quod declaratur.*

78 *Magiſtratui nè de facto impunè reſiſtentia fiat, ſufficit quodcunquè Iuſtitiæ velamen.*

79 *Neque admittitur huiuſmodi reſiſtentia, niſi pro tuenda perſona, ſecus verò pro tuenda poſſeſſione.*

80 *Recurſus, vel ſupplicatio, ſuſpendit exequutionem ſententiæ, vbi loco appellationis ſuccedit.*

81 *Alias ſecus.*

82 *Reuiſio, regulariter non ſuſpendit exequutionem ſententiæ.*

83 *Nullitatis, aut reſtitutionis in integrum deductio, non ſuſpendit exequutionem in terminis Clem. vt Calumnijs.*

84 *Statutum Romanum de duabus conformibus vindicat ſibi locum etiam in ſacro Rota Auditorio inter Ciues, Incolas, & diſtrictuales.*

85 *Tyburtina Ciuitas, ſubijcitur Statuto Vrbis de duabus conformibus.*

86 *Licet enim exempta à iuriſdictione Populi Romani, eſt tamen in diſtrictu.*

87 *Statutum Vrbis de duabus conformibus, obtinet in cauſis ciuilibus, ſecus in criminalibus.*

88 *Clementina* Vt Calumnijs, *militat, etiam vbi ex ſtatuto duæ conformes habent vim trium.*

89 *Statuta Vrbis, veluti a laicis condita, non ligant perſonas Eccleſiaſticas.*

90 *Confirmans, nihil adijcit confirmato.*

91 *Statutorum confirmatio, facta per Papam, non afficit perſonas, vel res Eccleſiaſticas, niſi in eaſibus expreſſis.*

92 *Calumnia eadem non videtur ſuſpicio contra habentem duas conformes, quæ eſt contra habentem tres.*

93 *Exequutio duarum ſententiarum habētium vim trium ex ſtatuto, non poteſt impediri aut agendo, aut excipiendo.*

94 *Appellationi qui renunciauit, non cenſetur renunciaſſe facultati dandi de nullitate.*

95 *Electio per duas ſententias confirmata, adhuc eſt appellabilis, neque ipſa auget numerum ſententiarum.*

96 *Electio, eſt actus appellabilis, ſeruata iuris forma.*

97 *Appellationis tertiò prohibitæ Edictum, refertur ad ſententias diffinitiuas.*

98 *Appellatio, de iure Canonico datur à quocunque grauamine.*

99 *Calumnia tantam non eſſe ſuſpicionem, contra victum duabus conformibus, quanta contra victum ex tribus, quomodo intelligatur.*

100 *Iudicium eſt integrum, quod plurimorum ſententiis confirmatur.*

101 *Appellationem dum Princeps remouet à ſententia vnius, maximam de eo præſumit opinionem.*

102 *Calumniæ præſumptio in victo per tres conformes, eſt iuris, & de iure; in victo per duas, vel vnam eſt de iure tantum.*

103 *Præſumptio iuris tantum, probationem in contrarium admittit, præſumptio verò iuris, & de iure ſecus.*

104 *Conformitas ſententiarum pendet ab identitate ſubiecti.*

105 *Sententiæ reputantur diuiduæ in æſtimanda earum conformitate.*

106 *Suntquè in parte conformi, alia ſuſpenſa, exequibiles.*

107 *Sententiarum conformitas, non pendet ex verborum cortice, ſed ex ſubſtantia.*

108 *Clem.* Vt Calumnijs, *procedit etiam in tribus conformibus, contraria interpolatis.*

109 *Nullitas ex Iuriſdictionis defectu, elidit iudicatum,*

catum ex tribus conformibus.
110 Modò nullitas ſit manifeſta.
111 Nullitas manifeſta ex eiſdem actis, non impedit exequutionem trium conformium.
112 Quod declaratur:
113 Nullitatis obiectus ex iuriſdictionis defectu, magis concernit publicã, quàm priuatã vtilitatẽ.
114 Nullitate in genere reiecta, non cenſetur reiecta nullitas ex defectu iuriſdictionis.
115 Sententia non poteſt conſiderari, vbi deficit iuriſdictio.
116 Nullitas prioris ſententiæ, de qua non eſt in ſpecie oppoſitum, per duas poſteriores confirmata non auditur.
117 Etiamſi proponatur ex iuriſdictionis defectu.
118 Neque ſufficit oppoſitio in genere, ex clauſula nullitatis &c. niſi talis clauſula fuerit ad ſpeciem deducta.
119 Iniuſtitia notoria, etiamſi reſultet ex eiſdem actis, eſt quid diuerſum à nullitate.
120 Niſi ſententia referat ſe ad acta.
121 Acquiparatur tamen nullitati, ad effectum impediendi exequutionem.
122 Sententia præſumitur ritè, & iuſtè lata.
123 Lex non factum, ſed ſententiam notat, etiamſi lata ſit contra notorium.
124 Iniuſtitia notoria, probanda eſt per excipientem.
125 Et quæ dicatur.
126 Nullitas notoria quæ.
127 *Clauſula* parito iudicato, *ſuſpendit exequutionẽ.*
128 Non omittitur, etiamſi proceſſum ſit per contradictas.
129 Quod declaratur.
130 Eadem, quid importet.
131 Per æquipollens impleri poteſt per Iudicem, vel etiam per partem compenſando.
132 Eadem, non datur, vbi non adeſt niſi vna ſententia appellatione remota.
133 Reſtitutio in integrum, non committitur ſuſpenſiuè contra tres conformes.
134 Secus verò contra vnam latam ex reſcripto, appellatione remota.
135 Reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam, non ſuſpendit, ſi præuentum fuerit in exequendo, alias ſecus.
136 Neque attenditur, an cauſa ſit clara, vel turbida.
137 Et dicitur præuentum ſi ſimpliciter ſit petita.
138 Exequutionis præuentio, ex ſola petitione conſtituitur.
139 Modò ſit admiſſa per Iudicis decretum.
140 Exequutio iudicati, dicitur eo ipſo inchoata, quòd eſt decreta.
141 Reſtitutio in integrum, vt dicatur in ea præuentum, an ſufficiat quod fuerit petita coram Iudice qui pronunciauit.
142 Reſtitutio in integrum, an poſſit concedi per Delegatum, qui tulit ſententiam.
143 Reſtitutio in integrũ qualitèr, & quomodo imploranda, ex vſu Curiæ ad effectũ præuentionis.
144 Reſtitutio eadem, non admittitur contra obligationem Cameralem, etiam præueniendo eius exequutionem.
145 Et quæ ſit ratio.
146 *Clauſula* parito iudicato, &c. *modificata ex aliâ* Arbitrio Rotæ, *admittit audientiam.*
147 Inhibetur, nonnunquam ex æquitate.
148 Reſtitutionis in integrum extremum, eſt læſio.
149 Reſtitutionem petens aduerſus iudicatum, non docens de cauſis reſtitutionis, præſumitur calumniari.
150 Reſtitutionis in integrum cauſa, qualitèr promoueatur in Curia.
151 Reſtitutio prout de iure conceſſa, non aufert ius quæſitum, neque ex parte Principis reſcribẽtis.
152 Neque ex parte Iudicis pro ea iudicantis.
153 Reſtitutionis in integrum Iudex, non comperta cauſa, iudicatum exequitur.
154 Reſtitutione commiſſa, dicitur lis integrata, & repoſita.
155 Iniuſtitia exceptio, ſuſpendit exequutionem Iudicati, dum ſuper ea cognoſcitur.
156 Tribunalia ſuprema, non tàm facilè exequuntur ſententias alienas.
157 Rota, nihili ducit ſententias extra eam latas, neque eas exequitur, niſi excuſſa earum iuſtitia.
158 Paſſimque comperta Iniuſtitia, etiam non notoria, eas reuocat.
159 Læſione comperta. & inde remota præſumptione calumniæ in petente reſtitui, ſuſpenditur effectus iudicati.
160 Reſtitutio, dicitur actus ſuſpenſiuus.
161 Reſtitutio, an detur Eccleſiæ, vel minori contra iudicati exequutionem plenariè factam.
162 Quod reſoluitur ſub diſtinctione.
163 Beneficio priuatus per ſententiam latam in contumaciam, illud recuperat, ſi intra annum compareat, & doceat de ſua innocentia.
164 *Clauſula* ſine præiudicio bonorum Fiſco incorporatorum, *preſeruat etiam beneficia Eccleſiaſtica alteri collata.*
165 Sententia contumacialis, magis propter contumaciam, quàm propter delictum dicitur lata, & ideò purgata contumacia, euaneſcit.
166 Reſtitutio in integrum, paſſo ſententiam cõtumacialẽ, poſt annũ non datur in præiudiciũ iuris quæſiti alteri, cui Papa de beneficio prouidit.
167 Sententia contumacialis, etiam poſt annum non probat delictum.
168 Probat tamen priuationem, quod ſufficit pro iuſtificatione gratiæ.
169 Reſtitutio plenaria facta per Papam, tollit omnem effectum priuationis beneficij.
170 Ea tamen, nõ niſi ex cauſa boni publici cõceditur.
171 Sententia, aut condemnatoria eſt, aut abſolutoria.
172 Sententia adiudicatoria, & canonizatoria, in quo differat ab abſolutoria.
173 Abſolutoria ſententia, cui, & quando detur.
174 Nullam exigit probationem.
175 Abſolutoria, nullum ius tribuit.
176 Quod declaratur.
177 Adiudicatoria, vel etiam canonizatoria ſententia, implicat victo nullum ius competere.
178 Abſolutoria, perpetuò fertur contra petitorem, ex ſuppoſitione, quod ei nullum ius competat.
179 Eadem continet impoſitionem perpetui ſilentij, cum condemnatione in expenſis.

180 Abſo-

180 *Abſolutoria eadem, non impeditur in petitorio, prætextu poſſeſſorij, ſi illud nō fuerit ſuſpēſum.*
181 *Minuſquè prætextu mortis Actoris collitigantis.*
182 *Nec deniquè ex cenſuris.*
183 *Abſolutoria, datur etiam Actori, ſi poſſideat.*
184 *Actor, & Reus, in fundanda ſua intentione diſtinguuntur.*
185 *Reus, vbi actor probauit ſuam intentionem, tenetur eodem modo probare ſuam exceptionem.*
186 *Vacationis ipſo iure inductæ cauſæ, omnes duabus principalibus ſubalternantur.*
187 *Vſus quid.*
188 *Abuſus propriè quid.*
189 *Abuſus ſecundum vulgatiorem ſignificatū, quid.*
190 *Maritus male verſans circa res dotales, illis abuti videtur.*
191 *Abuſus aliquando in bonam partem accipitur.*
192 *Aliquando vero in malam.*
193 *Infames à beneficijs arcentur.*
194 *Beneficio Eccleſiaſtico non debet honorari, qui ob delictum puniri debet.*
195 *Beneficio abutens, ſe ab illo ſeparat.*
196 *Priuilegium perditur propter eius abuſum.*
197 *Non tamen ipſo iure.*
198 *Veniæ facilitas, incentiuum tribuit delinquendi.*
199 *Atrocia crimina, dicuntur omnia capitalia.*
200 *Capitalia crimina, quæ?*
201 *Priuationis pœna ipſo iure, non pro quocunque crimine eſt impoſita.*
202 *Et ideo exigitur expreſſio.*
203 *Et in dubio refertur ad priuationem per ſentētias.*
204 *Occaſio duplex, bona, & mala.*
205 *Occaſio mala in delinquente, excitat bonam in legiſlatore, pro coercendo delicto.*
206 *Pœnam augeri ob atrocitatem delicti.*
207 *Abuſus triplex.*
208 *Priuationis beneficij ipſo iure plures caſus.*

QVÆSTIO XVIII.

Sententia, quæ ſit vis, in inducenda vacatione beneficij.

QVATENVS vacatio benefi-
cij ſubijcitur ſentētiæ; ſen-
1 tentiam accipimus † vt ge-
nus, adeò vt ſub hoc ter-
mino, non ſolum ſententiā
hominis intelligamus, pro-
ut eſt pronunciatio Iudicis
ad finem controuerſiæ, aut
abſoluendo aut condem-
nādo, vt determinat textus in *l. 1. ff. de re iudic.* ex
qua aliæ acceptiones per noſtros fiunt, de quibus
per *Hoſtienſ. in ſumm. de ſent. & re iudic. ſub n. 1.*
verſ. hic autem dicitur ſententia, Abb. in rubr. eod.
tit. ſub num. 4. verſ. ſed quoad maiorem, ſpecul. de
ſent. §. 1. & §. 2. num. 3. Maran. de ord. iudicior.
par. 6. §. & demum fertur ſententia, num. 1. 10. de
Anan. conſ. 16. num. 2. verum etiam ſententiam
2 legis, prout lex (cuius virtus non † minus conſiſtit
in puniendo, quam in imperando, & vetando, *l. le-*
gis virtus 7. ff. de legib.) ſuam hāc in puniendo vim
3 exercet; enimuerò vt vis iſta † à recta ratione
proficiſcitur, quæ ex cognitione cauſæ conſtitui-
tur, nemo inficias ibit, ſententiam legis ferri cum
maiori cauſæ cognitione, quàm poſſit conſiderari
in ſententia hominis, *Bal. conſ. 118. ſub nu. 2. verſ.*
item ſententia legis lib. 4. quandoquidem virorum
4 prudentum † conſultum eſt, inquit Papinianus in
l. 1. ff. de legib. ac proinde huiuſmodi ſententia
5 eandem, & maiorem † quoquè ſortitur virtutem,
quam quæ valeat attribui ſententiæ cuiuſuis Iu-
dicis, *Oldrad. conſ. 227. num. 4.*
6 In eo tamen præcipuè, vna † ab altera differt,
quod ſententia legis, perpetuò feratur ex ſuppo-
ſito facti liquidandi, ſententia autem hominis ex
ſuppoſito facti iam liquidi, vnde illa prior perpe-
tuò expectat probationem poſt ſe, hæc verò exi-
git probationem ante ſe, quemadmodum magi-
ſtraliter deducit *Oldrad. in eo. conſ. 227. ſub d.*
nu. 4. verſ. ſed in hoc eſt differentia, & conſ. 240.
nu. 1. cuius fermè verba reſcripſerunt *Adden. ad*
Rot. deciſ. 3. nu. 6. de reſtit. ſpol. in nou. Scacc. de
Iudic. lib. 2. cap. 9. nu. 237.
7 Quandoquidem, vt Iudici † prius cognoſcen-
dum eſt, quam condemnet, *l. 1. C. de exeq. re.*
8 *Iudic.* quia poteſt decipi † in ſenſu proprio, *cap.*
9 *ne innitaris de conſtitutio.* ità legi † nuſquam
eſt intentio quempiam puniendi, qui non deli-
querit, *l. Abſentem 5. verſ. ſatius enim, ff. de pœn.*
10 de ratione enim pœnæ † eſt, vt connectatur deli-
cto, cùm per eam reparetur æqualitas Iuſtitiæ, vt
demonſtrat *D. Thom. 2. 2. quæſt. 108. art. 4. in*
11 *corp.* vnde neque rem, † neque iuſtum nomen pœ-
næ habet, niſi culpa propoſita, cum (iuridicè lo-
quendo) nihil ſit aliud, quam vltio, & vindicta, vt
ex eadem doctrina *D. Thom. explicat Dominicus*
Sot de Iuſtit. & iur. lib. 1. in 6. quæſt. art. 5. in
prima colum verſ. pœna enim, Menoch. conſ. 82.
12 *num.* 106. vnde reſcriptum Principis † remittens
pœnam ante delictum, non valet, veluti prouocans
ad delinquendum; quia remiſſio fit pœnitenti, verū
pœnitere, & operari ſimul non poteſt, propter op-
poſitorum contradictionem, vt ità punctualiter
ſyllogizatur *Salyc. in l. Caſtitati ſub n. 2. verſ. aut*
remiſſio pœna C. ad l. Iul. de Adult. ſequitur *Iaſ.*
in l. aut Prætor la prima nu. 9. ff. de iur. iur. & in
proprium caput fabam cudit Iudex, qui pœnam
legis ex proprio ſenſu minuit, augetuè, ex his quæ
ſcribit *Tiraquel. de pœn. leg. temp. in præfat. ex*
num. 11.
Quocircà, cum lex ex ſuppoſito delicti, & non
aliter pœnam irroget, impoſſibile eſt, vt quem-
piam afficiat, cuius delictum, non dicatur ne-
dum probatum, ſed ad oculum demonſtratum, &
hæc quidem eſt ratio, vt circa ſententiam legis,
quia illa fertur ex ſuppoſitione, non poſſit dubita-
ri quin iuſta ſit; circa autem ſententiam hominis,
in ſtatuenda illius iuſtitia plurimum hæreamus,
13 quia dum † veritati facti debet inniti, *l. nemo Iu-*
dex, 13. ad fin. C. de ſenten. & interloquutor. omn.
14 *Iudic.* etiam aſſiſtendo partium † allegationibus,
l. vn. C. ſi aduerſ. dotem, ſuper quo exclamat
Bald. in conſ. 352. ſub num. 3. ad finem lib. 1.
15 facilè eſt † vt labatur & decipiatur ſecundum

humanam conditionem, *Ancber. conſ. 210.nu.2.*
Prob. ad Ioann. Monach.in cap.1. num.2.de ſent.
& re iudic. in 6.
Hæcquè ipſa hæſitatio, tandiù durat, quandiu
ex iudicato non concilietur ſententiæ prçſumptio
16 iuſtitiæ: vt enim † aliquando finis litium ſit, bono
publico introductum eſt, rem iudicatam pro ve-
ritate haberi, *l.res iudicata,208.de reg.iur.*etiam
17 (quantum † pertinet ad effectus iuris poſitiui)
mutando naturalia, vt elegantèr deducit *Bald. in*
cap. in præſentia, paulo antè num. 6. verſ.quan-
quam ſententia, de renunc. quem ſequitur *Natt.*
conſ.524.num 5 cum pluribus,quos latè cumulat
Surd.qui regulam exornat,conſ.61.ex num.4 &
decıſ.170.num.15. & decıſ.260. num.27.
18 Nimium enim hoc eſſet,ſi prætextu† iniuſtitiæ,
virtutẽ hanc iudicato elidere quis niteretur; quod
tenderet in manifeſtum ſpretum, & vilipendium
Magiſtratuum; nam virtus illa iudicati in mutan-
do naturalia,& in faciendo.(vt vulgò loquimur) de
albo nigrum, & de nigro album, procedit à mera
poteſtate Iudicis,vt docet *Bald.in cap.noſti, ſub*
n.2.verſ.& ego dico etiam in deterius, de electio.
19 Quod non minus obtinet,ſi ſententia † in iudi-
catum tranſierit ob omiſſam appellationem: in-
tantum,vt non ſufficiat dicere ſententiam non iu-
ſtificari ex actis,iuxta pulchram theoricam,quam
docuit *Innoc.in cap.quoniam contra, ſub num.8.*
verſ.ſed de alijs, & num 9. de probation. vbi hoc
20 producit etiam † ad ſententiam ſuper incurſu cen-
ſurarum, vt ibi per eũ in *verſ.item videtur dicen-*
dum: ex qua doctrina colligunt ferè omnes, poſt-
21 quam ſententia tranſiuit † in iudicatum, non eſſe
tractandum de illius iniuſtitia,vel iniquitate, vt in
ſpecie *Ang.conſ.302.ſub num.3.ad fin.verſ.con-*
ſtat autem,quem ſequitur *Zaſ. conſ.3. num.3. Io.*
Baptiſta Valenz conſ.68.num.31. qui pariter re-
gulam exornat *ex num.28.*
Hincquè profluit, vt diuerſimodè etiam altera
22 ab altera exequutioni demandetur. Porro lex,† ſi-
uè pœnam inferi imperet, ſiue eam ipſamet irro-
get, hoc perpetuò intendit, vt Iudicis miniſterio,
& auctoritate id in lucem educatur, prout ex *tex.*
in l. 1. in princ. ad S. C. Turpill. notat Bald.
in Auth qui ſemel,ſub nu.2. verſ.tamen in dubio;
*C.quom & quand. Iud.*quem ſequitur *Felyn. in*
cap.Rodulphus, ſub num.34. verſ.ſed declarato-
ria, de reſcript. & eſt text. in cap. cum ſecundum,
19.§.vlt.de hæretic.in ſexto.
23 Itàut,ſi lex iubeat † priuari,Iudex pronunciare
debeat priuandum; quandoquidem, ſi declararet
priuatum, iam pronunciaret contra ipſius iuris
intentionem, cui ſe non conformaret, vt aduertit
Bal.eo loco, citatus per Fely.in Auth. vt amplius,
ſub num.6.ad fin. verſ & dicunt quidam,C. de
fideicommiſſ etiamſi factum eſſet notorium,vt ex
mente *Innocen.docet Felyn.in d. cap.Rodulphus,*
ſub num.37.circa med.verſ. cæterum.
24 Si verò ipſamet lex † priuet, debet iudex pro-
nunciare ſuper facto,cuius cauſa, irrogata eſt pri-
uationis pœna; ſuper qua minimè neceſſaria eſt
ipſius ſententia: à lege enim,ea pronunciatio pro-
fluit reſpectu pœnæ, vt eleganter explicat *gloſſ. in*
d.l.1.in princip.ſuper verb.facti quidem quæſtio,
ad S. C. Turpill.
25 Vt ideo, in primo caſu, ſententia † Iudicis, ſit
de eſſentia pœnæ, in poſteriori verò de eſſentia
exequutionis tantùm, vt eleganter notat idem
Bald.per Felyn. vbi ſupra citatus,in cap.1. nu.1.
*de feud.ſin.culp. non amitten. in vſib. feud.*Hæcq;
26 eſt ratio † neceſſitatis huiuſmodi declaratoriæ Iu-
dicis in hoc poſteriori caſu, cùm imponitur pœ-
na ipſo iure; videlicet, quia aliter non poſſit atten-
tari illius exequutio de facto; quam rationem om-
nes agnoſcunt, & in ſpecie *gloſſ. in clem. præſenti,*
in verb.conſtiterit,de pœn. Ioann.Andr. in cap.1.
num.9.& ibi Gemin.in §.vlt. nu.10. de homicid.
in ſexto,idem Gemin.in cap.fœlicis nu.8.de pœn.
in ſexto, Alex. conſ.103. num.17. lib.1. cum propè
innumeris collectis per Felyn.in co c.Rodulphus
n.35.& 36.verſ.dictam concluſionem, de reſcript.
quod prius docuerat in cap. 1.num. 42. cum ſeq.
*de conſtitutio.*vbi ait ferri hanc declaratoriam,
27 non † vt incurratur pœna, eſt enim iam incurſa,
ſed vt poſſit exigi, quaſi tunc ſolum conſtet de
delicto, ſiue de commiſſo,prout experimur in ma-
teria priuationis feudi, in quibus terminis conſu-
luit *Port.de Imol.in conſ.149 ſub n 20. ad finem*
verſ.ſi rurſus perpendamus,Laderch.conſ.8.n.13.
Gabr.conſ.51.ex nu.33. verſ. tertio etiamſi lib. 1.
idemquè quod Felyn & præcita. docuit Bald.in
cap.peruenit il primo, quod in ordine eſt 13.nu.5.
de Appell.Socin.Iun.conſ 68.num.59.lib.3.Curt.
Iun.conſ.149.num.2.cum pluribus cumulatis per
Tiraquell.ad l.ſi vnquam,in verb.reuertatur nu.
22.C. de reuocan.donatio. Menoch.conſ.99.ex nu.
168.& conſ.1125.ſub nu.29. verſ. tacem dicimus,
& conſ.1153.ex n.32. & per Buccaron. de differ.
inter Iudic.ciuil.& crim. differ.198 nu.21.
28 Quo fit, vt dum † pendet diſcuſſio, an ſit lo-
cus priuationi inductæ ipſo iure, debeat Reus ma-
nuteneri in ſua poſſeſſione, cũ de facto incum.bit,
vt fuit reſponſum in *Tullen ſeu nullius Monaſte-*
rij,15.Februarij 1610. coram Cardinali Sacrato,
in qua allegata fuit alia decifio in Valentina pen-
ſionis 3.Iunij 1602.coram Litta, vt in ſimili quo-
29 què dicitur † de eo, qui prætenditur cœpiſſe poſ-
ſeſſionem contra præceptum ſuperioris, & ſic cũ
vitio, vt nihilominus, dum pendet diſcuſſio ſuper
efficacia præcepti,debeat manuteneri,Rota *decıſ.*
*41.num.12.*quæ latè diſcutit articulum *ex num.3.*
decıſ 64.num.2.& decıſ.70.ex n.1. par.2.diuerſ.
30 Minimè verò negandum eſt,in his pœnis † quæ
non exigunt factum hominis ad exequutionem,ar-
ticulum circa neceſſitatem declaratoriæ, admo-
dum eſſe controuerſum; nam ſunt, qui velint,hoc
caſu nõ vrgere huiuſmodi neceſſitatem, *Bald.in l.*
qua ſub conditione 8. §. vlt. ſub num.4 verſ. vel
dic ſecũdo ff.de condit. Inſtit. Gemi.in c.fœlicis in
princ.ſub nu.8.verſ.vnde dicit diſtinguendo de
pœn.in 6. Prob. ad Io. Monach.in c.ſi cui 20.n.6.
de ſent.excomm.Felin.in ſupracit.cap.Rodulphus
ſub num.38.in 4.limit.de reſcript & in cap. cum
non ab homine 10.ſub nu.10.verſ. limita tertio de
Conſtitution. Iaſ.in l.3.§. quod autem ſub nu. 7.
verſ. huic difficultati ff. quod quiſquè iur. Dec.
conſ.145.

conſ.145.ſub num.4.verſ. quià pro reſponſione ;
hancquè ſententiam veriſſimam opinatus ſuit *La-
dereb.conſ.8.ſub nu.13.verſ.ſecundò reſpondeo.*
31 Sunt ex diuerſo † qui contrarium ſentiant, id
deſumentes ex doctrina *gloſſ. in clemen. vlt. ſuper
verb.conſtiterit,vbi Ancher. nu.4.& 5.de cenſib.*
Idem *Ancher.conſ.189.nu.3.* & tradunt *in d. cap.
Fœlicis,de pœn. Archid.ſub nu.14.verſ.dicas igi-
tur,Ancher.ſub num.10. verſ. reſponde notabili-
ter,* & *Io.Andr. nu.4. alios allegat Gabr.conſ.51.
n.36.lib.1.*quæ ſentẽtia eſt verior, & poſt *Soc.ſen.
in conſ.130.ſub nu.29.verſ.ſi vero dicimus,vol.3.
eam probauit Rota in cauſa Foroliuien.de Monſi-
gnanis 30.Octobris 1602. coram Penia, & in ter-
minis cap.Auaritiæ,de electio.in ſexto, in cauſa
Beneuentana Vicariæ,28.Iunij 1617.coram Car-*
32 *dinali Sacrato* : niſi † factum notorium ſit, vt latè
deducit *Felyn.in eo.cap.Rodulphus nu.39. verſ.
ſed nouiſſimè* ; vbi enim factum ex quo concludi-
tur ad delictum, eſt nototium, nullam huiuſmodi
requiri ſententiam omnes conueniunt, præcipuè
ſcribentes *in d.cap.cum non ab homine,& ibi præ
cæteris Abb.ſub num.29.verſ.& ſic non obſtat, de
Iudic quem ſequitur Felyn.in d.cap.1.ſub nu.42.
verſ. & hinc eſt ſi delictum, de Conſtitutio. & in
praall.cap. Rodulphus,num.37. de reſcript.*
33 Data enim hac † notorietate, videtur ſufficere
aſſignatio termini ad excuſandum ſactum, vt mox
eo elapſo,ad exactionem pœnę procedatur,vt per
*Felyn.ibidem,in verſ. pro tanto,*quæ fuit doctrina
*Gemin. in d. cap. cùm ſecundum,§. confiſcationis
num. 3. de hæretic. in ſexto*, quod nequè præcisè
34 eſt neceſſarium, ſed eo † duntaxat caſu,vbi agitur
de præiudicio irretractabili, vt declarat *Felyn. in
proximè cita.loco ſub eo.num.37.verſ.quod autem
dicit Dominicus.*
35 Quamuis enim,notorietas† nõ releuet ab one-
re proponendi,releuat tamen ab onere probandi,
*gloſſ. in clem. appellanti,in verb.alias cauſas, quã
ibi ſequitur Card. num. 8. in 5. quaſt. de Appell.
Franch.in cap.vt debitus,num.20.in 9.quaſt.ext.
eo.tit.de Appell.Gemin.in cap 1.ſub num.7. verſ.
& ideo tenet eo.tit.in ſexto,Buccaron. in tract. de
differen.inter iudic.ciuil.& crimi.differ.171.n.1.*
36 Vndè proditũ eſt,etiam in notorijs,† partis cita-
tionem minus requiri, *Abb.in cap. venerabilem
n.13. de elect* quamuis contrarium teneant *Bald.
in l.Presbyteri num.11.de Epiſc & Cleric. & in
cap.ad noſtram nu.4. de Iureiur. cum alijs cumu-
latis per Tap Neapol.deciſ.16.ſub num. ibidem
16.verſ.præterea dicebatur.*
Veruntamen, ſtat difficultas in conſtituenda
37 huiuſmodi notorietate, pleraquè enim † iudican-
tur notoria,quæ non ſunt, inquit *text. in cap. con-
ſuluit il primo, quod in ordine eſt 14. de Appell.*
38 quaptopter pro inducenda hac qualitate † exigi-
tur, vt non ſolum rei veritas iuſtificetur ex facto,
ſed cum hac ipſa qualitate, quod ea notoria ſit,
*Rota in nou. de except. deciſ.6. ſub num. 4. verſ.
ſecundum patet,Contard.ad l.vnic.in 9.limit.ſub
num.37.verſ.& ideo quando quis C. ſi de momen.
poſſ.Surd.conſ.188.num.13.*
39 Quippè notorium, non eſt † quod ſimpliciter
verum eſt,aut etiam manifeſtum,ſed cuius veritas
publicè, adeoquè maiori parti Populi eſt patens,
vt ideo nullo modo valeat celari, vt ait *Surd. lo-
co proximè citato, poſt Pariſ. conſ.1. num. 34. &
Aym.conſ.121. num.2. & ante hos benè Iaſ. in l.ſi
verò §.qui pro rei qualitate num.10.ff qui ſatiſd.*
40 *cogant.* quaſi quod populus ipſe, † aut eius potiſ-
ſima pars, facti de quo quæritur teſtis ſit,vt expo-
ſuimus *lib.1.quaſt.32.num.77* Quod tamen,præ-
41 ter † certos caſus, non adeò ruditer eſt intelligen-
dum, quominus ad conſtituendum ſimplex noto-
rium facti, non ſufficiat aliquid geſtum coram de-
cem hominibus, iuxta doctrinam *Cyn. in l. ea
quidem,ſub num.1.ad fin. verſ. & ideo crederem,
& ſub nu.2.verſ. in ſecundo notorio, C.de Accuſ.*
42 multitudo enim † conficitur ex turba, turba verò
hoc numero decem hominum, *l.4.§. hoc edictum
ff.vi bonor.rapt.*
Quæ ſunt benè notanda, pro concludenda hac
43 qualitate: nam ſi is contra quem † intenditur hæc
notorietas, factum ſimpliciter inficietur,talis cir-
cumſtantia diffluit, vt benè aduertit, & conſiderat
*Felyn.in ſæpecit.cap. Rodulphus, ſub nu.37. verſ.
merito Baldus*. Quod enim ſuperius innuimus, ſat
44 eſſe † notorium allegari, *ex gloſſ. Cardin.Gemin.
& Franch. quibus addi poteſt Port.de Imol.conſ.
135.num.29. & conſ.164. num.39.* intelligitur,ſi
non etiam hoc in dubium reuocetur, vt benè ex-
plicat idem *Felyn. in cap. ſi clericus laicum, ſub
nu.3. verſ. & retenta, de for. compet.*
Et ſanè, ea irrefragabili ratione; quià ſcilicet
45 vbi † debet aliquid conſtare, non ſufficit id allega-
ri,ex doctrina *gloſſ.quam Felyn.loc.præalleg.dicit
auream,in cap.non eſt.3.in ver. Epiſcopus, ſiue in
verb quam allegat,de conſuetud in ſexto,* quo fit,
46 vt vix † excogitabilis ſit caſus, in quo euitari poſ-
ſit neceſſitas iuſtificandi hanc notorietatem,etiãſi
illa pluſquam vera ſit; cùm licet innoteſcat alijs,
tamen adhuc non ſit cognita Iudici, tanquam Iu-
dici, ex doctrina *Iaſ.in d.l.ſi verò, §. qui pro rei,
ſub num.12.qui ſatiſd.cogant.* vt autem id præſte-
47 tur † neceſſaria eſt cauſæ cognitio præuia citatio-
ne partis, *Ferrett conſ.31.num.35.& 36.Rota
deciſ.25.num.8.par.1.diuerſ.* niſi agatur de noto-
rio facti permanentis, vt pulchrè diſtinguit, & do-
cet *Abb.in cap.dudum num.6. de elect.* hoc enim
48 caſu † probatio ſit ad cautelam, & nè fiat poteſt
effugi,vt per eundem *Abb.in cap.bona, 23.num.4.
eo. tit. de elect.*
Quod veriſſimum cenſeo, reſpectu ſimplicis
iuſtificationis, non item reſpectu pronunciationis
49 ſuper hac qualitate:nam licet non ignorem † con-
trarium quibuſdam viſum fuiſſe; id ad vtilitatem,
ſeu ad maiorem cautelam verius referendum eſt,
quàm ad neceſſitatem, vt benè explicat *Card. in
clem.Paſtoralis in princ.ſub num.6. verſ. decimo-
ſeptimo nota de re iudic.* nequè aliter loquitur
Rota loco proximè citato, vt propterea cauen-
dum ſit ab his, qui profuſius loquuti ſunt.
Hæcquè de plano procedunt, vbi idem ſuppo-
50 nitur cognitor † delicti, qui eſt exequutor ſenten-
tiæ legis; nam ſecus videtur, ſi diuerſus ſit: poſito
enim quod Clericus cõdemnetur pro delicto, quo

incurrerit etiã pœnam priuationis beneficij ipſo
iure, executio autem reſpectu huius priuationis
ad alium Iudicem ſpectet, vtiquè pro ſpoliatione
beneficij, non ſufficit factum illud Iudicis, qui de-
lictum cognouit, ſed erit adhuc neceſſaria citatio
pro ipſa ſpoliatione corã Iudice ſuo, etiamſi ſup-
ponatur delictum eſſe effectum notorium per ſen-
tentiam, ex doctrina *Innocen. in cap. qualiter, & quando, ſub num. 10. verſ. credimus tamen de accuſatio. Sigiſmund. Lofred. conſ. 47. num. 10.*
Atquè ex his alia rurſus inter has ſententias
51 emicat differentia, quod tametſi † ſententia le-
gis, nulla prouocatione ſuſpẽdatur, quominus ſe-
cum trahat exequutionem, *l. fin. §. item ſi ex per-*
52 *petuo, ff. de Appell. recip.* quam quidem † exequu-
tionem non cognitor aliquis, ſed mens ipſius legis
promouet, ac molitur, *l. ſi qua pœna, 244. vbi gloſ. in verb. de pœna, verſ. tu die tertio, de verb. ſignif.*
cuius gloſſæ, in hoc, ſenſum probauit *Cuiac. ad l. aliud eſt fraus, 141. in vlt. col. verſ. ad hæc, vt explicetur, eo. tit.*
53 Attamen à ſententia † hominis detur prouoca-
tio; ſiue ipſe ex ſuppoſitione criminis notorij pu-
niat, *Felyn. in praeſt. cap. Rodulphus, ſub nu. 37.*
54 *verſ. caeterum de reſcript* ſiue factum † ſimpliciter
declaret, ex cuius ſuppoſitione, lex ipſo iure pœ-
nam irrogat, vt concludit *Abb. in praeſt. cap. peruenit num. 6. de appell.*
55 Nequè enim hoc caſu, ſuſtinetur † appellatio
tanquàm à grauamine legis, cum lex perpetuò ſit
iuſta, & neminem grauet, ſed tanquam à grauami-
ne illato per Iudicem, qui potuit decipi circa fa-
ctum, vt benè declarat *Alciat. in d. l. ſi qua pœna, ſub num. 4 verſ. quapropter, & num. 5.* quocirca
56 prouocatione interpoſita, † æquè hoc caſu ſuſpen-
ditur exequutio, donec in iudicatum ſententia
tranſierit, *l. 1. §. reus, & ibi Doctores, ff. ad S. C. Turpill. Bellam. in cap. quod ſicut 28. ſub nu. 37. verſ. & eſt ratio de elect.* cum in effectu appella-
57 tio † ſit antidotum, & theriaca iuris contra virus
ſententiæ Iudicis, vt bene monet *Bald. in l. vnic. num. 13. ad fin. C. ſi de momen. poſſeſſ.*
Et nihilominus minimè per hoc cõfunditur vis
ſententiæ legis, cum ſententia hominis; nam poſita
58 ſententia legis, interim † dum excutitur factum
pro obtinenda declaratoria, fruſtra nititur Reus
à ſe abdicare beneficiũ; & etiamſi moriatur, nihil
per eius obitum vacare intelligitur, cùm iam lex
vacationem induxerit eo momento, quo in eam
eſt commiſſum: notat enim factum lex, non ſenten-
tiam circa factum, vt in propoſito inquit *Rebuff. in prax. in 3. par. tit. de mod. amitten. benef. nu. 3. Rot. diuerſ. decis. 707. num. 4. & decis. 727. nu. 1. lib. 3. par. 3. cum alijs adductis per Gonzal ad reg. de menſ. gloſ. 14. num. 141.*
59 Neque enim, medio eo tempore † poteſt dici
beneficium vacare, & non vacare, ex quo tempus
vacationis momentaneum, adeoquè indiuiduum
eſt, vt inquit *Prob. ad Ioann. Monach. in cap. vlt. num. 29. de conſuetud. in ſexto.*
60 Quapropter, nec interim † fructus ſuos facit, ſed
illos tenetur reſtituere, vt notat *Gem. in ſuperius tit. c. fœlicis, ſub nu. 8. verſ. et ſi dicas de pœn. in 6.*

61 Verùm, ſi ex diuerſo † ſupponamus ceſſare
hanc legis ſententiam, nequè aliter infligi priua-
tionis pœnam, quàm ex pronunciatione Iudicis,
interim verò dum cauſa trahitur, reus cedat, vel
decedat, vtiquè hinc reſultabit vera vacatio, quan-
tumcunquè prætendatur eum omnino fuiſſe pri-
uandum, *Rebuff. lo. proximè cita. num. 51.* & latiſ-
ſimè conſuluit *Gabr. conſ. 196. ex num. 1. & per to. lib. 1.* cum propè innumeris, quos retulit, & ſequu-
tus fuit *Pariſ.* qui optimè hunc articulum diſcutit
de reſign. benef. lib. 3. q. 16. per to. tametſi, qui ex
capite futuræ huius priuationis impetrauit, mini-
mè impediatur contra nouiter prouiſum proſequi
ius ſuum, adeo vt ſi cum crimnoſo poſt impetra-
tionem diſpenſetur, diſpenſatio non teneat, ſiuè lis
pendeat, ſiuè non, præterquã, ſi Papa toto rei ſta-
tu intellecto, id exprimat, iuxta *Gemin. conſ. 105. num. 10. per to.* quod plurimum etiam notandum
monuit *Staphil. de var. mod vacatio. c vlt. nu. 12.*
62 nunquam enim ſit † retrotractio in præiudicium
iuris alteri quæſiti, quod non ſolum ſeruatur in re-
ſcriptis, vt ſuo loco demonſtrauimus, ſed etiam
in ſententijs, vt poſt *Doctores in l. poſt contractũ ff. de donatio. ſcribit Port. de Imol. conſ. 6. nu. 37.* vt
63 hinc appareat nõ ſatis tutam † eſſe opinionẽ Anto-
nij Fabri, Iuriſconſulti alioqui doctiſſimi, *de error. Pragmatic. deca. 97. error. 7.* qui exiſtimauit, in
cauſa commiſſi, ſpectari tempus ſententiæ, non
autem delicti; contra quem ideo acriter inſurrexit
Bachouius illius antagoniſta: valdè enim tritum
eſt, tempus delicti, non autem ſententiæ attendi
oportere, *l. 1. ff. de pœn. l. iniuriarum æſtimatio ff de iniurijs, cum alijs adductis per Farinac. crimin. q. 8. num. 105.*
Quicquid autem in hac parte tribuitur ſenten-
tiæ Iudicis, intelligi oportet, non de quacunquè
64 eius † pronunciatione, ſed de diffinitiua, prout hæc
vox in ſuo proprio, & potentiori ſignificatu ſumi-
tur, *gloſſ. in l. 1. §. biduum, in verb. ſententia lata, ff quan. appellan. ſit Felyn. in rubr. num. 7. de re iudic. Lauren. de Pin. conſ. 115. num. 7.* & ea qui-
65 dem † exequibili, non autem de inualida, & inexe-
quibili, *l. 4. §. ait Prætor, ff de re iudic.* ideſt de ea,
66 ex qua † orta ſit actio iudicati, quæ dicitur in fa-
ctum, *l. miles 6. §. vlt & ibi gloſſ. in verb. iudicati, iuncta l. ſeq. & l. ſi victum 34. & l. in iudicati, 61. vbi gloſſ. eo. tit de re iudic.*
67 Tunc enim demum ſententia † effectum ſuum
ſortitur, quandò in iudicatum tranſit, *Bal. in l. vn. ſub num. 3. ad fin. verſ. ſed hoc eſt falſum, & ibi etiam Salic. ibidem ſub nu. 3. verſ. hæc ſolutio C. ſi de momen. poſſ. Rolan conſ 77. n. 16 lib. 2. Pract. Papien. de refor. appell. ab interloquut. ſuper verb. in his ſcriptis, ſub num. 9. verſ. nam effectus ſententia eſt, Henric. Bouer. in ſuis ſingular. verb. appellatio, ſub num. 22. verſ. quoniam ſortiri effectum, Honded. conſ. 22. num. 46. lib. 2.*
68 Proindequè, etiam ſupponimus, talem † effectũ
non eſſe ſuſpenſum; contingit autem ſuſpẽſio mul-
tis modis, præcipuo verò per appellationem,
cap. ſuper eo, il primo, quod in ordine eſt 10. de Appell. cap. non ſolum 7. eo. tit. in ſexto, Roman. conſ. 37. num. 4. Soc. iun. conſ. 75. num. 24. vol. 4.

Bero.

Bero.conſ.110.num.40.vol.3.Natt.conſ.583.n.5.
69 Surd.conſ.379.num.22. etiam † temerariam, ſe-
cundum opinionem Bald.in l.Tutor 41.§. ab Au-
lo Agerio num.1. ff. de vſur. modo valida ſit,ideſt
70 non † peccet in forma, l. praſes 27. l.cum prolatis
32.de re iudic. nequè ſit prohibita, ad hæc enim
71 duo † capita effectum ſententiæ in hoc articulo
ſuſpenſionis, elidi voluit Bald. in d. §. ab Aulo
Agerio num. 2.

72 Inducitur autem appellationis prohibitio,† aut
à lege quæ pluribus caſibus remedium iſtud,vtcũ-
que ordinarium,remouet,l.1.& to.tit.C.quor.ap-
73 pell.non recip.aut ex Principis † reſcripto,cap.pa-
ſtoralis,53.& ibi Doctores, præcipuè Bellam. n.6.
de Appell.idemquè Bellame. deciſ. 18.

74 Qua ſuppoſita, vt non obſtante † appellatione
poteſt ad exequutionem procedere (modo tamen
hoc in iure liquidum ſit, nec vllo modo turbidum,
vt declarat Lancell. Conrad. de off. Prato.in cauſ.
ciuil.tit. de appell.in princ.ſub nu.e 1. verſ. decla-
rat autem) ita ea ceſſante, vel turbida exiſtente,
75 Iudex tenetur deferre † appellationi, aliàs, in ci-
uilibus, punitur arbitrio ſuperioris;& ſi negotium
ſit criminale, debet deponi, ex ſententia B. Gre-
gorij relata in can.decreto noſtro, qui in ordine
eſt 11.§. ſi autem,2.quæſt.6. vbi Archid. num.1.
Prapoſ.num.5. Turrecrem.ſub num.1. ad fin ſu-
per verb.ab officio, Abb.poſt gloſſ.vlt.in c.de priore
31.num.7.de appell. Buccaron. de different. inter
iudic.ciuil.& crimin.differ.198.n.17. Boer. deciſ.
153.ſub num. 4. verſ.ſed de iure canonico.

76 Quòd, ſi interim ſpreta appellatione † nitatur
exequi,tanquam deſtitutus iuriſdictione, non in-
telligitur procedere vt Iudex, ſed vti priuatus,
cui propterea priuatim & de facto reſiſti poteſt,
iuxta doctrinam Innocen.in cap.ſi quando,ſuper
verb reſiſtere, & ibi quoque Felin. ſub n.2. verſ.
fallit primo,de off.deleg.Bald.in l. addictos,nu.3.
C.de Epiſc.audien. Rolan. conſ.77. num.6. & 7.
lib.2.Guid.Pap in tracta.de appell. nu.94. Buc-
caron.lo.praeit.num. . 6.Lancellott. de attent. ap-
pell.pend.in 20.ampliat. num.1.

77 Modò ſcilicet,agatur de præiudicio † irretracta-
bili, aliàs enim illicita eſſet huiuſmodi reſiſtentia
de facto, quæ eatenus permittitur, quatenus duo
hæc concurrant,videlicet, quod Iudex à quo nul-
lo modo nitatur auctoritati iuriſdictionis,& quod
ſimul præiudicium ſit irreparabile, prout ita de-
clarat Bald.in l. ab exequutione num.11.C.quor.
appell.non recip. Felin.in d.cap.ſi quãdo, ſub eod.
78 num.2. verſ.conſidera quid: & pro arcenda † hu-
iuſmodi facultate reſiſtendi de facto ſufficit vela-
men Iuſtitiæ,vt benè conſiderat Bart.in l.prohibi-
79 tum,n.6.C.de iur.Fiſc.lib.10. & ſi verſemur † ex-
tra caſum iniuriæ illatæ in perſonam, agaturquè
de tuitione rei, non attendatur aliud intereſſe,
quam tuitio propriæ perſonæ, vt propterea in ar-
ticulo immiſſionis in poſſeſſionem impertinẽs ſit,
& à iure reprobata huiuſmodi reſiſtentia de facto,
ex doctrina Bart. in ead.l. prohibitum nu.2.& 3.
quod fuit de mente Innoc.in d.cap.ſi quando verſ.
hoc autem ſic intelligo, de offic. deleg.

Et quæ dicta ſunt de appellatione,procedunt ex
80 eadem † ratione in caſu ſupplicationis, aut recur-
ſus, vbicunquè ſupplicatio, vel recurſus ſuccedit
loco appellationis, Bero.conſ.113. num.8. vol.3.
Lancellott.de atten. in 2.par.cap.19 nu.33. Surd.
conſ.379. num.22.

81 Regulariter enim,prohibita† appellatione,non
impeditur exequutio, prætextu, aut ſupplicatio-
82 nis,Guid. Pap.dec.50.n.1.aut † reuiſionis, Afflict.
deciſ.231.num.2.aut recurſus,vt poſt alios tradit
Lancellot.eod.cap.19.num.16.& 19.Contard.ad
l.vn quaeſt.8.n 38.C.ſi de moment.poſſ. Menoch.
qui alios citat de Arbitrar. quaeſt.70.num.23.

83 Idemquè dicitur de nullitate, † & de extraordi-
nario remedio reſtitutionis in integrum, vbicun-
què deducitur iudicatum ex tribus conformibus,
84 clem.vt calumnijs de re iudic.vel ex duabus, † vbi
ex ſtatuto, alionè iure ſingulari hoc inductum eſt,
veluti ex ſtatuto noſtro Romano lib.1.c.178.quod
(inter ciues tamẽ,incolas,& diſtrictuales) ſeruari
in omnibus Curijs Vrbis.adeoq; in ipſo Rotæ Au-
ditorio ſæpiſſimè fuit deciſum, vt legitur diuerſ.
deciſ.452.num.1.par.1.& in recen.deciſ.647.ibi-
dem.num.1.par.1. Reuerendiſſ. D.Coccinus deciſ.
427.num 1.& 2.Caualer.deciſ.387.num.2.etiam
85 reſpectu Ciuitatis † Tiburtinæ,vtcunquè exemptę
à iuriſdictione Populi Romani,vt fuit reſponſum
in Tiburtina redditionis adminiſtrationis tutelæ,
17. Martij 1608. coram Manzanedo: cùm licet
86 exempta, remaneat † tamen in diſtrictu, Rota in
rec.deciſ.346.n.5.par.2.Seraph. dec.1161.ex n.1.

87 Quod tamen † intelligitur in cauſis ciuilibus,
non item in criminalibus,vt poſt Surd.conſ 163.ex
num.11 & Farinac. conſ.70. ex num.13.& conſ.
177.num.2. & 54. concludit Buccaron. de differ.
inter Iudic.Ciuil. & crimin.differ.189. ex nu.5.

88 Quippè, hoc etiam † caſu militat,vt dixi,eadẽ
diſpoſitio d.Clem vt calumnijs, Bald.in l. fin. ſub
num.6.ad fin.verſ.imò puto C.de ſenten.& inter-
loquut.omn. Iudic.quem ibi ſequutus eſt Salycet.
ſub nu.11.verſ.quinimò putat,& Pariſ.conſ.109.
n.15.lib.4.vtcunquè aliàs exiſtimem ad hunc effe-
ctum exigi confirmationem ſpecificã, ideſt reſpe-
ctu huius capitis, nec ſufficere confirmationẽ ſpe-
cificam omniũ ſtatutorũ,quia adhuc dicuntur ſta-
89 tuta laicorum, quæ non † ligant Clericos aut alias
perſonas Eccleſiaſticas, c.qua in eccleſiarum,& c.
eccleſia S. Maria de Conſtit. Anch,conſ.258. n.2.
Hond.conſ.5.n.11.lib.1.Surd.conſ.2.n.14.& 201.
n.11 & pronunciauit Rota in Romana Domus
de Scapuccijs 19.Ian.1611.coram Reuerendiſſ.D.
Coccino,& optimè fuit declaratum in Romana
liberationis à fideiuſſione 4.Mar.1630. corã Rpd.
90 Merlino, cum † confirmatio nihil addat confirma-
to,Bero.conſ.107.nu.11. lib.1. Menoch. conſ.658.
num.8.Seraph.deciſ.981.num.5. & in conſequens
91 non afficere † Eccleſiaſticos & bona Eccleſiaſti-
ca,niſi in quantum indiuiduam de eis mentionem
facit, Bal.in d.cap.Eccleſia S. Maria ſub num. 9.
verſ. tertio gloſſa, & firmauit Rota in d. Roma-
na liberationis à fideiuſſione, in qua alia citantur.

Vt autem id ſe habeat quod ſupra dictum eſt,
videlicet diſpoſitionẽ d. Clem. militare etiam, vbi
iure ſingulari duæ conformes habent vim trium,
inſpici

92 inſpici oportet, nam, cùm † tanta, adeoquè vrgens
ſuſpicio calumniæ, cõtra eum non militet, qui vna,
vel altera ſententia huiuſmodi ſuccubuit, quanta
contra eum, qui tribus conformibus, vt aduertit
Gabr. conſ. 49. ſub num. 6. verſ. tamen contrarium
93 *eſt verius, lib. 1.* non ſatis † videtur perceptibile,
qualiter poſſit ſupradicta Baldi ſententia conſiſte-
re, vndè *Salycetus, loco proximè allega. ſub nu. 10.*
verſ. & hoc ſatis eſt notandum, commendata, tan-
quam notabili, Baldi ſententia, quatenus ex ea idẽ
Baldus intulit, non poſſe hoc caſu agi, vel excipi de
nullitate, niſi facta exequutione, iuxta *d. Clem.* faſ-
ſus eſt, ſe non percipere iſtud vltimum, cùm *clem.*
exigat tres conformes, propterea remittit ſe ad
ſcripta per ipſum in *l. vlt. §. vlt. C. de tempor. appel.*
94 *vbi, ſub num. 9. verſ. quæro vltimo*, docuit † eum,
qui renunciauit appellationi, non cenſeri renun-
ciaſſe facultati dicendi de nullitate; quod etiam
comprobatur ex doctrina eiuſdem *Bald. in l. vnic.*
nu. 5. C. nè in vn. ead. cauſ. tert. prouoc. lic. vbi vo-
95 luit, prouocantem † ab electione, ſi ſuccumbat per
duas alias ſententias, non ſubijci diſpoſitioni dictę
Clementinæ; quod non poteſt alia ratione conſi-
96 ſtere, quàm, quià etiamſi † ab electione detur ap-
pellatio, ſeruata forma iuris in *cap. vt circa de*
electio. in ſexto, & in clem. cauſam, eo. tit. quam
exornat Rota deciſ. 486. ex num. 1. par. 1. diuerſ.
97 tamen ipſa † electio non habeat vim definitiuæ, at-
què ideo non poſſit applicari Prætoris edictum,
nè liceat tertio prouocare: quod debet intelligi
de appellatione à ſententia diffinitiua duntaxat,
ſecundum *Oldrad. conſ. 106. num. 2.* quod videtur
quoquè fuiſſe de mente Rotæ *deciſ. 2. de re iudic.*
in nou. quam ita expendit Aym. conſ. 183. ſub n. 4.
verſ. aduerte tamen.

98 Nequè enim ex permiſſione † appellationis, re-
ctè infertur ad qualitatem hanc ſententiæ diffini-
tiuæ; cum de iure canonico detur prouocatio à
quocunquè grauamine extraiudiciali, *cap. conſti-*
tutis, il ſecondo, quod in ordine eſt 46. cum ibi no-
tat. de Appell. Rota in recen. deciſ. 522. n. 4. par. 2.

99 At hæc poſſunt conciliari, vt † tanta non ſit ca-
lumniæ ſuſpicio contra eum, cui ius aliquod ſin-
gulare, prouocationis beneficium ſuſtulit, quanta
eſt contra eum, cui licuit ſecundo appellare, dum
aditur Princeps pro emolliendo rigore iudicati:
interim tamen eidem rigori ſubijciatur; ſiquidem
id totum conficit ipſius calumniæ præſumptio in
appellante, quæ vt facilè in eo admittitur, qui triũ
Iudicum ſententias iniuſtitiæ arguit, cùm integriũ
100 cenſeatur † iudicium, quod plurimorum ſententijs
confirmatur, *c. prudentiam 21. §. illa quippè de Off.*
deleg. Clem. 1. §. quod autem, de ſentent. excomm.
Mantic. deciſ. 344. n. 2. ità admittatur in eo, qui,
101 vel † vni ſententiæ reluctetur per eum latæ, à quo
Princeps noluit appellari poſſe; & quem propterea
credidit ob ſingularem induſtriam, & exploratam
fidem, non aliter iudicaturum, quàm foret ipſe iu-
dicaturus, vt inquit *text. in l. vn. §. his cunabulis,*
verſ. credidit enim Princeps, de Off. præfect. Prat.

In diluenda tamen præſumptione hac, non eſt
par vtriuſquè ratio; quià in priori caſu, præſum-
102 ptio † calumniæ eſt iuris, & de iure, *Ripa in l. 4.*
§. condemnatum, ſub num. 15. ad fin. verſ. & in
hoc conſiſtit, de re iudic. etenim in *d. Clement.* hoc
ſupponitur, & ſuper ſuppoſito diſponitur; in po-
ſteriori verò eſt ſimplex præſumptio iuris, proin-
103 dequè illa † prior vix manifeſta veritate in con-
trarium elidibilis eſt; hæc verò contrariæ proba-
tioni cedit, vt laté explicat *Menoch. de præſumpt.*
lib. 1. quæſt. 3. cum duab. ſequent.

104 Ac proindè, cùm excipitur † de tribus confor-
mibus, ad effectum promouendi calumniam in
adhuc prouocante, aut de nullitate dicente, vel
etiam implorante extraordinarium remedium re-
ſtitutionis in integrum, nihil diſquiritur aliud, quã
hoc vnum, videlicet, an verè extent tres confor-
mes; quam conformitatem metiri conſueuimus
ab identitate ſubiecti, ſuper quo pronunciatũ eſt,
gloſſ. in d. Clem. vt calumnijs, in verb. tres. Pute.
105 *deciſ. 284. num. 4. lib. 1.* quamuis † circa id ipſum
ſentẽtiæ diuiduæ ſint, itàut in ea parte, in qua ſunt
difformes, excludatur iudicatum, veluti, ſi nõ con-
uenirent in articulo condemnationis in expenſis,
Angel. in præcit. l. vn. num. 1. C. nè in vn. ead. cauſ.
tert. prouoc. lic. cum alijs per Crauett. conſ. 183.
num. 4. & Menoch conſ. 145. num. 45. in alia verò
106 parte † poſſit ſuſtineri conformitas, ad effectum *d.*
Clemẽtinæ *vt per gloſſ. in ipſa Clem. in verb. alicu-*
ius ex eis, & laté poſt alios deducit *Crauett. co.*
conſ. 183. ſub n. 2. verſ. pro opinione tamen, Surd.
conſ. 102. num. 11. Couarr. pract. quæſt. cap. 25. ſub
nu. 6. verſ. vndecimo, Afflict. deciſ. 362. num. 3. &
4. Reuerendiſſ. D. Coccin. deciſ. 427. num. 3.

107 Nequè pro conſtituenda huiuſmodi † confor-
mitate, ita adhæremus verbis, & eorum ſtructu-
ræ, vt non magis attendamus conuenientiam ſen-
tentiarum in ſubſtantialibus, *Socin. Iun. conſ. 74.*
num. 1. & 2. lib. 2. Theſaur. deciſ. 228. num. 1. Rota
in recen. deciſ. 98. ſub nu. 3. circa fin. verſ. & erant
conformes, par. 1. recen. & fuit reſponſum in Tole-
tana nullitatis profeſſionis 17. Maij 1600. coram
Iuſto, & in pluribus alijs, ac nouiſſimè, me ſcriben-
te, in Romana 10000. 28. Ian. 1628. coram Emi-
nentiſſ. D. Cardinali Virili.

Et quamuis gloſſa in *ead. Clemen. in verb. tres,*
108 videatur † velle, ſententias ipſas tres, non ſolum
exigi ſuper eodem articulo, ſed etiam ſucceſſiuè
vnà poſt alteram latas, attamen id minimè intel-
ligendum eſt, immediata ſucceſſiuitate; adhuc
enim militat eadem præſumptio, & diſpoſitio di-
ctæ Clementinæ, ſi contraria ad fauorem victi, me-
dia intercurrat ſententia, *Aym. in præcit. conſ. 183.*
ſub nu. 2. verſ. nam contrarium, cum adductis per
Theſaur. deciſ. 122 num. 16. Couarr. in præalleg.
cap. 25. ſub nu. 3. verſ. quarto animaduertendum
eſt, Gabr. de exec. re. iud concl. 1. nu. 12.

109 Elideretur nihilominus præſumptio † hæc ca-
lumniæ, ſi proponeretur nullitas ex iuriſdictionis
defectu, vt ibi aduertit *Ancher. ſub nu. 7. verſ. ſed*
nunquid, Gig. de penſion. quæſt. vlt. n. 20. Couarr.
qui alios allegat loco proximè cit. ſub n. 4. Barbat.
conſ. 44. ante num. 1. ſtatim à principio lib. 1. plu-
res congerit Menoch. conſ. 345. num. 41.

110 Quod intelligi † oportet, ſi defectus hic ità ma-
nifeſtè oſtendatur, vt nullo modo poſſit videri te-
mouibilis,

mouibilis,aliàs non admittetur illius deductio,ni-
ſi poſt conſumatam exequutionem, in quo ſenſu
eſt accipienda doctrina *Ioan. de Imol. in d. clemen.*
ſub num. 12. verſ. dicit tamen hic.

Nequè rurſus, id vſquequaquè trahendum eſt
ad alias nullitates, vt nonnullis fortè viſum fuit,
111 ſimpliciter diſtinguentibus inter † reſultantes ex
eiſdem actis, & extrinſecus deductas, prout diſtin-
guit *Ripa in d. §. condemnatum, nu. 5.* & alij quos
citant *Menoch. d. conſ. 345. ex n. 39. & D. Barboſ.*
in d. clem. ſub num. 2. verſ. vbi limita.

112 Quandoquidem, id † eſt ſpeciale in hac ipſa nul-
litate proueniente ex iuriſdictionis defectu, vt be-
nè conſiderat, & declarat *gloſſ. in clem. vn. in verb.*
non obſtante, quæ eſt vltima, ex verſ. puto tamen,
vſque ad fin. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. in quibus
etiam terminis loquitur, & procedit *Achill. decіſ.*
214. alias 2. num. 2. de ſent. & re iud.

113 Et ratio ſingularitatis eſt, quià exceptio † iſtius
nullitatis, verius concernit publicam, quam priua-
tam vtilitatē, vt eleganter, & ſubtilitèr conſiderat
Ancher. in d. clemen. vt calumnijs, ſub num. 7. &
114 quæ † ideo non cadit ſub diſpoſitione reijciente
nullitates in genere, *Vant. de nullit. ex defect. iu-*
riſd. ordin. num. 3. & 4. Guttier. practic. quaeſt. ci-
uil. lib. 1. quaeſt. 96. n. 8. cum adductis per *Menoch.*
conſ. 2. num. 152. vndè nec venit ſub commiſſione
ſanatoria, quæ nullo modo pro ea datur, *Veſtr. in*
prax. lib. 5. cap. 13. num. 4. Staphil. de liter. iuſt. ſe-
ctio. Commiſſio an detur ſuper validitate proceſ-
ſus, nu. 11. & 13. Sarnen. in compend. vtr. ſignat.
num. 74. & ſub num. 75. verſ. & quod dictum
eſt, & ſi detur cum clauſula *arbitrio, &c.* nō remit-
titur rigor pro ea ſananda, *Caual. decіſ. 40. num. 2.*
& per tot. & decіſ. 63. num. 3. vbi aliæ citantur,
hancquè eandem vim ſingularitatis videtur agno-
uiſſe *Ang. in practi. l. vn. paulo antè num. 1. C. ne*
lic. in vn. ead. cauſ. tert. prouoc. ex quibus conſtat
115 veriſſimum eſſe, non poſſe † conſiderari ſententiam,
vbi non adeſt iuriſdictio, *Calcan. conſ. 87. n. 2.*

116 Facilius autem † reijceretur nullitas, ſiquæ in-
tenderetur, non contra poſteriorem ſententiam,
ſed priorem confirmatam parte non opponente,
Iaſ. in d. l. 4. §. condemnatum n. 16. de re iud. Fely.
in cap. eam quà num. 2. de ſent. & re iudic. Rot.
decіſ. 7. eo. tit. in antiq. Alex. conſ. 111. n. 5. vol. 5.
vbi ait hoc omnes firmare, *Achill. decіſ. 216. aliàs*
4. num. 1. de ſent. & re iudic. per quam canoniza-
117 tur *d. conſ. Alex. 111.* etiam † reſpectu nullitatis
ex defectu Iuriſdictionis, non obſtante, quòd per
partes non cenſeatur remiſſibilis, reiecta diſtin-
ctione *Card. & Dec.* & hæc fuit doctrina *Innoc. in*
cap. 1. ſub num. 2. verſ. ſolutio, dicimus, de confirm.
vt. vel inutil.

118 Cumquè de hoc quæritur in facto, an ſit † op-
poſitum, neceſſaria eſt oppoſitio ſpecifica, ita vt
non ſufficiat clauſula generalis adiecta in Cōmiſ-
ſione, niſi fuerit deducta ad ſpeciem, vt reſponſum
fuit in vna *Ripana Parochialis, 10. Decemb. 1608.*
coram Ortembergo.

119 Admitteretur tamen exceptio † nullitatis cu-
iuſcunquè, modò reſultaret ex actis, ſi exequutio
eſſet irretractabilis; vt in eadem *Clem. vt calum-*
nijs, poſt Paul de Eleazar. tenuit Ancher. num. 2.
quem ſequutus eſt Guid. Pap. decіſ. 579. num. 4.
Rip. in d. l. 4. §. condemnatum, nu. 21. ff. de re iud.

Nequè abſimili ratione admitteretur exce-
ptio iniuſtitiæ notoriæ: nam tametſi diuerſa hæc
ſit à nullitate, vtcunquè reſultet ex eiſdem actis,
Alex. in l. præſes, num. 2. de re iudic. Gabr. conſ. 28.
num. 3. lib. 2. benè Afflict. decіſ. 28. num. 8. ni ad
120 ipſa acta ſe manifeſte † referat, *Pute. decіſ. 391. n. 1.*
lib. 1. D. Coccin. decіſ. 78. num. 9 & reſpondit *Ro-*
ta in Firmana Altaris, 5. Iunij 1606. coram Car-
121 *dinali Marquemontio*, illi tamen ad hunc † effe-
ctum æquiparatur, vt reſoluit Rota apud *Caſ. de*
Graſſ. decіſ. 147. aliàs ſecunda, de ſolution. num. 7.

Quod ſemper intelligendum eſt, ſi talis iniuſti-
122 tia verè ſit notoria, † nequè enim qui fundat ſe ſu-
per huiuſmodi iudicato, debet probare Iuſtitiam,
quia interim præſumitur ſententia rite, & rectè
lata, adeoq; iuſta, prout de iure ferri debuit, *gloſſ.*
in auth. generaliter, in verb. iniuſtè C. de Epiſc. &
Cleric. Bald. in rem non nouam, nu. 5. C. de iudic.
cum infinitis adductis per *Gabr. de ſent. concluſ. 6.*
ex num. 1. & *Menoch. conſ. 110. num. 6.* lex verò
123 non † factum, ſed ſententiam notat, & verbis legis
debemus eſſe contenti, etiamſi ſententia lata ſit
contra notorium; vt pulchrè deducit *Bald. in l. 1.*
ſub num. 12. verſ quaero nunquid Pater, & nu. 13.
iuncto nu. 25. verſ. quinimo valet ſententia, C. nè
124 *fil. pro patr.* ſed is qui † excipit, debet demonſtrare
125 hanc notorietatem, itàut non poſſit, nec † quidem
ſubtiliter diſputando, vitium offuſcari, ſiuè refera-
tur ad iniuſtitiam, vt plenè docet *Felyn. in cap. in-*
ter cæteras, num. 7. de re iudic. Franch. in cap. di-
lecto ſub num. 155. circa fin. verſ. & dato quod ſu-
pradicta determinatio, de appell. cum alijs quos
ſequuta eſt *Rota diuerſ. decіſ. 85. n. 4. & 5. par. 1.*
126 *Caualer. decіſ. 337 num. 2.* ſiue † referatur ad nul-
litatem, *Rip. in d. §. condemnatum, ſub num. 17.*
verſ. quam ſententiam.

Et hæc quidem, cum toto rigore *d. clemen. vt*
calumnijs, vbicunquè extant tres conformes, at
127 vbi † duæ tantū, aliquo modo emollitur rigor hic:
quià dum reſcribitur ſuper cauſa grauaminis, vel
nullitatis, vel reſtitutionis in integrum, in primo
caſu aliter non reſcribitur, quàm cum Clauſula *pa-*
rito iudicato; cuius vis valdè eſt adæquata diſpoſi-
tioni *d. Clement.* vt non audiatur ſentētiam paſſus,
donec perfectè ſit paritum: ſic enim conceptū re-
ſcriptum, dicitur conditionale; ac proinde, illi cui
ſic reſcribitur, non acquiritur iuriſdictio, niſi pu-
rificata conditione, atquè ita parito iudicato, vt
benè ex deductis per *Socin. ſen. conſ. 99. num. 10.*
lib. 3. in his terminis firmat Pute. decіſ. 419. per to.
lib. 1. Seraph. decіſ. 945. n. 5. Rota, in Anconitana
bonorum 12. Ianuarij 1607. corā Manzanedo im-
preſſa apud Marcheſ. to. 2. pag. 159. & in recen.
par. 1. decіſ. 68. num. 1. decіſ. 701. num. 4. & par. 2.
decіſ. 636. num. 1. Caualer. decіſ. 110. num. 1. &
fuit reſponſum in vna Firmana fontis, 28. No-
uembris, 1612. coram R. p. d. Pirouano;

128 Et hæc clauſula, † non conſueuit omitti, etiamſi
proceſſum fuerit per cōtradictas, vt reprobata ſen-
tentia Staphilæi, *de liter. Iuſtit. §. quando petitur*
commiſ-

Digitized by Google

commiſſo num. 10. *firmauit Rota apud Verall.*
129 *deciſ.256.num.* 1 .niſi,† vt ibi ſubijcitur *num. 3.* in-
continenti poſſit doceri ex eiſdem actis de nulli-
tate, quod eſt notandum aduerſus Marcheſanum,
quem retulit *D.Barboſ.ſub clauſ.97.num.3.*

130 Importatquè neceſſitatē reſtitutionis † fructuū,
& ſoluendi expenſas, *Stapbil. loco pracit. num.9.*
Ferrett.conſ.43.ſub num.7.verſ.& effectus Clau-
ſula, Mantic.deciſ.289.num.7. cum alijs adductis
per *D.Barboſ.loco pracit. num.9.* tametſi hinc nō
131 cenſeatur † impedita facultas ipſi Iudici, compen-
ſandi, vel aliter ita decernendi, vt per æquipollēs
ea conditio adimpleatur, quod eſt benè notādum,
ex *Serapb. deciſ.* 145. *num.6.* & partem poſſe illi
ſatisfacere per compenſationē, latè fuit compro-
batum apud *Gregor.deciſ.342.ex nu.1. & per to.*
quod puto veriſſimum, vtcunquè *ibi adden. nu. 6.*
in contrarium reluctentur, ex eo quod compenſa-
tio non ſit vera ſolutio, nam vt ait *Greg.loco praci.*
num.5. clauſula concipitur ſub termino *partito,*
non ſub termino *ſoluto.*

132 In poſteriori verò caſu, quamuis † præſeruetur
exequutio, tamen non reſcribitur cum dicta clau-
ſula ſuſpenſiua iuriſdictionis, quod notauimus in
apparatu *num.121. & benè etiam diſtinxit Reue-*
rendiſſ.D.Coccinus deciſ.446.num.2.vbi alias al-
legat, & fuerat quoquè animaduerſum in Valen-
tina pecuniaria, 20.Nouembris, 1598.corā Gypſio,
impreſſa apud Marcheſ. tom.2. pag. 247. num.2.
& poſt me, notauit quoquè D.Barboſ. loco pracit.
num. 23.

Multoquè minus, cum imploratur extraordi-
narium remedium reſtitutionis in integrum; Quia
133 licet † hoc quoquè caſu, ſi vrgeant tres cōformes,
nihil ſit, quin intret diſpoſitio *d.Clemen.* debeatq;
nihilominus reſcribi cum dicta clauſula, *Gre-*
134 *gor. deciſ.* 120. *num. 6.* tamen ſi ex ſtatuto, † vel
alio iure ſingulari ſimpliciter ſit remota appella-
tio, aut facultas dicendi de nullitate, ceſſat ratio
ita reſcribendi; quià cum iſta ſint remedia diuer-
ſa, quibus ſubuenitur victo, ſublato vno, non cen-
ſetur remotum aliud, vt benè conſiderat *Ioan. de*
Imol.in ea ipſa clem.vt calumnijs,num.7. Odd.de
reſt. in integr.quaſt.15.num. 31. hancquè diuerſi-
tatem rationis, manifeſtè probauit *Rota in vna*
Bononien. cenſus, 11. *Decembris* 1602. *coram Iu-*
ſto, qua legitur impreſſa apud Marcheſ.d. tom. 2.
pag.61. num.2. & repetitur apud Cene. de cenſib.
deciſ. 110.

135 Et propterea, Signatura † in reſcribendo ſuper
articulo reſtitutionis in integrum aduerſus iudi-
catum, vbi ea non deducitur ex ſuppoſitione triū
conformium, id vnum obſeruat, an fuerit præuen-
tum in exequendo, vel potius in petenda reſtitu-
tione: vt priori caſu, non aliter reſcribat, quàm
cum Clauſula præſeruatiua ipſius exequutionis,
in poſteriori vero ſimpliciter, eam videlicet tranſ-
ferendo, vt notant ſcribentes in *ſapecitat. l. 4.*
§.condemnatum, de re iudic. vbi in ſpecie Iaſ. qui
teſtatur de communi, ſub num. 26. verſ. & dicit
136 *Raphael,* vbi ſubdit hoc† procedere, etiamſi cauſa
reſtitutionis ſit turbida: & hæc eſt concluſio iuris
indubitata, de qua poſt alios latiſſimè differit *Ga-*
briel.de exeq.re iudic.concluſ.1.ſub num.17.verſ.
concorda, Verall. deciſ. 330. ex num.1. & per to.
par.1.Gratian.March.deciſ.172. ex num.3:

137 Vtquè hoc caſu † dicatur præuentum, ſufficit
reſtitutionem petitam eſſe, *l. vn. vbi gloſſ. in ver.*
poſtulata C. in integr. reſtit. poſtul. ne quid nou.
138 *Odd.eo.tracta.quaſt.42 nu.1.* ſicut è conuerſo, † vt
dicatur præuentum in exequutione, ſufficit eam
eſſe petitam, *Caſtr.in Autb. qua ſupplicatio, ſub*
num.3.verſ.vel dic melius C.de precib. Imper.of-
fer.& hanc ſententiam ſeruat Rota, Veral. deciſ.
256.par.1.Caſ.de Graſſ. deciſ.21. num.14. Pute.
deciſ.277.lib.2.et deciſ.10.de reſtit.in integ.Greg.
in ſupracit.deciſ.120.num.18.Serapb. deciſ.777.
num.12.Rota diuerſ. deciſ.826.ſub num. 1. verſ.
in caſu verò de quo agitur, par. 4.

Mitius tamen proceditur in hoc præuentionis
articulo, cum petente reſtitui, quàm cum peten-
139 te exequi: nam † vt dicatur præuentum in peten-
da exequutione, non ſufficit ſimplex petitio, ſed
requiritur illius admiſſio, per decretum Iudicis,
etiamſi non fuerit deuentum ad eiuſdem decreti
exequutionem per actum extrinſecum, ideſt per
relaxationem exequutorialium, vt fuit reſponſum
in vna *Peruſina bonorum de Seraphinis,* 10. *Maij*
1600. *coram Corduba, & in vna Romana cenſus,*
11. *Febr.* 1607. *coram Iuſto, qua leguntur impreſ-*
ſa apud Marcheſ. tom.1. pag.431. exinde enim,
140 vbi ſcilicet Iudex decreuit exequutionē, † dicitur
inchoata exequutio, vt prætextu reſtitutionis non
poſſit illius curſus deinceps impediri, *Rota in*
praall.deciſ.826.eo.num.1.& in recen.deciſ.545.
num.5.par.1. & deciſ.138.num.2. par. 2. & fuit
reſponſum, in Pampilonen. beneficij de Tafalla
7. Aprilis 1617. coram Archiepiſcopo Seleucien.
cuius deciſionis meminit etiam Beltram. ad Greg.
deciſ.458.ſub num.10.verſ. capta autem.

141 Vt verò dicatur præuentum † in petenda reſti-
tutione, ſufficit ſimplex petitio ipſius victi, per ſo-
lemnem tamen libellum, coram eodemmet Iudi-
ce, qui ſententiam tulit; etiamſi ſit delegatus, quā-
142 uis enim talis delegatus † non poſſit reſtituere, ex
deductis per *Odd quaſt.32.ex num.139.* attamen
dum libellus implicat emiſſionem cauſæ ad Prin-
cipem, aut alium ſuperiorem, qui poteſt reſtitue-
re, ſatis dicitur hinc præuentum in petendo, cum
id ſufficiat pro introductione cauſæ, iuxta doctri-
nam *Abb.in cap.2.ſub nu.3.verſ. concludo etiam*
de Offic. deleg. vbi ait ſe ita quoquè conſuluiſſe,
prout verè conſuluit *in conſ.87.ſub nu.2.circa fin.*
verſ.puto etiam, lib.2.et ſequutus eſt Odd.d.quaſt.
32.num. 142.

143 Non tamen ignoro, pro hac † præuentione ali-
quando obſeruatū fuiſſe tempus ſignatæ cōmiſſio-
nis, vt apud *Rotā praall.dec.138.n.2.par.2.recen.*
ſed obiter, & contingibiliter, non vt excludatur
cautela hæc, reddaturquè fruſtratoria præmiſſa di-
ſtinctio, contra mentem iuris, quæ eſt magis faue-
re petenti reſtitutionem, quàm petenti exequutio-
nem, etiam huic auferendo (quantum fieri poteſt)
cautelas in præueniendo, vſquè adeo vt non atten-
datur, quod in ſententia ipſa decernatur exequu-
tio, vt fuit reſponſum in *praall. Bononien. cenſus*
11. *Decem-*

Digitized by Google

-☐r. Decembris, 1602 coram Iuſto, ſub num. 1. verſ.
:nec facit in propoſito, apud Marcheſa. d. to. 2. pag.
60. cuius meminit Beltram. loc. præall.

144 Quicquid ſit, vbi agitur † de reſtitutione ad ef-
fectum impediendi exequutionē obligationis Ca-
meralis; quid cum eius virtus fundetur in formam,
quæ æquipollet tribus conformibus, intrat pro re-
iectione cauſæ reſtitutionis, diſpoſitio ſupradictæ
Clement. vn. & ſi in eius vim decernatur exequu-
tio, neceſſariò conſequitur inchoatā eſſe exequu-
tionem, in qua ratione poteſt ſuſtineri, quod ſim-
pliciter aliquibus viſum fuit, per præuentionem in
petenda reſtitutione in integrum non impediri
exequutionem obligationis Cameralis, vt voluit
Gratian. in addition. ad ſuas proprias deciſ.
Marcb. impreſſas poſt primum volumen diſcepta-
tion. deciſ. 172. num. 3. ex ſuppoſitione videlicet,
145 quod petita ſit reſtitutio, nam ſi ſimpliciter † pro-
ponatur pro eadem exequutione impedienda, ſat
eſt articulum hunc requirere altiorem indaginem,
vt reſpondit Rota in Romana exequutionis obli-
gationis Cameralis, 2. Aprilis 1593. coram Orano
impreſſa apud Marcheſ. to. 1. pag. 725. n. 2. Gregor.
deciſ. 120. num. 18.

146 Quòd, ſi quando ſignatura † reſcribat cum ſu-
pradicta clauſula parito, &c. vel alia præſeruatiua
exequutionis, ſed modificata arbitrio Rotæ; mo-
dificatio hæc operatur, vt victus poſſit audiri in
deducēda nullitate, vel iniuſtitia, Seraph. dec. 1305.
147 nu. 1. & ſic tantiſper † inhibetur, vt audiatur, cùm
æquitatis ratio emolliens Iuris rigorem in ape-
riendo audientiam contra iudicatum eadem ſua-
deat inhiberi, & ſic iudicati exequutionem ſuſpē-
di l. illicitè 19. ad fin. ff. de reb. eo. quem tex. ad hoc
ponderat Mandoſ. de Inhibit. quæſt. 2. num. 7. cæ-
terum ſi nihil doceat, vndè efformetur læſio, quæ
148 eſt † baſis, & extremum reſtitutionis, l. 1. & l. 4. ff.
de reſt. in integr. Reuerendiſſ. D. Coccinus dec. 263.
149 nu. 5. illico contra † victum emergit præſumptio
calumniæ, Abb. in cap. ſuſcitata, 6. num. 8. & ibi
Imol. num. 2. de reſt. in integr. Rip. in ſæpecit. l. 4.
§. condemnatum, nu. 30. de re iudic. Rota d. deciſ.
826. ſub num. 3. verſ. vltra quod conſtat, par. 4. di-
150 uerſ. Et ſuper hoc fundatur ſtylus † Palatij, nè pro-
nuncietur in articulo reſtitutionis expreſsè, ſed
tacitè; videlicet, ſi conſtat de cauſis reſtitutionis
aut ex iniuſtitia, aut ex nullitate, ſententia reuoce-
tur perindè ac ſi appellatū fuiſſet, aut de nullitate
dictum, Seraph. dec. 128. num. 1. ſin ſecus, proceda-
tur per eundem Iudicem cui commiſſa eſt cauſa
reſtitutionis, ad exequutionem iudicati, Caſ. de
Graſſ. deciſ. 23. alias 3. eod. tit. de reſtit. in integr.
Mantic. deciſ. 315. num. 5.

151 Etenim, dum Papa † mandat cognoſci, nō peri-
mit iudicatum, aut actionem quæ ex eo deſcendit,
ſed ſimpliciter ſuſpendit eius effectum; atquè ità
reſcriptum non eget derogatione regulæ de iur.
quaſ. nō tolle. l. 2. C. de precib. Imper. offer. Mant.
152 d. deciſ. 315 num. 6. Dum verò † Iudex comperta
læſione, reuocat ſententiam, neque eſt locus Re-
gulæ eidem; ex quo non poteſt videri iudicatum,
iuxta text. in d. §. condemnatum, cum ibi notat.
communiter per ſcribentes. Proindequè ex diuer-
153 ſo, † ſi animaduertit ceſſare læſionem hanc, nè quā-
do videatur factum præiudicium iuri quæſito ex
iudicato, illud ſimpliciter exequitur, vt benè ex-
plicatur per Mantic. eo. loco, & in Calaguritana
de Najera 21. Februarij, 1590. coram Orano, et in
Brixien. Parochialis, 8. Iunij 1592. coram Mellı-
no, quarū meminit Dominus Theodoſius Rubeus,
in ſuis ſingularib. ad d. Caſ. de Graſſ. deciſ. 23.

154 Quandoquidem, commiſſa † cauſa reſtitutionis,
perpetuò redintegratur lis, reponiturquè in eo
ſtatu, in quo erat ante iudicatum, l. 1. C. de reſt. in
integr. Caſſad. deciſ. 13. nu. 1. de reſcript. cum alijs
adductis per Seraph. in ſuperius cit. deciſ. 945. n. 3.
155 nequè ideo is, cui non eſt limitatum † arbitrium
(præcipuè ſi ſupremus Magiſtratus ſit) cenſetur
magis conſtitutus exequutor iudicati, quàm co-
gnitor, vt aduertit Rota deciſ. 351. num. 5. par. 1.
156 diuerſ. Ideoquè in ſupremis tribunalibus † magis
ſpectatur æquitas in ſuſpendenda exequutione,
quam rigor iuris in exequendo iudicatum in alijs,
vbicūque detegitur iniuſtitia, Guid. Pap. dec. 368.
per tot. quod Rota perpetuò ſeruat, Seraphin.
157 deciſ. 814. num. 3. Quinimò † paſſim qualeſcunquè
ſententias ex ſubiecta Iniuſtitia reuocat, vt per
eundem Seraph. deciſ. 251. num. 3. & deciſ. 344.
158 num. 1. nequè obſeruat † an iniuſtitia ſit notoria,
vel ſecus, Seraphin. d. deciſ. 251. ſub num. 1. verſ.
tamen in hoc conuenerunt, Rota in recen. deciſ.
492. par. 1. deciſ. 381. num. 1. & deciſ. 635.
ad fin. par. 2. & d. deciſ. 351. num. 5. par. 1. di-
uerſ. Gregor. deciſ. 459. num. 1. vbi plena manu
Beltram. num. 11.

159 Et ſanè, iure merito, quià læſio † excludit præ-
ſumptionem calumniæ: hac vero remota, nihil eſt
quin debeat ſuſpēdi exequutio iudicati, iuxta tex.
in l. vn. C. in integ. reſt. poſtul. ne quid. no ſi dicitur
160 enim reſtitutio, † actus ſuſpēſiuus, vt ait Maran. de
ordin. Iudic. p 6. in ſecūdo memb. principali n. 77.
161 vnde in ea quæſtione, † an minori, vel Eccleſiæ de-
tur reſtitutio, donec ſit plenariè facta exequutio,
negatiuam tenente Bald. in l. vn. num. 10. C. ne in
vn. ead. cauſ. tert. prouoc. lic. & Alex. in d. l. 4. §.
condemnatum num. 6. de re iudic. affirmatiuam
verò tenente Salyc. in ead. l. vn. num. 8. Rota ſem-
162 per proceſſit ſub hac † diſtinctione, an eueſtigio
proponatur cauſa, quæ talem calumniæ ſuſpicionē
diluat, vel ſecus, Caſſad. deciſ. 1. nu. 3. de in integr.
reſtit. Caſ. de Graſſ. d. deciſ. 21. alias 1. num. 1. de
reſtit. in integr.

163 Reſoluitur autem omnis † vis iudicati (quantum
pertinet ad ſubiectam materiam priuationis be-
neficij) duplici potiſſimum caſu. Primo, quan-
do ſententia lata fuit in contumaciam pro aliquo
delicto, & Reus comparendo infra annum, docet
de ſua innocentia, per textum expreſſum in l. 1. §.
vlt. ff. de requiren. reis, Clar. in §. fi. quæſt. 44 n. 2.
ad fin. verſ. & hoc caſu, Farinac. conſ. 14. ſub nu. 6.
verſ. dum vltimo quæritur, & num. 7. ſi enim pa-
164 tiatur † labi annum, etiamſi admittatur ad nouas
defenſiones, admittitur tamen cum clauſula, ſine
præiudicio bonorum Fiſco incorporatorum, quæ
clauſula trahitur ad beneficia eccleſiaſtica, quæ eò
ipſo dicuntur incorporata, quòd ſunt alteri colla-
ta, vt

ta, vt concludit *Farinac.ſub n.7. verſ. & quando hodie Signatura*;

165 Et eſt ratio, quia † huiuſmodi ſententia, magis
videtur lata propter contumaciam, quam propter
delictum, qua contumacia purgata, euaneſcit om-
nis eius effectus, *Tiraquell. qui alios refert, ad reg.
ceſſante cauſa, in prima par. ex num. 57. Felyn. in
cap. ex literis, nu. 19. verſ. amplia ſecundo, de con-
ſtitutio. Alciat. de præſumptio. reg. 3. præſumpt. 22.
cum alijs, quos refert* Farinac. *qui dicit eſſe regu-
lam tritam, & communem, crimin. quæſt. 11. n. 90.
Seraph. deciſ. 354. ex nu. 13. & in terminis iſtius
articuli, fuit reſponſum in Romana Canonicatus
S. Angeli, vltima Februarij, & 17. Maij 1567. co-
ram Cotta, quæ legitur impreſſa apud* Farinac. *d.
quæſt. 11. poſt num. 92.*

166 Et licet etiam poſt annum † purgetur cõtuma-
cia ex Principis reſcripto, tamen non intrat tunc
eadem ratio, quia ea non datur in præiudicium
iuris quæſiti, vt ſupra dictũ eſt, Fortun. *Garz. poſt
alios, in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ſub nu. 235.
verſ. ea verò quæ per gratias exteriores, de liber. et
poſtum. & in his terminis fuit reſolutũ in Roma-
na benificiatus de Mantaco coram Grato de an-
no 1563. cuius meminit Seraph. deciſ. 354. num 6.
& quam ſic fuit interpretata Rota, vt ibi per
eum, ſub num. 18. verſ. nec quidquam obſtat de-*
167 *ciſio*. Vtcunquè eu m, etiam † iſto caſu, ſententia
non probet delictum, *Ruin. conſil. 19. num. 7.*
168 *lib. 3. Alciat. lo ſuperius cita* probat † tamen pri-
uationem, quæ ſufficit, *Alex. in l ſæpè nu. 62. de re
iud.* & ita punctualiter decidit *Rota in vna Ro-
mana Beneficiatus S. Petri 16. Iunij 1561. coram
Oradino, impreſſa poſt primum volum. conſil. eiuſ-
dem Farinac. deciſ 3. num. 5.*

Secundo, quando ipſe Princeps reſtituit cõdem-
169 natum plenariè, nihil enim eſt, † quin Papa in cuius
abſoluta poteſtate ſunt omnia beneficia, vt fir-
mauimus *lib. 2. q. 22 ex num 9.* ita potuit reſtitue-
re, *l 2. & l. 4. C. de ſenten. paſſ. & reſtit.* quamuis
poteſtate hac ſua parcius vtatur: vtitur autem
170 ob † maius bonum reſoluendo effectum priuatio-
nis præcedentis, vſquè ab illius principio, etiam
reſpectu poſſeſſionis, vt in caſu *Mobeda. dec. 5. ex
num. 4. verſ. Domini tamen, & deciſ 6. per to. de
reſt. ſpol at.*

Cæterùm, ex præmiſſis ſatis conſtat, quæ ſit vis
ſententiæ, tàm in condemnando, quam in abſol-
171 uendo, qui ſunt † duo illi fines, in quos perpetuò
terminatur iudicatum, *vt in l. 1. ff de re iudic. ibi,
quod vel condemnatione, vel abſolutione contin-
git, vbi gloſſ. & Doctores*, traduntquè omnes in
principio huius queſtionis citati. Neque ab hac iu-
ris regula recedẽtes, nos in hac materia beneficiali,
172 perpetuò cõſueuimus † diſtinguere adiudicatoriã,
canonizatoriamquè ſententiam (quæ ſub termino
condemnationis concipitur) ab abſolutoria, vt illa
prior ius tribuat victori, adiudicat enim benefi-
cium, & ius in eo canonizat, proindequè exigit di-
ſcuſſionem tituli, & iuſtificationem omniũ habi-
litatum, nè quando detur vitioſus ingreſſus in be-
neficium, *Mandoſ. ad regul. 18. Cancell. in 3. q. ſub
n. 3. ad fin. verſ. quantum verò, & num. 4.*

173 Abſolutoria verò, † ſimpliciter datur poſſeſſo-
ri, & Reo ex non iure actoris, etiam excluſo per
ius tertij, *Veral. deciſ. 133 n. 1. & 2 par. 3.*

174 Nec ideò pro obtinenda † huiuſmodi abſoluto-
ria præmittenda eſt alia probatio; probandi enim
onus ad Actorem pertinet, non autem ad Reũ, *l. 2.
ff. de probatio l. actor quod aſſeuerat 23. C. eod. tit.*
etſi per eum nihil præſtitũ ſit, *vulg. l. qui accuſare
C. de eden. cum adductis per Surd. conſ. 1. n. 71. &
cõſ. 12. n 3. & conſ. 119 n. 15. Mandoſ. d. q. 7. n. 5.*
175 vndè nec intelligitur † ius aliquod tribuere, *Man-
tic. dec. 228. n. 10.* & eſt *text. in l. ſi à te hæredita.*
176 *tẽ 9. de excep re. iud.* affirmatiuè ſcilicet, † per ap-
plicationem ad perſonam rei, & poſſeſſoris; nam
reſpectu actoris, contra quem fertur, per negati-
uam illi poſitiuè detrahit apparẽtiam (ſi aliquam
habuit) iuris conſiderabilis; Quandoquidem, ſiuè
feratur adiudicatoria, & canonizatoria, ſiuè ſim-
plex abſolutoria, ſemper pronunciatur victo nul-
lum ius competere, *Achill deciſ. 417. alias 5. nu. 8.*
177 *de penſion.* nam † ſi eſt adiudicatoria, & canoni-
zatoria, id ſuggerit natura ſubiectæ materiæ, cùm
beneficium non admittat duos titulares, *cap ma-
ioribus de præben. cum ſimil.* ſi verò eſt abſoluto-
178 ria, id ſuggerit ſtatus cauſæ. cum ideo † feratur
ſententia contra petitorem, quia non conſtat de
iure aliquo ipſius. *Mantic. d. dec. 228. num 11.* at-
179 què ita † actori imponitur perpetuum ſilentium,
cum condemnatione in expenſis, *Caſſad. deciſ. 2.
num 2. & 3. ſuper regul*

180 Nequè impeditur huiuſmodi † abſolutoria etiã
in petitorio, ex poſſeſſorio non ſuſpenſo, *Caſ. de
Graß. deciſ 03 alias 10 de re iud n. 1* quæ etiam
legitur *diuerſ. deciſ. 351 par 1.* ſed corruptè; mi-
181 nuſquè ex morte † actoris collitigãtis (modò præ-
mittatur citatio generalis contra ſua intereſſe
putantes *Rota dec. 872. lib 3. par 3. diuer.* & de-
182 niquè †) neque ex cenſurarum vinculo, *Rota dec. 7.
de re iudic. in nou.*

Et quamuis id conſtitutum ſit ad fauorem Rei,
183 idem † tamen ſeruatur fauore actoris, ſi poſſideat,
Rota deciſ. 1. & 11. eo. tit. de re iudic. in nou. &
184 *deciſ. 807. par 3. lib. 3. diuerſ.* Actor † enim, & reus
in fundanda intentione ſua non diſtinguuntur, *l. 1.
ff. de exceptio l. in exceptionibus 19 ff. de probatio.*
185 Quo fit, vt vbi Actor † fundauit intentionem ſuam,
eodem modo teneatur Reus probare ſuam exce-
ptionem, iuxta *text. in d. l. 1 & in d. l. in exceptio-
nibus, Gail. lib. 2. obſeruatio. 63. num. 5. Greg deciſ.
201. num. 3. & dec. 278. num. 1. Rota dec 628. n. 3.
par. 1. diuer. cum alijs per me adductis lib 2. q. 27.
num 77 & q. 40. nu 74.* & hanc ipſam huius con-
cluſionis rationem, me ſcribente, approbarunt Do-
mini *in Romana Cappellania 10. Februarij 1631.
coram Rpd. Pirouano.*

Nequè hic plura, de ſententia, & illius effectu,
ſat enim eſt pauca, & præcipua delibaſſe, pro in-
ſtructione Tyronum, quò faciliùs percipiant, quæ
in ſequentibus Quæſtionibus dicentur, in quibus
186 per ordinẽ excutiendæ erũt duæ cauſæ † principa-
les, ob quas, lex ſententia ſua priuationis beneficij
pœnam infert, videlicet, Abuſus beneficij, & Atro-
citatis criminis, cùm verò dicimus abuſum, non

patitur

patitur natura ſubiectæ materiæ, vocem iſtam hic
ſumi in ſuo potẽtiori ſignificatu, prout opponitur
187 vini, dum, vt hunc † conſtituimus in his tantum,
quorum ſubſtantia vtendo non abſumitur, *l. hoc*
Senatuſconſultum 5. §. ſi pecunia, ff. de vſufr. ea.
188 *re. quæ vſu conſum.* itâ illum in eiſdem † rebus
agnoſcimus, ſi earum ſit conceſſa facultas; adeò vt
verius abuti, quam vti dicamur vino, oleo, & ſimi-
libus, ſi horum fruitio nobis permiſſa ſit, vt itâ lo-
quitur *text. in l. vbi adhuc, 29. ibi, ſed fructibus ea-*
rum ad ſuſtentationem tàm ſui, quàm mariti, filio-
rumquè (ſi quos habet) abutatur, C. de iur. dot. Su-
189 mitur ergò, prout vulgatius ſignificat † malũ mo-
rem circa rem aliquam verſandi, ex propria libi-
dine; qua ratione opponitur vſui legitimo, vt in
l. plenum, 12. in princ. verſ. Sabinus, & Caſſius, ibi
non vſquè ad compendiũ, ſed ad vſum, non ad abu-
190 *ſum ff. de vſ. & habit.* ſic, maritum † malè verſantẽ
circa res dotales, dote abuti pronunciauit *I. C. in*
l. ſi cũ dotẽ, 23. §. ſi autẽ in ſauiſſimo, ff. ſol. matrim.

Quapropter, noſtri adnotarunt, terminum hunc
191 aliquando accipi † in bonam partem, vt aduertit
Archid. in can. priuilegium, nu. 1. 11. q. 3. aliquan-
192 dò verò, in malam, vt † delictum ſignificet, quod
præteris explicant *Cuiac. ad Papin. quæſt. lib. 17.*
in interpret. l. tribus hæredibus, ff. de vſufr. ea. re.
Rebuff. ad l. bona 15. ſuper verb. abuſiuè, de verb.
ſignific. & ad Reg. Conſtit. to. 3. tit. de appell. à ſent.
tanquam ab abuſ. in prima gloſſ. ex nu. 1. Io. Kal.
in lexic. iurid. verb. abuſus.

193 Cur autem, aliquibus caſibus, † lex in priuando
beneficiarium beneficio, æquiparet cauſam hanc
abuſus, atrocitati criminis, ſi quæratur, indè poteſt
ſatisfieri, quòd eadem prorſus ſit ratio: nàm ſicuti
per atrocitatem criminis, Reus ſe ipſum ſeparat à
beneficio propter infamiam, *cap. infamibus, cum*
194 *ibi nota. de reg. iur. in ſexto*, nequè vlla † patitur
æquitas, eum beneficio honorari, qui ob delictum
puniri debet, vt ait *Feder. de ſen. in conſ. 147. ſub*
num. 1. ad fin. verſ. & quia propter.

195 Itâ per abuſum † ſpernit à ſe procul beneficium
ipſum, vt eſt textus in *cap. vlt. de vit. & honeſt.*
Cleric. vbi gloſſa, in verb. eum facto, huius abuſus
duplicem moralem effectum agnoſcit, nimirum
ex parte abutentis, qua declarat ſe beneficio indi-
gnum; & ex parte eius qui gratiam fecit, nè vide-
licet debeat flecti ad miſerẽdum; cum fruſtra eius
imploretur auxilium, in quem eſt commiſſum; me-
196 reaturquè † priuilegium amittere, qui permiſſa
ſibi abutitur poteſtate, inquit *text. in can. vbi iſta*
qui in ordine eſt 7. diſt. 74. & in can. priuilegiũ,
qui in ordine eſt 63. 11. q. 3. in cap. licet quibuſdã
28. de Regular. in cap. vt priuilegia 24. in princ.
de Priuil. in cap. contingit il ſecondo, quod in or-
dine eſt 45. de ſent excomm. cum alijs per Gonzal.
ad reg. de menſ. gloſſ. 56. num. 2.

197 Et licet iſta † pœna ipſo iure non irrogetur, vt
inſinuât dicti Canones, ſatisquè apertè deſumitur
ex textu *in c. 1. ad fin. de Poſtul. Prælat.* nihilomi-
nùs iuſtiſſimũ fuit, aliquibus caſibus eam promo-
198 uere, cùm veniæ † facilitas incentiuũ tribuat delin-
quendi, inquit *text. in c. vt Clericorum 13. verſ. nè*
verò facilitas, de vit. & honeſt. Cleric. quod etiam
ſeruatũ fuit reſpectu alterius cauſæ, videlicet atro-
199 citatis criminis: tametſi enim omnia † reputentur
atrocia, quæ capitalia ſunt, iuxta ſententiã *gloſſ. c.*
in l. ad ea. 200. ff. de reg. iur. & capitalia cenſe an-
200 tur † omnia, pro quibus à iure impoſita eſt pœna
vltimi ſupplicij, *l. 2. ff. de publ. iudic. §. capitalia*
Inſtit. eo. tit. Menoch. de Arbitr. caſ. 265. nu. 3.

201 Attamen, (vt ex ſubiectis apparebit) non † om-
nibus huiuſmodi capitalibus, adeòquè atrocibus
delictis, eadem eſt per ſacros Canones, & Conſti-
tutiones Apoſtolicas priuationis pœna ipſo iu-
re indicta; ſed aliquibus duntaxar atrocioribus,
prout vel ſceleris immanitas, vel frequentior la-
pſus occaſionem ita ſanciendi legiſlatori dedit.
Vt indè nuſquam prætendi poſſit talis priuatio
ipſo iure ex ſola atrocitate, niſi concurrat ſpe-
cialis ipſius legis determinatio, ex *Gabr. in ſu-*
praalleg. conſ. 196. num. 2. lib. 2. Gonzal. qui alios
refert ad reg. de menſib. gloſ. 15. ſub num. 19. verſ.
& nunquam, & ſub n. 136. verſ. & multo minus.
202 Quod eſt regulare in omni † materia, vt poſt alios
tradit *Tiraquell. ad l. ſi vnquam in verb. reuer-*
203 *tatur n. 248. C. de reuoc. donatio.* & quando † verba
priuationis nõ ſunt clara, intelligitur de priuatio-
ne per ſententiam, non autem ipſo iure, *Tiraq. eo.*
loc. n. 246. Rota decis. 769. ſub nu. 3. verſ. tum quia
quando verba, par. 1. diuerſ. Gonz. ſub præcit. n. 19.

204 Quemadmodum enim duplex † eſt occaſio, bo-
na ſcilicet, & mala, vt ait *Abb. in cap. vn. num. 10.*
vt Eccleſ. benef. ſin. dimin. confer. ita mala, quam
205 arripit † improbus in delinquendo, propriæ libi-
dini contra legem deſeruiens, *can. conſequens, qui*
in ordine eſt 2. 81. diſt. excitat occaſionem in
legiſlatore optimo, nimirum in huiuſmodi atro-
206 cioribus augendi pœnam, quod † minimè à iure
abhorret, ſi credimus Tiraquello ex mente *In-*
nocen. id colligenti in *tract. de pœn. leg. temperan.*
num. 66. quæ occaſio in legiſlatore dicitur bona,
l. nam vt ait Pedius, ff. de legib.

Prius autẽ excutiemus cauſas priuationis pro-
207 pter abuſum, qui cum tripliciter † cõmittatur, vi-
delicet aut formaliter per exceſſum, aut occaſio-
naliter, ideſt ſumpta inde occaſione delinquendi,
aut deniquè formaliter finem inuertendo, vt ex-
plicat *Suarez in tract. de legib. lib. 8. cap. 36. nu. 3.*
ſecundùm ordinem hũc, paulatim progrediemur;
mox ad alias, propter atrocitatem criminis inue-
208 ctas, deſcendemus; His enim duabus cauſis † quin-
quaginta, & tres caſus illos ſubijci exiſtimo, quos
collegit *Gonzal. d. gloſſ. 15. ex nu. 1. vſquè ad 134.*
de quibus iuxta præpoſitam methodum iam hinc
nobis dicendum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Iulij Tertij Conſtitutio, contra ſe intrudentes li-*
teris non expeditis, refertur.
2 *Textus in cap. Auaritia, de elect. in ſexto, & in*
extrauag. iniuncta, de præbendis inter commu-
nes, vterquè productus ad minora beneficia.
3 *Poſſeſſio beneficij etiam olim prohibita ante lite-*
rarum expeditionem.
4 *Litera Apoſtolica, haud quaquam neceſſaria pro*
acceptatione beneficij.

5 *Extrauagantis,*iniunctæ*,de præbendis forma, exigit literarum oſtenſionem.*
6 *Nequè impletur ex notitia aliunde habita:*
7 *Notitia, vndequaque non ſufficit, vbi lex probationem exigit.*
8 *Literas in gratijs conſiſtorialibus,non exigi,quam malè aliqui opinati fuerint.*
9 *Clementis Septimi Conſtitutio ſuper forma expediendi literas diſpenſationis pro retentione.*
10 *Permutatio, ſecum trahit executionem.*
11 *Nequè exigit actum collationis, nequè propterea ſubijcitur* Conſtitutioni *contra diſpenſatos retinentes literis non expeditis.*
12 *Iulij III.Conſtitutio,contra diſpenſatos retinētes beneficia literis nō expeditis,qualiter procedat.*
13 *Retentionis diſpenſatio,literis non confectis,habetur pro non conceſſa.*
14 *Litera in conſiſtorialibus ſi non expediantur intrà tempus præſtitutum in breui, reſoluitur gratia prouiſiua, ſed non diſpenſatiua.*
15 *Tempus certum diſpenſationis præſens, ad aliud non profertur.*
16 *Decretum de expediendis literis infrà certum tempus, quorſum tendat.*
17 *Iulij Secundi Extrauagans, contra intruſos ante expeditionem literarum, ſub pœna priuationis ipſo iure, reſtricta ad conſiſtorialia.*
18 *Pœna nullitatis ipſo iure, habet locum in caſibus expreſſis tantum.*
19 *Iulij III.conſtitutio cōtra intruſos literis nō expeditis, in priuādo ipſo iure, qua ratione nitatur.*
20 *Contemptus legis, ex ſpretu perſonæ.*
21 *Nec minus ex ſpretu præcepti ſub certa pœna.*
22 *Contemptus legis,auget peccatum, mutatquè illius ſpeciem.*
23 *Animarum periculo occurrere, nihil magis conueniens Pontificis officio.*
24 *Pœna ea eſt infligenda, quæ magis timeatur.*
25 *Pœna ſolius infamia cui eſt ludibrio, exilio cumulatur.*
26 *Collatio beneficij in inferioribus à Papa, poteſt ſine literis expediri.*
27 *Nequè exigit aliquam verborum formulam.*
28 *Electus confirmatus, ante adeptam poſſeſſionem validè confert beneficia quæ ſunt ad ſuam collationem.*
29 *Nequè huc ſe extendit prohibitio Extrauagantis* iniunctæ.
30 *Patronus, antè adeptam poſſeſſionem hæreditatis, validè præſentat, & quæ ſit ratio.*
31 *Nullitas actus, non excuſat à pœna.*
32 *Periurium non diluitur ex non proſequutione.*
33 *Negatiua non expeditionis literarum, probanda per impetrantem ex hoc capite.*
34 *Literæ, vbi oſtenduntur expeditæ, præſumuntur expeditæ in tempore debito.*
35 *Literarum intempeſtiua expeditio nè detegatur, quæ cautela?*
36 *Contumacia, etiam punibilis, non concludit ad dolum.*
37 *Eadem, in pluribus caſibus æquiparatur dolo:*
38 *Contemptus,pendet à voluntate contemnendi, non à ſimplici voluntate tranſgrediendi.*
39 *Præſumptio, fit in meliorem partem.*
40 *Prouiſus à Papa, ſi omiſſa expeditione literarum prouideatur ab ordinario, & huius prouiſionis virtute ſe intrudat, incidit in pœnas Conſtitutionis Iulij Tertij.*
41 *Malitia ſua, nemo foueri debet.*
42 *Fraus, ab euentu quomodò colligatur.*
43 *Prouiſus Apoſtolicus, ſi poſtmodum acceptet prouiſionem ab ordinario, ſubit crimen ingratitudinis.*
44 *Iurispatronatus laicorum beneficia, comprehenduntur ſub diſpoſitione de beneficijs indefinitè loquente.*
45 *Dictio,* quicunquè*, eſt terminus effrenatæ ſignificationis.*
46 *Oratio vniuerſalis, comprehendit ea, quæ ſunt diuerſæ rationis.*
47 *Inſtitutio præſentati, potius eſt de Iuſtitia, quàm de gratia.*
48 *Simplicique conſenſu conficitur.*
49 *Etiam ſine prolatione verbi,* inſtituo*, adeoquè per ſimplicem admiſſionem.*
50 *Clauſula,* ſi & in quantum*, quid operetur in admiſſione præſentationis facta per patronum?*
51 *Penſio perpetua, per ſolum Papam reſeruatur.*
52 *Aliàs, conuentio eſſet ſimoniaca.*
53 *Impetrantes, non dicuntur habere titulum.*
54 *Iulij Tertij Conſtitutio, non euitatur prætextu obligationis de ſoluendo annatam.*
55 *Poſſeſſio capta in vim ſolius ſupplicationis, an ſit reſtituibilis.*
56 *Subrogatio gratioſa, an ſuffragetur apprehendenti poſſeſſionem literis non expeditis?*
57 *Decretum irritans operatur, nè poſſit allegari non vſus, aut vſus in contrarium.*
58 *Itemquè, nè poſſit allegari ignorantia.*
59 *Iudicis iuſſus, non excuſat ab incurſu in pœnas Conſtitutionis Iulij Tertij, contra ſe intrudentes literis non expeditis.*
60 *Iulij Tertij Conſtitutio contra intruſos literis non expeditis, paſſim vſu recepta.*

QVÆSTIO XIX.

Qualiter procedat Iulij Tertij Conſtitutio contra intruſos literis non expeditis.

IVLIVS Tertius, vt habetur in veteri Bullario Cōſtitutione eius Pontificis
1 34. ità † ſanciuit.

Sanctiſſimus in Chriſto Pater, & D. N. D. Iulius Diuina prouidentia Papa III. Cui nuper innotuit, quod licet aliàs fel. re. Gregorius X. in generali Concilio Lugdunen. ſua generali Conſtitutione ſanciuerit, quòd nullus ex tunc de cetero adminiſtrationem dignitatis ad quā electus eſſet, priuſquam celebrata de ipſo electio confirmaretur, ſub œconomatus, vel procurationis nomine, aut alio de nouo quæſito colore, in ſpiritualibus

tualibus, vel temporalibus per ſe, vel per aliũ pro parte vel in totum gerere, vel recipere, aut illis ſe immiſcere præſumeret; omnes illos qui ſecus feciſſent, iure, ſi quod illis per electionem quæſitum foret, decernens eo ipſo priuatos; & piæ mem. Boniſacius VIII. etiam ſua perpetuo valitura Conſtitutione ſanciuerit, vt Epiſcopi, & alij Prælati, Superiores, necnon Abbates, Priores, & cæteri Monaſteriorum regimina exercentes, quocunquè nomine cenſerentur, qui apud Sedem Apoſt. promouerentur, aut confirmationis, conſecrationis, vel benedictionis munus reciperẽt ad commiſſas eis Eccleſias, et Monaſteria, dictæ Sedis literis eorũ promotionem, confirmationem, conſecrationẽ, ſeu benedictionem huiuſmodi continentibus non cõfectis, accedere, vel bonorum Eccleſiaſticorũ adminiſtrationem accipere nõ præſumerẽt; nulliq; eos abſquè dictarum literarũ oſtenſione reciperẽt, aut eis parerent, vel intenderent. Quòd ſi forſan contra, præſumptum fuiſſet, quod per Epiſcopos, Prælatos, Abbates, Priores, & alios Monaſteriorum regimina exercentes prædictos medio tempore actum foret, irritum haberetur; nec quicquam interim iÿdem Epiſcopi, vel Prælati, Abbates, Priores, vel regimina exercentes de Eccleſiarum, vel Monaſteriorum eorundem prouentibus perciperent. Et re. me. Paulus III. Rom. Pont. prædeceſſores noſtri, quibuſcunq; Tabellionibus publicis, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna inhibuerit, nè ex tũc de cætero, de tranſumptis ſupplicationum (præterquam habentium clauſulam, quod earum ſola Signatura ſufficeret) ac decreto, & conceſſione literarum, ſeu mandatorum, poſſeſſionem Beneficiorum Eccleſiaſticorum vigore ſupplicationum huiuſmodi apprehendi, rogari deberent; neuè illa ſcribere, vel ſubſcribere, aut quouis modo authenticare, vel partibus tradere præſumerent; volens, & Apoſtolica auctoritate ſtatuens inter cætera, quod partes, tranſumptis, ſeu literis, aut mandatis huiuſmodi, ex tunc deinceps vtentes, ac illorum prætextu poſſeſſionem huiuſmodi apprehendentes, fructus quos ex illis pro tempore perciperent, ſuos non facerent. Quinimò ad beneficia in eiſdem tranſumptis, & literis, ac mandatis expreſſa efficerentur ipſo facto perpetuò inhabiles, & ad reſtitutionem fructuum ex illis pro tempore perceptorum in vtroquè foro tenerentur. Decernens ſic iudicari debere, ac irritum, &c. Et ſucceſſiuè ſanctitas ſua, attendẽs quod ante confectionem literarum gratia Apoſtolica eſt informis, inter alia voluerit, ſtatuerit, & ordinauerit, quod Iudices in Romana Curia, vel extra eam pro tempore exiſtentes, etiamſi eſſent S. R. E. Cardinales, vel cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, aut quicunquè alÿ, nõ iuxta ſupplicationũ ſuper impetrationibus ſignatarũ tenores, et formas iudicare deberent, etiam decreto irritanti adiecto. Nihilominus diuerſi Epiſcopi, & alÿ Prælati Superiores, & Abbates, literis ſuper diſpenſatione retinendi beneficia per eos antequam promouerentur, aut eorum electiones confirmarentur obtenta, per prædictam Sedem pro tempore conceſſis, minimè confectis, beneficia per eos obtenta prædicta retinere, & diuerſæ aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ poſſeſſionem beneficiorũ Eccleſiaſticorũ eis dicta auctoritate conferri, ſeù commendari, vel in eorum fauorem vniri, aut aliàs diſponi, cõceſſionis literis Apoſtolicis deſuper non expeditis, apprehendere præſumũt; inhabilitatẽ, & alias pœnas in ſanctionibus, & inhibitione, ac voluntate, & ſtatuto prædictis contẽtas damnabiliter incurrẽdo in animarũ ſuarum periculũ. Volẽs periculis animarũ huiuſmodi latius occurrere, ſanctiones, & inhibitionem, ac voluntatem, & ſtatutum huiuſmodi (quorum tenores ſanctitas ſua, ac ſi de verbo ad verbũ insererentur, haberi voluit pro expreſſis) approbans, & innouans, ac perpetuo obſeruari debere decernens, & ſanctiones ipſas ad inferiora beneficia Eccleſiaſtica quæcunquè, & quomodocunquè qualificata amplians, et extendens, hac ſua in perpetuum valitura Conſtitutione ſtatuit, & ordinauit; quòd omnes, & ſingulæ perſonæ Eccleſiaſticæ, tàm ſeculares, quàm quorumuis ordinũ regulares, cuiuſuis ſtatus, gradus, ordinis, vel cõditionis exiſtant, etiam ſi Epiſcopali, vel Archiepiſcopali, aut Patriarchali, vel alia maiori dignitate præfulgeãt quæ de cætero literis ſuper diſpenſatione retinendi beneficia per eos antequã promoueãtur, aut eorum electiones confirmentur, obtenta, eis per ſedẽ eandẽ pro tempore conceſſis minimè confectis, beneficia ipſa retinere, aut poſſeſſionem alicuius, ſeu aliquorũ beneficiorum Eccleſiaſticorum cũ cura, vel ſine cura, ſecularium, vel quorumuis ordinis regulariũ quomodocũquè, & qualitercunquè qualificatorũ, eis dicta auctoritate Apoſtolica cõferri, ſeu cõmendari, aut in eorũ fauorem, & commodum vniri, ſeu alias diſponi, conceſſionis literis Apoſtolicis ſuper collatione, ſeu commenda, aut vnione, ſeu alia diſpoſitione huiuſmodi non expeditis, per ſe, vel per alium, ſeu alios eius nomine, etiam ſupplicationũ, ſeu ſumptorum, vel tranſumptorũ huiuſmodi, aut collationum eis poſtmodum de ipſis beneficÿs tanquam etiam tunc certo modo in ſupplicatione expreſſo vacãtibus, ordinaria vel alia quauis auctoritate factarum prætextu apprehendere præſumpſerint; aut per alios apprehenſam ratam, & gratã habuerint, ipſorum beneficiorum non poſſeſſores, ſed meri, & nudi detentores, ac violenti, et ſine aliquo titulo in eis intruſi cenſeantur, & pro talibus habeantur, & reputentur, nec fructus ſuos faciãt, ſed ad illorum reſtitutionem, vt præfertur, teneãtur, & obligati exiſtant, Conſtitutiones, ſeu dictæ Cancellariæ regulæ de annali, & triennali poſſeſſore in illis locum non habeant, nec eiſdem detentoribus, & intruſis in aliquo ſuffragẽtur, quinimò beneficia per eos tempore promotionis ſuæ, aut eorum electionis, confirmationis, obtẽta, literis ſuper diſpenſatione ea retinendi ſibi conceſſa non expeditis retinentes, aut poſſeſſionem beneficiorum literis Apoſtolicis ſuper illis non confectis apprehendentes, ſeu per alios apprehenſam ratam, & gratã habentes, beneficia ſic retenta, aut apprehenſa, & omne ius quod in illis, vel ad illa pro tempore quomodolibet habuerint, eo ipſo amittant, illiſquè, & illo priuati, ac ad illa de cætero obtinenda perpetuò inhabiles, nec illa vlterius, & prætextu noui tituli, aut noua cõmenda, vel vnionis, ſeu alterius

diſpoſitionis, etiam Apoſtolica auctoritate facta aſſequi valeant, ſed beneficia ipſa tanquam de iure, & facto vacantia, alijs conferri, ſeu commendari, & per quoſuis tàm ab eorum ordinarijs collatoribus, quàm à Sede prædicta, liberè impetrari poſſint; & ſi beneficia ipſa litigioſa fuerint, collitigantes in omni iure, & ad omne ius quod beneficia retinentibus, aut poſſeſſionẽ apprehendentibus huiuſmodi, in eiſdem beneficijs, vel ad illa quomodolibet competebat, aut competere poterat, eo ipſo abſquè aliquo iuris, aut hominis miniſterio ſubrogentur, & ſubrogati eſſe cenſeantur; ac in eorũ fauorem cauſa deſuper pendens aduocata, & lis extincta fuiſſe, & ſimiliter eſſe cenſeantur. Quodquè de cætero ſupplicationes, etiã manu noſtra, & motuproprio ſignatæ, niſi habuerint clauſulam: quod eorum ſola Signatura ſufficiat, nullam aliã quàm per literarũ ſuper illis conficiendarum, fidem aut probationẽ faciant, ſeu præſtent, nec vlla eis in aliquo alio caſu fides adhibeatur, aut adhiberi poſſit. Decernentes ſic, & nõ aliter tam in eadem curia, quàm extra eam, & in partibus per quoſcunquè Iudices, ac Commiſſarios quauis etiam Apoſtolica auctoritate prædicta fungentes, etiam cauſarum Palatij huiuſmodi Auditores, & ipſius R. E. Cardinales in quauis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, et eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi auctoritate, & facultate, iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, &c.

Placet publicetur, & deſcribatur. I.

Lecta, & publicata fuit ſupraſcripta Regula, Romæ, in Cancellaria Apoſtolica, anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo Quingenteſimo quinquageſimo tertio, Die vero Sabbati vigeſimaſeptima Menſis Maij, Pontificatus prælibati Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Iulij Diuina prouidentia Papæ III. Anno Quarto.

Hæc Conſtitutio, præcipua aliqua de nouo de-
2 cernit: Primùm, † extendit decretum Concilij generalis in *cap. Auaritia de elect. in ſexto, & extrauag. iniunctæ de præb. int. com.* ad beneficia non conſiſtorialia, vt aduertit *Gig. de Intruſ. num. 35.* quod fuit neceſſarium, non quia prius liceret apprehendere poſſeſſionem iſtorum literis non ex-
3 peditis (id † namquè etiam prius vetitum fuit ſub priuationis pœna, *Fel. in cap. Veniens ſub num. 3.*
4 *verſ. & adde quod intruſus de accuſat.* vt † quod aliqui in contrarium deſumpſerunt ex *Caſſad. dec. 8. num. 11. de reſt. ſpol. & Verall. deciſ. 4. n. 1. et 2. par. 1 & deciſ. 173 n. 2 & 3. par. 2.* ex lectura earundem deciſionũ tollatur, procedatquè ad certũ effectum, videlicet acceptationis gratiæ factæ abſenti) ſed vt eiſdem pœnis omnes ſubijceret qui formam in eis præſcriptam non ſeruaſſent, vel aliter temeraſſent; non ſolum videlicet ſe intrudentes, verum etiam eos recipientes, *Abb. in cap. In noſtra 32. ſub n. 11. verſ. dixit tamen de Reſcript.*
5 quæ forma † aliter non poteſt impleri, quàm per oſtenſionem literarum, vt ex ponderatione textus illius, probat etiam *Vital. in Clem. 1. §. Porrò ſub num. 30. verſ. Idem patet, de Iureiu.* nec eſt alienum à mente Doctorum, quos ſequuta eſt Rota in *Burgen. Canonicatus, 3. Iun. 1583. coram Bubalo,* impreſſa apud *Garz. de benef. p. 5. c. 4. ſub nu. 252.*
6 Adeò vt nulla † poſſit ex parte recipientium, excuſatio obtendi, prætextu certæ notitiæ aliunde habitæ, *Fel in cap. eam te, ſub num. 3. verſ. ſed*
7 *caue de Reſcrip.* cùm † vbi lex certam exigit probationem, non admittatur ſuppletio ex notitia, aliter comparata, vt poſt *Innoc. Card.* & alios docuit Idem *Fel. in cap. cæterum num. 17. 10. tit. de Reſcrip. cum alleg. per Boer. deciſ. 347. num. 16. & Rot. in d. Burgen. Canonicatus.*
8 Vtquè hinc † magis exploſa cenſeretur eorum ſententia, qui perperam exiſtimarunt, in Conſiſtorialibus nõ eſſe neceſſariam literarum expeditionem, quaſi in illis non cadat ambitionis ſpiritus, quod eſt contra *text. in d. cap. Auaritia*, vel non dentur exequutores, quod eſt contra rei euidentiam, vt confixerunt *Ioan. Coraſ. de benefic. par. 4. ex nu. 19. & Petr. Peck. de amortiz. cap. 26. ſub num. 4. verſ. quod autem gratia.*

Secundùm, vetat, Promotos ad Conſiſtorialia, cum retentione obtentorũ, retinere obtenta ante confectionem literarum ſuper gratia diſpenſatiua;
9 idquè ſub eadem priuationis pœna, quod † eſt in ordine ad Conſtitutionem *8. Clement. VII.* ſecundum nouum Bullarium, confirmatoriam & extenſiuam formæ ſeruandæ in concedendis, & expediendis literis huiuſmodi per alios Romanos Pontifices introductæ.
10 Quæ † ſanè Cõſtitutio, minimè obtinet in permutationibus, quià cum permutatio ſecum trahat exequutionem, conſumeturque in ſimplici ſuperioris admiſſione, iuxta doctrinam *Innocen. in cap. Inter cætera, num. 3. de præb.* quem ſequitur *Archid. in cap. vn. num. 2. de re. permut. in ſexto,*
11 adeo vt † non ſit neceſſarius actus collationis, vt punctualiter dicit *Feder. de Sen. conſ. 73. num. 5. ad fin.* ceſſant & verba iſtius Conſtitutionis, quæ loquitur & procedit ex ſuppoſito veræ vacationis, pro qua ſit neceſſaria collatio, ſeu prouiſio, vt ita reſoluit *Rot. apud Put. deciſ. 319. lib. 1.*
12 Cæterùm, † cùm agitur de inducenda vacatione obtentorũ ex hac Conſtitutione Iulij Tertij, ob literas ſuper diſpenſatione nõ confectas, difficile reputatur, eam ad actum practicum deducere, opus enim eſt ſupponere inobſeruantiam Cõſtitutionis Clementis, qua ſuppoſita, nõ poteſt videri inducta noua vacatio ex hac Conſtitutione, cùm annihilata gratia diſpenſatiua, inducta ſit vacatio per aſſecutionem, ideſt per adeptionem poſſeſſionis pacificæ, vt explicat *Achill. deciſ. 37. alias 2. nu. 1. de*
13 *Elect.* quaſi nuſquam † conceſſa diſpenſatione, vt optimè aduertit *Verall. deciſ. 303. num. 1. & 304. per to. par. 1. & explicatius deciſ. 98. num. 1. & deciſ. 320. par. 3.*
14 Quòd, ſi † detur caſus, in quo Papa, dum literæ expediuntur, mandet per alias literas in forma Breuis apprehendi poſſeſſionem; cum decreto de expediendis literis principalibus intra certum tempus, quo elapſo prouiſio fit nulla eo ipſo, vt multoties facit; ſupponaturquè, apprehenſa poſſeſſione, infra ſtatum tempus literas non fuiſſe expeditas; inducta quidem eſt Vacatio ex nouo decreto, at minimè eſt inducta vacatio per retentionem,

15 tionem, quia lex † caſum iſtius vacationis qualifi-
cat ex tempore quo apprehender poſſeſſionem;
& propterea cum ad aliud tempus nequeat ex-
tendi, *l. ſolemus, 9. ff. de cond. & demonſt. l. ſi ita
ſcriptũ, 45. §. vlt. de leg.* 2. cũ ſimilibus adductis per
Oldrad. conſ. 310. num. 2. impoſſibile eſt illi ſo-
te locum ante poſſeſſionem pacificam, cùm nec
prius egeat prouiſus tali diſpenſatione, *Achill. d.*
16 *deciſ. 37. alias 2. n. 1. & 3. de Elect.* & ſic † prorſus
deficit qualitas, ac in conſequens diſpoſitio legis
eiuſdem, vt per *Verall. d. deciſ. 98. num. 2. & 4.*
vbi optimè diſcutit vim dictæ Conſtitutionis à vi
decreti, cum quibus tranſiuit Rota me ſcribente
in *Mantuana penſionis 4. Decembris 1626. coram
R. p. d. Merlino.*

17 Tertiùm, vetat, nedùm † electos, & promotos
ad Conſiſtorialia, ſed etiam omnes prouiſos Apo-
ſtolicos de quibuſuis alijs beneficijs, eorum poſ-
ſeſſionem apprehendere ante expeditionem lite-
rarum, ſub pœna priuationis ipſo iure: in quo vl-
timo præcipuè, ius nouum eſt conſtitutum. Siqui-
dem prius quoquè pœna hæc priuationis ipſo iure
inducta fuerat, ſed reſpectu Conſiſtorialium tan-
tum, ex quadam Extrauaganti Alexandri Quinti,
confirmata per Iulium Secundum, quæ huius Pon-
tificis in nouo Bullario eſt quarta, in veteri autem
ſecunda; at reſpectu aliorum non Conſiſtorialium,
pœna hæc ipſo iure nullibi legebatur, nec poterat
18 ſubaudiri; cum nõ obtineat † niſi in caſibus expreſ-
ſis, vt paſſim colligunt Doctores ex *Innocen. com-
muniter recepto, in cap. bona mem. il ſecondo, ſub
num. 5. ad finem verſ. ſed nec credimus, de elect.
quos congerit Tiraq. in repet. l. ſi vnquam, ſuper
verb. reuertatur, num. 248. C. de reuocat. donat. &
ſequitur Gonzal. ad regulam de menſibus, gloſ. 15.
num. 137. ſecundum vltimam impreſſionem.*

19 Ratio verò ampliandæ † huius pœnæ in iſtis in-
ferioribus, alia non fuit, quàm quià pœna quæ
imminebat ex ſententia hominis, in vim antiqui
præcepti, parui fiebat, vt innuitur in *verſ. nihilo-
minus*, nec ratio adeò viua, quod ante expeditio-
nem literarum gratia forer imperfecta, fraudaten-
turquè Annatiſtæ, & officiales Papæ de eorũ emo-
lumẽtis, prouiſos minimè mouebat, quominus præ-
20 ceptum contemnerent. Quippè contemptus, † ne-
dum educitur ex ſpretu perſonæ legislatoris præ-
cipientis, in quo deliteſcit iniuria manifeſta, vt ex
mente *Card. in Clem. 1. num. 1. de ſepult. colligit*
21 *Menoch. conſ. 230. num. 74.* ſed etiam † in ſpretu
præcepti, vbi quid præcipitur ſub pœna, *Suar. de
legib. lib. 3. cap. 28. ex nu. 21.* nec poteſt ab huiuſ-
modi non parente ſeparari dolus, *Surd. conſ. 412.
num. 8.*

22 Quapropter, hinc creſcente delicto, † quinimò
eius ſpecie in deterius commutata, ſecundum
Nauarr. in relectio. can. tres ſunt autem, ex nu. 9.
23 *de pœnit. diſtinct. 1.* Summus Pontifex, cui † nihil
magis cordi eſt, quàm periculo animarum occur-
rere, *cap. 1. cum ibi notat de ſepult. in ſexto, gloſſ.
in cap. vnico, §. quia igitur, ſuper verb. periculis
animarum, nè ſed. vac. inter Extrauag. Ioan. 22.
& in cap. vnico, in princip. ſuper verb. animarum
periculis, de voto, inter eaſdem*, iuſtiſſimè accreuit
pœnam, vt, quæ non timebatur tanquam infligen-
da ex ſententia hominis, iam timeretur tanquam
inflicta ex ſententia iuris, cum quilibet canon latæ
ſententiæ dicatur exequutorius, *gloſſ. in cap. licet
canon 14. ſuper verb. exequutione de elect. in
ſexto, Roman. conſ. 427. num. 10.* eſt enim de ra-
24 tione pœnæ † vt talis ſit, quæ timeatur, *cap. vlt. §.
fin. vt lite non conteſt. gloſſ. per eum text. in canon.
cognouimus in verb. à communione 16. quæſt. 6. &
in canon. ea vindicta §. magni autem, in verbo ti-
merent, 23. q. 4. Burſat. conſ. 90. num. 32.*

25 Sic, vbi infamiæ † nota alicui vili perſonæ nul-
li eſt formidini, exilio cumulatur, *l. 2. §. & ſi pœ-
na, C. vt intra cert. temp. crim. quæſt. termin. Ti-
raquell. de pœn. leg. temper. in præfat. nu. 17.* Vndè

Infertur primò, Conſtitutionẽ hanc nullo mo-
do ſibi locum vindicare in alijs quàm in prouiſis
Apoſtolicis, in quibus ſolis poteſt militare hæc ra-
tio contẽptus præcepti de expediẽdo literas, cùm
26 in inferioribus, † non cadat iſta neceſſitas litera-
rum, *Bellam. in cap. illud, ſub nu. 22. verſ. & hæc
vera de præſumpt. & notauimus lib. 1. q. 46. n. 40.*

Quandoquidem, inſpecta diſpoſitione iuris cõ-
27 munis, in collationibus † beneficiorum, non
exigitur certa aliqua verborum forma, poteſtquè
fieri prouiſio per quemcunquè actum, ſiuè verbo,
ſiuè nutu, modo voluntas exprimatur cõferentis,
*Lambert. de iur. Patron. lib. 2. par. 3. q. 11. art. 1.
num. 9. Silu. de benef. par. 3. q. 10. n. 11. & fuit, me
informante, reſponſum in Calaguritana beneficij
de Arnedo 22. Iunij 1622. coram R. p. d. Merlino.*

Infertur ſecundò, quemadmodũ ex ſuppoſitione
prouiſionis Apoſtolicæ, vnum ex principalibus ex-
tremis, vt intret hæc conſtitutio, eſt factum appre-
hẽſionis poſſeſſionis, non ſolũ reſpectu priuationis
beneficij ad quod quis eſt promotus, ſed etiam re-
ſpectu vacationis obtentorum, vt conſtat ex ſupe-
28 rius deductis; Ità quoquè non ſufficere † oſtendere
electum, & confirmatum ante adeptam poſſeſſio-
nem pro tali ſe geſſiſſe, cùm id ad contemptum nõ
concludat, veluti ſi beneficia ad ſui collationem
pertinentia contuliſſet, quod fieri eſt permiſſum,
*c. noſti 9. cum ibi notatis de elect. Rebuf. in prax.
de Simon. in reſignat. ex num. 25.*

29 Nequè enim Extrauagans † *iniuncta* hùc ſe
extendit, vt notauimus eodem *lib. 1. q. 27. nu. 22.*
30 In iuribus namquè incorporalibus † pro eorum
exercitio, ſufficit habere ius, citra facti poſſeſſio-
nem: qua ratione, in patronatibus hæreditarijs,
Patronus validè præſentat, etiam antequàm ſit
immiſſus in poſſeſſionem hæreditatis, vt ità do-
cuit *Bal. in l. vlt. ſub n. 62. verſ. credo quod hæres,
C. de edict. D. Hadr. toll. Roch. in tract. de iur. pa-
tron. in verb. ipſe, vel ii, n. 24. Rebuf. loco præcit.*

Iuſtificata autem poſſeſſione, non admitteretur
31 excuſatio ex actus nullitate, † quià lex conſiderat
contemptum, qui in ſimplici facto conſiſtit, & cu-
ius ideò conſideratio militat in actu nullo, æquè
ac in valido, *Aym. conſ. 191. n. 7. & de antiquitat.
tempor. par. 4. num. 105.*

32 Sicuti nec admitteretur ex pœnitentia, † & ab-
ſtinentia ab vlteriori ingeſtione, exemplo incurſi
periurij ex ſimplici porrecta ſupplicatione, quod

indè minimè euitatur, quià abſtineatur à literarum expeditione, *Fely. in cap. ex tenore, ſub nu. 1, verſ. reputo iſtum paſſum, de reſcript.* Quadoquidem conſumato delicto, intempeſtiua eſt pœnitentia pro euitanda pœna ipſo iure inflicta, *gloſſ. in Clemen. 1. §. quià vero, in verb. ipſo facto, verſ. idem ex quo intrauit, de ſtatu Monacho. Bal. qui dictam gloſſam reputat ſingularem, in authent. habita, num 93. C. nè fil. pro pat. Roman. conſ 59. num. 13. & 14. & conſ. 427. num. 4* (Vtcunquè ſtante huiuſmodi nullitate, non incurratur etiam pœna priuationis obtentorum, vt *in Virdunen. parochialis mox citanda, patetquè ex dicta Veral. deciſ 98. num. 2. & 3. par. 3.*)

Infertur tertio; pro alio principali extremo, eũ
33 qui ex hac † vacatione impetrat, teneri iuſtificare negatiuam non expeditionis literarum tempore adeptæ poſſeſſionis, ex his quæ ſcripſimus *lib. 2, quæſt. 48 ex num. 286. & in his præciſis terminis fuit deciſum in vna Virdunen. Parochialis 23. Iuny 1586. coram Gypſio.*

Quæ quidem negatiua, cùm debeat percutere tempus adeptæ poſſeſſionis, non adeò eſt probatu
34 facilis; quia quandocunquè exhibeantur † literæ expeditæ, præſumetur expeditio facta in tempore, tum pro euitando delicto, vulgata *l. merito ff. pro ſocio Bart. in l. non ſolum §. ſed vt probari num. 3. de no. op. nunc.* tum quià inter alia iſtud eſt poſſeſſionis commodum, quemadmodũ dicimus. eum qui agnoſcit bonorum poſſeſſionem præſumi eam agnouiſſe intrà debitum tempus, vt tradunt communiter Doctores *in Rubr. C. qui admitti præcipuè Iaſon num. 7. & Dec. num. 26. quos ſequutus eſt Menoch. qui alios allegat. lib. 4. præſumptione 104. n 20. & in terminis tradit Caſſad. deciſ. 3. num. 3. & deciſ. 4. num. 5. ſuper reg. Pute. deciſ 427. num 1 lib. 3. Mantica deciſ. 50. ſub n. 2. verſ. quià à Dominis, cum alijs quos citauimus lib. 2. quæſt. 54. num. 92.*

35 Hinc datur cautela Reo, vt caueat † à productione literarum originalium, in quibus conſueuit adnotari per expeditores tempus, quo fuerũt miſſæ ad plumbum: ante eius plumbationem, impoſſibile eſt, fuiſſe expeditas, *Mohedan. deciſ. 3. ſub num. 1. ad fin. de probat. Caſſad. dicta deciſ. 4. num. 3. & 4. ſuper reg. Mandoſ. ad regul. Cancel. in 3. quæſt. nu. 3. Garc. de benef. par. 4. cap. 2. n. 56. Gregor. deciſ. 440 num. 5. & ibi Beltram. num 8.* cautela igitur eſt, vt ſi quo modo vrgeatur eas producere, producat illarũ ſumptum ex Regeſto Apoſtolico: ſumptum enim huiuſmodi æquè plenam fidem facit, ac ipſum originale, *Rota dec. 28. de probat. in antiq. Creſcen. dec. 2 de fide inſtrum.* ea ratione quam intulit *Verall. deciſ. 74 n. 2. & 3. par. 1.* & tamen non prodit defectum hunc, eum illa adnotatio adijciatur literis poſt regiſtrationẽ, & hanc cautelam docuit *Franc. de March. deciſ. 1112. num. 2. & 3. par. 1.* hincquè, ſemper manẽte hoc onere probandi negatiuam non expeditionis factæ in tempore ipſi actori, aliter impoſſibile eſt iſtud extremum iuſtificari, quàm per diligentias apud officium Plumbatoris, & alia aliorum miniſtrorum, & officialium, iuxtà *Caſſad. deciſ. 5. nu. 5. eod. tit. ſuper reg. & notauimus dicto lib. 2. q. 46. ex num. 49.*

Infertur quarto, Conſtitutionem haudquaquã eos afficere, qui prius inducti eſſent in poſſeſſionẽ auctoritate Ordinarij, & obtinuiſſent nouam prouiſionem à Papa, vt concludit *Rota diuer. deciſ. 205. num. 3. par. 1.*

Ratio eſt, quià in his non poteſt deprehendi aliud delictum quam ſimplicis negligẽtiæ, ex qua neceſſariò non infertur ad contemptũ, prout contemptus eſt crimen diſtinctum à ſimplici negligẽtia, cuius poteſt eſſe, & non eſſe cauſa: vt dicitur
36 de contumacia, quæ † cum poſſit eſſe, & cum dolo, & ſine dolo, attamen ex ea, vtcunquè alias punibili, non concluditur ad dolũ, *Menoch. conſ. 230. ſub num. 73. verſ. aliquando vera contumacia,*
37 etiamſi pluribus caſibus æquiparetur dolo, † inter quos ille præcipuus, quando non obtemperatur Iudicis mandato, *l. 1. §. propter caſum, ff. de poſtul. l. 3. §. condemnatio, ff. de tab. exhib. cum ſimilibus adductis per Rot. deciſ. 220. num. 5. par. 1. diuer.*
38 Vndè fit, vt quià contemptus non pendet † à ſola voluntate tranſgrediendi, ſed voluntate in id intenſa, & ſic deprauata ob malam animi inſtitutionem, vt per *Archid. in canon. quicunquè nu. 1. diſt. 81. B Thom. 2. 2. quæſt. 186. art. 9. in reſponſ. ad 3. Nauarr. in manuali cap. 23. num. 42.* deficiente ſigno huius malitiæ, poſito in facto certo, & determinato, videlicet ingreſſus in beneficio, vrgeat pro excludendo contemptu, iuris regula, qua
39 dicimus, præſumptionem † fieri in meliorem partẽ, iuxta *præcit. tex. in l. merito, ff. pro ſocio, quam latè exornat Alciat. de præſumpt. reg. 2. præſ. 1. ex n. 1.*

40 Infertur quintò, ſi è conuerſo quiſpiam † prouiſus à Papa, prætermiſſa expeditione literarum, ſub prætextu multiplicandi ſibi titulum procuret ſibi prouideri ab inferiori, & cum tali prouiſione ingrediatur poſſeſſionem beneficij, hunc prorſus cadere in pœnam iſtius ſanctionis, vt admittit *Rota præallegat. deciſ. 205. n. 3. ad fin. par. 1. diuer.* videtur enim hic verius color quæſitus pro eludenda diſpoſitione legis, quàm adhibitum ſanum conſilium pro multiplicando titulo; cùm ceſſante neceſſitate multiplicationis huius, hæc dicatur cau-
41 tela † nimia, ex qua magis arguitur fraus, & dolus, *Roman. conſ. 520. nu. 12. Franc. Bece. conſ. 52. num. 79. & conſ. 72. num. 27.* iniquum eſt autem quempiam propria malitia foueri, *l. in fun do ff. de rei vindic. cum ſimilib.*

Quamuis enim, etiam titulus Apoſtolicus, multiplicabilis ſit ex titulo ab inferiori, tamen ſuppoſita validitate tituli Apoſtolici à principio, ſi virtute iſtius tituli ſuperinducti apprehendatur poſ-
42 ſeſſio, non poteſt imaginari alter finis † iſtius multiplicationis, quàm euitandi præceptum de expeditione literarum, quod eſt fraudem ab euentu colligere *l. ſurti gentium §. ſed ſi fraudandi, vbi Ang. nu. 1 ff. de pact. Ladereh. conſ. 85. num. 3.*

Infertur ſexto ex proximè dictis ad verum intellectum ſanctionis in illis verbis, *& ſupplicationum, aut collationum eis poſtmodum de ipſis beneficijs tanquam etiam tunc certo modo in ſupplicatione expreſſo, vacantibus, ordinaria, vel quauis* alia

Digitized by Google

alia auctoritate factarum prætextu. in quibus ſa-
nè verbis, duplex proponitur multiplicati tituli
ſpecies: quarum vna ſatis videtur plana, quãdo vi-
delicet ea contigit ex titulo inferioris collatoris,
vt ſuprà: & in hac nemo non eſt, qui non agnoſcat
43 manifeſtum contemptum, & quidem † cumula-
tum ingratitudine, vt aduertit Fel. in cap. in no-
ſtra, ſub n. 2. verſ. Primo niſi habens collatiorem,
de reſcript.

Nequè euitaretur incurſus hic, prætextu quòd
beneficium eſſet de Iurepatronatus laicorũ; quià
44 licet † conſtitutio indefinitè loquens, non com-
prehẽdat beneficia huiuſmodi, gloſ. in cap. 2. ſuper
verb. collatio, de præb. in ſexto, Rota deciſ. 304.
num. 1. par. 2. diuerſ. cum propè infinitis congeſtis
per Gonz. ad reg. de menſ. gloſ. 18. ſub num. 2. &
fuit, me ſcribente, reſponſum in vna Caſalen. Ca-
nonicatus 18. Februarij 1619. corã Manzanedo.

Attamen, vbicunquè conſtitutio concepta eſt
per verba generalia, & vniuerſalia, cuiuſmodi eſt
hæc, contrarium eſt dicendum; illa enim clauſula
quomodocunquè, & qualitercunquè qualificato-
rum, nimis effuſæ, & effrenatæ ſignificationis eſt,
45 vt de ſimplici † termino cuiuſcunquè pronuncia-
uit Luc. de Pen. in l. vlt. antè num. 1. ſuper di-
cto verb. cuiuſcunquè C. de exact. tribut. lib. 10.
cum pluribus quos adducit Mandoſ. ad Roman.
conſ. 31. ſuper verbo quacunquè cauſa, Gonzal. lo-
co præcit. gloſſ. 9. in princip. ex n. 31. Cened. ſingul.
91. ex num. 2.

46 Modò tamen, militet eadem ratio; aliàs † enim
paruipenditur cuiuſuis vniuerſalis, & effuſæ ora-
tionis ponderatio, vt benè aduertit Calcan. conſ. 1.
ſub num. 14. circa finem ex verſ. iſtud enim, ſequi-
tur Aym. conſ. 144. num. 6. Franc. Becc. conſ. 181.
num. 36.

47 Quocircà, ſi præſentatus à Patrono, † ſine vlla
neceſſitate declinata auctoritate ordinaria, cura-
ret ſe inſtitui à Papa, proculdubio non intraret
hæc conſtitutio, deficiente nimirum illius ratione,
quæ fundatur in ſuppoſito meræ gratiæ, cuiuſmo-
di nõ eſt inſtitutio, quæ potius eſt de Iuſtitia, Can.
decernimus, & Can. Monaſterium 16. quæſt. 7.
48 conſumiturquè † ideò in ſimplici conſenſu, vt vi-
detur colligi ex text. in eod. Can. Monaſterium,
49 & hinc pro ea † ſufficit ſimplex admiſſio factæ
præſentationis, etiam abſquè prolatione verbi
inſtituo, vt ex tex. in cap. vlt. de inſtitut. in ſexto,
& Clement. plures, in vltimis verbis, de iur. patr.
& ex doctr. Gemin. in cap. 1. num. 3. de præb. eod.
lib. colligit Lambert. de iur. patron. lib. 2. par. 3. in
50 2. q. art. 12. n. 1. & 2. vndè profluxit † cautela nõ
admittendi huiuſmodi præſentationes aliter quã
cum clauſula modificatiua, ſi & in quantum, vt ibi
per eundem Lambert. & in 2. par. eiuſdem 2. li-
bri in 6. quæſt. art. 1. num. 1. & ſub num. 2. ad fi-
nem, verſ. ſi bene habens inſtituere.

Quapropter, hac in re perpetuò eſt obſeruan-
dum, an præſentatus egeret gratia Apoſtolica,
vel ſecus, ſecundum ea, quæ explicauimus lib. 2.
quæſt. 8. ex num. 97. quibus addi poteſt alter cà-
ſus neceſſitatis huius, cùm ex cauſa prouiſionis,
reſeruatur penſio perpetua ad fauorem alterius,
51 ſi quidem cum † hæc reſeruatio, alia auctorita-
te quàm Papæ fieri nequeat, vt diſputando ar-
ticulum latiſſimè firmauimus lib. 1. quæſt. 35. ex
num. 18. impoſſibile eſt, conſentientem penſioni,
52 aliter poſſe † euadere incurſum ſimoniæ, quàm
ſi accedat auctoritas Papæ, c. cum pridem, de pact.
& nuper cenſuit Rota in cauſa Montis falſſei pen-
ſionis, 31. Martij 1631. coram R. p. d. Pirouano.

Altera deniquè eſt ſpecies, quãdo iſta multipli-
catio contingit ex alio titulo poſtmodum habito
ab ipſomet Papa: quod non eſt ſatis perceptibile
in efformãdo contemptũ, cum ſupponatur nihilo-
minus apprehenſa poſſeſſio virtute literarũ Apo-
ſtolicarum. Veruntamen eſt aduertendum, contẽ-
ptum expeditionis literarum de quo hic agitur,
habere radicem in auaritia pro fraudanda anna-
ta, de cuius Iuſtitia ſingulariter agetur in ſequen-
ti Quæſtione; & hoc apertiſſimè ipſamet conſtitu-
tio inſinuat; ac proinde verba ſuperius relata eum
reſpiciunt caſum, quo etiam ex multiplicatione
tituli Apoſtolici cõſueuerat eadem fraus compo-
ni: nempè cum obtenta quis ſimplici prouiſione à
Papa tanquam de vacanti, omiſſa literarum expe-
ditione, pro qua erat ſoluenda annata, tacita pro-
uiſione huiuſmodi iam ſibi facta, beneficiũ impe-
trabat certo modo; puta per deuolutionem, aut,
conficta intruſione alterius, in forma iuris, & ſub
hac techna facta ſimplici obligatione de ſoluendo
annatam quando foret poſſeſſionem aſſequutus,
literis expeditis, in earũ vim poſſeſſionem occu-
pabat: nempè etiam hoc caſu militat eadem ra-
tio contemptus, nec poteſt videri ſatisfactum
conſtitutioni, quià iſte ſit adeptus poſſeſſionem
virtute tituli Apoſtolici; nam literæ huiuſmodi pi-
53 ſcatoriæ, † non dant titulum, ſed ſimplicem actio-
nem, vt ex doctrina Cardin. in cap. ſicut vnire. ſub
num. 7 verſ. igitur per impetrantem, de exceſſ. præ-
lat. notauimus lib. 2. quæſt. 47. num. 100. & hoc eſt
54 quod ex obligatione † de ſoluendo annatam, quæ
ſolet præſtari ab his impetrantibus certo modo,
non effugi pœnam iſtius conſtitutionis fuit deci-
ſum in præallegata Virdunen. Parochialis.

Infertur ſeptimò, iam ex hac conſtitutione, ceſ-
ſare hodie diſputationem antiquorum exiſtiman-
55 tium, poſſeſſionem † captam virtute ſolius ſuppli-
cationis, eſſe reſtituibilẽ; quod viſum fuerat Ro-
tæ apud Pute. deciſ. 223. lib. 2. ſimulquè in nulla
56 haberi † conſideratione gratiam ſubrogationis,
nam quidquid olim cenſuiſſet Rota apud Mohed.
deciſ. 9. vt lit. pend. hodiè id ceſſat ex hac conſtitu-
tione, Lancellot. de attentat. lit. pend. par. 2. in præ-
fatione num. 378.

Infertur octauò, inſtificata ſemel impetratio-
ne ex hoc capite, intruſum non ſolùm deſtitui be-
neficio Regularum de annali, & de trienali, vt
in ea diſponitur, verum etiam non poſſe excuſari
57 ex non vſu, ſtante † decreto irritanti, Gabr. de
clauſ. concluſ. 3. num. 34. cum alijs per Caual. dec.
85. num. 2. deciſ. 91. num. 7. & deciſ. 423. num. 2.
aut ex capite ignorantiæ, cùm nimis craſſa ſit, quæ
58 neque † etiã in pœnalibus excuſat, vt poſt Tiraq.
de retrac. lignag. §. 35. glo. 4. ex n. 34. et And. Gail.
lib. 2. obſeru. 48. nu. 15. cenſuit Caualer. deciſ. 151.
num. 4.

Digitized by Google

num. 4. & 5. 176. num. 2. & 6. & 698. num. 4. quibus addi poteſt Biſignet. deciſ. 6. ſub num. 6. verſ. & eſto de reſtit. ſpoliat. Fel. in cap. cæterum, n. 19. de reſcript. Put. deciſ. 281. lib. 1. & in iſtis terminis, fuit deciſum in præallegata Virduuen. Parochialis, in qua nec quidem voluerunt Domini proponi iuſtam excuſationem ex Iudicis decreto, culpa enim, quam punit lex, originatur in ipſo intru-
59 ſo, quem ideo non excuſat Iudicis iniquum mandatum, Bar. conſ. 92. ſub num. 5. verſ. nec eſt dicendum par. 1.

Infertur nonò, tantò minus poſſe hodiè prætendi huius conſtitutionis ignorantiam, quòd ſæpè ſecundum eam fuerunt obtentæ impetrationes,
60 ità vt prorſus dicatur eſſe in viridi obſeruantia, Pariſ. de reſignat. benef. lib. 8. quæſt. 7. num. 105. & lib. 10. quæſt. 1. num. 20. vbi ait omnes id ſcire, & fuit etiam nuper pronunciatum in Vicen. beneficij 2. Maij 1631. coram R. p. d. Veroſpio.

SVMMARIVM.

1 Annata appellatione, quid veniat.
2 Annata, duplex.
3 Annata, quæ debetur hæredibus defuncti, quæ ratione uitatur.
4 Et quandò reprobetur conſuetudo eam ſoluendi.
5 Annata, pro extinguendo ære alieno Epiſcopi, qualiter concedatur.
6 Annata pro Eccleſia, aut fabrica, an poſſit conſtitui per Epiſcopum.
7 Annata pro diſſoluendo ære alieno Epiſcopi, per ſolum Papam indulgetur.
8 Etiam de fructibus certi alicuius beneficij.
9 Textus in cap. ſi propter de reſcript. in ſexto, qualiter intelligatur.
10 Collator, prohibetur ſibi quidquam reſeruare de fructibus beneficij.
11 Annata exactio pro augmento cultus Diuini conceſſa, non cadit ſub clauſulis reuocatorijs.
12 Conſtitutio Pij V. circa abrogationem conſuetudinum, & priuilegiorum de ſoluendo pro ingreſſu aliquid de fructibus, refertur.
13 Eadem, qualiter intelligatur.
14 Annatarum indultum fauore Eccleſiæ, capit beneficia iuriſpatronatus miſti.
15 Annatæ onus, tranſit cum beneficio vnito.
16 Quod declaratur.
17 Annatæ exactio, qualiter reſtringatur dum conceditur Capitulo aut fabricæ.
18 Annata, de quibus beneficijs non debetur, nec debetur de annexis.
19 Annata ſoluitur Sedi Apoſtolicæ in ſignum vniuerſalis dominij.
20 Annata, quàm malè audiant apud nonnullos.
21 Earum origo vndè aliquibus petita.
22 Annatarum defenſio quam leuiter per aliquos ſuſcepta.
23 Annata, ſubrogata loco redecimæ.
24 Subrogationis vis, quæ?
25 Decima Papalis, vndè defluxerit?
26 Annata quæ ſoluitur Sedi Apoſtolicæ, qua ratione ſoluatur.
27 Stipendia victus, ratione naturali debentur à populo Principibus, & alijs inuigilantibus communi vtilitati.
28 Decima, non ideo minus debetur, quia is cui perſoluitur diues ſit.
29 Idemquè dicitur de redecima, ſiue decima Papali.
30 Simoniæ non cadit conſideratio circa exactionem annatæ.
31 Simonia contrahitur, ſi pecunia pro collatione beneficij ſoluatur.
32 Annata, qualiter aliquibus defenſa à crimine ſimoniæ.
33 Simonia, in quo radicetur, dum de collatione agitur.
34 Annata, eſt onus reale.
35 Ideſt adiectum fructibus primi anni.
36 Annatæ exactio, aperitur ex momento vacationis.
37 Fructuum onus, poſſeſſorem rei ſequitur.
38 Decimæ onus, reale eſt, fundumq; ipſum ſequitur.
39 Annatam perſoluere non grauatur, qui fructus non percipit.
40 Decretum de expediendis literis infra ſex menſes, intelligitur ex die poſſeſſionis, & facultatis percipiendi fructus.
41 Annatæ ſoluendæ dilatio, conceditur prouiſis ſub intruſione.
42 Annata, non ſoluitur de beneficijs non excedentibus valorem ducatorum 24.
43 Nulla habita ratione diſtributionum quotidianarum.
44 Quantumcunquè omnes fructus in illis conſiſtãt.
45 Regula Cancellariæ de valore, annullat gratiam ipſo iure.
46 Eadem reſpectu obtentorum, qua ratione nitatur, remiſſiuè.
47 Eadem reſpectu beneficiorum quæ prouidentur, introducta eſt, nè fraus fiat annatæ.
48 Regula Cancellariæ 22. de exprimendo vero valore in vnionibus, annatæ ſuffragatur.
49 Valor beneficij ideò iuſtificandus, quià narratur.
50 Valor beneficij ex ſtylo, & ex Regula Cancellariæ exprimendus.
51 Et an in gratijs, quæ fiunt motuproprio.
52 Quod affirmatiuè reſoluitur.
53 Valor beneficij, an ſit iuſtificãdus, ſi nullus neget.
54 Et quid ſi extraiudicialitèr procedatur.
55 Valoris iuſtificandi neceſſitatem, minimè remittit non negatio partis.
56 Valoris beneficij probatio, debet percutere tempus gratiæ.
57 Valor de vno tempore, non concludit ad valorem de alio tempore.
58 Etiam ex confeſſione partis.
59 Valor probatur ex confeſſione partis, ſi contemporanea ſit, vel paulò antè emanauerit.
60 Et quæ ſit ratio.
6c Valor fructuum de vno anno, non concludit ad valorem vniformem.
62 Pratia rerum, ſunt variabilia; & quomodo poſſit conſtitui certitudo.
63 Valor fructuum, ex triennio continuo vniformis efficitur.
64 Valor beneficij, pro iuſtificatione gratiæ conſtituitur

tuitur ex valore fructuum per tres annos.
65 Clauſula, augendi, & minuendi, quid operetur in ſupplicationibus.
66 Doli præſumptio ceſſat, vbi nulla vtilitas conſequitur.
67 Valor obtentorum, contentatur leuiſsima probatione.
68 Etiam per vnum teſtem de fama.
69 Et de certioratione per literas.
70 Modò, leuiſsima hæc probatio, in genere ſuo ſit perfecta.
71 Valoris obtentorum probatio remittitur, vbicunquè offertur dimiſsio.
72 Siue fiat ex neceſsitate decreti.
73 Siuè ex mera voluntate.
74 Mendacium, non facilè præſumitur, vbi ex eo plurimum detrimenti poteſt conſequi.
75 Valoris exceſſus, non facilè præſumitur.
76 Valor, pro iuſtificatione gratiæ conſtituitur ex ſemiplena probatione.
77 Ita vt ſufficiat vnus teſtis.
78 Quod declaratur.
79 Fama, ſufficit pro probatione valoris.
80 Quod declaratur.
81 Fama, vt probet valorem, debet percutere tempus præſens, & præteritum.
82 Quod declaratur.
83 Valor beneficij, non conſtituitur ex teſtibus referentibus ſe ad arrendamenta.
84 Aut deponentibus de auditu.
85 Valor, non probatur ex teſtibus, qui ignorant qualitates beneficii.
86 Valoris expreſsio, qualiter fiat in gratijs proviſiuis.
87 Valoris probatio, per non exceſſum narrati, qualiter articuletur.
88 Onera, non ſunt neceſſariò deducenda, vbi articulatur probatio valoris per non exceſſum negatiuè expreſſi.
89 Valor, quando deducitur per modum obiectus, qualitèr articulandus ex ſententia Gomeſii.
90 Valoris deductio, in impetrante ex regula de valore, eſt materia obiectiua.
91 Bartoli doctrina, in l. pretia rerum, §. vlt. num. 2. ad leg. falcid. explicata.
92 Valoris probandi practica, poſita per Sarnen. excuſſa, & defenſa.
93 Et quò referenda ſit.
94 Valor beneficij, impetrati ex commiſſo in regulam, perpetuo eſt iuſtificandus per decennium.
95 Quemadmodum, & vbi obijcitur contra Penſionarium.
96 Probatio ſemiplena, alteri non coniungitur in materia obiectiua.
97 Onera in materia probationis valoris, an probanda ſint per Reum, vel per actorem.
98 Valoris exceſſus, non conſtituitur alitèr quàm deductis oneribus.
99 Vt ideò opus ſit probatione taxatiuè facta.
100 Quod declaratur.
101 Valoris falſi expreſsio, ex quibus excuſetur.
102 Regula de valore, non inducit nouam vacationem, ſed ſimpliciter reſoluit gratiam.
103 Valoris expreſſio, qualitèr concipiatur in impetratione beneficij, ob non expreſſum valorem.
104 Exceſſus modicus, non eſt habendus in conſideratione.
105 Accuſator, debet carere vitio, quod alteri impingit.
106 Plus, dictio, eſt taxatiua.
107 Annata vnica eſt perſoluenda, ſi eodem anno plures ſuccedant vacationes.
108 Annata vbi eſt ſoluta, ſi eodem anno noua ſuccedat vacatio, remittitur per Officiales ſolutio.
109 Annata debita inferioribus, non debetur euicto beneficio, per euincentem, ſi ſemel per intruſum fuerit ſoluta.
110 Et quæ ſit ratio.
111 Fructus beneficij vacantis, ſpectant ad primum futurum legitimum ſucceſſorem, nulla habita conſiderατione intruſi.
112 Fructus per intruſum percepti, debent reſtitui canonicè prouiſo.
113 Gabella, pro eadem re bis non exigenda.
114 Decimatus, decimari non debet.
115 Gabella, pro contractu ſemel ſoluta in loco contractus, alibi ſolui non debet.
116 Idemquè dicitur de gabella ſoluenda pro venditione, ſi res ſit in cataſtro, tàm venditoris, quàm emptoris.
117 Collatio beneficij, retrotrahitur ad diem vacationis, ad effectum vt fructus debeantur prouiſo.
118 Vacatio de facto, nõ attẽditur, ſed vacatio de iure.
119 Vacatio, nõ conſumitur per prouiſionem de facto.
120 Fructus debentur beneficiario, non ex die adeptæ poſſeſſionis, ſed ex die prouiſionis.
121 Gabella de contractu ſoluenda, intelligitur de valido, non de nullo.
122 Pecunia exiſtẽs apud tertiũ ſine cauſa, condicitur.
123 Diſtributiones, non ſunt reſtituendæ per intruſum, qui non reſciat, niſi præceſſerit contra eum proteſtatio.
124 Quod declaratur.
125 Annatam Sedi Apoſtolicæ debitam ſubterfugientes, vel detrectantes, ſunt in continuo ſtatu damnationis.
126 Annatæ exactio, ex diuerſis Conſtitutionibus Romanorum Pontificũ, quæ hic referuntur, iuſſa.

QVÆSTIO XX.

Annatæ quo iure exigantur, quaquè ratione inducta ſit vacatio beneficij ob earum non ſolutionem.

1 ANNATAE appellatione hic intelligimus †vnam aliquã taxatam quantitatem fructuum eius anni, quo beneficium vacat; quemadmodum itá expoſuerunt *Gloſſat. pragm. Sanct. par. 2. tit. de annat. ſuper verbo annatarum, Galleſ. de annat. num. 2. Azor. moral. inſtitut. lib. 7. cap. 12. in princip. par. 2. Tambur. de iur. Abbat. diſput. 9. in vlt. quæſt. num. 2.*

Duplex

2 Duplex autem eſt annata, † vna quæ iure ali-
quo ſingulari nititur, alia quę à iure naturæ ortum
ducit: Prior, eſt illa quæ vel ex conſuetudine legi-
timè præſcripta, vel ex indulto Apoſtolico, conce-
ditur alicui, veluti quæ ſoluitur hæredi beneficia-
rij defuncti, cuius meminit *text.* qui illam reducit
ad medietatem fructuum, *in cap. ſuſcepti regimi-
nis §. eum itaquè de elect. inter extrauag. Io. xxij.
& in cap. vnico, nè ſed. vac. inter commun.*

3 Quamuis verò, videatur amari † aliquid eo ca-
pite contineri, quod præſtatur hæredibus, qui vt
plurimũ ſunt laici, & diuites: tamen viget rationa-
bilitas aliqua reſpectu finis cauſæ, videlicet vt ij
perſoluant funeralia, & quod ſupereſt impendant
in eleemoſynas, aliaquè opera pia, pro ſalute ani-
mæ defuncti, non etiam vt indè ipſi ditiores eua-
dant. Nam quidquid ſit reſpectu beneficiorum, in
quorum fundationis limine ità eſt cautum, & in
quibus id toleratur ex ſingulari ratione, nè retra-
hantur Chriſti fideles à fundationibus, vt manife-
ſtè ſentit *gloſ. in d. cap. ſuſcepti, in verb. ſuſcepti
poſt med. verſ. nec obſtat quod dictum eſt*, tamen
4 hoc caſu circumſcripto, † non poſſet hæc con-
ſuetudo ab irrationabilitate ſaluari, vt optimè ad-
uertit *Nauarr. in tract. de ſpol. cleric. §. e5. n. 1.*

Ad exemplum iſtius annatæ pro funeralibus, &
5 ære alieno defuncti; inuecta eſt † altera productio-
ris temporis, puta ad quinquennium, de fructibus
videlicet cuiuſquè beneficij exiſtentis in diœceſi,
ex die vacationis pro extinguendo ære alieno ip-
ſius Epiſcopi; hùc enim quoquè conſueuit exten-
di fauor Apoſtolicus in concedendis annatis hu-
iuſmodi, vt in *cap. ſi propter tua debita, 10. de re-
ſcript. in ſexto, notatquè Burſat. in conſ. 126. n. 24.*

Quod ſanè indultum, minimè præiudicat (vt in
dicto textu ſcribitur) iuri ſpeciali ipſius Eccleſiæ,
aut fabricę ſuper eadẽ perceptione prius cõceſſo;
niſi hoc ipſum in indulto fuerit expreſſum; illud
6 enim eſt magis fauorabile, adeo vt nedũ † per Pa-
pam, verum etiã per Epiſcopũ de conſenſu ſui Ca-
pituli induci valeat, modò ſit ad tẽpus, nequè ver-
gat in propriam vtilitatem ipſius Epiſcopi conce-
dentis, nequè fiat poſt beneficij collationẽ, vt col-
ligitur *ex gloſ. in eodem c. ſi propter, in verb. con-
cedimus, iuncta additio et his quæ ibi ſcribit Franc.
num. 3. quem ſequitur Henric. Botta. de ſynod.
Epiſcop. in 1. art. in 16. concluſ. num. 288. Rebuf.
in prax. tit. requiſi. ad collat. bon. ex n. 8.* quod mi-
nimè ei eſt conceſſum, vbi agitur de diſſoluendo
7 ære ipſius proprio, eſt enim † omninò pro hoc ne-
ceſſarium induitum Apoſtolicum, vt probat *text.*
ex ſuppoſitione ibi facta *in cap. tua nobis 32, quod
eſt penultimum, de verb. ſignif* vbi poſt *Goffr.* no-
*tat Collectar. ſub num. 2. verſ. quamuis verò, &
probat etiam tex. in dicto cap. ſi propter, de reſcrip.*
8 etiamſi Epiſcopus vellet † ſibi reſeruare fructus
de certo aliquo beneficio, quià hoc nullo modo
poteſt ad ſui commodum, quemadmodum aduer-
tunt *addentes ad gloſſ. in dicto cap. ſi propter in
9 verb. concedimus.* Siquidem etiam in ſpecie † dicti
cap. ſi propter, non agitur de debito Epiſcopi ali-
ter contracto quàm intuitu Eccleſiæ, vt aduertit
Cuiac. in interpretat. dicti c. penul. de verb. ſignif.

10 & ſic ſemper aduerſatur prohibitio nè † collator
ſibi aliquid approprie de reditibus beneficij va-
cantis, *canon. vlt. 1. quæſt. 3. cap. vn. §. omnibus ad
finem, vt eccl. benef. ſin. dimin. confer.* & quicquid
alij aliter ſentiant, ità latè diſputat, & concludit
Anchar. in eod. cap. vn. ex num. 16.

Conſueuerunt autem Indulta huiuſmodi Eccle-
ſijs concedi in augumentum cultus Diuini; vndè
11 & reputantur fauorabilia, nec † ſubiacent conſti-
tutionibus generalibus indultorum huiuſmodi re-
uocatorijs, *Rota deciſ. 139. ſub nu. 1. par. 2. diuer.
& ex mente ſacræ Congregationis ſuper Concilio*
reſpondit etiam apud *Mantic. deciſ. 320. num. 8.*

12 Siquidem, quod ad magis † promouendum de-
cretum Sacri Tridentini Concilij *ſeſſ. 24. cap. 14.
de reformat.* ſtatuit Pius Quintus *conſtit. 104.* cir-
cà reuocationem quorumcunquè priuilegiorum,
ſtatutorum, & quarumuis conſuetudinum Eccle-
ſiarum Cathedralium, necnon collegiatarũ, *quod
vacãtibus ipſarum Eccleſiarum dignitatibus, Ca-
nonicatibus, prabẽdis, portionibus, beneficijs, & of-
ficijs, fructus, ac etiam quotidianæ diſtributiones
eis primo ab ipſa vacatione anno, aut longiori, vel
etiam breuiori tempore prouenturi menſæ Epiſco-
pali, ſeù capitulari aliouè loco integrè, vel partim
remaneant, ſeu applicentur, aut in cõmunes vſus
cedant inter alios Canonicos, & perſonas Eccleſiæ
13 ſeù Capituli diuidantur*, non extenditur † ad pri-
uilegia Apoſtolica conceſſa ipſis Eccleſijs ſuper
perceptione annatarum de beneficijs conſiſtenti-
bus extra Eccleſias eaſdem (deficit enim in his ra-
tio reuocationis huius) ſed reſtringitur ad conſi-
ſtentia in Eccleſijs eiſdem, vt aduertit Rota *d. dec.
139. ante num. 1. verſ. non obſtat quod Bulla.*

Enimuerò, alia eſt ratio annatæ, quæ extorque-
tur in primo ingreſſu beneficij abſquè applicatio-
ne in vſus pios certos, & determinatos, quam ex-
torſionẽ, condemnant Canones, præcipuè Triden-
tini Concilij loco præcitato, & dicta Conſtitutio
Pij V. & longè alia annatæ eius, quæ ex ſingulari
indulto Apoſtolico ipſis Eccleſijs concedi cõſue-
uit, vt dictum eſt, in augmentum cultus diuini: hu-
iuſmodi enim indulta, vſquè adeò præualent, vt
14 etiam † capiant beneficia, quæ ſunt iuriſpatrona-
tus miſti, *Mantic. dicta deciſ. 320 in princip. &
num 1. cum ſequentibus*, etiam extendendo vim
circa factum quaſi poſſeſſionis exigendi annatam,
de vno, ad omnia alia benefitia, vt patet ex *d.
deciſ. 139. ex num. 11.* Vt enim dixi, fauorabi-
15 lia ſunt, vnde etſi contingat † beneficia huic one-
ri ſubiecta, vniri, cenſetur facta vnio ſub eodem
onere, vt latiſſimè fuit deciſum in *Toletana an-
natarum 23. Ianuarij 1589. & in Seguntina
dimidia annata 26. Nouembris 1593. coram
Orano, quas refert D. Theodoſ. de Rube. in
ſuis ſingular. ad Oran. deciſ. 395. lib. 1. ex num. 1.
pag. mihi 397.*

16 Niſi fuiſſet huiuſmodi Indultis ſpecificè † dero-
gatum, vt fuit reſponſum in eadem *Toletana an-
natarum, 19. Iunij 1589. coram eodem Orano
apud eundem Rub. loco ſupracit.*

17 Et quandò conceduntur † huiuſmodi priuile-
gia Capitulo, & fabricæ alicuius Eccleſiæ Cathe-
dralis

dralis, conſueuerunt reſtringi per clauſulam rela-
tiuam beneficiornm ciuitatis,& diœceſis, *non ta-
men in maiori Eccleſia conſiſtentium*, quæ quidẽ
18 clauſula, † complectitur beneficia annexa, & eo-
dem modo ea præſeruat ab onere ſoluendi anna-
tam,vt latiſſimè fuit reſponſum,me ſcribente, in
*Seguntina dimidia annata 7. Maÿ 1607. coram
Manzanedo, quæ legitur impreſſa inter recentio-
res deciſ. 199. par. 2.*

Poſterior,eſt annata de qua nũc quærimus, de-
19 bita Sedi Apoſtolicæ,† ſiue eius Cameræ, quã ſan-
ctæ memoriæ Pius V. *in eius conſtitut. 38. in no-
uo Bullario in §. 3.* pronunciauit exigi in ſignum
vniuerſalis dominij: qnod vti ſe habeat, in primis
20 eſt diſquirendum: nam Coſmas Guimier,† in ſua
*gloſſ. ad pragmat. ſanctio. tit. de annat. in princip.
ſuper verb. annatarum*, exiſtimauit eam paulò an-
te tempora Ioannis xxij. exigi conſueuiſſe ex fru-
ctibus cathedralium vacantium; & mox per Boni-
facinm IX. onus iſtud fuiſſe adiectum indifferenter
omnibus Eccleſiaſticis beneficijs, contra totins
iuris diuini, & humani diſpoſitionẽ; indequè hũc
vſum, Simoniæ inſimulauit: Modeſtius egit qui
materiam hanc, Burſalem, appellauit *Ioan. Coras.
de benef. par. 4. cap. 4. num. 55.* nequè hunc vſum
antiquiorem habuit *Gigas in tract. de penſ. q. 26.
num. 1.* omnium audacius, qui nec Regi ſuo peper-
cit, obloquutus fuit *Franc. Duare. de benef. lib. 7.
cap. 3. verſ. quod eum ita ſit*.

Cæterùm valdè doleo, pro ſuſtinenda Iuſtitia
21 annatarum, aliquos ex noſtris petijſſe illarũ † ori-
ginem ex more Aegyptiorũ in cæteras mox gen-
tes diffuſo; quo aiunt, minores ſacerdotes in
ingreſſu ſacerdotij, mediam partem ſuorum redi-
tuum, ſummo ſacerdoti offerre cõſueuiſſe, ſic enim
poſt *Ioan. Grammat. & Ferdin. Cordub.* opinatus
fuit *Thom. Campeg. in tract. de annat. nu. 5.* vide-
rint alij, an mos iſte (qui parum etiam ad rem fa-
ceret) probetur ex *Geneſ. cap. 47.* mihi certè
nihil minus. Et rurſus doleo, alios, ex ſuppoſitio-
ne ſimplicis conſuetudinis, aggreſſos fuiſſe defen-
22 ſionem † annatarum à labe Simoniaca contrà
prædictos, & contrà Ioannem Gerſon, cuius verba
retulit *Galleſ. in libel. de annat. num. 12.* nequè ta-
meu aliter quàm ex Papæ auctoritate labem ità
impictam expurgaſſe, vt licet videre apud Quinti-
lianum Mandoſium, *in opuſculo, cui titulum fecit,
annales caſus, num. 167. caſ. 370.*

23 Eſt itaquè aduertendum, annatam † hanc ſub-
rogatam fuiſſe loco decimæ, ſiuè redecimæ, quæ
olim in omnibus prouincijs Chriſtiani orbis Pon-
tifici Summo colligebatur, vt præ cæteris adno-
tauit *Cardinalis Baronius, in anno 1156. ad fin.
verſ. tale eſt*. Quòd ſi ità eſt, neceſſariò conſequi-
tur, hodie eodẽ iure deberi Summo Pontifici hãc
annatam, quo debebatur prius dicta redecima,
24 cùm iſta ſit † vis ſubrogationis, vt in eo in quo
non diſcrepant, ſubrogatum imbuat naturam
eius cuius loco facta eſt ſubrogatio, etiamſi in
alijs non conueniant, *Caſtrenſ. conſ. 73. alids 74.
incip. iſta Domina Liſa, ſub num. 3. ad fin. verſ.
nec obſtat, lib. 1. & clarius Dec. conſ. 190. ſub
num. 3. ad med. verſ. quarto hoc idem, & conſ. 543.
num. 6. cum alijs per Tiraquel. de retract. lignag.
§. 1. gloſſ. 10. num. 83. Franciſc. Becc. conſ. 14.
num. 6.*

25 Proindequè, quemadmodum ea redecima † de-
bita fuit in ſignum ſupremi dominij, ex Dei præ-
cepto Leuitis facto, *Numer. cap. 18.* ibi, *& de
vniuerſis, quorum accipitis primitias, offerte Do-
mino, & date ea Aaron Sacerdoti*, ità, & hæc an-
nata, vt viſus eſt ſentire, quaſi ita arguẽdo *Tholoſ.
ſyntagm. iuris lib. 2. cap. 21. tit. de annat.* clarius id
cenſuit *Gambar. in tract. de offic. & poteſt. lega.
lib. 7. num. 416.* licet enim debita ſit ſubuentionis
26 gratia pro ſuſtentãdo † Pontifice, & Cardinalibus
indigentibus, vt loquitur *Sarnen. in præfat. reg.
de val. ſub num. 6. verſ. & etiam, Mandoſ. loco ſu-
perius citato, & ante eos Prepoſ. Alex. in can. ſi
quis prebendas num. 2. 1. q. 3.* nihilominus hinc
non tollitur alia præcipua cauſa, vt ſit ſignum re-
cognitionis vniuerſalis dominij; itàvt vna in alterã
recurrat ex eodem fonte; nimirum ex ratione na-
27 turali, quæ dictat vt his † qui communi vtilitati in-
uigilant, ſcilicet Principibus, Militibus, & alijs hu-
iuſmodi, ſtipendia victus debeantur à populo, vt
optimè docet *D. Thom. 2. 2. q. 87. art. 1. in corp.*

28 Quemadmodum autem † diuitiæ & earũ affluẽ-
tia in perſonis quibus decimæ debentur, nihil re-
mittunt de neceſſitate, & Iuſtitia debiti illarum,
*Turrecr. in can. quoniam, n. 8. 16. q. 1. Couar. Var.
reſolut. lib. 1. cap. 17. nu. 4.* cum alijs congeſtis per
Monet. de decim. cap. 7. n. 38. Ità, nequè eædem in
29 Summo † Pontifice remittunt quidquã de neceſ-
ſitate, & Iuſtitia debiti redecimæ, cuius loco eſt
ſubrogata Annata, vt optimè docet *D. Thom. 2. 2.
quæſt. 87. art. 4. in reſp. ad 3. Soto de Iuſt. & Iur.
lib. 9. in 4. quæſt. art. 4. ad fin. Moneta qui plures
adducit de Decim. cap. 9. num. 1. & 2.*

Ex his verò, plura conſequuntur: primumquè
30 illud, in hac materia † exactionis annatæ, ineptam
prorſus eſſe deductionem ſimoniæ; Eſto enim cum
31 quid pecuniarũ † exigitur pro collatione beneficij,
inde contrahi Simoniam, etiã ſecundum terminos
in qnibus loquitur Abbas, *in cap. 1. n. 6. de Simon.*
32 eſtoquè rurſus id minimè † excuſari, quia quod
exigitur, cedat pro induſtria, & labore miniſtrorũ,
quod tamen exiſtimauit *Azor. moral. tom. 2. lib. 7.
c. 12. in princ.* Attamen cuiuis, vel mediocriter nõ
rudi facilè liquebit, obiectum non applicari, cùm
33 ſubſtantia Simoniæ † radicetur in pacto, & condi-
cto citra vllam præexiſtentem obligationem, adeò
vt animus collatoris moueatur ab obiecto obla-
tionis ſibi factæ per Collatarium, quaſi ex qua-
dam negotiatione, *can. ex multis, 1. quæſt. 3. cap.
etſi quæſtiones, 18. §. vlt. de Simon.*

34 Annata verò hæc: non † exigitur veluti debita
ex condicto, ſed tanquam debita ex natura rei, eſt
enim onus reale, ideſt iniunctum rei vſquè ab eius
origine, *Burſat. conſ. 126. nu. 83.* vt ideò cùm exi-
35 gitur à prouiſo, † non exigatur tanquam debitum
aliqua perſonali obligatione orta in ipſius colla-
tionis articulo, ſed tanquam debitum reale fru-
ctibns ipſis primi anni iniectum, *Coraſ. de benef.
36 par. 4. cap. 4. nu. 53.* & cuius ideo † exactio aper-
ta ſit ex momento vacationis, *Campeg. de annat.
ſub n. 11.*

Digitized by Google

ſub n.11.verſ.conſtat enim; quo fit vt pleno iam
beneficio, prouiſus teneatur ſoluere annatam, vt
dixi, non tanquàm onus perſonale, ſed tanquàm
37 reale; ideſt fructuum, quod † ſequitur quemcũquè
poſſeſſorem. *l.hactenus, de Vſufr. l.quaro, de vſuf.*
38 *leg.* & de decimis ſunt textus † clari in *cap.dilecti*
8.& cap.quoniam, 13.& ibi gloſſ.in verb.eidem
Eccleſia, & in cap. de terris, 26. & ibi gloſſ. in
verb.perſoluendas, de decim. Suar. de relig. tract.
2.lib.1.cap.16.ex num.6. Ricciul.de perſon. extr.
Eccl.lib.2.cap.9. num.7. & fuit, me ſcribente, re-
ſponſum in *Romana medietatis annata 1. De-*
cembris 1625. coram Manzanedo.

Secundum eſt, hac ipſa de cauſa, videlicet, quòd
39 annata ſit onus fructuũ, ad illã † non teneri eũ, qui
fructus nõ percipit, vt cõcludit *Monet.de diſtrib.*
quotid. par.4.q.9.num.34. proindequè decretum
40 conſuetum † apponi in Indultis de conferendo, vel
alijs gratijs, quòd prouiſi teneantur intra ſex mẽ-
ſes impetrare nouas prouiſiones, & iura Cameræ,
ideſt, annatam perſoluere ſub pœna reſolutionis
gratiæ, eum recipere intellectum, vt terminus hic
ſex mẽſium, inchoetur ex die adeptæ poſſeſſionis,
quo potuerunt percipi fructus, & non prius, *Pute.*
deciſ.327. ad med. verſ. Domini dixerunt, lib.3.
Seraph. deciſ.220. num.3. & fuit reſponſum in
Abulen. Capellania 9. Nouembris 1562. coram
Gropperio, et latiſſimè in Hiſpalen fructuum 15.
May 1596. coram Litta: adeo quod excuſetur ex
intruſione alterius, *Verall.deciſ.248.num.1.& 2.*
par.1. Germon.de Indult. Card. §.Volumus autẽ,
n.43. Mandoſ.de Sign.grat. tit.de indult. confer.
ben.reſer. col.3. verſ.diſputatum aliàs fuit, Garz.
de benef. par. 6. cap.3. nu.162. ac moleſtationibus
ſibi illatis in illis ſex menſibus; quippè, eadem poſ-
ſeſſio ad hũc effectum requiritur pacifica, *Mohed.*
dec.8.n.1. verſ.ſed ratio maioris partis, & n.2. de
conc.prab. Gonzal.ad reg.de menſ.gloſſ.15.n.118.
41 Vndè etiam inoleuit vſus, vt † cùm cupiã proui-
detur ſub narratiua intruſionis huiuſmodi, vel etiã
ſimpliciter, ſed tali intruſione verificata, perpetuò
ei indulgeatur dilatio ad ſoluendum, donec depul-
ſo intruſo poſſeſſionem fuerit aſſequutus, *Galleſ.*
de annat.ſub num.30. verſ.differtur autem, Greg.
deciſ.440. num.6.
42 Tertium eſt, vt ſi fructus beneficij vſquè † adeò
tenues ſint, quod non excedant valorem ducato-
rum xxiv. de Camera, ità quod, nec ſufficiant pro
victu prouiſi, nulla ſit ſoluenda annata, ex Conſti-
tutione Pij V. 38. notatquè *Azor.d.c.12.in princ.*
43 nequè hac in re, vlla ſit † habenda ratio quotidia-
narum diſtributionum, *Caſſad.deciſ.6. num.6. Vt*
lit. pend. Gonzal. ad Reg. de menſ. §.7. procem.
nu 66. & poſt hos latè demonſtrat *Moneta d. c. 9.*
44 *ex num. 25.* etiamſi omnes † reditus conſiſterent
in diſtributionibus, vt ibi per eum *num. 29*

Et ſanè, in hoc elucet Romanorum Pontificum
ſumma bonitas, quæ ipſis ſupplicibus, & exequu-
toribus literarum (plerunquè ad prouiſorũ libitũ
45 deputatis) fidem habet. Cæterùm † cùm plurimi
non vereantur mentiri, indequè ſolutioni annatæ
fraudem texere, inuecta fuit Regula Cancellariæ,
quæ hodie eſt 55. qua præcipitur, verum Valorem
exprimi, ſub pœna nullitatis gratiæ, quæ eo ipſo
incurritur, *Accoramb.deciſ.69. incip.in vna Ar-*
boren. Gonz.ad reg.de menſ.gl.15.in prin.n.133.
46 Quamuis enim quatenus Regula inducit † neceſ-
ſitatem hanc reſpectu obtentorum, alia ratione
nitatur, de qua per *Sarnen.in ead.Reg.* & de qua
nos alibi ſuo loco agemus; tamen reſpectu eorum
47 quæ conferuntur, ſatis patet † alia ratione id non
fuiſſe ſtatutum, quàm vt ſciatur quantitas annatæ,
& nè ei fraus fiat, *Fel. in cap.ad aures, ſub nu.17.*
verſ.poſtremo conſidera, de Reſcript. Gloſſ. antiq.
ad d.reg.de Val.& ibi Io. à Chok. nu.20. Gomeſ.
d.q.1. Ibolоſ.de benef.cap.15.num.8. plures addit
Monet. d.q.9.num.28.
48 Eademquè rurſus ratione, inuecta eſt alia † Re-
gula xxij. qua præcipitur, eundem verum Valorem
exprimi in vnionibus, ſub eadem pœna nullitatis
ipſius vnionis; quippè, hoc quoquè ſtatutum eſt nè
Annatiſtis fraus fiat, *gloſſ.antiq.ad eam regul. n.2.*

Hincquè, ſublata eſt omnis diſputatio, an iuſti-
ficandus ſit Valor beneficij per prouiſum; nam
49 ideò † eſt iuſtificandus, quià expreſſus, iuxta Regu-
lam *c.2. de Reſcript. Rota in antiquior Biſignet.*
deciſ 6. ex num.5. ipſa autem expreſſio præteriri
50 iam non poteſt, cum in id vrgeat ſtylus † & Regu-
la Cancellariæ, vt in *d. cap.ad aures, de reſcript.*
notarunt *Abb.ſub num.2. verſ. de qualitate, Fel.*
ſub nu.4. verſ.prima concluſio cum ſeq. Dec. n.27.
Bero num.35. & alij paſſim, multos cumulat & ſe-
quitur *Menoch.de arbitr.caſ.201. num.78.*

Nequè hodie, quoad neceſſitatem hanc admit-
51 titur † diſtinctio, quæ olim conſueuerat fieri, an
gratia ſit ad ſupplicationẽ, vel potius motu pro-
prio; opinantibus aliquibus, in gratijs motupro-
prio conceſſis, neceſſitatem hanc non vrgere, præ-
cipuè cùm alicui ſublimi perſonæ prouidebatur,
Anchar.conſ 295.ſub nu.13.verſ.non obſtat quod
52 *Papa*; in vtraquè enim † ſpecie, niſi narratus ſit
verus valor, intrat Regulæ 55. diſpoſitio, vt clarè
in ea ſtatuitur, *Seraph.deciſ.911.num.1.*

Minuſquè, circa neceſſitatem probandi valorẽ,
53 ij audiendi ſunt, qui † exiſtimarunt, eam remitti, ſi
nullus neget, ſuper quo articulo videtur hæſiſſe
Fel.in eo.c.ad aures, ſub n.4. verſ.fallit primò, nam
54 id accipitur † de verificatione iudiciali, dum ex-
traiudicialiter, & ſine contradictione proceditur;
cæterùm, etiam hoc caſu, vbi ſcilicet proceditur
extraiudicialiter, Exequutor debet extraiudicia-
liter informari de veritate; ideoquè *Rota dec.20.*
ad fin. verſ. quod crederem verum, de prab.in no.
non negat, valorem hoc caſu eſſe iuſtificandũ, ſed
ait ſuſtineri proceſſum, vtcunquè ex eo non iuſti-
ficetur, quià ſcilicet nullus extiterit contradictor;
atquè ita quoquè eſt intelligendus *Io. Monach.*
in c.ſi motuproprio, num.10. verſ.ſed ſi non nege-
55 *tur, de prab. in ſexto*, nam ſimplex non † negatio
neceſſitatem hanc non remittit, alias enim facil-
limè fraus fieret Regulæ, *Mil. in verb.gratia*
beneficij.
56 Hæcquè iuſtificatio, debet cõcludere † ad tem-
pus gratiæ, *Oldr. conſ.58.num.1. Fel.in d. cap. ad*
aures nu.17. Veral.deciſ.120.lib.2. Caſ. de Graſſ.
deciſ.171. alias 1. de ſponſal. num.5. Seraphin.
deciſ.

Digitized by Google

deciſ. 102. num. 3. cum alijs per Gregor. deciſ. 13.
num. 1. & deciſ. 419. ibidem n. 1. D. Coccin. dec. 82.
num. 3. ideſt, eodem anno, Caſ. de Graſſ. deciſ. 97.
aliàs 4. de ſent. & re Iud. num. 3.

Ità tamen, vt non reſtringatur ad momentum
temporis; eſſet enim tūc æquiuoca probatio, quià
57 ſicuti probans † valorem de aliquot annis remo-
tis, nihil agit, cùm non ſequatur illatio valoris de
tempore ad tempus, Bald. in l. 1. ſub nu. 22. verſ.
adde quod fructus, C. de fruct. & lit. expen. Fely.
in præall. cap. ad aures, ſub num. 17. verſ. vndè di-
cit, Pariſ. de reſign. benef. lib. 10 q. 2. ex num. 51.
Veral. deciſ. 330. par. 3. Caſſad. deciſ. 19. num. 7. ad
fin. verſ. & nota, ſuper regul. Etiamſi deducatur
58 ex † confeſſione partis, Verall. loco præcit. nu. 3.
verſ. non obſtat confeſſio, Pute. deciſ. 374. num. 2.
lib. 3. Seraph. deciſ. 1391. ſub num. 2. verſ. confeſſio
59 verò, cùm ea tūc demū attendatur, ſi ſit cōtem-
poranea, ideſt intra eundem annum, prout ita de-
claratū fuit in Tiraſonen. Capellaniæ 28. Nouem-
bris 1605. coram Eminentiſſ. D. Cardinali Pam-
60 philio, vel paulò ante, cùm modicus † exceſſus duo-
rum, aut trium menſium non habeatur in conſide-
ratione, quemadmodum fuit reſponſum in vna
Zamoren. beneficij de Morales, 20. Iunij 1594. co-
ram Corduba, eo quòd, intra tàm modicum tem-
pus, non videatur contingibilis alteratio conſide-
rabilis, ſecundum Bald. in l. 2. num. 61. C. de re-
ſcind. vendit.

Ità, nec qui ſimplicitèr probat tot fructus per-
61 ceptos de ipſo anno gratiæ, & eos plus † non va-
luiſſe, eadem ratione aliquid concludit; cùm id po-
tuerit contingere ex ſingulari illius anni, aut pe-
nuria, aut vbertate, l. cotem, §. qui maximos cum
ibi nota. ff. de publican. & vectigal. prætia enim
62 ſunt † variabilia, ideoquè probari debet valor vni-
formis per annos aliquot, l. prætia rerum, §. vlt. et
ibi Bart. num. 2. & 3. ff. ad leg. falcid. ideſt non mi-
nus quam tres, vt poſt alios tradit Ari. Pinell. ad
d. l. 2. par. 3. cap. vlt. num. 30. de reſcinden. vendit.
63 triennium † enim continuum, cohærentiam habet
in iure æſtimabilem, l. quicunquè C. de Apoch. pub.
64 lib. 10. & ſic cum † agitur de iuſtificatione gratiæ,
ſufficere hanc probationem valoris per triennium,
cenſuit Rota apud Mantic. deciſ. 81. num. 2. verſ.
quod attinet.

Et nihilominus, tàm in exprimendo valore hoc,
quam in eo iuſtificando, omnis rigor relaxatur;
65 quippe in ſupplicatione conſueuit inſeri † clauſu-
la facultatis augendi, & minuendi, cuius virtute
etiamſi expreſſus fuerit valor falſus, non ideò ta-
men corruit gratia, niſi poſt conſumptam vim di-
ctæ clauſulæ per expeditionem literarum validè
factam, Rota deciſ. 541. ex nu. 2. lib. 3. par. 3. diu.
Gonzal. ad reg. de menſ. gloſſ. 15. §. 2. nu. 77. & 78.
& circa iuſtificationem, adhuc remittitur ſexta
pars, quæ pro cauſando exceſſu non habetur in
conſideratione aliqua, Anchar. conſ. 138. num. 3.
quod perpetuò obſeruat Rota, vt latè per Gabr.
conſ. 200. num. 13. lib. 1. & in ſpecie fuit reſpon-
ſum in Leodien. beneficij, 27. Febr. 1612. coram
Sacrato.

Quin, in ſtatuenda menſura probationis vſquè
adeo ſcrupuloſa non ſit indago: quandoquidem,
ſi tractetur de valore obtentorum, quià expreſſio
ſit ad alium effectum, quàm nè fraus fiat annatæ,
66 quæ pro his non ſoluitur, & ſic cū ceſſet † præſum-
ptio doli, ex ſuppoſitione nullius vtilitatis, Bald.
conſ. 250. ſub nu. 9. verſ. & ſi quid lib. 2. Rol. conſ.
55. ex num. 11. lib. 3. Aym. conſ. 8. n. 4. & conſ. 18.
num. 22. cum alijs per Rotam deciſ. 183. num 8.
67 par. 1. diu. ſufficit pro iuſtificatione † iſta, proba-
tio nedū leuis, & minus quàm ſemiplena, ſed quæ-
uis leuiſſima, Seraph. deciſ. 224. num. 2. & deciſ.
1199. nu. 2. Reuerendiſſ. D. Coccin. deciſ. 458. ſub
68 num. 3. & ſic ſufficit vnus † teſtis de fama, vt per
69 eundem Seraph. deciſ. 1229. num. 1. & † de certio-
ratione per literas familiares, vt fuit, me ſcribente
reſponſum in vna Tiraſonen. Capellaniæ 28. No-
uembris 1608. coram Eminentiſſ. D. Cardinali
70 Pamphilio; modo tamen, † hæc leuiſſima proba-
tio, in genere ſuo perfecta ſit, Gregor. deciſ. 13.
num. 6.

71 Prorſusquè remittitur † hæc probandi neceſ-
ſitas, ſi offeratur dimiſſio, Rota in no. de prob.
deciſ. 20. in princ. Fel. in præcit. cap. ad aures, n. 10.
72 D. Coccin. deciſ. 87. num. 6. ſiuè dimiſſio fiat † ex
neceſſitate decreti, Gregor. deciſ. 84. num. 4.
Seraph. deciſ. 1393. num. 2. & deciſ. 1470. ibidem
73 num. 2. ſiuè † fiat ex mera voluntate ob ſimpli-
cem incompatibilitatem, quia velit quis eſſe du-
plex, vt in his terminis loquuntur ſupradictæ deci-
ſiones, & animaduertit bon. mem. D. Beltram. ad
Gregor. d. deciſ. 84. num. 9.

Si autem tractetur de valore beneficij impetra-
ti, quià rurſus nec ſit veriſimile, prouiſum pro mo-
74 dico compendio † in fraudanda annata, voluiſſe
ſe exponere tàm manifeſto periculo annullatio-
nis gratię, l. quod ſi cum ſeires ff. de dol. nequè etiā
75 exceſſus † valoris facile præſumatur, Bellam. dec.
682. ſub num. 2. verſ. ad primum dicitur; indè fit,
76 vt ſufficiat pro hac narratiua probanda, † ſemiple-
na probatio; & hanc rationem attigit Rota apud
Bellam. deciſ. 674. & d. deciſ. 682. ſub eod. num. 2.
Mohed. deciſ. 3. num. 7. de teſtib. Biſignett. deciſ. 6.
nu. 4. de prob. & diuerſ. par. 1. deciſ. 380. quam
concluſionē millies firmauit Rota, Caſ. de Graſſ.
deciſ. 94. alias 3 de prob. nu. 7. Greg. deciſ. 35. n. 1.
77 Adeo vt † ſufficiat vnus teſtis, Idem Caſ. de Graſſ.
deciſ. 49. alias 2. de excep. num. 1. modo ſcilicet
78 deponat † ex certa ſcientia, alioquin ſemiplena
non eſſet in ſe perfecta, egeretquè ideo concurſu
adminiculorū pro ſui perfectione, Greg. deciſ. 143.
num. 2. Mantic. deciſ. 81. num. 2. & fuit dictum
in Ampurien. beneficij 31. Maij 1624. coram
Buratto.

79 Quo ſit, vt licet fama faciat † ſemiplenam pro-
bationem, & propterea teſtes deponentes de va-
lore ex publica voce, & fama, illum optimè con-
cludant pro iuſtificatione gratiæ, Greg. deciſ. 55.
num. 1. deciſ. 78. n. 3. & deciſ. 471. nu. 9. Seraph.
deciſ. 962. num. 2. & deciſ. 1199. num. 4. cum infi-
80 nitis quæ paſſim occurrere poſſunt, tamen † iſta
debeat eſſe in ſe conſiſtens & perfecta, aliàs ſi va-
ga ſit, vel quouis modo deficiat, nullius quoque
erit momenti, ex vulgata regula quam habemus

in *c. in præſentia, de prob. l.non hoc C. Vnd.legit.* & itâ cenſuit Rota apud eundem *Seraphin. deciſ. 261. num. 1.*

Vndè quatenus nititur dictum teſtis ſimplici fa-
81 mæ, neceſſe eſt eam percutere † vtrunquè tem-
pus, ideſt præſens & præteritum ante litem motã
per verbum *fuit & eſt*, alias nihil probaret, *Greg.*
deciſ.359.num.8. cum alijs adductis per *Beltram.*
82 *ad praall. Greg.deciſ.372.n.10.* niſi ex † aliquibus
circumſtantijs, vel ex facti alicuius relatione vtrũ-
què tempus concluderetur, vt poſt *Gonzal. ad*
reg.de menſ.in annot. ex num.94. conſiderat idem
Beltram. ad Greg. deciſ.277. num.10.

Idemquè dicitur de alia cauſa ſcientiæ, in cuius
83 deductione, manifeſtus appareret defectus, † veluti
ſi niteretur arrendamentis, vt in caſu *Seraphin.*
84 *deciſ. 102.num.1.* aut ſimplici auditui, † per eundẽ
ibid.n.2. aut ſi teſtis, à ſe excluderet terminum ha-
85 bilem, dicendo ſe ignorare † qualitatem beneficij,
Alex.conſ.54.nu.4. lib.2. cum alijs adductis per
Cravett.conſ.430.num.5. quos ſequuta eſt Rota
in *Anconitana terrarum, 17. Martij 1589. coram*
Cardin. Platto, cuius meminit *Mareſcott.var.re-*
ſolut.lib.2.cap.1.num.67. Seraph.deciſ.1462.n.4.
quod, tametſi pronunciatum in diuerſo articulo,
prout etiam nos expendimus, vbi tractatur de va-
lore affirmatiuè expreſſo, *lib.1.quaſt.43. num.12.*
tamen, etiam hoc caſu procedere, ſenſit Rota
apud *Seraph. deciſ.102.num.5. & 6.*

86 Et nihilominus, quemadmodũ expreſſio † valoris
huius, fit per non exceſſum ad hoc, vt non fiat fraus
Annatiſtis, tã in caſu regulæ 55. prout de ſtylo hoc
atteſtatur *Fel. in ſapecit.cap. ad aures, num. 13.*
quàm in caſu vnionis, ſecundum regulam 22. vt
ibi per *Mandoſ.in 5. quaſt. ſub num. 2. verſ. aut*
loquimur de beneficio, & Io.à Chok. num. 17. itâ
87 his caſibus, articuli probatorij † negatiuè per non
exceſſum concipiuntur, abſquè vlla deductione
onerum, niſi articulans illa egeat ad dimouendam
aliquam contrariam ſpeciem, vel æquiuocum;
nam qui articularet valorem per aſcenſum affir-
matiuè, illumquè iuſtificaret, indè non conclude-
ret ad narratum non exceſſum, vt patet ad ſenſum,
& ſæpiſſimè reſpondit Rota, vt apud *Seraph.deciſ.*
261.ante num. 1. & deciſ. 1467. num.2. Gregor.
deciſ.13. num.5.

88 Sed & qui exciperet † contra probationem itâ
perfectam, debuiſſe onera deduci, propè etiam
videretur ineptire; cùm ſi valor non deductis one-
ribus, non excedit quantitatem expreſſam, multò
minus eam non excedat, ſi onera exſtent, vt in
ſpecie conſiderauit Rota apud *Mant.dec.138.n.2.*

Lõgè verò, alia eſt ratio expreſſionis valoris, aut
pro conſtituenda penſione, de qua materia ſatis
egimus in ſuperius citata *quaſt. 43.* aut in articu-
lo obiectiuo, quià in fraudem annatæ, expreſſus
fuerit falſus valor. Etenim, vt obiectus hic conclu-
89 datur, † Sarnenſis *ad hanc ipſam reg quaſt.12.* ex
communi ſtylo Rotæ poſuit hanc practicam ar-
ticulandi valorem, videlicet, *quod beneficium*
tempore prouiſionis, & oneribus deductis valet in
portatis centum, & quod per quinquè annos antè,
& poſt, anno fertili cum ſterili computato, com-
muni æſtimatione, tantum valuit; & itâ teſtis de
tali beneficio notitiam habens, dicit ſe ſcire, & ſi
plus vel minus valeret, ipſe non ignoraret: Hæc
ille: Quæ, caue, nè referas ad modum probandi
valorem exprimendum ex præſcripto Regulæ, vt
vidi referri per quoſdam; ſed ad verificationem
impetrationis ex hoc capite, quia non ſit expreſ-
90 ſus valor verus, indequè † inducta nullitas gratiæ
ex hac Regula, in odium obiectus, à cuius mate-
ria non recedit, *Oldrad.conſ.170.nu.3.* vndè opus
eſt probare valorem plenè, ita vt concludatur ad
fraudem, ſuper qua eſt fundata Regula, ita *Verall.*
deciſ.280.num.1. & deciſ.381.par.2. Mant.deciſ.
138.num.1. & deciſ.220.ex num.1.

91 Et propterea, cùm Bartolus † in *l.pretia rerum,*
§.vlt.num.2.ff.ad l.faleid. dicat deducendum eſ-
ſe valorem per multos annos antè, & poſt; nequè
determinet certum numerum annorum, intrat
arbitrium Iudicis, *l.1.ad fin. C. de iu. delib. l.1.§.*
expilatores ff.de expilat. qui non valet illum aliter
rectè arbitrari, quàm ſecundum conſuetudinem,
gloſſ.in l.ſi iactum retis, 13. in verb. æſtimandum
eſt, in extremis verbis, de act. empt. Quod cùm
verſemur in materia pœnali, & odioſa, non poteſt
intelligi de alia conſuetudine, quàm ad minus de
longa, ſeù diutina, decem ſcilicet annorum, *l.diu-*
turna, vbi gloſſ.ff.de legib.

92 Hinc, cùm † alias reuocaretur in dubium practi-
ca quam docuit Sarnenſis, per aliquos, materiam
hanc odioſam, confundentes cum materia fauora-
bili, aut indifferenti; & abſolutè negantes exigi de-
cennium, adhuc ipſo Gomeſio viuente, Rota in vna
Cæſarauguſtana Archipresbyteratus de Darocha,
8. Nouembris, 1540. coram Marſicano, noluit ab
ea recedere, & tenuit probandum eſſe valorem
per integrum decennium, vt in meo libro politio-
num illius anni *par. 2. char. mihi 349.* & notauit
etiam *Ant. Aug. ſuper ipſa reg. de val. & deciſ.*
1627. lib.3. par.3. diuerſ. quam ſententiam meo
tempore ſemper obſeruari vidi, vt ex multis rela-
tis per *Garz. de benef. p 5. c.3. ex n.229.* A quo eſt
tamen plurimum cauẽdum, in eo quod ex illis de-
ciſionibus conatur adſtruere regulã vniuerſalem,
nimirum valorem beneficij probandum eſſe per
decem annos continuos, non ſatis diſcernendo, in
quibus terminis loquatur Sarnenſis; quod nec di-
ſcreuerunt *Mandoſ. ad reg.22. in 5. quaſt. num.2.*
& Maſcard. de prob. concl.1403.

93 Niſi enim iſta practica reſtringatur † ad impe-
trãtem ob non expreſſum verum valorẽ, vtiquè eſ-
ſet impracticabilis in prouiſis, in quibus non cadit
terminus habilis de quinquè annis antè, & poſt;
Quod etiam reſpectu impetrantiũ, eſt ciuiliter in-
telligendum, ſi inter gratiam quæ prætẽditur nul-
la, & ipſam impetrationem tantum temporis ſit
defluxum (niſi fortè ex poſt ſit auctus valor, vt de-
clarat *Achil.deciſ.188. aliàs 24. de probat. nu.2.*)
ſi enim tot non incurrant anni poſt prouiſio-
94 nem, † vtiquè non poſſunt articulari, ſed nihilomi-
nus conſeruatur idem rigor, vt articuletur valor
per tantum temporis ante, quo integretur decen-
nium, *Rot. diuerſ.d. deciſ.1627. lib.3. par. 3.* cum
alijs ſuperius allegatis.

Eademquè

95 Eademquè prorſus neceſſitas † eũ teneret, qui
gratiam Apoſtolicam ſuper reſeruatione pẽſionis
ex hoc capite valoris falsò expreſsi impeteret;
ſubeſt enim eadem ratio, vt demonſtraui in *præal.*
*quæſt.43.num.*22. & deniquè in quacunquè alia
impugnatiua narratiuæ valoris huiuſmodi, vt ex
Ant. Aug. deciſ.494. in Elnen. pronunciauit Ro-
ta, loquens de impugnante narratiuam factam in
Vnione, *deciſ.181.num.4 par.1. diuerſ.*
Perpetuò enim vrget ratio odibilitatis mate-
riæ, vt ideò exigatur probatio luce (quod aiunt)
96 meridiana clarior, nec permittatur † coniunctio
ſemiplenæ cum alia ſemiplena, etiamſi ciuiliter
agatur, *Butr. in cap. Veniens, ſub n.10. verſ. ideo in*
criminali, de teſtib. Verall. deciſ.8.num.2.par.2.
Totum igitur iſtud tempus, erit articulandum,
97 cum deductione omniũ onerum; quamuis † enim
Ripa in *l.1.§. ſi hæres, ſub num. 29. ad med. verſ.*
quià ſi pro parte actoris, ff. ad Trebell. exiſtimaue-
rit, onera non præſumi, ideoquè non Actorem,
ſed Reum teneri illa probare; nihilominus illius
opinio tanquam fundata in doctrina Bartoli qui
hoc nõ dicit, merito fuit reiecta per *Rot. dec.381.*
98 *num.2. ad fi. par.1. diu.* nequè ideò † omiſſa hac
probatione, poteſt videri exceſſus hic probatus,
Caſſad. deciſ.9. num.2. de præb. & in his terminis
Creſc. deciſ. 2. de probat. adeò quod, nec ſufficiat
99 indeterminata † poſitio aliquorum onerum, niſi
facta ſit taxatiuè; cùm alias poſſit ſemper videri
facta demonſtratiuè, vt cenſuit *Rot. par.1. diuerſ.*
deciſ.189. ſub n.2. verſ. nec obſtat quod pro parte.
100 Quidquid ſit, ſi extra † terminos materiæ obiecti-
uæ ex ſtatuto aliquo Eccleſię, vel certa deſcriptio-
ne ſimili, liqueret de tali taxatione, in quo ſenſu
accipienda eſt Rotæ deciſio apud *Greg. deciſ. 273.*
ſub n.2. verſ. nec obſtat quod teſtes, propter ſcili-
cet præſumptionem veritatis deſcriptionis huiuſ-
modi, *l. forma de cenſib. l. qui grauatos, C. eod. tit.*
lib.11. Aym. conſ.138. num.5.
Nequè tamen, tota hæc obſeruatio, eſt irrefra-
101 gabilis, quominus † elidi poſſit, ſi proponatur ali-
qua excuſatio, vndè excludatur dolus; intãtum, vt
quæ non ſufficiunt ad probandum valorem, cuiuſ-
modi ſunt locationes, vt ſuprà dictũ eſt, probátq;
Sarnen. ad hanc reg. de val. quæſt.11. num.6. cum
alijs per *Greg. dec.147. n.2.* & taxa librorum Ca-
meræ, *Idem Greg. deciſ.13. num.4.* & multo minus
ſimilis expreſſio facta per anteceſſores, *Rota*
d. deciſ.1627. lib.3. par.3. diuerſ. ſufficiant tamen
pro excuſando prouiſo à pœna Regulæ, vt latè per
Beltram. ad Greg. deciſ.490. num.10.
Quod ferè ſufficit, ad reddendum vanas omnes
impetrationes ex hoc capite non expreſſi veri va-
102 loris ex dicta Regula: quæ † nec inducit vacatio-
nem nouam, ſed ſimpliciter reſoluit gratiam fa-
ctam, & ſic ſemper conſeruata vacatione vt prius,
itaut ſi in reſignatione falſus valor ſit expreſſus,
nihil etiam intelligatur vacare, ſed ius quod prius
erat apud reſignantem, durare, *Rota deciſ. 417.*
num.1. & 2. par.1. diuerſ.
103 Conſueuitquè pro † magis cohibenda facilitate
impetrantium ex hoc capite, non aliter eorum
preces recipi, vel literas expediri, quàm ſub dupli-
ci vacationis narratiua, vna per aſcenſum, qua de-
mõſtretur falſitas narrationis intruſi, & ſic cõclu-
datur ad commiſſum in Regulam. Quæ narratiua,
eſt omninò neceſſaria pro firmanda quãtitate ex-
ceſſus; vt enim ſuprà dictum eſt, remittitur ſexta
104 pars, cùm non omnis exceſſus † vitiet, & qui modi-
cus eſt in nulla habeatur cõſideratione, *l. cõtinuus,*
137. in princ. de Verb. oblig. Menoch. conſ.96. nu.7.
Altera, negatiua per non exceſſum, vt nè exiſtimet
105 ſibi † licere fraudẽ facere legi, cuius criminis alte-
rum accuſat, *c. an. vlt. cum ibi not. 25. diſtin.* indeq;
fit, vt vrgeatur probare, fructus tantum valere, &
non vltra, ſiuè eos tantum valere, ad plus, quod in
idem recidit, ſi ità teſtes deponant; cum huiuſmo-
di loquutio implicet affirmatiuam aſcenſus, & ne-
106 gatiuam exceſſus, propter taxatiuam, cuius † vim
habet illud *plus, Caſtr. conſ.338. ſub n.2. verſ. nam*
cum primo conceſſerit, lib.1.
Et hæc quidem de his duabus Regulis in ordi-
ne, vt dictum eſt ad conſeruationem annatæ, & il-
lius iuſtitiam promulgatis.
Quartum, quod ex præmiſſa annatæ ratione
107 conſequitur, eſt, vt ſi † contingant plures vacatio-
nes eiuſdem beneficij eodem anno, vnica dũtaxat
exigatur annata, *Galleſ. in præcit. tract. de annat.*
circa fin. verſ. ex huius regulæ ſingulis partibus,
nequè id vnquàm in controuerſiam venit reſpectu
annatæ quæ debetur Sedi Apoſtolicæ; quià, vbi is
108 qui poſteriori † loco prouidetur, de hoc monet
officiales, hi, competta ſolutione ſemel facta per
deceſſorem, nè prætextu exactionis huius aliqua
mora fiat expeditioni, notant à tergo literarum
hæc verba, *pro annata nihil*, vt obſeruauit *Man-*
doſ. in ſupracit. opuſc. de annat. n.168. caſ.371.
Quod ideò fortius militat in alijs annatis con-
109 ceſſis inferioribus Eccleſijs: Vndè ſi quiſpiam † ſe
intrudat in beneficio, & in vim ſtatuti Eccleſiæ,
ſeu indulti Apoſtolici ſoluat annatam pro Sacri-
ſtia, vel pro fabrica, & mox canonicè prouiſus
contra illum agat, proſequaturquè etiam per plu-
res annos litem, ac tandem eum detrudat, non co-
getur hic, de nouo ſoluere annatam, vt obtinui per
Rotam decidi in *Romana medietatis annatæ, 1.*
Decemb.1625. coram Manzanedo ſuperius citata,
& in qua refertur alia reſolutio in *Hiſpalen. quin-*
torum, 27. Nouembris 1627. coram Seleucien.
110 Ratio eſt, quià † in articulo perceptionis fru-
ctuum, non diſtinguitur perſona intruſi à perſona
111 canonicè prouiſi; quia cùm hi ſpectent † ad primũ
futurum legitimum ſucceſſorem, *cap. cum vos 4.*
de offic. ordin. nec habeatur in conſideratione ta-
lis intruſio, *Nauarr. conſ. 70. num.5. de ſimon.*
intruſus non intelligitur poſſidere ſibi, ſed canoni-
cè prouiſo; nequè pro ſe, ſed pro eo fructus perci-
112 pere, cui omninò † eos tenetur reſtituere, *Rot.*
deciſ. 5. de re iud. in no. Quapropter militat hoc
caſu quod paſſim tradunt Doctores, iniuſtum eſſe,
113 quempiam † pro eadem re bis collectari, ſeu vrge-
ri ad vectigalis, vel gabellæ ſolutionem, *Bart. in l.*
interdum, 16. §. quoties, num.4. de publican. Dec.
conſ.457. num.3. Soc. ſen. conſ.302. nu.3. verſ. non
enim debet, vol.2. vbi tradit in propoſito, decima-
114 tum † non amplius decimandũ, per *tex. in c. fi. de*

decim.

Digitized by Google

decim. adeò vt nec attendatur diuerſitas loci in
115 quo † actus ſit, ab eo in quo exequutioni deman-
datur, ſi vtrobiquè eadem ſit lex pro ſolutione ve-
116 ctigalis, *Dec. d. conſ. 457. num. 4.* & ſi res † ea-
dem ſit deſcripta in cataſtro venditoris, & empto-
ris, idem quoquè ſtatui oporteat, *Bald. in l. c. §. quod ſi nemo num. 5. ff. quod cuiuſquè Vniu. nom.*

Quatenus enim intruſus ſoluit annatam, non
ſoluit de ſuo, ſed de alieno, etiamſi de facto fru-
117 ctus perceperit; ſundus enim † beneficij, poſt fa-
ctam collationē, ſpectat ad prouiſum, cui fingitur
vſquè à momento vacationis facta prouiſio, vnde
inſpecta iuris communis diſpoſitione, ei debentur
fructus vſque ab initio, vi retrotractiua, vt poſt
Gemin. Calcan. Gabr. & alios quos allegat, latè
conſuluit *Surd. conſ. 333. nu. 23. ad fin. & nu. 24.*

Vt hinc manifeſtè ceſſet, quod poſſet dici, ſolui
118 annatam pro vacatione de facto; quià † verius eſt,
debere ſtatutum, ſeu indultum intelligi de vaca-
tione de iure, non autem de facto, vt benè *Caſſad. deciſ. 5. ex num. 4. de priuileg.* nec conſumi va-
119 cationem † ex prouiſione de facto, vel factum
illud conſiderari vbi quis eſt prouiſus de iure, &
apud eum eſt ius, *Rot. deciſ. 102. num. 2. lib. 1. par. 3. diuerſ.* quæ duplicatur *ea. p. 3. lib. 2. dec. 52.*

Et ſic non data cōſumptione vacationis ex pro-
uiſione intruſi, impoſſibile eſt conſtituere nouam
vacationem ex eius detruſione; quandocunquè ea
contigerit: diceturquè perpetuò ſoluta ſemel an-
nata ex fructibus primi anni debitis prouiſo, cùm
120 vt † debiti ſint haudquaquàm ſpectetur poſſeſſio-
nis adeptæ tempus, ſed prouiſionis, *l. fructus, C. de act. empt. Alex. conſ. 121. num. 6. lib. 4. Gabr. conſ. 192. ex num. 1. lib. 2. Surd. d. conſ. 333. n. 24.*

Exigitur enim omninò ea conſumptio actus,
pro quo onus rei imponitur; quò fit, vt de contra-
121 ctu † nullo minimè ſit ſoluenda gabella, ſi impoſi-
ta ſit pro quocunque contractu; cum non poſſit
ſequi effectus acquiſitionis dominij, pro quo ea
impoſita cenſetur, *Bart. in l. fin. §. ſin autem, n. 1. C. com. de leg. Roman. conſ. 78. num. 2.* cum alijs
congeſtis per *Tiraquel. de retr. conſang. §. 1. glo. 2. ex num. 7.* & per *Surd. deciſ. 305. num. 17.*

Quinimò, dato etiam quod Indultum afficeret
poſſeſſores de facto, cenſeretur eos ſic afficere, vt
nè prætextu aliquo poſſent impedire exactionem;
122 at minimè, vt illa ideò cedere † non deberet com-
modo eius ad quem fructus pertinent, & de qui-
bus eſt exacta, aliàs condici poſſet ex æquitate *l. ſi me & Titium, 32. ff. ſi cert. pet.* Etiamſi omnes re-
ditus conſiſterēt in diſtributionibus quotidianis,
123 nec contra intruſum facta eſſet † proteſtatio (quæ
alioqui, vt poſſit ſequi condemnatio ad reſtituen-
dum, eſt neceſſaria, *Rot. deciſ. 618. num. 1. par. 1. diu.* cum alijs per *Gonzal. ad reg. de menſ. §. 7. proœm. num. 161. verſ. quarto limita*) nequè ille
124 reſediſſet, quià talis † proteſtatio non eſt neceſſa-
ria, reſpectu eorum quæ per Capitulum, vel alios
percipiuntur; nequandò ei contingat locupletatio
cum iactura alterius, *Put. deciſ. 373. num. 5. lib. 1. Rot. d. deciſ. 618.* cum alijs, quæ paſſim occurrent.

Quintum, quod ex præmiſſis conſequitur, eſt,
125 ſubterfugientes † vel detrectantes ſoluere anna-
tam, ex quo Sedes Apoſtolica per tot Pontificum Conſtitutiones, de quibus ſtatim dicetur, declarauit & declarat, ſe illam non remittere, ſed velle exigere, eſſe in ſtatu æternæ damnationis, ex ſententia *D. Thom. 2. 2. in præcit. quæſt. 87. art. 1. in reſp. ad 5. Suar. de relig. præcit. tract. 2. lib. 1. c. 12. num. 11. ad fin. verſ. nihilominus fideles.*

126 Siquidem Pius II. † animaduertens plurimos la-
bi, cupienſquè eorum ſaluti, & etiā Cameræ Apoſtolicæ indemnitati ſalubriter prouidere; ſtatuit, quod omnes, qui de cætero pro annatis quorumcunquè beneficiorum in dicta Camera ſe obligarent, ſi intra eis præfixos terminos dictos Camemeræ, aut Collectoriæ fructuum, & prouentuum eius in partibus exiſtentium ſatisfacere deficerent, ipſo facto, lapſo termino non ſolum in ſententiam excommunicationis inciderent, ſed etiā beneficijs ſuis, pro quibus ſe in dicta Camera obligaſſent, omnino priuati forent; & qui pro eis fideiuſſiſſent, eandem pœnam priuationis eorum quæ obtinerent incurrerent, vt in conſtitutione relata in tertia Innocentij VIII. qui eā confirmauit 13. Kal. Martij 1484. cum decreto de eam inuiolabiliter obſeruando: & quod aliter non poſſet de quietantijs doceri, quàm per publica inſtrumenta, vt in §. 4.

Sic Nicolaus V. in concordatis cū Germanica Natione, 7. Kal Aprilis 1440. reſeruauit ſibi annatam de Conſiſtorialibus ſecundū taxam Cameræ.

Plurima hinc alij Romani Pontifices ſtatuerūt, quæ hic minimè tranſcribere eſt otium; ſemper eaſdem pœnas contra refractarios augētes, vt ex cōſtitutione eiuſdem Nicolai V. ſeptima, de anno 1440. Pauli II. ſexta, 1469. Iulij II. quarta, 1505. Iulij Tertij, vigeſima, 1553. Pauli Quarti, vndecima, 1566. Sixti V. xxxiij. 1586.

Impiæ interim conticeſcant voces, finem iſtarum Conſtitutionum aliò trahētes, ipſumq; Chriſti Vicarium alterius quàm ſalutis animarum cupidinis inſimulantes: Quis enim (inquit Symmachus) Sanctum dubitat eſſe, quem apex tantæ dignitatis attollit, in quo ſi deſunt bona acquiſita per meritum, ſufficiunt quæ à loci deceſſore præſtantur, vt refertur in *can. 1. diſt. 40.*

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio Gregorij XIII. de publicandis in §. 5. refertur.*
2 *Publicandi forma in reſignationibus, ſecundum aliquos poterat omitti ante Gregorianam.*
3 *Poſt Gregorianam verò ſecus.*
4 *Et quæ ſit ratio diuerſitatis.*
5 *Forma non poteſt prætcriri ex quacunquè cauſa.*
6 *Publicationis non facta ex cauſa impetrans, quæ teneatur iuſtificare.*
7 *Publicanda non eſt ſimplex ceſſio, vel reſignatio facta in manibus Papæ, ideſt ad nullius fauorem.*
8 *Quemadmodum facta ad fauorem poſſeſſoris.*
9 *Publicanda eſt reſignatio ſimplex, facta in manibus ordinarij.*
10 *Et quæ ſit ratio.*

11 *Publi-*

11 *Publicationis neceſſitas, non cadit in ceſſionibus factis pro vnionibus.*
12 *Publicatio non exigitur, ſi diſſoluatur, ſecus verò ſi declaretur nulla Vnio de beneficio reſignato aut ceſſo.*
13 *Publicatio præſumitur, præcipuè ex triennali.*
14 *Publicationis non factæ negatiua, incumbit impetranti.*
15 *Nec aliter quàm per confeſſionem, aut per literas non expeditas iuſtificari poteſt.*
16 *Publicatio reſignationis, aliter quàm cum literis expeditis fieri nequit.*
17 *Publicatio non facta, conuincitur ex non expeditione literarum iuſtificata per diligentias, etiam contra confeſſionem impetrantis, quod ſint expedita.*
18 *Confeſſio, errore detecto, confitenti non præiudicat.*
19 *Etiamſi geminata ſit.*
20 *Et quantumcunquè deliberatò, & iuratò facta.*
21 *Publicationis non factæ negatiua, quo caſu non conſtituatur ex confeſſione partis.*
22 *Publicare tenetur, qui impetrat ex non facta publicatione.*
23 *Publicatio reſignationis, liquidatur ex publico inſtrumento.*
24 *Inſtrumentum, dicitur probatio prompta.*
25 *Itemquè, probatio clara.*
26 *Conſtitutio Gregoriana de publicandis, reſoluit ius reſignatarij, & ſuſtinet vacationem ex cauſa præexiſtentis reſignationis.*
27 *Et qua ſit ratio.*
28 *Hoſpitalia, cadunt ſub Conſtitutione Gregoriana de publicandis.*
29 *Iuriſpatronatus beneficia, dum cadunt ſub Conſtitutione Gregoriana de publicandis, remanent affecta.*
30 *Et qua ſit ratio.*
31 *Reſignatarij vices ſubit, qui impetrat ex capite non factæ publicationis.*
32 *Publicationis non factæ materia, obiectiua eſt.*
33 *Non admittit excuſationem ex Iuris ignorantia.*
34 *Publicationis neceſſitas vbi remittitur per indultum, illud neceſſariò eſt producendum.*
35 *Reſtitutio ad publicandum, qualiter ſuam obtineat vim.*
36 *Publicatio extra tempus facta, eſt nulla.*
37 *Publicatio reſignationis, eſt iterabilis, ideoquè ex publicatione nulla, non concluditur ad obiectum.*
38 *Quod declaratur.*
39 *Valor verus vbi non eſt expreſſus in reſignatione, non abdicatur ius à reſignante.*
40 *Reſignatione exiſtente nulla ex defectu conſenſus, non intrat Conſtitutio de publican.*

QVÆSTIO XXI.

Qualiter inducatur, vel excludatur vacatio ob non factam publicationem reſignationis.

1 CONSTITVTIO Gregorij XIII. ſecundum † ordinem noui Bullarij 85. præſcripta forma publicandi reſignationes, ceſſiones, & retroceſsiones, de qua nunc minimè eſt agẽdum, in §. 5. ita cauit, *Quod ſi quidquam prædictorum omnium, omiſſum fuerit; dictis terminis, vt cuiq; præſcriptis ſunt elapſis, omnes diſpoſitiones, & gratiæ reſignatorum, & ceſſorum beneficiorum, aut iurium huiuſmodi, cum omnibus inde ſecutis, ſiue de pacificis, ſiue de litigioſis, ſint irrita, & inanes; nullaquè alia gratia ſuper huiuſmodi beneficio, ſiue iure ceſſo, ijs quibus conceſſa fuerit, ſuffragetur; ſed ipſi tales inhabiles, & incapaces ſint ad huiuſmodi beneficia ſic reſignata & ceſſa, quandocũquè obtinenda, illaquè, ſiue iura ab ipſa ſtatim prima reſignatione ſeu ceſſione, etiamſi illæ alias nullæ, & inualidæ eſſent, vacauiſſe, & vacare cenſeantur eo ipſo, nec reſignantibus, ſeu cedentibus, ſi poſtea in ſua poſſeſſione remanent, conſtitutiones de annali, & triennali poſſeſſore, nec præſumptæ, aut tacitæ retroceſſiones, etiam propter diuturnam continuatæ poſſeſſionis huiuſmodi tolerantiam, nec omninò aliud ius, vel beneficium vllo tempore ſuffragetur, ſed ipſa beneficia, ſiue iura ſic à principio vacantia, à Sede Apoſtolica prædicta duntaxat impetrari valeant, ac concedi. Illorum verò impetrationes, vel etiam Motu proprio conceſſiones, quibuſcunquè derogationibus fultæ, nunquam ſub clauſulis generalibus, aut vacationum modis conditionalibus, vel implicitis comprehendantur, ſed ſpecialiter, & expreſſè ob non ſeruatam præſentis conſtitutionis formam, ac cum declaratione nominum, & cognominum reſignantis ſeù cedentis, & gratiam habentis diſpoſitiuè, & non conditionaliter fieri omnino debeant, & quicunque ſic impetrans, aut gratiam, etiam Motu ſimili habens præfinitum cuiquè caſui tempus prædictum à data conceſſionis gratiæ ſibi factæ huiuſmodi, ea omnia quæ cadens à iure prædicto debebat, præſtare teneatur: & ſi pluribus gratiam huiuſmodi fieri contigerit, is præ omnibus obtineat, qui primus publicationem ſuæ impetrationis fecerit, & poſſeſſionem adeptus fuerit, aut petierit, omniaquè requiſita prædicta adimpleuerit, quamuis in data ſit poſtremus, & poſſeſſio ab alio in publicando negligentiore prius apprehenſa fuerit vel petita. Reſeruationibus omnibus nominis adminiſtrationis fructuum etiam omnium, ac penſionum, & aliarum rerum quarumcunquè, necnon facultatibus, indultis, & alijs conceſſionibus, tam ipſis reſignãtibus, ſeù cedentibus, qui tamẽ poſſeſſionẽ ab initio re ipſa dimiſerint, quã alijs ex huiuſmodi reſignationibus, ſeù ceſſionibus a Sede Apoſtolica factis nihilominus validis, plenumquè effectũ ſortituris.*

Digitized by Google

Ex quo contextu, iam id primum colligitur,
2 formam publicandi † præſcriptam per hanc Con-
ſtitutionem, in *§. 2. 3. & 4.* non poſſe prætériri,
prætextu quòd toti populo nota ſit reſignario, aut
ceſſio: nam quidquid in contrariũ viſi fuerint ſen-
tire aliqui ex *Caſſad. ſup. reg. deciſ. 26. nu. 1. & 2.*
& poſt eum *Pariſ. conſ. 39. num. 34. lib. 4.* tamen
aduertẽdum eſt, hos id adſtruere ſecundũ lectionẽ
antiquæ Regulæ Cancellariæ de publicandis, cu-
ius longè alia erat verborum ſtructura: indicebat
enim pro forma reſignationis publicationem, at
ipſius publicationis nullam prorſus certam for-
mam præſcribebat, vt patet ex eius lectura apud
3 *Gloſſat. antiq. Gomeſ. & alios.* Quapropter † ſen-
tentia hæc, non remitti videlicet neceſsitatem
publicandi ex eo, quòd nota ſit reſignatio toti po-
pulo, eſt certiſſima, quam probarunt ex modernis
Pariſ. de reſign. benef. lib. 11. quæſt. 6. num. 8c. &
Gratian. diſcep. for. cap. 596. num. 8. & 9. At longè
4 alia ratione, quàm hi putent; videlicet quia † non
vt prius publicatio ſimpliciter fieri debeat pro
forma reſignationis, & cui ideo ſatis videbatur fa-
ctum ex ſuppoſito præexiſtentis notitiæ, vt rectè
ſentiunt *Caſſad. & Pariſ.* optimequè conferunt
tradita per *Mandoſ. ad Rom. conſ. 433. in prima
addit.* Sed quia ipſi publicationi faciendæ adiecta
non legitur certa forma, quæ nec latum vnguem
poteſt præteriri citra vitium nullitatis, vt diſponi-
tur in hac Conſtitutione, ibi, *quod ſi quidquam
prædictorum omniũ omiſſum fuerit, &c.* Quo fit,
vt quamuis præexiſtentia notitiæ in Populo, poſſit
videri cauſa iuſtiſsima prætermittendi tot ſolem-
nia; tamen quia iſta ſunt de forma, non poſsit ſuſti-
5 neri actus in notitia talis cauſæ; nequè enim † eſſet
implere formam per æquipollens, ſed recedere à
forma prætextu cauſæ præexiſtentis, quod fieri eſt
vetitum, *l. eum ij 8. §. ſi Prætor, ff. de tranſact.*
quem textum ad hoc inducit *Bal. in conſ. 198. n. 1.
lib. 5.* ſequitur (vtcunquè enim corruptè alleget)
*Dec. conſ. 466. num. 14. Rol. conſ. 72. num. 64.
lib. 3. Hippol. Rimin. conſ. 355. num. 86. vol. 4.
Bero. conſ. 147. ſub num. 32. ad med. verſ. & ſi for-
ma deficiat.*

Colligitur mox id ipſum, quod nunc explicare
vti ſe habeat opus eſt; videlicet ex ſuppoſitione
omiſſæ publicationis, quæ ſit virtus Conſtitutionis
in inducenda vacatione: nam cætera circa illius
interpretationem omnino hic tranſmittenda ſunt,
veluti per Flaminium Pariſium ſatis doctè, & dili-
genter diſcuſſa; totaquè hæc noſtra indago breui-
ter duos complectetur articulos, quorum prior
eſt, quid præſtari oporteat per Actorem qui ex
hoc capite impetrauit, alter, qualiter eius intentio
poſſit per Reum elidi. Et ſanè, quoad primũ, Actor
6 tria † iuſtificare debet; primumquè illud, factam
fuiſſe reſignationem ad fauorem certæ perſonæ,
quæ prius nec titulum, nec poſſeſſionem haberet,
de hac enim tantum loquitur Conſtitutio, nec al-
teri poteſt eius ratio adaptari; vndè ſi fieret ſim-
7 pliciter † in manibus Papæ, potiùs videretur di-
miſſio quædam, quàm reſignatio, ſiue fuerit coa-
ctè in vim decreti, ſiuè ſpontè facta; vt de priori
ſpecie dimiſſionis fuit plenis ſuffragijs deciſum in
*Feltren. Parochialis 9. Nouembris 1600. coram
Cardinali Horatio Lancellotto*, quæ legitur inter
impreſſ. diu. deciſ. 599. per to. par. 4. & de omni aliâ
quæ non ſit facta ad fauorem, ex mente eiuſdem
deciſionis ad finem, cenſuit iterum *Rota in re-
cent. deciſ. 296. num. 4. ad fin. verſ. quæ dicuntur
de publicatione par. 2.* vbi quod deinceps paſſim
ità ſeruatum fuit.

8 Similiter, ſi oſtenderetur ſimplex ceſſio † ad fa-
uorẽ eius, qui iam exiſteret in poſſeſſione; vtiquè
nequè intraret neceſſitas publicandi, cùm tunc
nec intret neceſſitas expediendi literas, ſine qui-
bus publicatio nequit fieri, vt ferè ita argumen-
tatur Rota apud *Cardinal. Caualer. deciſ. 458.
num. 4. & 5.*

9 Quod autem dictum eſt de ſimplici † reſigna-
tione, ſeù dimiſſione in manibus Papæ, nõ eſt tra-
hendum ad dimiſſionem, ſeù reſignationem in
manibus Ordinarij, quià in his adhuc ſubeſt ſuſpi-
cio fraudis; vt propterea etiam ante hanc Conſti-
tutionem in terminis antiquæ Sanctionis Pij V. eſ-
ſet neceſſaria publicatio, vt latiſſimè deducit *Rot.
diuerſ. ead. par. 4. deciſ. 662. ex num. 1. per tot. &
deciſ. 666. ibidem ex num. 1. Seraph. deciſ. 1309.
num. 1. & 4.*

10 Sat enim eſt, ſupponi reſignationem † eſſe factã,
& quem ea ex cauſa prouiſum, qui nõ publicauit;
& ſic dari inſtantiam commenti alicuius in præiu-
dicium reſeruationum, aut deuolutionum, vt ait
Rot. in præall. deciſ. 662. num. 4. cum alioqui, ſi
11 hoc ceſſet, quia ſcilicet † non conferatur bene-
ficium reſignatum, ſed vniatur, ceſſet ratio, & in
conſequens ea publicandi neceſſitas, *Seraph. dec.
1297. num. 5.* in qua refertur alia deciſio in *Me-
diolanen. beneficij 11. Decembris 1595. & 25. Iu-
nij 1596. coram Corduba.*

12 Quod procedit, etiam ſi contingat † diſſolui
vnionem, & ex ea diſſolutione beneficium tanquã
vacans impetrari; cùm enim vacatio ex cauſa re-
ſignationis, per Vnionem ſit conſumpta, iam non
poteſt producere aliquem effectum; ideoquè ſe-
cus eſſet, ſi ſupponeretur nullitas Vnionis, quià
tunc duraret ſemper ea vacatio, & in conſequens
maneret adhuc viua ratio, & neceſsitas hæc publi-
candi, vt declarauit idem *Seraph. deciſ. 1309. n. 5.*

Iuſtificari ſecundo loco oportet, negatiuam
13 hanc non factæ publicationis, quæ † non præſumi-
tur; præcipuè ſi Reus poſsideret, & eius poſſeſsio
non eſſet recens, ſed triennalis, *Rota deciſ. 671.
par. 4. diuerſ.* in quo extremo maxima verſatur
14 difficultas, nam quod onus probandi hanc † nega-
tiuam pertineat ad ipſum impetrantem, ſæpiſsimè
eſt deciſum, vt eſt videre apud *Greg. dec. 13. n. 9.
vbi Beltram. alias refert, deciſ. 210. num. 2. &
deciſ. 288. num. 1.*

15 Nullo antè alio modo poteſt † iuſtificari quàm
aut ex partis confeſsione, aut ex facti demonſtra-
tione; oſtendendo literas nõ fuiſſe expeditas in tẽ-
pore quo potuerint publicari, vt concludit *Greg.
d. deciſ. 210. nu. 4.* qui vltimus modus tutior eſt,
16 & irrefragabilis: cũ Conſtitutio † fieri velit publi-
cationem, cum literis ipſis originalibus, aut earũ
tranſumpto, vt in ſpecie fuit (me ſcribente) deci-

ſum in

ium in *Mediolanen.beneficij 14. Aprilis 1614. coram Card. Sacrato*, quod prius fuerat reſponſum
in *Vercellen.Canonicatus 23. Ian.1598. coram Corduba*.
17 Quippè probata vbi eſt hæc negatiua † non ex-
peditionis literarum per diligẽtias de quibus ali-
bi eſt actum, non poteſt refricari in dubium veri-
tas facti, etiam ex confeſsione impetrantis, qui in
ſua gratia faſſus ſit fuiſſe literas expeditas; cum
(vt in eadem *Mediolanen.Capellania* ſubijcitur)
18 errore † detecto, propria confeſsio non noceat, vt
notant omnes in *l.vn.vbi præ cæteris Iaſ. num.9.
& Dec.num.7.C.de error.calcul.l.non fatetur C.
de confeſſ.Alex.conſ.102.num.8. lib.1.* quantum-
19 cunquè ſit † geminata, vt ibi per eum, & per *Becc.
conſ.90.num.19.& Surd.conſ.345. nu.17.* & qua-
20 litercunquè † prætendatur facta animo deliberato,
aut ex reiteratione, aut ex iuramento, *Rom.conſ.
391. num. 3. & 4.*
Minus verò tutus eſt prior modus per confeſ-
ſionem partis de non facta publicatione; quià præ-
ter multa, quæ in hac materia præiudicij ex pro-
pria confeſsione afferri poſſent, & quæ non iuuat
21 hic congerere; qualitas eius confeſsionis † perpe-
tuò eſt obſeruanda, nè ſit de ſimplici facto ipſius
confitentis, qui faſſus fuerit ſe non publicaſſe: nam
indè non concluderetur negatiua abſoluta non
publicationis, cum potuerit fieri per reſignantem,
cui nec minus ea permiſſa eſt ex ipſa Conſtitutio-
ne, vt ità reſpondit Rota apud *Greg. d. deciſ.288.
num. 2.*
22 Deniquè iuſtificari eſt neceſſe, ipſum † impetrã-
tem ſuas literas ad præſcriptũ dictæ Conſtitutio-
nis publicaſſe, vt in ipſa diſponitur: hæc enim de-
23 niquè eſt huius extremi † legitima probatio, *Re-
uerendiſſ.D.Coccin. deciſ.458. nu.1.* dicitur enim
24 quæ fit per Inſtrumentum, † probatio prompta,
25 inquit *Oldrad. conſ.139. num.15.* & clara † vt lo-
quitur *Gemin. conſ.27. ſub num.1. verſ. probatio
autem instrumenti, cum ſimil.*
Ratio autem neceſsitatis coniungendorum hu-
iuſmodi extremorum, in articulo iuſtificationis
26 gratiæ, eſt, quià Conſtitutio † non inducit nouam
vacationem ex non publicatione, ſed reſoluit ſim-
pliciter ius quæſitum Reſignatario, & ſuſtinet præ-
cedentem vacationem per reſignationem, eliſa
dũtaxat gratia prouiſiua facta Reſignatario, in eius
ſcilicet odium qui non publicauit, quod in effectu
eſt id quod voluit dicere Rota in *Virdun. Cano-
nicatus* relata per *Garz. de benef. par.11. c.3. ſub
27 num. 332.* ſunt enim hæc diuerſa, † & quoad Pa-
pam, à cuius auctoritate procedunt, gratia proui-
ſiua quæ fit ſupplicanti pro vacanti ex cauſa reſi-
gnationis, non dependet ab aliquo facto Reſi-
gnantis, vt demonſtrauimus hoc *lib. quæſt.14. ex
num.46.* Et hinc eſt, vt in beneficijs ita reſignatis
cadat affectio, quæ poteſt cadere in vacantibus in
Curia, prout eodem loco demonſtrauimus ex
num.43. etiamſi ſint Iuriſpatronatus laicorum.
28 Quemadmodum enim Cõſtitutio æquè ea † ſubij-
cit neceſſitati publicandi, vt habet in verbis, ſicut
& Hoſpitalia, quæ ſub nomine beneficiorum ſatis
cõplectitur, vt per *Pariſ. lib.11. quæſt.3. ex n.47.*
ex ſententia Rotæ *diuerſ. par. 4. deciſ. 668. ex
29 num.1. & per tot. cum ſequent.* ita ſic eadem † af-
ficit, vt nullus inferior de illis valeat prouidere,
Seraph. deciſ.1289. num.5. & me informante, fuit
reſponſum in *Burgi S. Sepulchri beneficij 4. Iul.
1629. coram R.p.d. Merlino.*
30 Et quãuis, virtute huius † Conſtitutionis reſol-
uatur prouiſio, tamen non reſoluitur factum ad-
miſſæ reſignationis implicans declarationem Pa-
pæ, quod velit præuenire quoſcunquè Inferiores
in prouidendo ex noua illa vacatione, quod ſuf-
ficit pro affectione, vt inde cenſeantur ligatæ ma-
nus quorumcunquè inferiorum, quod ſubtiliter
aduertit *Anchar. conſ.58. ſub num.4. verſ. Item
Papa*, quem ſequitur *Dec. in cap. Vt noſtrum, 56.
num.3. de appell. & in cap.1. ſub num.9. verſ. ſed
aduertendum eſt, & nu.10. de conſ. vtil. vel inut.
Gutier. alleg.1. num.27. Gonzal. ad reg. de menſ.
gloſſ.52. num.15.* Quidquid dicendum foret, ſi Cõ-
ſtitutio reſolueret factum reſignationis, adeoquè
cauſam appoſitionis manus, nimirum ipſam vaca-
tionem in Curia, vt benè declarat *Prob. ad Ioan.
Monach. in cap. ſtatutum num.27. de præben. in
ſexto.*
Poſito ergò, quòd ſemper duret vacatio ex cau-
ſa reſignationis; neceſſariò id conſequitur, proui-
ſum ex hoc capite vrgeri ad probationem non pu-
blicationis, per quam reſoluitur ius quæſitum Re-
ſignatario, & ſimul iuſtificare ſe publicaſſe, cum
iam veniat ex eadem reſignatione, cuius pars ipſa
31 eſt publicatio, † idemquè iudicetur de ipſo im-
petrante, quod de illo ad cuius fauorem facta eſt
reſignatio, *Seraph. deciſ.1064. num.4. & 5.*
Quoad poſteriorem articulum, qualiter poſſit
32 elidi Intentio Actoris, ſatis † conſtat, hanc mate-
riam eſſe obiectiuam, & duriùs cum ipſo impetrã-
te agi, vt aduertit Rota in *Palentina, & Oxomen.
patrimoniorum 11. Mar. 1594. coram Penia*
impreſſa apud *Garz. d. par.11. cap.3. ſub nu. 330.*
ideoquè in deducenda vacatione ex hac Conſti-
tutione plurimum referre, contra quem actionem
ſuam dirigat: ſi enim cõtra Reſignatarium, quam-
33 uis non admittatur † excuſatio ex Iuris vel igno-
rantia vel dubietate, vt latè reſoluit Rota *diuerſ.
deciſ.669. ex nu.1. lib.3. par.3.* tamen Actor indè
facilè ſubmouebitur, ſi ipſe Reſignatarius docue-
34 rit ſibi fuiſſe † indultum à Papa, nè teneatur publi-
care, modò illud producat vt requiritur; ſola
enim poſsibilitate iuuari nequit, *Rot. diuerſ. de-
ciſ.305. lib.3. par.3.* Idemquè dicitur, ſi oſtendat
35 ſibi † prorogatum eſſe tempus ad publicandum,
& illud necdum lapſum, cùm fuit facta impetratio;
vel etiam conceſſa reſtitutio aduerſus lapſum: nã
licet noua prouiſio in hac parte nihil operetur, vt
ſatis inſinuat litera Conſtitutionis, quod etiam
prius Rota cenſuerat in terminis Regulæ de pu-
blicandis, *Verall. deciſ.412. num.2. par.2.* tamen
aliud eſt dicendum de ipſa reſtitutione, dum impe-
trans non docet, ante reſtitutionem huiuſmodi
ſibi ius quæſitum fuiſſe: ſi enim is qui nititur reſti-
tutioni, doceat ſe poſt obtentam reſtitutionem
publicaſſe, remanet eliſa impetratio, vt benè de-
clarat *Mantic. deciſ.113. per to.*

Animad-

Digitized by Google

Animaduertet autem Reus, nè ſuo ſe ligone fe-
36 riat, producendo publicationem nullam † ex defectu formæ, vel extra tempus factam, quæ eadem ratione dicitur nulla, *Seraph. deciſ. 1363. num. 1.*
37 nam licet publicatio † hæc, ſit actus iterabilis, ideoquè, oſtenſa vna publicatione minus validè facta, non concludatur ad obiectum, cùm poſsit dari inſtantia alterius, vt in dicta *Palentin. & oxomen. Greg. in ſuperius cit. deciſ. 210. n. 3. & ibi Beltra.*
38 *num. 6.* attamen † ſi ipſemet Reus illam produceret, cenſeretur hinc fateri ſe aliam non habere, *Garz. d. cap. 2. num. 329.*

At ſi contra ipſum reſignantem, & adhuc poſſeſsioni incumbentem, vel etiam contra tertium dirigatur actio, duriori quoquè prouincia impetrans conflictabitur, ſi oſtendatur nullitas ipſius reſignationis; veluti, ſi proponatur in ea non fuiſſe
39 expreſſum verum valorem, quo † caſu non cenſetur ius aliquod à reſignante abdicatum, *Put. deciſ. 263. lib. 1.* vel quocunquè alio caſu, quo reſigna-
40 tio † vel fuit nulla ex defectu conſenſus, vel aliàs non potuit ſortiri effectum, vt ex plutibus deciſionibus quas refert, laté oſtendit Garz. *de benef. d. par. 11. cap. 2. ex num. 277.* ad quem Lectorem reijcio.

SVMMARIVM.

1 *Violenter occupans beneficium Eccleſiaſticum, amittit ius quod in illo habet.*
2 *Et quidem ipſo iure.*
3 *Proceditquè, in omnibus omnino beneficijs.*
4 *Declaratoria exigitur ſuper violenta occupatione, vt intret diſpoſitio textus in* cap. eum qui, de præb. in ſexto.
5 *Quod vti procedat.*
6 *Poſſeſſor, priuatus aliquo caſu ipſo iure, an adhuc ſit citandus.*
7 *Declaratoria, an ſit neceſſaria, vbi pœna priuationis inducta eſt ipſo iure?*
8 *Poſſeſſio vacua, poteſt apprehendi ſine exequutore.*
9 *Poſſeſſor, perpetuò eſt citandus.*
10 *Poſſeſſio quandocunquè poteſt apprehendi propria auctoritate per prouiſum de beneficio, quod intelligitur, ſi vacet de iure, & de facto.*
11 *Iudicē fieri in cauſa propria iniquum reputatur.*
12 *Et qua pœna, afficiatur huiuſmodi Iudex.*
13 *Vis quid.*
14 *Impetus quid.*
15 *Vis nullo modo infertur per Iudicem.*
16 *Quod declaratur.*
17 *Iudici procedenti tanquam priuato, impunè reſiſtitur.*
18 *Iudex quando reputetur priuatus ratione notoria nullitatis.*
19 *Vis, non committitur ſine dolo.*
20 *Iudex non excedens limites ſuæ poteſtatis, non præſumitur dolosè agere.*
21 *Dolus, in Iudice vndè arguatur.*
22 *Idem concluditur ex proprio commodo.*
23 *Hieronymi Cenallos error notabilis.*
24 *Magiſtratus quatenus dicatur iniuriam inferre.*
25 *Magiſtratui non poteſt reſiſti, prætextu illata vi.*
26 *Iudex, non ſubijcitur interdicto, vnde vi.*
27 *Iudici aliquid præcipienti contra Deum, impunè reſiſtitur.*
28 Violentus, *terminus, qualiter ſumatur* in cap. eum qui, de præb. in ſexto.
29 *Violentia in adipiſcenda poſſeſſione, qualitèr conſtituatur.*
30 *Ceſſionarius collitigans, non poteſt propria auctoritate poſſeſſionem apprehendere.*
31 *Poſſeſſionem apprehendens propria auctoritate ex ceſſione ſibi facta per collitigantem, temerè attentat.*
32 *Nequè ea alicuius eſt effectus.*
33 *Attamen, non dicitur violenta.*
34 *Nequè ſubijcitur diſpoſitioni* cap. eum qui, de præben. in ſexto.
35 *Violentia non minus cum Iudice, quam ſine Iudice inferri poteſt.*
36 *Poſſeſſio, apprehenſa ex Iudicis mandato iniquo, ſemper eſt reuocabilis.*
37 *Nequè tamen incurritur pœna* cap. eum qui de præben. in ſexto.
38 Text. in cap. eum qui de præben. in ſexto, *hodiè ferè eſt impracticabilis.*
39 *Et qua ſit ratio.*
40 *Sequeſtrum violans, priuatur ipſo iure beneficio, vel iure quod in illo habet.*
41 *Et qua ſit ratio.*
42 *Sequeſtri violatio, aperit viam Ordinario prouidendi de beneficio, ſuper quo litigatur in Curia.*
43 *Et qua ſit ratio.*
44 *Sequeſtri violatio, non excuſatur à temeritate, prætextu nullitatis ſententiæ.*
45 *Etiamſi à ſententia fuiſſet appellatum.*
46 *Et declaratur* Putei deciſ 46. lib. 2.
47 *Clement. vnic. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. qualiter intelligatur.*
48 *Et de qua ſententia intelligatur.*
49 *Clemen. eadem, à iure exorbitat, nequè ideo extendenda ad alios caſus.*
50 *Et quando obtineat.*
51 *Eidem non eſt locus, vbi proponitur rationabilis excuſatio.*
52 *Etiam ex opinione alicuius Doctoris.*

QVÆSTIO XXII.

Qualiter inducatur vacatio ipſo iure per violentiam in apprehendenda poſſeſsione, aut in violatione ſequeſtri.

NON minus, quàm ij de quibus in præcedētibus Quæſtionibus egimus, beneficio abuti videtur, qui (vtcunquè aliàs habeat canonicū illius titulū) violētèr, auctoritate, ſeù verius temeritate ptopria illud occupat: Quocirça Bonifa-
1 cius VIII. decreuit † huiuſmodi violentum occupatorem, eo ipſo deſtitui, indequè priuari iure quod ,

Digitized by Google

qund ſuper eodem beneficio forſitàn ſibi compe-
tebat, vt refertur in cap. eum qui, 18. de præben. in
2 ſexto, ibi, eo ipſo, quæ eſt † clauſula latæ ſentẽtiæ,
prout in ſpecie ibi notant Ioan. Andr. ſub num. 1.
ſuper d. verb. eo ipſo, Gemin. num. 5. verſ. cum iſta
pœna, & Ancher. num. 3. in 5. notab. Pauin. in
tract. de Off. & poteſt. Capit. ſed. vac. in prælud.
ſub num. 10. verſ. ſexto per ingreſſum, Rebuff.
in prax. tit. de mod. amitt. benef. cap. 9. num. 28.
Tholoſ. de benef. cap. 25. nu. 15. Couarr. var. reſol.
lib. 3. cap. 16. ſub nu. 6. verſ. & probatur, Gonzal.
qui alios addit, ad reg. de menſ. gloſſ. 15. in princ.
num. 38.

3 Quod procedit non in curatis, † & Dignitati-
bus rãtum, de quibus loquitur textus in eius pri-
ma parte, ſed in omnibus, & quibuſuis beneficijs,
vt patet ex eiuſdem textus lectura, in §. inſuper vt
violenti, & ibi notarunt Lap. Abb. n. 1. & Franc.
ante num. 1. in primo notab. & hanc eandem ſen-
tentiam latè probarunt Pontan. de ſpol. lib. 1. c. 9.
ex n. 91. Menoch. de recup. poſſ. remed. 9. ex n. 277.
& num. 306. Farinac. crimin. quæſt. 175. ex n. 64.
Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 34. dub. 34. num. 187.
Rota recen. par. 4. deciſ. 66. ex num. 1. cum alijs
ad eund. tex. cap. eum qui, collectis per Barboſ. n. 3.

4 Exigitur tamen declaratoria † talis violentæ oc-
cupationis, ſecundum Ioan. Andr. & Ancher. vbi
5 ſupra, non quidem † vt antè huiuſmodi declarato-
riam non poſsit impetrari beneficium, ceù ita va-
cans, ſed vt nè prius poſsit per huiuſmodi impe-
trantem, pro exequutione ſuarum literarum, poſ-
ſeſsio apprehendi, vt declarat in eod. cap. inſuper
Franch. num. 3. & Lap. alleg. 127. ſub nu. 6. verſ.
& in caſu quæſito. Quod non poteſt alitèr intelli-
gi, quam præuia cauſæ cognitione, licet enim plu-
6 res tenuerint † poſſeſſorem priuatum ipſo iure nõ
eſſe citandum, quos cumulat poſt Lap. Mandoſ.
ad d. eius alleg. 127. in verb. nõ citato poſſeſſore, ta-
men cõtrarium eſt verius; cùm poſsit dari inſtan-
tia alicuius defenſionis, cap. licet Epiſcopus, eo. tit.
7 de præben. in ſexto, & in hac opinione † videtur
perſtitiſſe Lap. lo. præall. tanquam poſteriori, vt ad
eum aduertit Mandoſ. in verb. ſed contra prædi-
cta poſt Felyn. in cap. Rodulphus, ſub num. 34.
verſ. ſed declaratoria ſententia, de reſcript. & in
cap. cum non ab homine, n. 10. de Iudic. & rurſus
in cap. præterea, ante num. 3. de ſponſal. cum alijs
ibidem per Mandoſ. allegatis; quod vti generali-
ter ſe habeat in omnibus caſibus, quibus lex ſen-
tentiam priuationis edicit, expoſuimus hoc eod.
lib. q. 18. ex num. 24.

8 Ratio iſtius decretalis eſt, quià licet † prouiſus
poſsit ſine miniſterio Exequutoris, poſſeſsionem
de iure, & de facto vacantem apprehendere, iuxta
theoricam Abb. in cap. tranſmiſſam 15. ex nu. 3.
verſ. ſed contra textum vſquè ad fin. de elect. ta-
9 men ſi dè facto poſſeſsio † occupetur per aliquem,
tanquam intruſum, neceſſe eſt eum citare, nequè
aliter poteſt prouiſus poſſeſsionem validè aſſequi,
d. c. licet Epiſcopus, eod. tit. de præben. in ſexto, ità
10 vt quibus † caſibus licet alicui poſſeſsionem adi-
piſci propria auctoritate, id intelligi oporteat (ni-
ſi aliter fuerit per Papam in literis decretum.) ſi
poſſeſsio de Iure, & de facto vacet, Bald. in rub.
n. 12. verſ. quinto quæritur, C. qui admit. Guttier.
in repet. l. nemo poteſt, num. 361. de leg. primo.

11 Quo fit, vt cùm iam exigatur † iudiciũ pro de-
pellendo intruſo, videatur prouiſus ſibi aſſumere
partes Iudicis, indequè fieri Iudex in cauſa pro-
pria, quod vt eſt iniquum, l. vn. C. ne quis in ſua
12 cauſ. Iud. cũ ex hoc etiã formetur manifeſta † vis,
quæ è diametro repugnat iuri, conueniens fuit
temeritatem hanc coercere pœna amiſsionis ip-
ſius rei, quæ poterat ab initio de iure per Iudicem
repoſci, & hoc eſt quod clarè, & in verbis definit
tex. in l. extat 13. ff. de eo quod met. cauſ.

13 Eſt enim vis impetus † quidam maioris rei, qui
repelli nequit, l. 2. ff. eod. tit. Impetus autem (quod
pertinet ad ſubiectam materiam) nihil eſt aliud,
14 quam † effrenis motus, & calor hominis facilè
decernẽtis, l. nec in ea lege, 22. l. ſi adulteriũ, 38. §.
Imperator, ff. ad leg. Iul. de adult. l. illud quæſitũ,
32. §. vltimo, ad fin. ff. ad leg. Aquil. & qui ideo
manifeſtè deprehenditur in eo, qui pro conſequẽ-
15 do iure ſuo, non adhibet Iudicem, qui ſolus, † ſi
quempiam expellat iuris ordine ſeruato, nullam
vim inferre intelligitur, l. 3. §. ſed vim accipimus,
16 eod. tit. de eo quod met. cauſ. Vt enim Iudex † vim
inferre cenſeatur, quæ propelli poſſit contraria
vi, alterum de duobus eſt neceſſarium; vel quod
excedat fines ſuæ Iuriſdictionis, l. vltima ff. de Iu-
riſd. omn. Iud. & declarat Bald. in d. l. 3. ante nu.
primum, Luc. de penn. in l. contra noſtra præcepta,
ſub n. 2. verſ. ſed dic plenius, C. de exact. et execut.
17 lib. 12. ſic enim intelligitur † procedere tanquam
priuatus, vt ei impunè poſsit reſiſti, vt declarat
Fel. in cap. ſi quando, ſub num. 2. verſ. 2. fallit, de
off. deleg. & probat text. in l. prohibitum C. de Iur.
18 fiſc. lib. 10. (quò tendit ratio nororiæ † nullitatis,
quam ad hunc ipſum effectum perpendit Claud.
de Seyſell. in l. vt vim, num. 35. ff. de Iuſt. & Iur.
& ſimilia deducta per Farinac. crimin. quæſt. 31.
ex num. 102.)

Vel quod oſtendatur manifeſtus dolus; vis nam-
19 què in † propoſito, non poteſt cõſiderari ſine dolo,
l. 2. §. doli mali, ad fin. verſ. ſi publicanus ff. vi bon.
20 rapt. ideoquè in dubio nõ præſumitur † dolus hu-
iuſmodi in Iudice gerente ſe pro Iudice, ideſt non
excedente limites ſuæ poteſtatis, gloſſ. in can. præ-
ſentium, in verb. in alia, ad fi. verſ. Iudex enim 7.
21 quæſt. 1. nequè aliter ad huiuſmodi † dolum poteſt
concludi, quam vel ex odio, aut ex gratia, aut ex
ſordibus, vt docuit gloſſ. in can. hoc etiam, qui in
ordine eſt 37. ſuper verb. vel iniquo, verſ. ſed ſi
22 Iudex 2. q. 6. Hocquè demum † caſu videtur Iu-
dex malo more, procurare commodum ſuum,
Bald. in d. l. 3. num. 2.

23 Vt propterea cauere oporteat ab his † qui
tàm facilè pronunciarunt, Iudicem vim inferre,
quotieſcumquè malè procedit, vt pronunciauit
Hieron. Ceuall. in damnato tractat. de cognit.
per viam violen. in 5. gloſſ. num. 8. ſuper quo erro-
neo principio tàm per ipſum, quã per alios quoſ-
dam, leuiter indè excogitati fuerunt diuerſi caſus
violentiæ; nam iſtud, ipſe Ceuallos, falſo imponit
Claudio de Seyſello, in d. l. vt vim, ſub n. 36. nequè
erubuit

Digitized by Google

erubuit verbis Claudij per ipſum relatis, adtexe-
re aliena; & ex prædictis ſatis conuincitur erro-
neum, ſi ad imprudentiam referatur. Quemadmo-
dum eiuſdem leuitatis eſt ponderatio aliquorum
24 textuum † loquentium de iniuria: dum enim Iu-
dex non excedit fines ſuæ Iuriſdictionis, vel ea nō
abutitur per odium, gratiamuè, aut per ſordes, nō
eſt dare mediū, quo in quempiam iniurioſè agat,
l. nec Magiſtratibus 32. ff. de iniur. & declarat
*Gottofred. in l. iniuriarum, 13. §. quæ iure poteſta-
tis, in verbo pertinent eod. tit.*
25 Et ſanè, actum eſſet † de quiete publica, ſi lice-
ret cuiuis priuato, Magiſtratibus reſiſtere, præ-
textu iniquitatis, aut notoriæ etiam iniuſtitiæ, quā
ſibi quiſquè ex proprio ſenſu conciperet, & indè
ſe iniuria affectum, aut vi opprimi vociferaret, ac
ideò contra imperiū ſe defenderet, vt benè aduer-
tit *Cuiac. ad d. l. vt vim, in prin. verſ. nā aduerſus*;
26 vndè † nec contra Iudicem redditur interdictum
vndè vi, *Fel. in dicto cap. ſi quando, ſub nu. 2. verſ.
& pro hoc, de off. deleg.* & quamuis non ignorem,
27 aliquos † exiſtimaſſe licitam eſſe reſiſtentiam, ſi
quid præcipiatur contra iuſtitiam ex doctrina
*Luc. de Penn. loco proximè citato, quem citat
Farinac. loc. ſuperius alleg.* attamen non adeò la-
tè loquitur *Luc. de Penna*, ſed ſtrictè de præcepto
contra mandatum Dei, ſiuè (vt ipſe præcisè loqui-
tur contra Deum, per *text.* qui ſic quoquè loqui-
tur) in *can. ſi quis præpropera, 50. diſtinct. & in
can. non enim, 11. quæſt. 3.*
28 Gloſſa itaquè † in *verb. violenti*, agnoſcit ter-
minum ſtrictè ibi ſumi, & non largè, prout in pri-
ma parte textus procedit etiam in ſimplici intru-
ſo; ſed adhùc non aperit iſtius violentiæ limites;
Lap. Abb. ſub num. 2. quamuis corruptè ſit im-
preſſus, violentiam illam totam dimetitur ex
contradictione poſſeſſoris; & in hanc ſententiam
videtur inclinare *Prob. ad Ioann. Monach. ſub
num. 9. verſ. ſi non vacuam: Archid. num. 2.* in-
telligit eum *text.* de violentia illata in recupe-
rando; itàut *text.* videatur proceſsiſſe ad amplia-
tionem iuris ciuilis in ea parte, qua pœna amiſ-
ſionis in caſu violentiæ imminebat ex ſententia
hominis, non ex ſententia iuris, in *l. ſi quis in
tantam, C. vnde vi.*
29 Ex quibus videtur dicendum, violentiam † hanc
tunc intelligi admitti, quandò duo concurrunt,
primum reſiſtentia alterius nullo modo ſuam vo-
luntatem actui accomodantis, de hac enim vio-
lentia loquitur *tex. in d. l. ſi quis in tantam, vt de-
clarat gloſſ. magna, in d. l. exſtat in verb. non ha-
bebit ad fin. verſ. ſi verò nullo modo, ff. de eo quod
met. cauſ.* & alterum neglectus auctoritatis Iudi-
cis; quia *tex.* qualificet eam violentiam ex tali te-
meritate, & neglectu, vt benè explicat in *eo. §. In-
ſuper, Gemin. num. 5.*
30 Hinc verò primùm infertur, licet † facta ceſſio-
ne per poſſeſſorem lite pendente, non poſsit col-
litigans poſſeſsionem beneficij propria auctorita-
te apprehendere, ſed debeat exſpectare Iudicis
ſententiam, & iuſſum, quod etiam colligitur *ex d.
text. & tenuit Rota deciſ. 1. de renunc. in nou.* dici
31 quidem † temerarium occupatorem, totumquè
id per viā attentatorum reuocandum eſſe, *Pariſ.
de reſign. lib. 10. quæſt. 6. nu. 28.* nequè talem poſ-
32 ſeſsionem, † alicuius eſſe interim effectus, vt latè
deducit *Bellam. conſ. 10. ſub num. 42. verſ. Ter-
33 tia ratio*; ſed non dici violentum, † ex quo non ha-
buit, qui ſibi contradiceret, & in conſequens defi-
ciente altera ex qualitatibus requiſitis non intra-
bit pœna dicti canonis, *vulg. l. ſi hæredi plures de
cond. inſtit. cum alijs per Tiraquel. de retract. li-
gnag. §. 8. gloſſ. 7. ex nu. 1. & per Gonzal. gloſſ. 13.
34 in princ. num. 100.* & quod per talem † ingreſſum
non incurratur hoc caſu pœna *d. cap. cum qui*, do-
cet Ripa *in cap. ſæpe num. 69. vbi ait ſe ita conſu-
luiſſe, de reſtit. ſpol.* quicquid ſit reſpectu vacationis
primi obtenti incompatibilis, *Mantic. deciſ. 118.
num. 5.* & fuit reſponſum in *Mutinen canonicatus
13. Iun. 1614. coram Vbaldo.*
35 Infertur ſecundùm, licèt non minus † cum Iu-
dice, quàm ſine eo poſsit violentia inferri, iuxta
*doctr. Bart. in l. 1. num. 1. C. de nauicular. lib. 11.
& probat tex. in l. 3. §. ſed vim. ff. de eo quod met.
36 cau.* nihilominùs ſi fuerit † Iudicis adhibita aucto-
ritas, etiamſi per iniuriam, modo quo ſupra, ap-
prehenſa ſit poſſeſsio, & propterea ſemper rema-
neat vitioſa, & reuocabilis, *d. §. ſed vim*, nihilomi-
37 nùs quià in iſto victo † ceſſat temeritas, & ità al-
tera ex dictis qualitatibus, eadem ratione non in-
curri pœnam *d. cap. cum qui*, vt in eo notant ſcri-
bentes, præcipuè *Ioan. Andr. ſub num. 1. in verb.
temeritate, & Gemin. num. 5. Aufrer. ad Cappell.
Tholoſ. quæſt. 444. ſub nu. 4. verſ. adde quod pœna.*
38 Infertur tertiùm, ſemota lite † formali, pœnam
d. cap. cum qui, fermè eſſe impracticabilem, cùm
ſuper omnibus prouiſionibus Apoſtolicis hodie
expediantur proceſſus fulminati, in quibus decer-
nitur immiſſio, atquè ità ſemper excluditur qua-
litas hæc temeritatis, vt animaduertit *Rota deciſ.
21. ſub num. 7. verſ. & eo magis par. 2. diuerſ.*
39 Adeſt enim tunc auctoritas Iudicis, ideſt † Exe-
quutoris, in quo non diſtinguitur, an iuſtè vel iniu-
ſtè proceſſerit; quocunquè enim modo excluditur
temeritas prouiſi, & conſequenter pœna *d. c. cum
qui*, prout etiam reſoluit *Rota apud Caſſad. deciſ.
6. num. 7. de cau. poſſ. & propr.*
Spretus ergò auctoritatis iudicialis, cum violē-
tia efformat in hac parte abuſum in poſſeſſione.
40 Vndè & qui ſequeſtrationem † in vim *clemen. vn.
de ſequeſtr. poſſ.* impedire, vel fructus ſequeſtratos
quoquo modo præſumpſerit occupare, ſi de liti-
gantibus fuerit, præter alias pœnas, etiam hanc
amiſſionis beneficij, vel iuris, quod habet, eo ipſo
incurrit, vt diſponitur in *ead. clem. §. ſi quis au-
tem, Tholoſ. de benef. cap. 25. nu. 14. cum adductis
per Gonzal. d. gloſſ. 15. num. 59.* quod ſanè intro-
41 ductum † fuit non ad fauorem litigantis, ſed ad fa-
uorem Iudicis, nequè enim lex tolerat cuiuſpiam
reluctationem aduerſus enixam, deliberatamquè
ſuperioris voluntatem, inquit in *eod. §. ſi quis autē
42 Cardin. num. 8. in 9. quæſt.* & propterea † illico
Epiſcopus poteſt conferre tale beneficium, etiāſi
ſequeſtrum factum ſit in Curia, iuxta *gloſſ. in d. §.
ſi quis autem, in verb. cecidiſſe, Card. ibid. num. 7.
Mohed. eo. tit. deciſ. 2. num. 4. & 5.* Enimuerò il-
licò

Digitized by Google

43 licò † ipſo iure vacatio inducitur, eaquè includitur ſub clauſula generali *quouis modo, vt per Mohed. ea. deciſ. 2. num. 1. & 2.*

44 Et hoc procedit, etiamſi prætendatur † ſententiam fuiſſe nullam: nàm cùm nō poſſit ante declarationē ſuper nullitate, euitari temeritas, & ſpretus hic, adhuc militat diſpoſitio *d. clem.* ſi tamen ipſum ſequeſtrū ſit validum, ideſt validè relaxatū, vt benè ſeipſam explicat Rota, laxè nimis per aliquos expenſa, *deciſ. vnic. de ſequeſt. poſſ. & fruct. num. 1. & per tot. in antiq. & deciſ. 2. eo. tit. in an-*

45 *tiq. Biſignett.* etiamſi à ſententia fuiſſet † appellatum, *Caſſad. deciſ. 5. num. 1. cum ſeqq. eo. tit.* ex qui-

46 bus ità venit † declarāda *Put deciſ. 46. lib.* 2. dùm ſentit, violantem ſequeſtrum nullum, non incidere in pœnam *d. clem.* vt intelligatur de nullitate relata ad ſententiam, vt ſupradicti loquuntur, non de nullitate relata ad ſequeſtrum.

47 Hæc tamen pœna, † reſtringenda eſt ad caſum *d. clem.* quandò ſcilicet violatur ſequeſtrum appoſitum in vim ſententiæ diffinitiuæ, latæ per Rotæ Auditorem ſuper negotio principali, non etiā ſi violetur ſequeſtrum appoſitum ex officio, propter attentatum, vel ex quauis alia cauſa, *Pute. deciſ. 46. per tot. lib. 2. Mohed. vbi ſup. Gonzal. d. gloſſ. 15. num. 60. & 61. Seraph. deciſ. 1335. nu. 6. verſ. confirmantur prædicta, & fuit deciſum in S. Marci Abbatia 2. Aprilis 1582. coram Lancell.*

Licet enim, in vtroquè caſu videatur militare eadem ratio ex concurſu violentiæ, & ſpretu au-

48 ctoritatis iudicialis; tamen in effectu, nec † ratio eſt tanta in alijs caſibus, quanta eſt in caſu *d. clem.* cùm ſententiæ diffinitiuæ maiori cum maturitate proferantur, vt in ſpecie aduertit *Bellam. dec. 54. num. 2.* & quandò etiam adhuc tanta, & maior eſ-

49 ſet ratio, tamen cùm † clemētina prædicta, in hac parte à iure exorbitet, non eſt ex rationis huiuſmodi identitate, ad alios caſus extendenda, vt per *Bellam. ibid. num 1. & tenuit etiam Rota apud Mohed. deciſ. 1. num. 2. 3. & 4. de ſequeſtr. poſſ. & fruct.*

50 Et propterea, reſtringenda eſt † ad eum caſum, quandò ſcilicet lata eſt contra poſſeſſorem, vel in petitorio, vel in poſſeſſorio plenario, per quod plena, & totalis poſſeſſio ab illo aufertur, & alteri diffinitiuè adiudicatur, hoc enim demum caſu, dicetur attētatum ſuper tota poſſeſſione, vt dictam deciſionem *Bellam. 54.* declarando, apertiſſimè cenſuit *Rota deciſ. 469. num. 7. ad fin. verſ. vel illa non procedit, lib. 3. par. 3. diuerſ. Lancellot. de attent. par. 3. cap. 28. num. 147.*

51 Quemadmodum rurſus eſt reſtringenda † ad caſum, in quo adeſt temeritas nulla ratione excuſabilis: quamuis enim *d. clem.* puniat occupantē non ſolùm poſſeſſionem, ſed etiam fructus ſequeſtratos, vt habet in verbis; nihilominus ſi ideò occupati fuiſſent, quià non viderētur cadere ſub ſequeſtrū, propterea quod prius fuiſſent recollecti, vel etiam ſimpliciter à ſolo ſeparati; iam excluderetur ea temeritas: nam factum iſtud, tenderet potius ad reprimendū exceſſum ſequeſtratarij, quàm ad Iudicis contemptum; cum non deſint qui exiſtiment, ſequeſtratarium fructus huiuſmodi non poſſe accipere, cum non dicantur fructus fundi, vel beneficij, ſed poſſeſſoris tantum, vt cenſuit *Vitalin. in ea. clem. in princ. ſub num. 76. verſ. fructus autem.* Et quamuis loquatur per verbum

52 *credo*, tamen adhuc illius opinio † excuſat à dicta temeritate, & conſequenter ab incurſu pœnæ, vt decidit *Rota apud Sarnen. deciſ. 37. nu. 3. lib. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Incōpatibilitas, induci poteſt ex lege fundationis.*
2 *Pluralitati Beneficiorum, Sacri Canones perpetuò reſtiterunt.*
3 *Et quibus pœnis.*
4 Text. in cap. de multa, de præben. *quorſum?*
5 Extrauag. execrabilis, de præben. *quorſum?*
6 Text. in cap. ordinarij, de offic. ordin. in ſexto, *quorſum?*
7 *Extrauagans,* vt quos virtutis, in §. vt autem, *non inducebat priuationis pœnam.*
8 *Diſpenſatio, exigit literas ex ſtylo.*
9 *Quin, etiam ex Iure communi.*
10 *Aſſecutio, operatur vacationem, etiam in ſimplicibus ex reſidentia incompatibilibus.*
11 *Reſidentia remittitur in ſimplicibus Beneficijs ex generali conſuetudine.*
12 *Præualet tamen in hoc, ius ſingulare.*
13 *Incompatibilitas ad effectum aſſecutionis, conſtituenda eſt ex onere reſidentiæ.*
14 *Reſidere qui iurauit, non obligatur, ſi Beneficium talem reſidentiam non exigat.*
15 *Aſſecutio, duplex implicat factum, in ordine ad duplicem vacationem.*
16 *Aſſecutio, non poteſt iuſtificari alitèr, quàm per plenas probationes.*
17 *Aſſecutio incompatibilis, non aduerſatur acquiſitioni ſecundi Beneficij, ſed retentioni prioris.*
18 *Aſſecutio, conſumitur in perceptione fructuum.*
19 *Aſſecuto incompatibile, conceditur bimeſtre ad dimittendum primum.*
20 *Decretum de dimittendo, implicat permiſſionem interim retinēdi, & lapſo tempore, eam reſoluit.*
21 *Beneficium ad tempus, per ſolum Papā cōceditur.*
22 *Decreti de dimittendo clauſula, vnde ſumpta.*
23 *Decretum de dimittendo, non impedit, quin dimiſſio fiat ante tempus præſtitutum.*
24 *Excuſatur illius incurſus, ſi probabiliter dubitetur de aſſecutione ſecundi.*
25 *Moleſtiæ extraiudiciales, ſufficiunt pro excuſando ab incurſu Decreti de dimittendo.*
26 *Poſſeſſio non pacifica, vix reputatur poſſeſſio.*
27 *Lis conficta, non excuſat ab incurſu decreti de dimittendo.*
28 *Decretum de dimittendo, operatur ex die, quo quis poteſt adipiſci poſſeſſionem.*
29 *Intruſio, excuſat ab incurſu decreti de dimittēdo.*
30 *Quod tamen declaratur.*
31 *Impedimentum quando excuſet impeditum.*
32 *Decretum de dimittendo, qualitèr differat à decreto de expediendis literis in articulo præſtitutionis termini.*
33 *Decretum de dimittendo, quandò nihil operetur reſpectu primi.*

34 Decre-

Digitized by Google

34 *Decreti de dimittendo liquidatio,in actu practico difficilis.*
35 *Dimiſſio in vim decreti, qualiter fiat.*
36 *Decretum irritans non intrat, niſi vbi conſtat, locum eſſe principali diſpoſitioni, cui eſt adiectũ.*
37 *Manutentio, conceditur incumbenti poſſeſſioni, dùm diſcutitur, an ſit locus decreto de dimittendo.*
38 *Decretum irritans, quod ſubnectitur poſt decretum de dimittendo, quò referatur.*
39 *Et quò in literis commendæ, poſt decretum de aſſumptione habitus.*
40 *Impetrans, tanquàm vacans per conſtitutionem execrabilis, durioris eſt conditionis, quàm impetrans tanquàm vacans ex decreto.*
41 *Stultus, non debet eſſe melioris conditionis, quàm ſit prudens.*
42 *Poſſeſſio nulliter capta, reputatur bona in præiudicium capientis.*
43 *Impetrans ſecundum, per non dimiſſionem primi, quid teneatur iuſtificare.*
44 *Poſſeſſor, ſemper eſt citandus.*
45 *Etiam ſi prætendatur inducta vacatio ipſo iure.*
46 *Aſſecutus incompatibile, excuſatur à dimiſſione primi, ſi ignorat factum poſſeſſionis adepta per procuratorem.*
47 *Procuratoris ſcientia, non eſt ſcientia Domini, nequè ei nocet.*
48 *Niſi, poſtquam Dominus fuerit certioratus.*

QVÆSTIO XXIII.

Vacatio, qualiter inducatur per aſſecutionem?

IS quoquè abutitur beneficio, qui contra voluntatẽ Superioris Poteſtatis, illud retinet; aut aliud aſſequitur: vndè contra eum inducta ſit ipſo Iure vacatio; quod totum efficit incompatibilitas; ſi enim hoc licet cuiuis fundatori, etiam ex incõpatibilitate à Iure communi nõ
1 reprobata, veluti cum decretum † eſt, non poſſe præſentari, qui habeat aliud beneficium, & ſi præſentetur, vacationem ipſo facto induci, dicimuſquè hanc legem per Epiſcopum approbatam, vſquè adeo eſſe ſeruandam, vt immutabilis ſit, *Verall. deciſ. 290. in prin. & nu. 3. cum ſeq. par. 2. Gonz. ad reg. de menſibus gloſ. 15. in princ. num. 130.* Multò magis in prouiſionibus Apoſtolicis ſeruandum eſt, ex ſuppoſitione incompatibilitatis à Iure
2 reprobatæ. Cùm enim Sacri Canones † ſemper exoſam habuerint pluralitatem beneficiorum in vna, eademquè perſona, nec viderentur ſufficere diſtrictiſſima, crebraquè præcepta, & comminationes de dimittendo, vt in *cap. relatum, & cap. ad hæc, cum duobus ſeqq. de præbend.* nequè ſatis
3 huic malo videretur conſultum per decretũ † Lateranen. Concilij ſub Alexandro Tertio, quo id attentans, incurrebat pœnam amiſſionis ſecundi, vt refertur in *cap. 3. de cler. non reſid.* opus tandẽ
4 fuit, per conſtitutionẽ † generalem Concilij eiuſdem Lateranen ſub Innocen. III. ferre ſententiam ſuper vacatione primi per aſſequutionem ſecundi, vt in *cap. de multa 28. de præben.*

Verùm quià malo more, adhuc tentabant aliqui primum ità vacans retinere, & illius poſſeſ-
5 ſioni incumbere, coactus fuit † Ioannes xxij. ità adnitentes, declarare priuatos tàm priùs obtentis, quàm poſtmodum impetratis, & eos ampliùs inhabiles ad ſimilia, vt in *extrauag. execrabilis, de præben. & in extrauag. vt quos virtutis, de offic. ordin. int. comm.*

6 Et rurſus, quoniam adhùc aliqui † ad eludendũ iſtas conſtitutiones, aſſerebant ſecum fuiſſe ſuper pluralitate diſpenſatum, & dum Ordinarij ab eis exigebant literas diſpenſationum huiuſmodi, eos eludebãt, aut negãdo ſe ad id teneri ex vulgata regula *l. Cogi. de pet. hered.* vel alitèr moras nectẽdo; Gregorius X. in generali Lugdunen. Concilio, decreuit, eo ipſo negatiuam non diſpenſationis, & conſequenter, illicitæ detentationis probari, quòd ij iuſſi, aſſertam per eos diſpenſationem non exhiberent intra ſtatutũ ſibi tempus per Ordinarium loci, vt refertur in *cap. ordinarij, de off. ordin. in ſexto*, quod fuit innouatum per Sacrũm Concilium *ſeſſ. 7. cap. 5. de reform.* qui canon eſt quidem latæ ſententiæ in articulo præiudiciali, iuſtificationis ſcilicet negatiuæ diſpenſationis, ibi, *quæ ſine diſpenſatione aliqua eo ipſo illicitè deti-*
7 *neri conſtabit* (quamuis enim † Ioannes xxij. in d. *extrauag. vt quos virtutis, in §. vt autem*, mandaſſet eos cogi per ordinarios, diſpenſationem oſtendere, tamen nihil vltrà diſpoſuerat) ſed non in articulo alicuius nouæ vacationis, vt fortè exiſtimauit *Paulin. de offic. & poteſt. cap. Sed. vac. in 7. prælud. ſub num. 12. verſ. decimo, & Gonzal. ad reg. de menſib. gloſ. 15. num. 62.*

8 Hæcquè diſpẽſatio, debet iuſtificari † iuxta ſtilũ Curiæ, ideſt, non per teſtes, ſed per literas Apoſtolicas, quia ſtylus Curiæ ità ſe habet, vt deſuper expediantur literæ, in quibus poſitiuè dicatur diſpenſari, *Oldrad. conſ. 328. ſub num. 6. verſ. ſtylus*
9 *autem*, & eſt conforme † diſpoſitioni iuris communis in *l. ſacri affatus, C. de diuerſ. reſcrip. Ioan. Cock. ad gloſſ. antiq. ſuper reg. 49. nu. 9. & 10.* & ex eadem regula colligit etiam *Gonzal. d. gloſ. 15. num. 29.*

10 Et proptereà, dùm non iuſtificatur, † inſurgunt duæ prædictæ vacationes; non ſolum ſi agatur de Dignitatibus, vel Eccleſijs curatis, verum etiam de quibuſuis beneficijs ſimplicibus, inter ſe tamen propter reſidentiam incompatibilibus, ex decreto Concilij *ſeſſ. 7. cap. 4.* vt latè tradit *Gonzal. vbi ſupra ex num. 5.*

Nihil enim eſt, quin etiam in his (vtcumquè
11 aliàs † ex generali conſuetudine à reſidendi onere huiuſmodi liberis, vt notant omnes poſt *Innoc. in cap. fin. præcipuè Cardin. num. 16. Imol. nu. 9. & Alex. de Neuo num. 10. de cler. non reſident. Alex. conſ. 1. num. 2. lib. 7. Rebuff. in prax. tit. de*
12 *diſpenſat. ſup. reſid. nu. 8.*) valeat iure aliquo † ſingulari induci hæc præciſa reſidentia, vt fuit latiſſimè deductum in *Calagurit. de Enciſo 17. Febr. 1611.*

1611. coram Manzanedo, & ſupponit *Abb. in d.*
cap. vlt. ſub nu. 5. verſ. nam gratia, de cleric. non
reſid. vbi ideò vult, idem in his obſeruari, quod in
curatis, vt etiam cenſuit *Io. de Imol. ſub num. 13.*
verſ. & ſic reſtat, cum alijs, quos ſequuta eſt *Rot.*
in Caſalen. Canonicatus, 29. Nouemb. 1613. &
14. Maij 1614. coram eod. Manzanedo.

Et propreteà, quemadmodum in hoc caſu in-
13 comparibilitatem hanc † metimur ab ipſo onere
reſidendi, vt cõſentiunt DD. præcitati, probatquè
Rota, *deciſ. 483. nu. 1. par. 1. diuerſ. & in recent.*
par. 2. deciſ. 489. nu. 3. Ità obſeruauimus, reſiden-
14 tiam hanc † non temerè induci, etiamſi prouiſus
iuraſſet, ſe non abſuturum, cùm ſemper iuramen-
tum teguletur à natura actus ſuper quo interpo-
nitur, *l. fin. C. de non num. pecun. cum vulgat.* & ità
reſpondet *Rot. in Calaguritana Beneſ. de Arne-*
do 22. Iunij 1622. coram R. p. d. Merlino.

15 Eſt autem aduertendũ † in hac cõtrouerſia, mi-
nimè, veluti ex vnico facto, vnicam quoquè reſul-
tare vacationem, ſed prout ſunt duo facta, aſſe-
curionis videlicet, & obſtinatæ retentionis, ità ex
ſingulis ſingulas emergere vacationes, quæ pro-
prereà pro earum diuerſirare diuerſas ſortitę ſunt
nuncupationes. Qui enim imperianr primum, il-
lud impetranr tanquam vacans per aſſequutionẽ,
qui verò impetranr ſecundum, illud impetrant tã-
quam vacans per cõſtitutionem *execrabilis*, ſupe-
rius allegatam. Et quamuis in progreſſu iuſtifica-
tionis gratiæ, per eadem media procedi videatur,
tamen aliter, atquè aliter pro earum diuerſitate
concluditur. Siquidem tàm qui primum vti per
aſſequutionem, quàm qui ſecundum vti per reten-
tionem vacans impetrat, præter incompatibilita-
16 tem, antè omnia † plenè, & concludenter probare
tenetur factum ipſius aſſequutionis, ità vt non
ſufficiant teſtes de ſama, vel alia ſemiplena proba-
tio, *Rota deciſ. 16. de praben. in no.*

Nequè etiam iuuent probationes nudam aſſe-
quutionem concludentes ſine perceprione fru-
ctuum; tunc enim nihil adhuc proponitur niſi in-
17 comparibilitas, quæ non † aduerſatur ſimplici ac-
quiſitioni ſecundi, ſed tantùm retentioni primi,
cap. commiſſa, de elect. in ſexto, Gabr. conſ. 193. ex
n. 6. lib. 1. Mohed. deciſ. 14. de praben, & perpetuò
tenuit Rota, etiam ex mẽte Sacræ Cõgregarionis
ſuper Concilio, apud *Seraphin. deciſ. 774. num. 2.*
Cardin. Caual. deciſ. 450. num. 6. & fuit quoquè
reſponſum in *d. Calaguritana beneficij de Arnedo*
22. Ian. 1622. coram R. p. d. Merlino. Itàut niſi
18 concludatur † ad perceptionem fructuum, pro-
uiſus de vltimo, non teneatur dimittere primum,
Gomeſ. de expectat. num. 78. Arbill. deciſ. 358.
19 *n. 4.* & quidem nequè illicò † ſed poſt duos men-
ſes, qui dantur ad dimitrendum primum; nè quan-
do ſuperueniat lis aliqua, vndè poſſeſſio poſſit vi-
deri minus pacifica, & indicare periculum deſti-
tutionis vtriuſque beneficij, & conſequutiuæ ne-
ceſſiratis mendicandi in opprobrium ordinis cle-
ricalis, vt benè conſiderat Rota apud *Caſſador.*
deciſ. 9. num. 2. de cau. poſſ. & propr. Maſcard. de
probat. concluſ. 183. num. 47. Gabr. conſ. 193. nu. 8.
lib. 1. Seraph. deciſ. 1254. nu. 1. & fuit reſponſum
in d. Calaguritana beneficij de Arnedo.

Hncquè ſe infert conſuetum, decretum de di-
mittendo beneficium prius obtentum, quod eſt
incompatibile cum eo de quo prouidetur; impli-
20 cat † enim permiſſionem rerinendi per duos men-
ſes, & in conſequens, denegationem vltra id tem-
poris, *l. ſi ita quis, de vulg. & pup. l. epiſtola, §. fin.*
ff. de pact. cum ſimil. & ſic eo momento, quo ter-
minatur huiuſmodi tempus, intrat dicti decreti
effectus, reſoluendo gratiam retentionis vſquè ab
initio, *cap. ſi gratioſè, de reſcript. in ſexto*; hæcquè
vis reſolutiua procedit à ſuperiori poteſtare Papę,
21 cùm inferior ab eo † nequeat beneficium ad tem-
pus concedere, & exempla poſita per *Rebuff. in*
prax. tit. requiſita ad bonam collationem ex n. 16.
cum quo tranſiuit Gonz. d. gloſſ. 15. num. 93. non
ſunr ſuper retentione, vel acquiſitione tituli.

22 Forma autem huius decreti, ferè † eſt deſumpta
à ſupradicta *Extrauag. Execrabilis*, vt ita proui-
ſus de incomparibili, intra tot menſes primum di-
mittat in manibus ipſius Papæ, alias ipſo Iure
vtrumquè vacet, ſuper quo latè tractat *Garz. de*
beneſ. par. 11. cap. 5. ex num 58 & num. 106 con-
23 ſtatquè per illud non impediri † prouiſum, quo-
minus, ſi velit, etiam ante id temporis dimittat, cũ
id totum poſitum ſit in eius voluntate, *Rot deciſ.*
12. ſub num. 2. ad fin. verſ. nec obſtat quod te obtu-
liſti, de re iudic. in nou. ſed benè impediri, nè im-
punè retineat poſt dictum tempus, nec quidem
per momentum, vt diſponitur in dicta *Extrauag.*
24 *Execrabilis.* niſi, vt dixi, adhuc † ſit incertus de
efficacia aſſecutionis ſecundi, nè quando detur
caſus, quod careat vtroque, vt dictum eſt, *Seraph.*
loco proximè citato, adeò vt excuſetur ab incurſu
pœnæ priuationis, ſi doceat de moleſtijs, vt in de-
creto de expediendis literis, latè probauimus
ſup quæſt. 20. n. 40 etiam extraiudicialibus, cum
25 ad hoc, nè videatur † pacifica poſſeſſio, nullum ſit
diſcrimen inter moleſtias iudiciales, vel extraiu-
diciales, vt tradunt in *clement. gratia de reſcript.*
Card num. 8. Vital. num. 50. & Barbat. nu. 22.
qui omnes ita intelligunt *text. in cap. commiſſa*
35. de elect. in ſexto, vt ibi quoquè notat *Prob.*
ad Ioan. Monach. ſub num. 2. verſ. vbi Apoſtil-
lator, Caſſador. dicta deciſ. 9. ſub num. 11. ad fin.
verſ. & regulas de annali de cauſ. poſſeſſ. & pro-
priet. vbi ait, nec diſtingui, an moleſtiæ ſint de Iu-
re, vel de facto, & hanc ſententiam, excuſſo arti-
culo, latiſſimè firmauit *Rot. apud Seraph dec. 997.*
num. 3. & 5. & in præallegata deciſ. 1254. nu. 2.

26 Vix enim eſt, vt is poſſidere † dicatur, qui non
poſſidet pacificè, *gloſſ. in clement. prima in verb.*
neutro ad fin. vt lit. pendent. cum alijs relatis per
Gonz. d. gloſſ. 15. ex nu. 111. & Garziam d. cap. 5.
ex num. 106.

At nè hinc ſumatur occaſio procurandi huiuſ-
modi moleſtias per colluſionem, & litem confin-
27 gendo, † vt loquitur *gloſ. in d. c. cõmiſſa ſuper verb.*
pacificam, verſ. aliàs ſuo velle, vel moras nectendo,
conſueuit decretum huiuſmodi ſic qualificari, vt
28 iſte terminus † cõputetur à die, quo ſtat per pro-
uiſum, quominus adipiſcatur poſſeſſionẽ, *Seraph.*
29 *deciſ. 856. num. 10.* quod ideo debet † intelligi, ſi

beneficium vacet, ſecùs ſi in eo exſtet intruſus,
Gonzal.d.gloſſ.15.in princ.nu.116. Garz. d.e.5.
ex num. 101.
30 A quo tamen † Garzia eſt cauendum, dùm
*num.*102. exiſtimat, non intrare effectum decreti
prædicti, etiam quod prouiſus omittat facere di-
ligentias pro exequutione: nàm fallitur, quià dum
decretum ità eſt conceptum, *vel per te ſteterit,*
virtualitèr & expreſsè præfigit terminum, nedum
ad exequendum, ſed etiam ad faciendum diligen-
tias, & omnem conatum; nec poteſt allegari im-
pedimentum ex intruſione alterius, niſi doceatur
de diligentijs pro eo detrudendo, *cap.vlt.vbi gloſ.*
in verb. currit de elect. imputandum eſt ergò illi,
ſi nihil præſtitit; poteſt enim eſſe, quod illicò vt
intruſus vocatus fuiſſet coram Exequutore, vel
ſpontè ceſſiſſet, vel fuiſſet per Exequutorem de-
creta immiſſio, eo de poſſeſſione exturbato; & ſic
31 dùm allegat † impedimentum, eius exceptio non
eſt legitima, niſi illud qualificet ex hac circumſtā-
tia, quod non eſſet remouibile, *l.ſed et ſi per Præ-*
torem §.2.ff.ex quib.cau.maio. Menoch.de arbitr.
*Iud.caſ.*118.*nu.6.& 7.* quod eſt impoſſibile pro-
bare, niſi docendo omnem diligentiam fuiſſe adhi-
bitam, *l.qui commeatus cum ibi not.ff. de re milit.*
Verall.deciſ.72. num.6. par.2. & ſcripſimus *lib.1.*
quæſt.39. ex num. 126.

Nequè ad rem faciunt deciſiones, & auctorita-
tes, quibus motus eſt Garzias ad aſſerēdum con-
32 trarium; nàm vt patet † ex earum lectura, proce-
dunt in decreto de expediendis literis nouæ pro-
uiſionis infra ſex menſes, in quo non apponitur
clauſula hæc *ſi per te ſteterit*, quæ dato impedimē-
to interpellet ad faciendum diligentias aliquas,
prout interpellat decretum ità in caſu iſto conce-
ptum, prout ſic declarat *Rota apud Mohed.deciſ.*
32.ſub num.1.de præben.& Seraphin. deciſ.220.
*num.*2. & ſecundum hanc quoquè diſtinctionem
procedit Achillis deciſio, *358.* quæ ſunt ex ipſæ
deciſiones, quas citat Garzias.

Eſt tamen aduertendum, dictū decretum in ca-
33 ſu † quo beneficium impetratum eſſet plenū, non
afficere prouiſum reſpectu primi, ſi ideò abſtinuiſ-
ſet ab aſſequutione, vel illius attētatione, eo quod
compertum habuiſſet, prouiſionem de iure non
ſubſiſtere, & poſſeſſorem non poſſe de iure dimo-
ueri à ſua poſſeſſione; atquè ita re cognita bonā fi-
de, abſtinuiſſet etiam ab expeditione literarum, vt
fuit deciſum in vna *Corduben.Cappellania,*10.*Ia-*
nuarij 1599. coram bon.mem.Corduba, quæ tamē
loquitur in his terminis, quando videlicet literæ
non fuerūt expeditæ, & prouiſus prius expedierat
literas in forma Breuis de capiendo poſſeſſionem
nomine Cameræ, & in articulo exequutionis ſuc-
cubuerat, & ſic ſupponit duplicem coniecturam
recognitionis bonæ fidei, vnam ex ſuccumbentia
in articulo exequutionis literarum in forma bre-
uis, & alteram ex omiſſa expeditione literarum,
nè iactaret ſumptus: & ideò cum hoc temperamento
eſt intelligenda, ſi videlicèt extet ſimilis coniectu-
ra voluntatis huius, aliàs ſecus, *l.vt reſponſum, vbi*
Alciat.num.10. C. de tranſact.
34 Ex his verò, & alijs, quæ longo ordine † proſe-
quitur *Gonzal. vbi ſupra ex n.100. vſquè ad finē*
ſatis apparet, articulum hūc, an ſit locus dicto de-
creto, vix ſine maxima facti indagine poſſe liqui-
dari; iuſtificando ſcilicet initium adeptionis paci-
ficæ per publicum inſtrumentum, vndè poſsit præ-
ſumi poſſeſsionis eiuſdem pacificæ continuatio, ex
regula quam ponit *Menoch.de præſum. quæſt.24.*
nu.8.& 9.& negatiuam non dimiſsionis, quæ ali-
ter nequit probari, quàm per diligentias apud of-
35 ficiales, Quippè ea fit † in manibus Papæ, cum ad-
notatione conſenſus à tergo, *Pariſ. de reſig.lib.8.*
*q.7.ſub n.*103. vel ſaltim apud vnū ex Notarijs Ca-
meræ Apoſtolicę, quod ſufficit pro euitāda pœna,
vt fuit reſponſum in *Compoſtellana Canonicatus*
10. Maij 1600.corā Card.Lancell. Ac proindè cō-
36 tra † impetrantes ex huiuſmodi capite, vbi res eſt
in iudiciū deducta, debere poſſeſſori decerni mā-
datū de manutenendo, non obſtante quod tali de-
creto conſueuerit aliud, *irritans*, adijci, per quod
tàm titulus, quàm poſſeſsio detētatoris inficitur;
Tùm quia iſtud decretum irritās venit acceſſoriè
ad decretum de dimittendo, proindequè non in-
trat, niſi poſtquam conſtiterit locum eſſe princi-
pali de dimittendo, *l. 1. & 2. ff. de pecul. legat.*
cum ſimil. oſtenditquè Rota apud *Put. deciſ. 1.*
paulo poſt princ.verſ.clauſula ergo, & deciſ. 301.
ſub num.2.verſ.nec obſtat decretum lib.1. Gonzal.
ad reg.de menſ. gloſſ.67. num.55. cum alis noui-
ter congeſtis per *Barboſ.clauſ.40.num.47.* dùm
37 verò de eo † contenditur, an ſit locus principali
decreto, vel ſecus, debet, qui poſsidet, manuteneri,
ex reg. l.1.& 2.ff.vti poſſide. & in ſpecie decre-
ti irritantis, præter dictam deciſionem *in cauſa*
Corduben. Cappellaniæ, in qua etiam aliæ alle-
gantur, id fuit reſolutum apud *Mantic.deciſ.202.*
num. 2.

Tùm quià verè, ac realiter dictum decretum
38 non † eſt conſequutiuum ad præcedens de dimit-
tendo, ſed ad virtutem reſeruationis in euentum
dimiſsionis, vt videlicet etiam ſi contingat dimit-
ti, alius non poſſit prouidere de dimiſſo, quàm
Sedes Apoſtolica; vt in ſimili dicitur de decreto
irritanti poſito in *extrauag. execrabilis, §. porrò*
de præbend. quod non operatur contra dimitten-
tem, ſed contra prouiſum ab alio, quàm à Papa
in euentum dimiſsionis, prout cenſuit *Rota in*
eadem Corduben. in qua allegata fuit deciſio facta
in vna *Romana Canonicatus Sancti Nicolai, 18.*
Decembris 1584.coram Aldobrandino.
39 Sic, in literis Commendæ ità conceſſæ, † quòd
Commendatarius infrà ſex menſes, teneatur ſuſci-
pere habitum religionis, aliàs beneficium com-
mendatum vacet eo ipſo; ſi poſtmodùm adijciatur
decretum irritans, iſtud minimè reſpicit perſo-
nam Commendatarij, vel factum poſſeſsionis il-
lius, ſed eam duntaxat partem diſpoſitionis, in
qua Papa ſibi reſeruat prouiſionem, vt reſpondit
Rot.deciſ.632.num.5.part.3. lib.3. diuerſ.
40 Vlteriùs, longè durior † eſt prouincia impe-
trantis ſecundum, vacans per conſtitutionem Exe-
crabilis, quàm impetrantis primum per aſſecu-
tionem: Nàm hic, illicò iuſtificat gratiam ſuam
ex facto aſſecutionis, ſecundum ea, quæ dicta ſunt,
etiamſi

Digitized by Google

etiamſi aſſecutio deducatur ex ſimplici occupa-
41 tione de facto, nè quando ſtultus † melioris conditionis reputetur, quàm ſit Prudens, vt ait *text. in capit.eum qui 18.in prin.de præb.in ſexto*, poſ-
42 ſeſsio enim † iniuſtè, & perperam capta, in odium capientis habetur pro bona, *Greg. deciſ.441.n.7.*

At ille, qui impetrat ſecundum ex retentione
43 primi contra decretum, tenetur iuſtificare † poſitiuam, & inexcuſabilem reluctationem in dimittendo, *Lap. allegat. 116. num.3. Caſſad. deciſ.1. num. 1. de conſtit. & fuit ſeruatum in præalleg. Calaguritana de Arnedo.*

Et quamuis etiam hoc caſu, eius poſſeſsio non videatur manutenibilis, nihilominus non poſſet
44 impetrans † alitèr procedere in promotione ſuæ gratiæ, quàm ipſo citato, proptèr poſsibilitatem diſpenſationis, vel alicuius excuſationis legitimæ, vt eſt caſus deciſus in *cap. licèt Epiſcopus, de præb.*
45 *in ſexto*, etiam ſi ſupponatur inducta † vacatio ipſo iure, vt alibi diximus, & probat ibi *gloſ.in verb. te non vocato, verſ. & quod hic dicitur, quam ibi ſequuntur* Gemin.*num.12.ad fin. & Franc. n.8. pariter ad fin. Lambert. de Iure pat.lib. 2. par. 1. quæſt.6.art.9.ſub num.3.verſ.tu aduerte, & art. 10.ſub num.2.verſ.fatetur tamen, Sanch.ad præcepta decal.lib.2.cap.26.num.12.*

Proponeretur autem etiam legitima excuſatio,
46 ex ignorantia facti, † videlicet adeptæ poſſeſsionis per Procuratorem, vt in *Tiraſonen. Canonicatus 8.Nouembris 1596. coram* Orano, *cuius meminit*
47 Gonz. *in ſupèrcitata gloſſ. 15. n.112.* alia enim † eſt ſcientia Procuratoris, & longè alia ſcientia Domini, cui ideò non nocet, *l. quod vulgò 11.ff. pro empt. Ang.in l. non ſolùm §. petitam verſic. nota quod denunciatio, de petit.hæredit. Alex. conſ.63. num.12.vol.4. Natta. conſ.636. num.190. Surd. conſ.566.num.14.qui alios allegat, & deciſ. 181. num.17.& 18.Afflict. deciſ.129. num.10.*
48 Nequè facilè poſſet elidi excuſatio † huiuſmodi alitèr, quàm ſi probaretur certioratio, ſecundum *text.in d.l.quod vulgò, verſ. nàm ſi fortè.*

SVMMARIVM.

1 *Titulum ſuæ poſſeſſionis nemo cogitur exhibere.*
2 *Poſſeſſio vacua, quæritur animo, & facto.*
3 *Poſſeſſio de facto, contra non poſſidentem, eſt manutenibilis.*
4 *Beneficium eccleſiaſticum, non poteſt obtineri ſine titulo.*
5 *Tituli defectus, non impedit acquiſitionem poſſeſſionis.*
6 *Tituli cognitio, adhibetur in adipiſcenda poſſeſſione beneficij Eccleſiaſtici.*
7 *Secus verò in retinenda.*
8 *Manutentio, in beneficialibus exigit titulum, ſecundum aliquos.*
9 *Quæ opinio reprobatur.*
10 *Titulus, vbi exigitur à Superiore, debet per poſſeſſorem beneficij exhiberi.*
11 *Et quæ ſit ratio.*
12 *Intruſus in beneficio ſine titulo, dicitur fur, & raptor.*
13 *Intruſio in parochiali, implicat periculum animarum parochianorum.*
14 *Tituli exhibitio iuſtè petitur per eum, ad quem pertinet facultas inſtituendi, & deſtituendi.*
15 *Tituli exhibitio, conſueta generalitèr proponi per Epiſcopos in ingreſſu ſuarum Eccleſiarum.*
16 *Et particulariter, vbi vrget ſuſpicio aliqua de illius defectu.*
17 *Depoſitionis ſententiam paſſus, perſeuerans in poſſeſſione, dicitur intruſus.*
18 *Intruſus dicitur paſſus ſententiam priuationis, aut caſſationis tituli.*
19 *Nequè excuſatur intruſio prætextu ignorantiæ, vel tolerantiæ.*
20 *Epiſcopus, poteſt vrgere beneficiarium, vt reddat rationem, quomodò beneficium obtineat.*
21 *Et quæ ſit vis reſponſionis beneficiarij, hoc caſu.*
22 *Poſſeſſor non eſt, ſed occupator, qui ſine titulo poſſeſsionem obtinet.*
23 *Poſſeſsio ſumitur pro iure, quo quis rem obtinet.*
24 *Poſſeſsio de facto, in beneficialibus de nihilo inſeruit.*
25 *Et quæ ſit ratio.*
26 *Poſſeſsio in beneficialibus, reſpectu acquiſitionis ſemper eſt connexa titulo.*
27 *Poſſeſsio, quæ habet plurimum iuris, non acquiritur ſine titulo.*
28 *Poſſeſsio, vbi exigit titulum, inutiliter ſine eo appræhenditur.*
29 *Titulum exigenti Ordinario, qua reſponſione ſatisfiat.*
30 *Titulus, qui ſit exhibendus, vt ſatisfiat inquiſitioni Ordinarij ſuper eo.*
31 *Titulus apoſtolicus, alitèr non poteſt iuſtificari, quàm per literas.*
32 *Et quid de titulo inferioris à Papa.*
33 *Collatio beneficij per inferiorem à Papa, poteſt etiam occultè fieri.*
34 *Titulus ex ſimplici conſenſu ordinarij collatoris, ſiuè explicito, ſiuè implicito, ſufficit pro ſatiſfactione neceſſitati exhibendi, vbi ſuper eo inquiritur.*
35 *Titulus quominus exhibeatur, dum ſuper eo inquiritur, nulla iuuat præſcriptio ex ſola poſſeſsione.*
36 *Titulum exhibere iuſſus, quandò appellet, vel non.*
37 *Titulum ſibi exhiberi dùm Ordinarius petit coram alio Superiore, quo caſu dicatur conſtituere partem formalem.*
38 *Intruſo à poſſeſsione depulſo ex officio, ad quem pertineat beneficij prouiſio.*

QVÆSTIO XXIV.

Tituli defectus qualitèr officio Iudicis detegatur.

VIs legis, in occurrendo temeritati eorum, qui per fraudem beneficia occupant, de quibus iam dictũ eſt, prorſus inanis foret, niſi eadem prouidiſſet ità occupãtes quãdoquè cogi rationẽ exponere qua beneficia detineant. Quæſtio igitur triplicem inuoluit articulum, quorum prior eſt, vtrum Epiſcopus, vel alrer Superior, ad quem ſpectat ius inſtituendi, & deſtituendi, poſſit cogere incumbentem poſſeſſioni beneficij, exhibere titulum ſuæ poſſeſſionis: Alter, qualitèr huic præcepto ſatisfiat, poſterior verò, quid opererur contumacia non parentis.

Quoad primum, regula eſt negatiua, neminem
1 cogi † ſuæ poſſeſſionis cauſam iuſtificare, *l. cogi C. de petit. hared.* nequè vlla ſatis ſolida videtur ratio conſiderabilis, qua Superior iuſtitiam poſſeſſionis in dubium reuocet. Porrò ſi prætendat, illam ab initio ſuiſſe adeptam cum vitio, id ceſſat, quia iàm ſupponimus, nullum eſſe, qui de hoc queratur; & ſic, cùm poſſeſſio fuerit vacua, pro ea
2 implenda, † ſicut ſufficit animus cum facto apprehenſionis, *l. 3. §. ex contrario, de acquir. poſſeſſ.* ità
3 pro ea tuenda contra quoſcunquè, ſufficit † incumbentia de facto, *l. 2. ff. vti poſsid.*

Nequè hac in re, videtur conſtituenda differentia inter profana, & beneficialia; nàm licet bene-
4 ficium † eccleſiaſticum ſine canonico titulo nequeat obtineri, vt dicitur in *cap. 1. de reg. iur. in*
5 *ſexto*, tamen benè poteſt † poſſeſſio beneficij tranſire in aliquem ſine titulo, *Abb. in cap. in literis ſub num. 20. ad fin. verſ. ità dico, & ſub num. 21. verſ. & ad regulam, de reſtit. ſpoliat.*

Quo fit, vt dato initio valido circa acquiſitio-
6 nem, poſſeſſio ſe ipſam tueatur, quià tametſi † in acquirenda, vbi adeſt cõtradictor, cognoſcatur de titulo, nè detur vitioſus ingreſſus, *Caſſad. deciſ. 4. num. 3. vt lit. pend. cum alijs per Greg. deciſ. 335.*
7 *num. 7.* tamen † in ea manutenenda, nullo modo eſt titulus aliquis neceſſarius, ex *text. in d. l. 2. ff.*
8 *vti poſsid.* & vtcunquè in beneficialibus † aliqui contrarium exiſtimauerint, etiam in poſſeſſorio ſummatijſſimo manutentionis, vt in ſpecie opinatus fuit *Menoch. de retin. rem. 3. num. 73.*
9 conſtat nihilominus contrarium † eſſe verius ex ſententia Rotæ, quæ reiecta opinione Menochij, ità perpetuò cẽſuit, vt notauit *Beltram. ad Greg. deciſ. 40. num. 6.* adeò vt petenti manutentionem non obſtet exceptio renunciationis beneficij, *Hoſtien. in cap. cum veniſſent ſub num. 1. verſ. item non poteſt de inſtit.*

His tamen non obſtantibus, dicendum eſt, Epiſcopum, vel alium Superiorem, ad quem pertinet ius inſtituendi, ac deſtituendi, poſſe cogere, beneficiatum, oſtendere titulum, quo beneficium
10 poſſidet, non ſolùm ſi agatur de titulo † diſpenſationis ſuper incompatibili, ex diſpoſitione textus in *cap. ordinarij, de offic. ord. in ſexto*, quod in proximè præterita quæſtione attigimus, ſed etiãſi tractetur de ipſo titulo beneficij, nè aperiatur via occupandi beneficia, citra auctoritatem, vel conſenſum eorum, ad quorum collationem pertinent, cum manifeſto animarum periculo, vnde nihil magis conuenit officio ſuperiorum, quàm huiuſmodi abuſui occurrere, *cap. ex frequentibus, quod in ordine eſt. 3. de inſtit.* ità vt minimè hùc applicetur diſpoſitio *l. cogi C. de petit. haredit.* ex ſingu-
11 lari † ratione, quæ in his materijs ſpiritualibus cadit, vt ibi aduertunt *Bald. ſub nu. 5. verſ. vel dic, Caſtren. n. 8. Salic. ſub n. 1. in ſext. oppoſ. et Alber. itidem ſub num. 1. verſ. fallit etiam, Socin. regul. 525. in ſecũda fallent.* Et in hoc cõueniunt omnes Canoniſtæ in *cap. licet Heli 31. de ſimon. præcipuè Hoſtien. num. 4. Abb. num. 22. Felin. nu. 8. & alij paſsim. Abb. in cap. cum noſtris, 6. n. 24. de conceſſ. preben. Archidiac. in can. contra morem, num. 2. diſt. 100. Verall. deciſ. 116. num. 3. part. 3.*

Poſito enim, quòd iſte Superior habeat ius inſtituendi, & deſtituendi, eo ipſo, quod mouet hanc controuerſiam, negat ſuam voluntatem ab initio, ſine qua non poteſt conſiderari ingreſſus canonicus, *d. cap. ex frequentibus*; vndè duo emergunt, quæ eius officium ad ità compellendum præcisè ſuadent: prius eſt periculum animæ intruſi, qui ex
12 eo ſuppoſito quod ſine † canonico titulo beneficium occupet, dicitur fur, & raptor, *cap. dudum il ſecondo, quod in ordine eſt 54. de electión.* & ſi
13 beneficium † habeat curam animarum, ſimul concernit periculum animarum parochianorum, vt firmat *text. idem in princ. verſ. & retinendo, traditquè Hoſtienſ. in d. cap. licet Heli, ſub n. 4. verſ. & ſi malè tenet Eccleſiam, de Simon.*

Alterum eſt, periculum ipſius Eccleſiæ, ſiuè beneficij ex diutina vacatione, quæ non conſumitur niſi ex titulo valido, vt alibi diximus: & propterea
14 in iſto Superiore ità cogente, † conſideratur facultas poſsibilis prouidendi, vt benè aduertit *Compoſtell. in cap. capitulum, ſub nu. 54. verſ. ſed ſi ille ad quem ſpectat, de reſcript.*

15 Quo fit, vt hæc eadem facultas † cogendi, non ſolùm licitè exerceatur per Edictum generale contra omnes Beneficiarios, promulgari conſuerũ per quoſuis Epiſcopos in limine ingreſſus ad ſuas Eccleſias, *Abb. in d. cap. licet Heli, ſub nu. 22. verſ.*
16 *item quia*, ſed etiam particulariter † contrà vnum aliquẽ, de cuius tituli defectu ipſe Epiſcopus probabiliter ſuſpicetur; ſiuè prætendatur defectus, quòd is nunquam habuerit titulum, contra textũ in *d. cap. primo de reg. Iur. in ſexto*, ſiuè quia titulus, quem ſemel habuit, fuerit redactus ad non
17 titulum; vt in caſu depoſitionis, cuius hæc † eſt præcipua vis, vt poſt illam incumbens poſſeſsioni, dicatur intruſus, *Innoc. in cap. qualiter & quando, ſub num. 10. verſ. nec poteſt dici, de accuſat. quẽ ſequitur Felin. in cap. veniens, ſub n. 3. verſ. tertio quia depoſitus eod. tit. Prapoſ. in can. propter ſub num. 4. verſ. item dicitur intruſus, diſtin. 21. Lapus Abb. in cap. cum qui num. 4. de praben. in 6. Gigas in epitom. de intruſo n. 5.* Vel in caſu cuiuſcunquè

alterius

Digitized by Google

18 alterius † ſententiæ priuationis,vel caſſationis ti.
tuli, quæ in iudicatum tranſierit, *Felin. in cap. in*
noſtra,ſub num.13.ad med.verſ.& pro hoc arguo
ſic,de reſcript.Ferrett.conſ.12. ſub num. 11. verſ.
addo ad ea,à qua opinione minimè eſt aliena Rota
apud *Reuerendiſſ. D.Cocin. deciſ. 447.nu.1.*

19 Quippè,hoc caſu,† quo ſcilicet per ſententiam
titulus eſt redactus ad non titulum , inexcuſabilis
prorſus eſt intruſio ex quouis prætextu ignoran-
tiæ, aut conniuentiæ,ſiuè tolerantiæ, *Lap. Abb.in*
praeit.cap.eum qui,ſub eod.num.4.verſic. & ideo
non valeret, de praben. in ſexto .

Idemquè foret, ſi Ordinarius ſuper hoc extor-
queret liberam confeſſionẽ ab intruſo;nihil enim
20 eſt,quin Epiſcopus †citra aliquam accuſationem,
iure expoſcat à beneficiario ſibi rationem reddi,
quomodo beneficiũ obtineat, *c. ſi conſtiterit, 12.*
21 *§. ſi de hoc, de accuſat.* vt inde eius reſponſio † &
ſpontanea confeſsio tranſeat in notorium , vt ex
eod.tex.notant ibi But.num.1.& Ioan. de Anan.
ſub nu.2. verſ.nota ſecundum D. Antonium.

Nequè in contrarium vrgent ſuperius adducta,
22 nàm qui † poſſeſſioni incumbit rei, quæ ſine titulo
nequit obtineri , ex ſui natura non dicitur poſſeſ-
ſor,ſed occupator,nec propterea actus ſuperioris
hoc caſu intenditur contra talem, tamquã contra
poſſeſſorem,ſed tanquam contrà occupatorem de
facto,prout ità deciditur ex verbis *text.in d. cap.*
ex frequentibus, de Inſtit. quod etiam obſeruauit
gloſſ.pragmat.ſanct.tit.de pacif.poſſeſſ.§.ordinarij
ſuper verb.inquirant,verſ.item omnia iura, pag.
mihi 76.

Hoc enim caſu,lex poſſeſſionem qualificat in
illius radice,ideoquè nõ eſt ſatis pro ea adſtruen-
da, oſtendi incumbentiam de facto ; quia iam hic
23 terminus † *poſſeſsio* , ſtat in potentiori ſignificatu,
ideſt pro iure illo , quo quis rem tenet , vt pulcrè
docet *Bald.in l.ſi de proprietate, nu.7.C.ſi à non*
compet. Iud. & conferunt per nos ſcripta hoc *eod.*
lib.quaeſt.8.ex num.26.

24 Vndè conſequitur,de nihilo inſeruire † iſtam de
facto incumbentiam,*gloſſ.in cap. ex tranſmiſſa,8.*
in verb.& ab eo cognita.poſt med. verſ. hic non
25 *ſufficit,de reſtit. ſpoliat* remotio ſiquidem†habili-
tatis extremi neceſſarij , vſquè ab initio,operatur
nè cenſeatur acquiſita poſſeſſio aliqua ex ſpecia-
li prouiſione legis exigentis titulum, *Abb. in cap.*
paſtoralis 3.ſub num.27.verſ in beneficialibus ve-
rò,de cauſ.poſſeſſ.& proprietat.benè Oldrad. in
conſ.1.ſub num.4. verſ.& poſſeſsio.

Atquè ex his intelligitur,hùc non applicari,aut
regulam *l cogi C.de petit. hared.* aut alteram *l.2.*
ff. vti poſsid vtrobiquè enim ſupponitur poſſeſ-
26 ſio,quæ hic negatur,vbi † non poteſt efformari ſi-
ne titulo , qui facto connectitur, vt aduertit *gloſſ.*
pragm.ſanct loc praalleg.

Nequè refragatur doctrina *Abb. in praallegat.*
27 *c.in literis,de reſtit.ſpoliat.*loquitur enim †Abbas
de tranſitu poſſeſsionis,prout plurimum habet fa-
cti,ideoquè nõ procedit ea doctrina, vbi efforma-
tur ex titulo, tunc enim non dicitur habere pluri-
mum facti , ſed plurimum iuris, quemadmodum
ipſomet Abbas magiſtraliter explicat , & declarat
in cap.poſt electionem,7.num.14. de conceſſ. prab.

Eodemquè modo remouetur diſtinctio de ca-
pacitate , vel incapacitate perſonæ,ſuper qua etiã
latè ſe diffundit *Barboſ. in collect.ad d. c.1.n.4. de*
reg. iur.in ſexto. quià dùm lex titulum exigit pro
28 acquirenda poſſeſsione, vtiquè eo ſemoto, † red-
dit perſonam incapacem ex natura rei , quæ aliàs
ſine titulo poſsideri nequit, vt eſt caſus in eo qui
locum ſacrum occupat in *l.qui vniuerſas,30.§.1.*
verſ.nanquè locum,de acquir.poſſeſſ. quem ad hoc
ponderat Oldrad.in praall. conſ.1.num.4.

29 Quoad ſecundum articulum,ſi Superior† inter-
roget de titulo,vtiquè ei non ſatisfiet, vel ex taci-
turnitate (quæ potiùs habet vim negationis tituli
alicuius, iuxta regulam *l.de atate §.qui tacuit, de*
interrogat.act.)vel ex ſimplici,& identifica reſpõ-
ſione,poſsideo, quia poſsideo, *l qui interrogatus*
12.cum l.ſequent.de petit.hared. Bellam.in cap.il-
lud num. 18. de praſumpt. nec minus ex ſimplici
allegatione;exigitur enim oſtenſio,*can. cõtra mo-*
rem vbi gloſſ.in verb.non oſtenditur diſtinct. 100.
30 proferendus eſt ergò titulus ipſe,qui † præceden-
tem vacationem conſumere potuerit,in cuius de-
ductione, ex parte eius à quo petitur,duo ſunt di-
ſtinguendi caſus .

Prior eſt , quandò ex præexiſtenti vacatione nõ
potuit contingere illius conſumptio per alium,
quàm per titulum Apoſtolicum ; & hoc caſu,lite-
31 ræ † omninò ſunt exhibẽdæ, nec facilè admittere-
tur excuſatio amiſsionis,proptèr facilem aditum
ad regeſta Apoſtolica,ex his quæ ſcripſimus *lib.2.*
quaeſt. 46. num. 40. & 46. veluti ſi ſupponeretur
reſeruatio,vel quod, niſi obtinuiſſet titulum à Pa-
pa , Is qui poſſeſsioni incumbit eſſet ſimoniacus,
veluti ſi conſenſiſſet penſioni , & hoc eſt, quod vo-
luit dicere *Felin.* dum æquiparat hos duos caſus
reſeruationis,& ſimoniæ,in *ſæpè cit. cap.licet Heli ,*
num.12. de Simon.

32 Alter eſt, quandò è conuerſo titulus † vacatio-
nem conſumens potuit haberi ab inferiori à Papa;
& hoc ſanè caſu, dicendum eſt ſufficere pro titulo
iuſtificare conſenſum illius inferioris, ſiuè ſit alius
ab inquirente,ſiuè ſit ipſe inquiſitor,ſiuè eius præ-
ceſſor:cùm vt alibi oſtendimus,in inferioribus col.
latoribus non exigantur literæ,quod notauit *Bel-*
lam.in eo.cap.illud, ſub num.22.verſ & hac vera
de praſumpt. quem ſumus ſecuti d. quaeſt. 46 nu.
40. & fuſius alibi quoquè ſcripſimus , adeò vt po-
33 tuerit etiam † occultè Beneficium concedi , *cap.*
vnico, & ibi gloſſ.in verb.occulta,vt Eccleſ.beneſ.
ſine dimin.confer.

Et ſic reſoluitur tota controuerſia Doctorum,
quodnam tempus ſufficiat ad inducendã hoc caſu
34 præſcriptionẽ,nè † teneatur is, qui occupat bene-
ficiũ,titulum ſuũ exhibere : vel enim docet de hoc
extremo neceſſario,videlicet conſenſu ſui ſuperio-
ris implicito,ſiuè explicito,ſecundum ea, quæ ex-
poſuimus *d. quaeſt. 46. ex num. 44.* & hoc eſt ſibi
ſatis pro tuenda ſua poſſeſsione abſquè neceſſi-
tate aliter iuſtificandi titulum ſuum , quemadmo-
dum per *tex.in cap.dilecto,de praben. tradit gloſſ.*
vlt.in praeit.cap.1.ver.dici poteſt,& ibi etiam
Franch.num.7.de reg. iur. in 6. Felin.in praeit.

cap. licet Heli, num. 8. de Simon, & alij paſsim, quos cumulat, & ſequitur Couar. ad reg. poſſeſſor in 2. part. §. 10. num 9.

35 Vel nõ docer de tali extremo, & †tũc arbitror, nullum temporis defluxum habendũ eſſe in conſideratione; ſi enim verum eſt, ius reſiſtere acquiſitioni à principio, dũm nihil aliud oſtenditur, quam nuda illa incubatio; profectò, ea non poreſt producere aliquem effectnm iuris circa præſcriptionem; cum quæ de iure communi alirer non poſſunt poſsideri, continuò, nequè alicèr poſſitur præſcribi, & hoc eſt, quod in puncto reſoluit *gloſſ. in præall. can. contra morem, ſuper verb. te comprobes diſt. 100. & eſt etiam de mente Bellam. in d. c. illud num. 17. poſt Collectarium, quem refert.*

36 Quoad vltimum, †breuiter eſt dicẽdum, contumaciam non parentis, pœnam expulſionis, ſeù detruſionis, non antem alicuius priuationis, inducere, niſi impropriè loquamur; ſed nequè hanc, eſſe vniformẽ: nam ſi agarur de exhibitione tituli, quo quis poſsider beneficiũ, ſecũdum terminos *d. c. ex frequentibus* obſeruari oporrer, an Superior procedat in figura iudicij, vel poriùs ex officio inquirar, & extraiudicialirer, in ordine ad correctionẽ: ſicuri enim, primo caſu admirrirur appellatio, vt ſupponit ille rextus, irà hoc poſteriori, nequè appellario admirtirnr, nec recuſatio, *Hoſtien. in eo. c. licet Heli ſub n. 4. verſ. non puto, de ſimon.* proindequè exordium ipſum negotij eſt perpenden-
37 dum; quià ſi appelletur, † & de facto ſuſpenſa executione, ſuperior idem, comparear coram Iudice appellationis pro ruenda, & ſubſtinenda ſua ſentẽtia, non ideò excuſabitur ab exhibitione tiruli intruſus, quaſi quòd Superior faciar partem formalem, vt benè aduertit *Io. de Anan. in eod. cap. licet Heli num. 34. & eum ſequitur Felin nu. 9. ad fin. verſ. limita hanc concluſionem,* qui eſt caſus diuerſus ab eo, quo ipſe ordinarius Collator coram Superiore vrger pro exhibirione huiuſmodi, tunc enim demùm cenſerur ſe facere parrem formalem, vt cenſuir *Rot. apud Reuerendiſſ. D. Coccinum deciſ. 191. nu. 5. & notauimus d. q. 46. n. 43.*

38 Depulſo verò inrruſo, ipſe inferior † collator, eatenus prouidebir, quarenus nullum exret reſeruationis, aut affectionis impedimentum: nequè enim in articulo collatiuo fir præiudicium illi, ad quem ſpectat prouiſio, vr ſunt verba clara *text. in d. cap. ordinarij*, vt enim in præcedenti quæſtione adnorauimus, verba illa, *eo ipſo illicitè detineri conſtabit,* quæ ſunt latæ ſenrentiæ, non tangunt priuationem, niſi conſecuriuè, & declaratiuè ad præexiſtenrem vacarionem, quæ ſemper durat, & irà eſt accipiendus Gonzalez, cum allegatis per ipſum *gloſſ. 15. in princ. nu. 62.* aliàs locutus eſſet contra *text. in eod. cap. ordinarij, in §. ſi fortè.*

SVMMARIVM.

1 Extrauag. Ambitioſæ, de reb. Eccl. non alien. int. com. *in articulo priuationis beneficij, refertur.*
2 *Eadem, eſt latæ ſententia.*
3 *Alienationis terminus, explicatus.*
4 *Venditio, non concludit ad alienationem.*
5 *Dominium, non niſi traditione transfertur.*
6 *Traditio ſola, non transfert dominium, niſi præexiſtat cauſa.*
7 *Dominium, qualiter ex affectu dicatur trãsferri.*
8 *Conſtitutum, habet vim traditionis.*
9 *Sed per fictionem.*
10 *Et ideo non dicitur conſumptus actus reſpectu exequutionis.*
11 *Alienaſſe non videtur, ad effectum incurrendi pœnam, qui vendidit cum clauſula conſtituti.*
12 *Emphyteuta alienans, non incidit in commiſſum, ſi remaneat in poſſeſſione, non obſtante clauſula conſtituti.*
13 *Alienatione prohibita, quandò cenſeatur prohibita hypotheca.*
14 Extrauag. *Ambitioſæ, non habet locum in hypotheca.*
15 *Et quid reſpectu pœnæ:*
16 *Legis virtus, alia quæ prohibet, & alia quæ punit.*
17 *Alienationis terminus, ſtrictè ſumitur vbi agitur de incurſu pœnæ.*
18 *Alienari bona Eccleſiæ poſſunt, ſine beneplacito Apoſtolico, ſi alienari ſint ſolita.*
19 *Alienari ſolita, quæ dicantur.*
20 *Alienationes non reputantur plures, quando ſunt facta eiſdem perſonis.*
21 *Alienationes rei Eccleſiaſticæ, debent eſſe vniformes, pro continuando curſu quadraginta annorum.*
22 *Incorporatio rei deuolutæ, qualiter iuſtificetur.*
23 *Terrulæ Eccleſiæ, poſſunt propria auctoritate beneficiarij alienari.*
24 *Alienatio rei Eccleſiaſticæ, quibus caſibus fieri poſſit non expectato beneplacito Papæ.*
25 Text. in can. Terrulas, 53. 12. quæſt. 2. *qualiter procedat.*
26 *Arbores fructiferas ſuccidens beneficiarius, incurrit pœnas extrauag. ambitioſæ.*
27 *Quod declaratur.*
28 *Arborum frugiferarum fundi dotalis ſuccisio, quo caſu Viro permiſſa.*
29 *Et quid in alijs, remiſſiuè.*
30 *Alienatio rei Eccleſiaſticæ, interdicta ſine beneplacito Apoſtolico aut Superioris, cui hoc ſit ſpecialiter indultum, etiamſi vtilis ſit Eccleſiæ.*
31 *Etiam his qui non iurarunt, ſe inconſulto Pontifice non alienaturos.*
32 *Solemnia, præſumuntur ex lapſu decennij cum obſeruantia.*
33 *Beneplacitum Apoſtolicum vbi requiritur, non præſumitur ex ſolo decennio iuncta obſeruantia.*
34 *Præſumitur tamen, lapſu 30. annorum.*
35 *Etiam ſi non fuerit reſeruatum, vel enunciatum,*
36 *Modò concurrat obſeruantia.*
37 *Et tempori 30. annorum nihil deficiat.*
38 *Extrauag. Ambitioſæ, an habeat locum reſpectu pœnæ, vbi non eſt vſu recepta.*
39 *Et quid in foro exteriori.*
40 *Lex Romani Pontificis in rebus Eccleſiaſticis, non admittit exceptionem quòd non ſit vſu recepta, vel vſu in contrarium abrogata.*

41 *Mohe-*

Digitized by Google

41 *Mohedani deciſio 8. de locat. non ſeruatur per Rotam.*
42 *Legis non vſus, vtcunquè non allegabilis pro euitanda diſpoſitione legis, prodeſt tamen ad effectum euitandi pœnam.*

QVÆSTIO XXV.

Alienans rem Eccleſiæ, qualiter priuetur beneficio.

HACTENVS de his qui abu-
tuntur beneficio (vt ità lo-
quar) in limine; videndum
nunc eſt de abutentibus in
progreſſu: Quorũ nequiſ-
1 ſimi videntur, qui † immo-
bilia, & pretioſa mobilia
Deo dicata, ex quibus Ec-
cleſiæ Monaſteria, & pia
loca reguntur, illuſtranturquè, & illorum Miniſtri
ſibi alimoniam vindicant, profanis vſibus appli-
cant, aut cum maximo illorum, ac Diuini cultus
detrimento, exquiſitis medijs vſurpare præſumũt;
indequè ad bonorum Eccleſiaſticorum aliena-
tiones, & ſub diuerſis nominibus conceptas di-
uerſas conceſſiones properant. Hos ergò lex cũ
diuerſis pœnis coerceat, ſi agatur de ſecularibus
inferioribus ab Epiſcopali, aut de regularibus in-
ferioribus à Dignitate Abbatiali; eos bona huiuſ-
modi alienantes, ſiuè beneficia in titulum, vel ad-
miniſtrationem obtineant, Prioratibus, Præpoſi-
turis, Dignitatibus, Perſonatibus, Adminiſtratio-
nibus, Officijs, Canonicatibus, Præbendis, alijſquè
Eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura beneficijs,
quorum res, & bona alienarunt duntaxat, ipſo fa-
cto priuat, & hæc in effectu eſt Pauli II. Sanctio re-
lata inter *Extrauag. commun. incip. Ambitioſa, ſub*
2 *tit. de reb. Eccl. non alien.* quæ in † hac parte eſt la-
tæ ſententiæ, vt qui in eam impegerit, cenſeatur
ipſo Iure priuatus beneficio, *Rota diuerſo. deciſ.
896. lib. 3. par. 3. diuerſ. Rebuff. in comp. alien.
re Eccleſ. num.* 111. *vbi ſub num.* 115. totum hu-
ius ſanctionis tenorem inſerit, *Tholoſ. de benef.
cap. 25. num* 16. *Gonzal. ad reg. de menſ. gloſſ. 15.
in princ. num. 63. & ſub n. 133. verſ. quinquageſi-
motertio in nou. impreſſ.* cum collectis per *Barboſ.
ad d. Extrauag. num. 26 quibus addi poteſt Na-
uarr. conſ. 1. eod. tit. de reb eccl. non alien.*

Cæterùm, quià materia iſtius extrauagãtis, ſuis
conſtat integris commentarijs, breuiter duntaxat
hic ſunt decurrenda ea, quæ impetrantes ex hoc
capite iuſtificare tenentur: Quorum,

Primum, eſt factum alienationis, ideſt actus per
quem dominium translatum fuerit, vt ità termi-
3 num † hunc alienationis prohibitæ per legem Iu-
liam de fundo dotali explicat *text. in l. 1. §. eſt
autem alienatio C. de fund. dotal.* nequè ideò ſatis
foret iuſtificare quidpiam eſſe venditũ, ſunt enim
4 hæc † compatibilia, quid eſſe venditum; & nihilo-
minus nõ eſſe eius dominium in emptorẽ transla-
tum, vt declarat Iureconſultus in *l. alienatum, 67.*
5 *de verb. ſignif.* venditio enim † & ſimiles contra-
ctus ſunt quidem cauſæ transferendi dominium,
ſed non concludunt ad ipſum actum translationis,
qui perficitur in traditione rei, *l. traditionibus, C.
de pact. Aym. conſ. 157. ſub num. 3. verſ. ſed præ-
miſſis non obſtantibus, Verall. deciſ. 180. n. 2. & 3.*
6 *par. 2.* itàut nec † nuda traditio aliquid operetur,
niſi præexiſtat cauſa, ſiuè titulus habilis ad domi-
nium transferendum, *l. nunquam 31. in princ. ff. de*
7 *acq. re. do.* in his enim duobus † extremis, benè
conſtituitur affectus ille ſimultaneus transferen-
tis, & acquirentis, in quo tota iſta vis conſiſtit,
l. in omnibus. 55. & ibi optimè explicat *Cuiac. ff.
de act. & oblig.*

Proindequè, hoc caſu non eſſet conſiderabilis
8 clauſula † conſtituti, quæ tametſi habeat vim tra-
ditionis pro acquirenda poſſeſſione, & dominio,
*l. quod meo, de acq. poſſ. Abb. in cap. 2. num. 14. de
conſuet. & concludit Rota apud Reuerendiſſ. D.
Cocein. deciſ. 240. nu. 3. & 4.* attamen quia id per-
9 petuò † procedit per quandam fictionem, non au-
tem ſecundum rei veritatem, vt benè aduertit
Menoch. conſ. 792. num. 3. quæ quidem ficta tra-
10 ditio, vt concernit † ius quod venit ſecundum na-
turam contractus, non autem factum in quo con-
ſumitur exequutio obligationis, vt ſubtiliter ad-
uertit *Bald in l. ab emptione, 59. in addit. ſub n. 1.
verſ. dic quod à traditione, ff. de pact.* ita non eſt
11 attendenda pro incurſu pœnæ, cùm adhuc † actus
reputetur imperfectus, vt optimè deducit *Guid.
Pap. deciſ. 101. ex num. 3.* quod experimur in alie-
12 natione rei † emphyteuticæ ad effectum euitandi
commiſſum, ſecundum æquiorem ſententiam, quã
poſt *Aluar. Prapoſ.* & alios quos refert probauit
*Corbul. de Iu. empb. tit. de cauſ prin. ob alien. irre-
quiſ. dom. num. 3.* & alij congeſti per *Barboſ ſuper
clauſ. 31. num. 27. Cened. can. quæſt. 11. num. 13.*

Minus, ad effectum incurſus iſtius pœnæ, ſuffi-
13 ceret hypotheca; quià licet prohibita † alienatio-
ne, cẽſeatur quoque prohibita hypotheca, qua ad
alienationem deuenitur, *Dec. conſ. 445. num. 26.
conſ. 485. nu. 11. conſ. 299. n. 2. Menoch. conſ. 116.
nu. 15.* cum multis relatis per *Cened. d. can. q. 11.
ſub num. 11. verſ. & dicit Alphanus*, quod in ter-
14 minis iſtius Sanctionis † eſt indubitatum, *Couar.
var. reſol. lib. 2. cap. 16. num. 7.* tamen id intelligi-
15 tur reſpectu † validitatis actus, non autem reſpe-
ctu iſtius pœnæ; ſiuè hypotheca fuerit generalis,
in quo omnes conueniunt, ſiuè ſpecialis, in quo ità
diſtinguendo, diſſentit *Cened. d. quæſt. 11. num. 15.*
nam Menochius *de arbit. caſ. 432. n. 13* per ipſum
corruptè allegatus, cum ibi per eum adductis, lo-
quitur de validitate, & efficacia actus, non autem
de pœnæ incurſu, nec diuerſa loquitur *Berot. in
cap. nulli, num. 22. de reb Eccl. non alie.* Ex quibus
patet, Cenedum effuſius hac in re loquutum fuiſſe:
16 Etenim vt differt † vis legis qua punit, à virtute
qua prohibet, *l. legis virtus, ff. de legib.* ità non re-
ctè infertur de vna ad alteram, vbi diuerſa incurrit
ratio: ſiquidem, vbi agitur † de puniendo, verbum
alienationis accipitur ſtrictè, & propriè, & ſic pro
translatione dominij, vt concludit *Alex. conſ. 41.
num. 5. & 7. vol. 6.* & notant in ſpecie Doctores
in l. fin. C. de reb. alien. non alien. præcipuè *Bald.*
num. 1.

Digitized by Google

num.c.verſ.gloſſ.not.Caſtr.n.3. & *Salic.ſub n.a. verſ.* & *item decit.*
Secundum, eſt qnalitas ipſius rei alienatæ; videlicet, vt eſſet in dominio Eccleſiæ à qua tranſiuit, in ipſa periodo actus alienationis, & ſimul quod eſſet talis, vt ipſi Eccleſiæ decori foret, vel ex qua miniſtri alimenta perciperent, vt videtur ſupponi in principio dictæ ſanctionis. Quippè ſi
18 res † Eccleſiæ de facto fuiſſet iam alienata, & Prælatus ex ſuppoſitione inualiditatis actus, aut rei deuolutæ, ad nouam conceſſionem deueniret, vtcunquè actus, qui ſuſtineri poſſet quaſi ex ſolito, iuxta *clem.1.de reb.eccleſ.non alien. Alex.conſ.9. num.5.lib.3. Iaſ.conſ.155. num.11.* & *conſ.156. num.2.lib.2.Rota diuerſ.deciſ.660. num.3.* & *5. par.2.Seraph. deciſ.434. num.1.* nullus foret in
19 propoſito, quia negatetur iſtud ſolitum (quod † aliter nequit conſtitui, quàm vel vbi præceſſit vna conceſſio valida, vel exſtent duæ cum curſu quadraginta annorum, *Iaſ.d.conſ.155.num.11. Balb. de praſcrip.in 1.par.5.par.prin.quaſt.20. Seraph. deciſ.434.ſub num.1.* vbi alij congeruntur; Itàut
20 excludatur † hic numerus duarum conceſſionum ex identitate perſonarum, qua poſita vna tantum conceſſio reputatur, & è conuerſo curſus quadra-
21 ginta † annorum nihil operetur, ſi ex forma differant, vt explicat idem *Seraph.deciſ.1490.ex n.5.*)
Attamen, poſita nullitate huiuſmodi, non inferatur neceſſariò ad ſtatum rei conceſſæ, videlicet quod tempore conceſſionis eſſet in dominio Ec-
22 cleſiæ verè, ac realiter; quod non poteſt † aliter conſtitui, quàm per incorporationem; quæ incorporatio, nec quidem in retentione per annum conſumitnr, ſed per ſolam declarationem, ſiuè explicitam, ſiuè implicitam ex deſcriptione, inter alia bona Eccleſiæ, ſinè de menſa, vt benè notandum cenſuit *Bart.in l. ſi vacantia, 5.num.8. C.de bo.vacantib.lib.10. Rodoan.de reb.Eccl.non alie. rub.1.cap.22. num.29.* & in conſequens non erit locus dictæ pœnæ.
Similiter; ſi res ſit huiuſmodi, vt Eccleſia nullum ex ea commodum perciperet, vel poſſet percipe-
23 re; quià † eſſent terrulæ, adeoquè ſine auctoritate alicnius alienabiles, iuxta *text. in can. Terru-*
24 *las 53. 12. quaſt.2.* vel tanta vrgeret † neceſſitas, vt non poſſet à ſummo Pontifice peti, vel expectari licentia, quo caſu impunè rem Eccleſiæ diſtrahi conſtat, ex traditis per *Rodoan. d. tract.de reb.Eccl.non alien.rub.8.in princ.num.50.* vtiquè non incurreretur pœna aliqua; cùm iſti caſus permiſsi à Iure, excipiantur in ipſa ſanctione; vtcun-
25 què ſciam † diſpoſitionem *tex.in d.can. terrulas,* vix practicari poſſe; cùm exigat concurſum quatuor ſuppoſitorum, videlicet neceſsitatis præciſæ, exiguitatis prædij, eiuſdem infructuoſitatis, & deniquè longæ diſtantiæ, vt nequeat commodè ad cultum reduci, vt ibi declarant *Gemin. in primo notab.Arebid.ſup.verb.quicunquè,et Bellam.ſub num.2.verſ.nam ſi magna,* qnos (me informante) ſequuta eſt Rota *deciſ. 624. ſub num.11. verſ.* & *vt intret,par.2. in recent.*
Hinc arbitror, declarandam eſſe ſententiam ali-
26 quorum, exiſtimantium, ex inciſione † arborum frugiſetarum, incurri hanc pœnam priuationis beneficij, *Nauarr.conſ.7.per tot.de reb. Eccl. non alien.* & *Sayr.in flor.eod.tit.deciſ.5.Barboſ. in collect.ad d. Extrauag. num. 30.* vt teguletur ex circumſtantia facti, videlicet intentione ſucciden-
27 tis † determinata ad minuendum in perpetuum, reditum Eccleſiæ, pro implenda alienantis crumena in præiudicium ſuorum ſucceſſorum ex valde notabili ſucciſione, vt in his terminis conſuluit
28 *Nauarr.loco praalleg.* ſecus verò ſi ſucciſio † facta fuiſſet bona intentione, puta, ſubſtituendi alias arbores meliores, vt in caſu *l.Vir in fundo 8. ff.de fund. dotal.* aut alia de cauſa legitima, quæ po-
29 teſt † eſſe multiplex, vt à mala intentione excuſet, quas cauſas latè proſequitnr *Mantic. de tacit.* & *ambig. lib.22. tit.29. ex num.27.*
Tertium, neceſsè erit iuſtificare negatiuã hanc, videlicet alienationem factã fuiſſe inconſulto Romano Pontifice, vt loquitur *tex.in §.alienanti ve-*
30 *rò*; per quem textum † ſublata eſt diſtinctio, an alienatio tendat in vtilitatem Eccleſiæ, vel ſecus, quia ſupponatur, ſiuè non ſnpponatur vtilitas, perpetuò eſt adhibenda Papæ auctoritas, *Rodoan. in ſupracit.tract.de reb.Eccl.non alien.rubr.28.c.8. num.19.Rota deciſ.631.num.1.par. 2. in recen.* vel alterius, cui ex Papæ indulto conceſſa ſit auctoritas huiuſmodi, quò tendit *Rota deciſ. 896. lib.3.par.3. diu.* ſuperius allegata; vt prorſus reij-
31 cienda ſit opinio † *Alex. Stat.in repetit. d. Extrauag. nu.73.verſ.ſed puto,* negantis eſſe neceſſarium Apoſtolicum beneplacitum, præterquam in caſu præſtiti Iuramenti de non alienando inconſulto Pontifice.
Ideoquè, ſi factum eſſet valdè antiquum, difficillimè poſſet firmari obiectus; quãuis enim tem-
32 pus † decennij cum obſeruantia, quod ſufficit ad præſumendum ſolemnia actus, *l. ſi filius C. de pet. hared.Gabr.* qni alios refert *de praſump. concl.1.*
33 *num.1.* non ſufficiat † ad præſumendum beneplacitum Apoſtolicum, *Felin.in cap.ſicut ſub nu.33. verſ. benè fateor de ſent.* & *re iud. Alex. conſ. 9. num.8.lib.3. Gabr.loco pracit. nu. 4.* tamen ſi de-
34 curſum † eſſet tempus triginta annorum, id ſufficere pro inducenda hac præſumptione ſatis conſtat, ex *Gabr.conſ.82.num.30.* & *31.lib.2.Rota deciſ.179.n.1.par.2.diu.Seraph.deciſ.1042.nu.2. Greg.deciſ.52.num.3.Beltram. ad eiuſdem Greg.*
35 *deciſ.343. num.5.* vbi ſubijcit † idem procedere, ſi nec beneplacitum huiuſmodi ſit reſernatum vel enunciatum, *Seraph.dicta deciſ. 1042. num.3. ad fin. Rot.in recent.deciſ.159. num.4. par.1.* quod repetit Idem *Beltram.ad d.deciſ.354.nu.*18. poſt *Gonzal.ad reg.de menſ.gloſſ.12.num.77.* & *Mareſcott.var.lib.1.cap.13.num.11.* concurrente ta-
36 men † obſeruantia continua, vt ibi per eundem *Beltram.* qui optimè declarat, ideſt per integros
37 eos annos triginta, adeo vt † ſi vel vnus deficiat, ceſſet iſta præſumptio, ſecundum Rotam in *Anconitana terrarum, 13.Ian.1581.coram Blanchetto,* cuius ipſe *Beltram.* ibi meminit, & ad quem Lectorem reijcio.
Quartum deniquè, ſecũdum aliquos eſt id quoquè iuſtificandum, videlicet ſanctionem hanc eſſe

38 receptam in loco † in quo fuit facta alienatio, ex
ſententia Rotæ apud *Mohed. deciſ. 1. de Conſtit. & deciſ. 8. ſub num. 1. verſ. & Paulina de locat. Rota d. deciſ. 896. n. 1. lib. 3. par. 3. diuerſ.* idquè pluri-
39 mum habere momenti † non ſolum in foro interiori, ſed etiam in exteriori, pronunciauit *Nau. in manual. cap. 27. num. 150.* quem viſi ſunt ſequi *Molin. de contract. tract. 2. diſput. 466. ſub nu. 9. verſ. Caietanus, Gutier. can. q. lib. 1. c. 8. n. 7.* cum alijs adductis per *Garz. de benef. par. 2. c. 1. n. 87.*

Verùm, in hoc prorſus ab iſtorũ ſententia re-
40 cedo, quia præter id quod ratio † iſtius aſſumpti, videlicet quià lex vſu non recepta, non ſit lex, valeatquè contrario vſu, ſeù conſuetudine abrogari, eſt abſurdiſſima, cùm de lege Papæ agitur, qui non à Populo, ſed à Deo immediatè in his Eccleſiaſticis poteſtatem habet, vt ideò nec per mille annos extinguatur eius vis per vſum in contrarium, vt latè deductũ fuit apud *Card. Caual dec 85. n. 1. & 2.* quæ legitur duplicata in *recent. par. 1. dec. 213.*

Impertinens quoquè hæc eſt deductio, cùm iſta
41 ſanctio, † reperiatur impreſſa in volumine canonico, cum quo vbiquè locorum circumfertur, vt conſiderauit *Rota in recent. deciſ. 30. nu. 5. par. 1. in recent.* vbi quod propterea Rota non ſeruat deciſionem Mohedani ſuperius allegatam.

42 Quamuis exiſtimem, propter † materiæ obiectiuæ odibilitatem, in foro iſto exteriori, ſi ex parte Rei probaretur non vſus, & poſitiuus vſus in contrarium (quod deciſio prædicta non negat fieri poſſe) eum ſatis excuſari: in quo ſenſu poteſt ſaluari Mohedani deciſio ſuperius citata, & *d. Rota deciſ. 896.* cum huiuſmodi legis nõ vſus, vtcunquè alias non allegabilis pro euitanda diſpoſitione, excuſet tamen pro euitanda pœna ipſius legis, iuxta doctrinam *Bartoli, in l. 1. §. apud Labeonem nu. 1. ff. de aedil. edict. Rol. conſ. 96. n. 26. & ſeqq. lib. 2. Surd. conſ. 327. nu. 51.* quos in ſimilibus terminis ſequuta fuit *Rota dec. 356. n. 9. p. 1. recen.* & tradit *Gutier. loco praeall. ſub n. 9. verſ. Varietas autem.*

SVMMARIVM.

1 *Derelictum, diſtinguitur à deperdito.*
2 *Derelictum, qualiter quid dicatur.*
3 *Dominium, quadruplex.*
4 *Derelicti effectus.*
5 *Derelictum vbi habetur beneficium, vacat ipſo Iure.*
6 *Derelictum, ex non reſidentia contrahitur.*
7 *Itemquè ob immutationem ſtatus cum beneficio incompatibilis.*
8 *Religionis ingreſſus inducit vacationem ſecularis beneficij ipſo iure.*
9 *Et qua ratione.*
10 *Nouitij ſtatus, medius reputatur inter Religioſum, & ſecularem.*
11 *Nouitius, qualitèr dicatur in ſtatu dubio.*
12 *Nouitius, retinet beneficia ſecularia, quæ habuit in ſeculo.*
13 *Et aliorum quoquè capax eſt, ſi conferantur.*
14 *Eſt capax retentionis, ſi concedatur in commendam, & quomodo.*
15 *Monaſterij ingreſſus, cum ſuſceptione habitus, non concludit ad ingreſſum Religionis.*
16 *Religionis ingreſſus, in profeſſione conficitur.*
17 *Religioſus, is tantum dicitur qui emiſit tria vota ſubſtantialia Regulæ.*
18 *Conuerſus, per tranſitum ad Regularem Eccleſiam, intelligitur vouiſſe.*
19 *Et quomodo.*
20 *Monachalis obſeruantia, quæ dicatur.*
21 *Conuerſorum, alij non profeſſi, alij profeſſi.*
22 *Conuerſorum profeſſio, in quo conſiſtat.*
23 *Nouitius, egreſſus Monaſterium ante profeſſionem, recuperat omnia donata cauſa ingreſſus.*
24 *Et remanet cum ſuis beneficijs.*
25 *Non obſtante renunciatione.*
26 *Et quæ ſit ratio.*
27 *Regula Cancellariæ de vacantibus per ingreſſum, qualiter intelligatur.*
28 *Retrotractio, qualiter fiat.*
29 *Religionis ingreſſus vbi ſupponitur pro cauſa vacationis, qualiter concipiatur ſupplicatio.*
30 *Et qualiter procedatur ad eius iuſtificationem.*
31 *Et an ſufficiat ſemiplena probatio.*
32 *Profeſſio, exigit annum decimũ ſextum expletum.*
33 *Anni correctio per Gregorium XIII. habita in conſideratione pro ſupputanda ætate legitima profeſſi.*
34 *Profeſſio, vitiatur metu.*
35 *Probationis annus, debet eſſe continuus, non interpolatus.*
36 *Profeſſus ante ætatem legitimã, non eſt eligibilis.*
37 *Probationis annus, quo caſu non conſideretur.*
38 *Profeſſio tacita, qualiter educatur.*
39 *Profeſſio tacita ex delatione habitus, eatenus attenditur, quatenus fuerit ſuſceptus ſolemniter de manu habentis poteſtatem.*
40 *Profeſſio tacita, non abrogatur per Concilium.*
41 *Habitus Religioſorum, quotuplex.*
42 *Habitus idem, qualiter diſtinguatur.*
43 *Profeſſio tacita, nullo tempore inducitur per delationem habitus nouitiorum, ſi ſit diſtinctus.*
44 *Secus verò, ſi indiſtinctus ſit.*
45 *Profeſſio ex delatione habitus, tunc demum inducitur, ſi delatio ſit facta in Conuentu.*
46 *Et ſi extra Conuentum, quid operetur.*
47 *Et quare exigatur delatio in Conuentu.*
48 *Profeſſio verbalis, & expreſſa, in quo reputetur fortior tacita.*
49 *Et dicitur magis certa.*
50 *Promotio ad Epiſcopatum, inducit vacationem beneficiorum obtentorum.*
51 *Et à quo tempore.*
52 *Et qualiter tempus huiuſmodi prorogetur.*
53 *Et in huiuſmodi prorogatione, quod tempus computetur.*
54 *Epiſcopus dum promouetur, de membro videtur tranſire in caput.*
55 *Epiſcopus dum promouetur, cur non retineat beneficia priùs obtenta.*
56 *Et an habeat locum in Officijs.*
57 *Et an inducatur vacatio ante aſſequutionem poſſeſſionis.*
58 *Retinendi indultum, an contineat gratiam prouiſiuam*

ſiuam

Digitized by Google

ſtuam tanquam de vacanti, vel potius ſimpliciter impediat vacationem.

59 *Poßeſſor incompatibilis, in quo datur poſsibilitas conceſſæ retentionis, neceſſariò eſt citandus.*

60 *Quod declaratur.*

61 *Clericus coniugatus retinet priuilegium fori, & Canonis.*

62 *Sed non retentionis beneficij.*

63 *Caſtit as coniugalis, cõparata caſtitati quæ requiritur in perſonis eccleſiaſticis, immunditia eſt.*

64 *Matrimonio carnali, inducitur vacatio beneficij.*

65 *Et cuiuſuis Dignitatis Eccleſiaſticæ.*

66 *Necnon penſionis.*

67 *Simulquè cuiuſuis Magiſtratus.*

68 *Quinimò cuiuſcunque feudi.*

69 *Quemadmodum, & regreſſus vel acceſſus.*

70 *Itemquè cuiuſuis expectatiua, quæ non conualeſcit ſoluto matrimonio.*

71 *Secus verò ſi agatur de diſpenſatione.*

72 *Matrimonij ex ſuppoſitione qui impetrat beneficium, non tenetur probare copulam.*

73 *Et quid probare teneatur.*

74 *Sponſalia de futuro non inducunt vacationem beneficij.*

75 *Matrimonium etiam nulliter contractum alia nullitate quàm defectus conſenſus, inducit vacationem beneficij ipſo Iure.*

76 *Adducta ſententia in contrarium.*

77 *Matrimonium contrahens in gradu prohibito, potius videtur illudere voluiſſe, quàm matrimonium contrahere.*

78 *Impedimenti ſcientia in contrahentibus matrimonium, ſemper præſumitur.*

79 *Matrimonium nullum propter impedimentum, ex veriori ſententia, inducit vacationem beneficij ipſo Iure.*

80 *Et reprobata contraria ſententia.*

81 *Matrimonium, cur inducat beneficij priuationem ipſo iure.*

82 *Matrimonij non tàm factum, quàm Iuris effectus conſideratur pro inducenda vacatione beneficij.*

83 *Ratio legis, complectitur caſus non expreſſos per interpretationem, non per extenſionem.*

84 *Militia armata inducit priuationem beneficij ipſo iure.*

85 *Statum meliorem deſeruiſſe, tranſgreſsio eſt.*

86 *Status perſonæ mutatio, reſpectu beneficij, cum quo perſona eſt incompatibilis, implicat eius renunciationem.*

87 *Derelictum habetur beneficium ex negotiatione contraria ſtatui clericali.*

88 *Arma carnalia tractare, Chriſtus vetuit Petro.*

89 *Arma tractanti Clerico, imminet proprij gradus amiſsio.*

90 *Quod declaratur.*

91 *Conſtitutio Sixti V. contra Clericos non incedentes in habitu, tonſuraquè clericali, adducitur.*

92 *Eadem non poteſt euitari prætextu non vſus.*

93 *Habitus clericalis non delati negatiua, qualiter per Teſtes probari poſsit.*

94 *Negatiua qualiter per teſtes probari valeat.*

95 *Habitus clericalis omiſſa delatio, vt pœnam irroget, qualis deſideretur.*

96 *Extrauagans Conſtitutio, recipit interpretationem à Iure communi.*

97 *Habitus clericalis poteſt impunè dimitti, ſi vrgeat timor.*

98 *Vel alia ſimilis cauſa.*

99 *Etiam in inceſſu in publicum.*

100 *Vſus vox denotat actum conſumatum, & confirmatum.*

QVÆSTIO XXVI.

Vacatio ipſo Iure, qualiter inducatur ex derelicto.

QVANDO Beneficiarius habet beneficium pro derelicto, videtur ex tunc in cauſa priuationis verſari abuſus; id cum facilè omnes agnoſcant, duplex occurrit inſpectio; prior eſt quãdo beneficium habeatur pro derelicto: Altera, qualiter lex pœnam priuationis ob hanc cauſam exerceat. Sciendum eſt itaquè, haberi beneficium
1 pro derelicto † nõ ex ſimplici deperditione, vt eſt
text. qui hos terminos benè diſcernit *in l. interdū, 21. §. 1. ff. de acq. poß.* ſed quotieſcũquè ea mẽ-
2 te abijcitur, vt deinceps † non ſit in numero rerũ
ipſius abijcientis, *§. hoc amplius verſ. pro derelicto Inſt. de re. diuiſ. Rebuff. ad l. id apud ſe quis 143. col. 3. verſ. ſexto, rem habere pro derelicta ff. de verb. ſignif.*

Licet enim Beneficiarius non ſit dominus beneficij, ideſt proprietarius, eſt tamen dominus ſal-
3 tim vſus illius; cùm nouum minimè ſit, † dari do-
minium ſimplicis poſſeſſionis, & ſimplicis vſus, æquè ac dominium proprietatis, & vſusfructus, *Caſtr. in l. ſi quis vi, 17. §. differentia, num. 3. de acq. poſſ. & benè explicat Cuiac. in d. l. Interdum, verſ. dominium fecimus triplex.* Quapropter cùm mens habendi pro derelicto, æquè cadat in bene-
4 ficijs eccleſiaſticis, ex tunc † perditur illius do-
minium, fitquè primùm occupantis, *l. 1. ff. pro derelict. Bart. in l. 1. num. 1. ff. ſi ex noxal. cauſ. agat.*
5 & in propoſito de beneficio † habito pro dereli-
cto, *Rebuff. in prax. tit. de mod. amitt. benef. ſub num. 49. verſ. quemadmodum.*

Dupliciter autem educitur mens Beneficiarij in habendo beneficiũ pro derelicto: & primò qui-
6 dem, quandò ex † ſuppoſitione reſidentiæ benefi-
cio incumbentis, monitus vt redeat parere detrectat, *cap. ex parte 8. vbi optima gloſ. in verb. per decem annorum de cler. non reſid.* Secundo quan-
7 dò † ſe conijcit in ſtatum cui eſt incompatibilis
retentio beneficij, puta per matrimonium, aut per ſecularem militiam; his enim & ſimilibus caſibus ſatis videtur haberi beneficium pro derelicto, vt pronunciauit *Abb. in cap. qualiter, 9. num. 5. & 6. de cler. non reſid.*

Inter hos modos, nullam aliam conſidero differentiam, quàm quod ſi habeatur beneficium pro derelicto ex denegata, vel neglecta reſidentia, lex

videtur

Digitized by Google

videtur procedere ad punitionem delicti iam
conſumati in abutendo; in ſecundo verò magis vi-
detur occurrere periculo, nè delinquatur in futurũ
per abuſum in retinendo, Vndè etiam maxima re-
ſultat difformitas in promouenda impetratione
ex priori, quàm ex hoc poſteriori modo, cùm ille
prior ſit merè obiectiuus. Dicendũ eſt ergò prius
de hoc inſurgẽte ex mera voluntate Beneficiarij,
quæ nec per ſe ſola ſemper eſt improbabilis, velu-
ti cùm mutatur in melius, & cuius ideò præci-
puus eſt caſus, quandò obtinens in titulum bene-
ficium ſæculare, efficitur Regularis per ingreſſum
8 Religionis. Enimuerò caſu iſto, † inducitur vaca-
tio ipſo iure, quod ſupponit *text. in cap. benefi-
ciũ, de regul. in 6.* Quãuis enim ex eo textu quidã
ſimplicem vacationem deſumant, vt *Pauin. de off.
& poteſt. Cap. ſed. vac. in 7. prælud. nu. 10. Staphil.
de liter. grat. tit. de var mod. vacat. §. ſextus vaca-
tionis modus num. 1.* Alij tamen eam producunt,
vt inducatur ipſo iure, prout ità in ſpecie ſenſit
*Tholoſ. de beneſ. cap. 25. num. 18. & Gonzal. ad
reg. de menſib. gloſſ. 5. in princ. num 45. & pro-
nunciauit Rota in vna Toletana beneficij, 6. Iunij
1605. coram bo. me. Litta, cuius meminit Beltram.
ad Greg. deciſ. 382. lit. A.*
Procedit autem iſta vacatio ex incompatibili-
9 tate † ſtatus Regularis cum ipſo beneficio, ex his
quæ latè proſequitur *Hoied. de beneſic. incompat.
par. 1. cap. 24. ex num. 92. & apertè ſenſit Gemin.
in d. cap. beneficium, ſub num. 6. verſ. ex hoc vide-
tur, & Ioan. Monach. itidem num. 6.* Vndè cùm
ante profeſſionem expreſſam, vel tacitam non
poſſit prætendi talis ſtatus impreſſus, ex quo No-
10 uitius † tenet medium quendam ſtatũ inter ſæcu-
larem, & Religioſum, *Nauarr. conſ. 4. de Sacram.
iteran. Sayr. in flor. deciſ.* 14. & antè ipſos pronũ-
ciauit *gloſſ. in d. c. beneficium, in verb. conferendũ
verſ. ſed nunquid conſtituto, & ibi Gemin. ſub
num. 8. ad fin. verſ. eſt ergò iſte ſtatus medius*; Qui
11 volunt, dici † hunc Nouitium dubium de ſtatu ſuo
non quidem præſenti, qui eſt ſtatus libertatis, ſed
futuro, vt explicat ibi *Franch. ſub num. 2. verſ. nec
obſtat quod ſit incertus de regular. in ſexto*, conſe-
12 quitur, vt nedùm non dicatur † retinere ſuum be-
neficium (quod ea decretalis expreſsè decernit,
prout etiàm priùs ſtatutum fuerat in *can. Gundi-
ſaluus, 17. quæſt. 2. Staphil. & præcitati Doctores
13 omnes*) verùm etiam ſit capax † aliorum, ſi quæ ſi-
bi conferantur, vt concludit gloſſa proximè alle-
gata, *& ibi etiam Io. Monach. nu. 6. & alij paſſim,
Garz. de beneſ. par. 7. cap. 10. num. 5.*
14 Quin, ſi cum eo diſpenſetur, † nihil eſt, quin
impediatur vacatio, ſiuè diſpenſatio fiat per mo-
dum commendæ per Papam, *Hoied. loco ſuprà ci-
tato*, ſiuè aliter, vt non ipſe Religioſus, ſed Mona-
ſterium ex eius perſona fruatur beneficio, ſecun-
dum opinionem, in quam inclinauit *Staphil. d. §.
ſextus vacationis modus ex num. 4. vſquè ad* 13.
verſic. & ſic remanet dubium, quatenus enim ad
iſtum effectum æquiparatur propoſitum profiten-
di, quod profeſſio, ex *d. cap. beneficium, & c. ſta-
tuimus 23. extra eo. tit. de regular.* intelligitur de
propoſito, cum iurata promiſſione habente vim
voti, vt optimè aduertit *Sayr. in clau. Reg. lib. 6.
cap. 2. ſub num. 8. ad med. verſ. vnde ad iura*, quod
non ſatis obſeruauit *Paſian. conſ. 132. ex nu. 107.*
à quo ideo eſt cauendum.
Et hinc etiam eſt, vt vulgò malè inferatur ab in-
15 greſſu † Monaſterij ad ingreſſum Religionis; ille
enim conficitur per aſſumptionem habitus, hic
verò non niſi per profeſſionem, vt dictum eſt, &
probat *text. in d. cap. beneficium, vbi præ cæteris
Gemin. illationem hanc reprobat num. 5.* Propriè
16 enim ille dicitur ingreſſus, † qui profeſſus eſt, *Fel.
qui alios allegat in cap. cum deputati, ſub num. 2.
verſ. tu verò circa hoc, de Iudic. cum alijs, quos
allegat Aloyſ. Ricc. deciſ. 77. num. 1. & 2. par. 2.*
17 Sicut & ille dicitur Religioſus † tantùm, qui emi-
ſit tria vota ſubſtantialia Regulæ, *Barbat. in cle-
ment. 1. num. 13. verſ. Dominus Abb. de electio.*
18 Quapropter, licèt conuerſus, † per tranſitum
ad Eccleſiam Regularem intelligatur vouiſſe, &
renunciaſſe proprijs, vt ait *gloſſ. in can. vt lex in
19 verb. profeſſi*, poſſitquè videri tranſiuiſſe ad † ſtatũ
incompatibilem, de quo ſuprà, tamen iſtud intel-
ligitur, quandò non ſimplicitèr obedientiam, ſed
formaliter emiſit obedientiam Monachalem, vt
declarat in *eo. can. Vt lex Archid. num. 3.* vbi ex-
20 plicat † quæ dicatur obediẽtia Monachalis, æqui-
pollens profeſſioni, vbi ſcilicet quis abnegat pro-
priam voluntatem, & eam deinceps ſubijcit vo-
luntati Superioris Regularis. Et propterea duplex
21 eſt genus † conuerſorum, videlicet profeſſorum,
& non profeſſorum, quod inſinuat litera *d. can. Vt
lex, ibi, atquè conuerſi profeſſi*, illud enim, *profeſſi*,
ſtat adiectiuè ad illud *conuerſi*, vt etiam docuit
Idem *Archid. in cap. ex eo ſub num. 4. verſ. & hoc
ideo, de elect. in ſexto*, & in hoc conſumitur pro-
22 feſſio hęc, † videlicet in mutatione ſęculi, vt aduer-
tit *Bald. in auth. Ingreſſi, num. 24. C. de Sacroſ.
Eccleſ. & benè etiam explicat Staphil. d. §. ſextus
vacationis modus, num. 15.*
23 Atquè indè fit, vt ſi ingreſſus † Monaſterium, re-
ceptuſquè ad habitum, expreſsè quidpiã cõferat,
donetuè Monaſterio, & mox ad ſæculũ regredia-
tur, omnia donata habeat vt priùs, reſoluaturquè
donatio etiã citra aliquod pactum, vt plenè con-
ſuluit *Natta conſ. 180. ſub n. 5. verſ. præterea di-
cendum, Dec. conſ. 86. ſub n. 5. verſ. & iſta donatio,
Soc. ſen. conſ. 183. ſub num. 3. verſ. poſtremo dico
quod ſi eſſemus, lib. 2. Roder. de regular. to. 2. q. 48.
art. 12. Ricc. d. deciſ. 77. ex num. 2. & per tot.*
24 Eodemquè modo remaneat † cum ſuis benefi-
cijs, vt in ſupradicto *can. Gundiſaluus*, etiamſi ea
ſpontè renunciauerit ſub illis circumſtantijs, de
quibus in *ſupracit. cap. beneficium*; Nam eſt aduer-
25 tendum † ſi fiat expreſſa renunciatio ante profeſ-
ſionem, modo ſequatur profeſſio, ex ea quidẽ re-
nunciatione cauſari vacationem, itàut tali profeſ-
ſione ſequuta non poſsit dici vacare beneficium
per profeſſionem, ſiuè ingreſſum, ſed per renun-
ciationem, vacatio enim præcedens impedit ſe-
quentem; cæterùm remanet illius exequutio in
ſuſpenſo, donec facta ſit profeſſio, Quod clariùs
hodie eſt deciſum per decretum Sacri Tridentini
Concilij *ſeſſ. 25. cap. 16. de regular.* præſcribentis
ſolemnia,

Digitized by Google

ſolemnia, & tempus renunciationi, adijcientiſquè
inſuper ea verba, *ac non aliàs intelligatur effectũ
ſuum ſortita, niſi ſequuta profeſsione*.

26 Atquè ità ſunt † concilianda, quæ videntur per
modum diſsidij agitari ſuper intellectu Conſtitu-
tionis Pij V. 58. per *Garz. de benef. par. 11. c. 9. ex
num. 23. & per Io. à Chok. ad reg. 44. ex num. 7.
vſquè ad fin. & Pariſ. de reſig. lib. 3. quæſt. 13. n. 2.*

27 Ex his autem, ſatis apertè dignoſcitur † Regulã
Cancellariæ 46. de ingreſſu Religionis, quæ habuit
ortum longè ante Concilium, non eſſe ampliùs in
vſu; nam ea loquitur de ingreſſu Religionis im-
propriè ſumpto, videlicet pro ingreſſu Monaſte-
rij, & receptione ad habitum, per quem ingreſ-
ſum, beneficium non vacabat, ſed ſupponebatur
vacaturum profeſſione ſequuta; ideoquè cùm
adhuc non eſſent ſublatæ expectatiuæ, & aliæ gra-
tiæ præuentiuæ, quæ poſtmodùm fuerunt interdi-
ctæ per *Concil. ſeſſ. 24. cap. 19.* concedebantur
paſſim gratiæ ſuper beneficijs vacaturis per in-
greſſum Religionis, relato termino ad ſuſceptio-
nem habitus, non ad profeſſionem, per quam ſo-
lùm inducebatur vacatio, vt clarè colligitur ex
verbis ipſius Regulæ, quæ erat concepta ſecundũ
vulgarem vſum loquendi Curialium, magis obſer-
uantium ingreſſum ipſum, quàm profeſſionem,
prout etiam inſinuat ibi *Alphon. Soto, nu. 5. verſ.*
28 *vnum tamen non omittam*, nec malè, quia † cum
ingreſſus ille, qui conſumitur in ſuſceptione habi-
tus, ordinetur ad profeſſionem, & ſic ad ingreſſum
Religionis, tanquam principium, rapit in ſe finem,
itàut, quod ſequitur, retrotrahatur, vt pulchrè phi-
loſophatur *Bald. in l. 1. ſub nu. 11. poſt med. verſ.
non obſtat primum, C. ſi plur. vn. ſent.*

29 Cæterùm, cùm prouidetur à Papa † tanquàm
de vacante ex hac cauſa, ſupplicatio ità concipi-
tur, vt narretur ingreſſus Monaſterij, vel domus
Regularis, inſuperquè addatur talem in ea domo
profeſſionem emiſiſſe, & propterea coram Exe-
30 quutore debet † iſta profeſſionis emiſſio verifica-
ri, *Gregor. d. deciſ. 382.* vbi fuit reprobata iuſtifi-
catio per teſtes de fama, qui non percutiebant tẽ-
pus ante litem motam, & per teſtes referentes ſe
ad librum, in quo ſunt deſcripti Nouitij, & qui nõ
exhibebatur, iuxta regulam *auth ſi quis in aliquo,*
31 *C. de eden.* quæ deciſio † videtur ſupponere ſuffice-
re ſemiplenam probationem per famam, quod
etiam videtur voluiſſe *Rota deciſ. 1119. ſub nu. 1.
verſ. ex teſtibus verò lib. 3. par. 3. diuerſ.*

Nam quatenus ingreſſus ipſe non contradicit,
iam agitur de nullius, vel certè ſi ipſius, ſaltim
modico præiudicio; cùm, quandocunquè decla-
rata † nulla profeſsione, repetiturus ſit ſuum
32 beneficium, ſiuè nullitas proueniat ex defectu
ætatis, quam hodie Concilium exigit decimi ſexti
anni expleti *d. ſeſſ. 25. cap. 15. de reformat.
Rota in recent. par. 1. deciſ. 175. num. 6.* vbi ad
33 hunc effectum † habita fuit ratio ſex dierum reſti-
tuendorũ ex reformatione anni facta per Grego-
34 rium XIII. ſiuè incuſſi alicuius † metus, vt *ibid.
per Rot. n. 5.* & ſiuè deniquè ex defectu, vel inter-
35 polatione † anni probationis, prout ibi quoquè
firmatur ex *nu. 1.* quod videtur deſumptum ex ra-
tione quam intulit Gelaſius *in can. Monachus ve-
rò nouitius, diſt. 77. & videtur notaſſe gloſ. in c. of-
ficij tui in verb. cõpetenter in prima addit. de elect.*
36 Vndè talis † eſt ineligibilis, *d. cap. officij, & tra-
dit Put. deciſ. 254. lib. 2.* Quicquid ſit, quando Pa-
37 pa † iubet aliquem recipi ſtatim, *iuxta reg. Can-
cell. 59.* tunc enim poteſt Exequutor nõ expecta-
to aliquo tempore, eum recipere ad profeſsionẽ,
quod latè excuſſum fuit apud *Rot. deciſ. 329. ex
num. 2. par. 2. in recent.*

Et quia Doctores in hac controuerſia æquipa-
rant profeſsionem tacitam expreſſæ, quæ quidem
38 tacita † infertur per coniecturas, & ſigna extrin-
ſeca, & præ cæteris, per delationem habitus pro-
feſſorum poſt annum probationis, iuxta *text. in c.
ex parte, vbi gloſſ. in verb per annum, de regular.
& in cap. 1. eod. tit. in ſexto, & deniquè in clem.
eos qui, eod. tit. Gregor. deciſ. 385. num. 5.* modò
39 fuerit ſuſceptus ſolemniter † de manu habẽtis po-
teſtatẽ, ex deductis per *Decia. conſ. 18. nu. 11. lib. 3.
Gratian. for. diſcept. cap. 640. num. 37.* quibus ad-
di poteſt *Calder. conſ. 5. in 2. col. verſ. reaſſumptio
autem de regular. & D. Beltram. vbi ſupra*, quæ
40 tacita, minimè † cenſetur abrogata per Conciliũ
Tridentinum, *Nauar. conſ. 35. num. 5. de regular.
Rota in recent. par. 1. deciſ. 579. num. 2. Beltram.
ad eandem Gregor. deciſ. 385. num. 6. verſ. & hu-
iuſmodi profeſſio.*

Circa hanc eſt aduertendum, reſpectu perſona-
41 rum † Monaſterij ſiuè Religionis cuiuſquè, tripli-
cem dari habitum, & quidem primum ſimpliciter
diſtinctum inter Nouitios, & Profeſſos; Alterum
inter eoſdem Nouitios, & Profeſſos indiſtinctum,
& deniquè alium indiſtinctiſsimum, quià non ſo-
lum eo vtantur Nouitij, & Profeſsi, ſed etiam om-
nes ſeruientes, & ducentes vitam cum eis; *ità* Ab-
bas, qui ponit exemplum in Religione S. Antonij
*in d. cap. ex parte nu. 3. Nauar. in cap. ſtatuimus
in 4. comment. ex num. 73. de Regular.*

Cùm itaquè ſupponitur habitus diſtinctio, quod
42 intelligitur † non de latenti diſtinctione ex bene-
dictione, ſed de patẽti ex colore, vel ſciſſura, aliauè
extrinſeca forma, vt benè explicat *tex. in d. cap. 1.*
43 *& in d. clemen. eos qui*, etiamſi per † viginti annos
deferretur habitus primùm aſſumptus, & qui per
ſolos Nouitios geſtari conſueuit, non induceretur
profeſsio tacita, vt rectè deducit *Abb. in eod. cap.
ex parte ſub d. num. 3. verſ. ſecundo caſu.*

44 Quando verò ſupponitur habitus † indiſtinctus,
vel etiam indiſtinctiſsimus, tunc optimè procedit
præſumptio tacitæ profeſsionis ex eius delatione,
vt per textus ſuprà allegatos, & auctoritate Ab-
batis, ac aliorum præcitatorũ concludit *Gratian.
for. diſcept. d. cap. 640. ex nu. 20.* Quod intelligitur
45 ſi † huiuſmodi delatio facta ſit in Monaſterio, aliàs
ſecus; licet enim multa ſint ſigna, ex quibus colli-
gitur animus profitendi, nihilominùs nullum ex his
attenditur, ſi extra Conuẽtum fiat, vt videtur ſen-
ſiſſe *Gemin. in cap. non ſolum, ſub num. 6. verſ. no-
ta quod licet ſignum, de Regul. in ſexto, gloſſ. per
cum text. in d. clem. eos qui in verb. in aliqua, eod.
tit. optimè Abb. in cap. Clerici ſub num. 3. verſ.
Hoſtien. intellexit textum, extra co.* vbi quod

iſta

46 iſta † tantum operantur, vt quis poſsit cogi ad
dimittendum habitum, vel ad intrandam Reli-
gionem.

47 Et ratio eſt, quiá pro cauſa † formali ipſius pro-
feſsionis, non ſufficit, quod Religionem ingreſſu-
tus, declaret ſe profiteri, ſed exigitur ſimultanea
acceptatio Superioris, & Conuentus, vt rectè cē-
ſuit *Abb. in c. porrectū, n. 6. ext. eo. tit. de Regular.*
atquè itá parum eſt, ſi Nouitius exacto probatio-
nis anno continuet in delatione habitus profeſſo-
rum, niſi vt dixi, hæc delatio fiat in Conuentu, qui
ſciat, & acceptet, quod latiſsimè tradunt *Menoch.
lib. 6. præſumpt. 83. num. 15. Azor. inſtit. moral.
lib. 12. tom. 1. cap. 5. in 3. quæſt. quos retulit
Beltram. ad d. deciſ. 385. num. 6. verſ. dummodo
tamen.*

Quæ omnia benè ſunt perpendenda per impe-
trātes ex hac vacatione, quiá licèt, vt præmiſſum
eſt, æquè obliget tacita ac expreſſa profeſsio, ni-
48 hilominus verbalis † & expreſſa profeſsio reputa-
tur fortior propter formalē votorum emiſsionē,
quæ non admittit exceptionē vis, & metus, etiáſi
præceſſerit proteſtatio, niſi cū hac qualitate, quod
ſit talis metus qui caderet in virum conſtantem,
longè verò debilior ſit tacita ex habitus delatio-
ne; nam cum non efferatur ſupra vim probationis
præſumptæ, admittit exceptionē ſimplicis præe-
xiſtentiæ cuiuſuis metus de quo ſit proteſtatū, vt
docuit *Innoc. in cap. 1. num. 3. de his quæ vi met.
ca. fi. quem ibi ſequuti ſunt Butr. nu. 19. & Abb.*
49 *num. 14.* nequè enim poteſt eſſe † tanta certitudo
in profeſsione tacita, quanta in expreſſa, vt hanc
ſententiam cōfirmando ait *Socin. ſen. conſ. 270 ſub
num. 3. verſ. & ſic probatio prima profeſsionis,
vol. 2. & fuſius tradit Tiraquel. ad ll. connub.
gloſſ. 7. num. 52.*

50 Eadem ratione, alia ſuccedit ipſo iure † vaca-
tio, videlicet per promotionē Beneficiarij ad Epi-
ſcopatum, ſequuta tamen conſecratione, & adepta
adminiſtratione, iuxta *text. in cap. cùm in cunctis,
§. cum verò, de elect. vbi præ cæteris Abb. ex nu. 3.*
quem textum latiſsimè exornat *Hoied. de benefic.
incompat. par. 1. cap. 4. ex num. 1.* Nè autem huic
51 decreto † fraus fiat, inducta eſt ipſa vacatio ex lap-
ſu temporis per canones ſtatuti ipſi conſecratio-
ni, vt habet in verbis *text. in eod. §. cum vero*, vbi
gloſſa illud conſtituit in trimeſtri, & licet conſue-
52 uerit prorogari, tamen Tridentinum Concilium
ſeſſ. 7. c. 9. de reform. vetat prorogationem fieri vl-
tra ſex menſes, & factas irritat. Eaquè prorogatio
53 debet intelligi † de ſex menſibus cōputatis tribus
prioribus à Canone ſtatutis, quibus quidem pri-
mis elapſis, Idem Concilium, ceſſante videlicet
prorogatione huiuſmodi, decernit Promotum te-
neri ad fructuum reſtitutionem, & ſi intra totidem
menſes adhuc conſecrari negligat, Eccleſia ipſa
ad quam facta eſt promotio ipſo iure vacat, vt le-
gitur *ſeſſ. 23. cap. 2. de reform.*

Non ſecus enim ac in Beneficiario profitente
Religionem, in hoc Promoto fit mutatio ſtatus,
54 dum de ſimplici † presbytero, atquè itá de mem-
bro tranſit in caput corporis myſtici Eccleſiæ,
D. Th. in 3 par. quæſt. 82. ar. 1. in reſp. ad quartū.

55 Quapropter non † minus indecorum quàm inho-
neſtum cuipiam videri poteſt, Epiſcopo veluti ca-
piti permitti id ipſum quod vſui inferioris Clerici
tanquàm membri eſt deputatum, prout hanc ra-
tionem conſiderat *Hoied. d. cap. 4. num. 2.*

56 Et hinc eſt, quod cùm hæc ratio non aduerſe-
tur officijs ſed tantùm beneficijs, de quibus dun-
taxat loquitur *text. in d. §. cum verò*, per talem
promotionem, inſpecta iuris communis diſpoſi-
tione non vacent officia huiuſmodi, vt ſunt Pro-
thonotariatus, & ſimilia, vt reſoluit *Rota apud
Achil. d. deciſ. 36. alias 1. nu. 1. & per to. de electio.*
57 nequè eadem ratio vrgeat † niſi aſſequuta poſſeſ-
ſione, vt ſtylum Curiæ interpretando eadem Rota
cenſuit apud eundem *Achill. deciſ. 2. ex n. 2. eod. tit.*
& fuſius pertractat *Hoied. d. cap. 4. nu. 14. & 15.
per doctrinam Abb. in eod. §. cum verò n. 3. & 6.*

58 Propterea, conſueuit † vel impetrari à Papa
prorogatio, vel (quod ferè paſsim conceditur, cùm
de alioqui cōpatibilibus agitur) retentio; per eam
enim non confertur de nouo beneficiū, vt quidam
exiſtimarunt, ſed impeditur vacatio, vt poſt alios
latè tradit *Couar. pract. quæſt. c. 36. n. 12.* Quocir-
59 ca, ex hoc capite impetrans, † ſi Promotus adhuc
incumberet poſſeſsioni, ob hanc ipſam poſsibili-
tatē impetratæ retētionis, teneretur eum citare,
& cum eo gratiā iuſtificare iuxta terminos *text. in
cap. licet Epiſcopus, de præb. in ſexto*, vt latè pro-
bat *Hoied. d. cap. 4. num. 8. cum ſeq.* Quod intelli-
ge, niſi beneficium eſſet tale, de quo fuiſſet proui-
60 ſum conſiſtorialiter; hoc enim caſu † quiá proui-
ſio tanquàm de vacanti eſt conſequutiua ad ipſam
promotionem, & vtraquè expeditur eodem mo-
do, ideſt conſiſtorialiter, & ſic cum cauſæ cogni-
tione, illa traditio poſſeſsionis tanquam veniens
in ſequelam collationis huiuſmodi, non exigeret
vlteriorem citationem, vt poſt *Io. Monach. in d.
cap. licet Epiſcopus num. 1.* qui loquitur in colla-
tione Epiſcopi, tradit *ibid. Gemin. nu. 9.* qui alios
allegat.

61 Non abſimili etiam ratione † inducta eſt ipſo
iure vacatio beneficij, cùm Clericus tranſit ad ſta-
tum coniugatum, vtcūquè enim ſub aliquibus cir-
cumſtantijs retineat priuilegium fori, & canonis,
cap. 1. de cler. coniug. in ſexto, tamen ſtatus ille
haud eſt compatibilis cum beneficio Eccleſiaſti-
co, atquè itá beneficium ipſo iure vacat, & ſi con-
62 tinuetur † eius poſſeſsionis occupatio, ab eo eſt
de facto auferenda, *cap. 1. ext. eo. tit.* Caſtitas enim
63 coniugalis † quam in Nicæna ſynodo Paphnutius
ille adeò extulit, *can. Nicæna diſtin. 31.* reſpectu
illius caſtitatis quæ exigitur in Eccleſiaſticis,
immunditia eſt, vt optimè conſiderat *text. in cap.
quod te, eod. tit.* Vndè eo ipſo quod beneficiarius
64 matrimonium † contrahit per verba de præſenti,
non expectata aliqua ſententia, remanet ipſo iure
beneficio priuatus, quaſi per electionem ſtatus
incompatibilis ipſemet beneficium eiurauerit,
gloſſ. in d. cap. 1. in verb. relinquenda, cui numero-
ſa tum Canoniſtarum, tùm Theologorum caterua
addi poteſt, quam cogit *Tho. Sanchez de matrim.
lib. 7. diſput. 42. num. 4.* & hanc ſententiam tenuit
65 *Rota, in recent. par. 3. deciſ. 8. num. 2.* quod & † ad

Digitized by Google

Eccleſiaſticas dignitates productum eſt, *cap. cum*
66 *decorem eod. tit.* Sicuti † ad penſiones, de qua re la-
67 tè *lib. 1.* egimus, necnon † ad magiſtratus Eccle-
ſiaſticos, *Barbat. conſ. 11. num. 19. verſ. præterea*
68 *facit lib. 1.* quinimo † etiam ad feuda Eccleſiaſtica,
niſi ex tolerantia Eccleſiæ conſuetudo contrarium
obtinuiſſet, prout declarat *Io. And. in cap. fin. n. 2.*
69 *eod. tit. de Cler. coniug.* quemadmodum & ad † re-
greſſus, acceſſus, & ſimilia, *Sanch. eod. loco num. 7.*
Chok. ad reg. Cancell. 65. num. 7. & ad expectati-
70 nam, † quam nec recuperat ſoluto matrimonio,
vt pronunciauit *gloſſ. in cap. vn. in verb. clericalis*
71 *eod. tit. in ſexto,* quamuis non † amittatur diſpen-
ſatio ſimplex, *Sanchez vbi ſupra num. 8.*

Qui autem ex hoc capite impetrat, quamuis nõ
72 teneatur † probare ſequutam eſſe copulam, adeò
vt neque ipſi refragetur, ſponſam ingreſſam fuiſ-
ſe Monaſterium, vt in *eod. cap. 1. tradit Io. Andr.*
nu. 2. quem alij ſequuti ſunt, quos pariter cumu-
lat *Sanchez d. diſput. 42. num. 5.* quibus addi po-
teſt *Rota deciſ. vn. paulo ante num. 1. eod. tit. de*
cler. coniug. in nou. & in præalleg. deciſ. 8. num. 3.
par. 3. recent.

73 Probare tamen debet factum † ipſum matrimo-
nij contracti formaliter per verba de præſenti, ne-
què enim ſufficiunt ſponſalia, *Io. And. in eo. c. 1. ſub*
num. 1. ſuper verb. Vxores, & alij paſſim, quos ſi-
militer congerit *Sanchez d. diſput. 42. num. 1.* vbi
74 ad finem optimè aduertit, huic † neque pœnam
amiſſionis ipſo iure, neque per ſententiam immi-
nere, & hanc eandem opinionem probarunt relati
per *Gonzal. prœcit. gloſſ. 15. nu. 43. præcipuè Rota*
d. deciſ. vn. num. 1. eod. tit.

75 Hoc autem probato, non poſſet † euitari incur-
ſus pœnæ huius prætextu alterius nullitatis, quàm
prouenientis ex defectu conſenſus vel ab ætate,
vel à furore, vel à metu illato, iuxta *doctr. Io. And.*
in cap. Ioannes, nu. 23. eod. tit. de cler. coniug. Ro-
man. conſ. 483. ſub nu. 6. & ibi Mandoſ. qui alios
congerit in verb. contraxerit, atteſtaturque de
communi, & ſequuta eſt etiam Rota *d. deciſ. 8. ſub*
num. 3. verſ. & procedit etiam.

Cauendum eſt autem ab illorum ſententia, qui
76 putarunt, exiſtente matrimonio nullo, ex alio de-
fectu, veluti propter impedimentum conſanguini-
tatis, vel affinitatis, non amitti beneficiũ ipſo iu-
re, ſed tantùm inſtare contrahenti ſententiã pri-
uationis ob delictum, quam probauit *Sanchez d.*
diſput. 42. num. 3. & num. 5. ad fin. verſ. quæ om-
77 *nia,* præcipuè † ſi à ſciente contrahatur, cùm tunc
verius alterum deludere, quàm matrimonium ini-
re cẽſendus ſit, vt docuit *Io. de Imol. in clem. gra-*
tiæ, ſub num. 25. verſ. ſi verò non tenuit, de reſcrip.
quem ſequutus eſt Dec. conſ. 165. num. 1. per tot.
Prob. ad Ioan. Monach. in d. cap. vn. ſub num. 15.
verſ. ſi verò non tenuit de cler. coniug. in ſexto,
cum relatis per Sanchez ea. diſput. ſub nu. 2. verſ.
quod quantum.

Quæ doctrina Imolæ ſi vera eſſet, nunquàm fo-
ret locus impetrationi ex hac vacatione ipſo iu-
78 re inducta, eo quod in contrahente † ſemper præ-
ſumatur ſcientia, non autem ignorantia impedi-
menti huiuſmodi, ſecundum *Prob. in d. c. vn. n. 16.*

79 Etenim hæc aſſertio eſt † erronea, vt aduertunt
poſt alios *Couarr. de matrim. 2. par. cap. 6. §. 3. ſub*
nu. 4. ad fin. verſ. tunc enim, Hier. Ceuall. in ſuis
comm. to. 1. quæſt. 147. num. 4. & 5. & contrariam
ſententiã ſequuta eſt *Rota d. deciſ. 8. par. 3. recent.*

Neque in hac re quidpiam faciunt fundamenta
adducta per *Sanch. loco ſuprà allegato.* Siquidem
80 pœna † hæc amiſſionis ipſo iure, non pendet ne-
què ab effectu implicitæ illius duntaxat renuncia-
tionis, neque (quod ipſe exiſtimauit) ab incom-
patibilitate, ex ſtatu contrario validè impreſſo;
ſed ab attentatione talis ſtatus, & productione il-
lius ad aliquod eſſe de facto: dum enim matrimo-
nium non declaratur nullum, etiamſi extaret im-
pedimẽtum iuris Canonici, tamẽ quià habet con-
ſenſum, in quo conſiſtit tota illius formalitas, te-
net mero iure, & inducit publicam honeſtatem,
& hoc eſt quod voluit *Io. Andr. in d. cap. Ioannes,*
ſub num. 22. verſ in conſanguineo aliud, cuius do-
ctrinam fortè ab alijs non ſatis expenſam per ea-
dem fermè verba reſumpſit *Anchera. num. 14. ſe-*
quitur Card. ſub num. 28. verſ. dicit tamen.

Minus vrget, quòd dicebat idem *Sanchez, ſub*
num. 3. ad med. verſ. ſiquidem nullus textus, vide-
licet nullum textum ſe inueniſſe, qui diſponat, ſo-
lam attentationem facti, hoc caſu ſufficere; & pœ-
nalia non eſſe extendenda: Nàm non aduertit ra-
81 tionem † *tex. in d. cap. 1. de cleric. coniug.* non fun-
dari ſuper alio, quàm ſuper incongruentia facti
reſpectu ſtatus clericalis, quę tàm eſt in matrimo-
nio de facto, quàm in matrimonio de iure, modò
appareat de illius formalitate ex conſenſu; pœna
verò ibi indicta, non reſpicit aliud quàm iniuriam
indè illatam toti ordini clericali, quin ipſi Papæ
per actum illum clericali ſtatui contrarium, quod
ex eo text. notat Card. in d. cap. Ioannes, n. 9. atquè
ità iam pœna nõ extenditur tanquàm de caſu ad
caſum, vt ipſe exiſtimat, cùm militet ſemper ea-
82 dem † punitionis ratio, vt in puncto conſiderat
Rom. conſ. 483. num. 5. & propterea non attendi-
tur validitas, vel inualiditas matrimonij, quià
Legislator magis conſiderauit factum, ex quo in-
ſurgit delictum, quàm iuris effectũ, vt optimè de-
ducit *Cardin. in clem. 1. paulò ante num. 2. verſ.*
octauo oppono, de conſanguin. & affin. & poſt eum
Fel. in cap. ex tenore, num. 9. de reſcript.

Et ſic non applicatur quod dicitur de extenſio-
83 ne pœnæ, quià vbi viget † eadem ratio, non dicitur
caſus comprehenſus per extenſionem, ſed per in-
tẽtionem, *l. inra ff. de legib. l. vlt. C. de indict. vid.*
toll. l. ſi libertum C. de nupt. l. bis ſolis verſ. de ca-
teris C. de reuoc. donat. Alex conſ. 65. nu. 3. lib. 5.
cum alijs per Franc. Becc. conſ. 62. num. 17.

Etenim tota hęc farrago, huc vertitur, quod Ec-
cleſia, quæ non iudicat de occultis, ſed de his tan-
tùm, quæ extrinſecus apparent, ex eo actu aduer-
ſante ipſi clericali ſtatui, cenſet Clericum habere
beneficium pro derelicto, & ideò veluti emen-
84 ſorem, & transfugam eum punit: vndè idem † ius
porrigitur ad eum caſum, cùm efficitur miles ar-
matæ militiæ, prout vtrũque caſum, cùm videlicèt
vel matrimonium cõtrahit, vel miles efficitur, ex
identitate rationis, habiti ſcilicet pro derelicto,

determi-

determinat gloſ. in cap. vlt. in verb. redierunt, verſ. ſuper hoc tamen diſtingue, et ibi præ cæteris Imol. num. 6. de cler. non reſid. Abb. in cap. qualiter n. 3. & 4. eod. tit. & eſt communis opinio, vt atteſtatur Barbat. conſ. 11. ſub num. 19. verſ. præterea facit lib. 1. Clar. in §. fin. quæſt. 73. ſub nu. 6. verſ. item clericus, Pariſ. de reſign. benef. lib. 1. quæſt. 1. n. 22. Gig. de penſ. quæſt. 55. num. 2. Gonzal. ad reg. de menſib. gloſ. 14. num. 63. & gloſ. 15. n. 54. Farin. in fragment. par. 1. in verb. Clericus num. 184. Carol. de Graſſ. de effect. clerica. eff. 1. num. 865. Bellet. diſquiſ. cleric. par. 1. §. 11. num. 7.

85 Etſi enim innocens militia, † & honeſtum poſſit eſſe coniugium, electionem tamen meliorem deſeruiſſe traſgreſſio eſt, inquit tex. in can. 1. 20. q. 3.
86 & ſic actus implicat † beneficij eiurationē, Rebuff. de nominat. quæſt. vlt. num. 19. vtroquè enim ca-
87 ſu † ſiuè matrimonij, ſiuè militiæ, dicitur inire contrariam negotiationē ſtatui clericali, ex qua conſequitur animus habendi beneficium pro derelicto, inquit gloſ. in c. qualitèr in verb quadriennium verſ. & licet negetur eo. tit. de cler. nō reſid.

Et quod ad militiam pertinet, ſatis conſtat tra-
88 ctari arma carnalia † in perſona Petri fuiſſe vetitum à Chriſto, cap. cùm à Iudæis, 23. quæſt. 8. &
89 propterea hinc proprij gradus amiſſionem † imminere, vt ex cap. quicunquè ex Clero, qui in ordine eſt 5. ea. 23. quæſt. 8.

90 Quæ omnia tamen, quoad hanc pœnam † amiſſionis beneficij ipſo iure, non ità de plano procedere intelligerem, ſaltim vbi ad ſæna etiam non eſt deuentum, cum quo temperamento videntur loquuti Azor. & Rebuff. vbi ſupra, niſi vel ipſa
91 ſolius habitus clericalis † abiectio pœnam hāc hodiè inferret ex cōſtitutione Sanctæ mem. Sixti V. ſub Dat. 5. Idus Ianuarij 1588. & eſt in nouo Bullario 92. cuius meminit etiam Azor. vbi ſup. & Gonzal. d. gloſ. 15. n. 56. adeò vt ferè inanis ſit dicti articuli diſcuſſio, in cuius indagine quandò etiam occurreret, nullatenus eſſet recedendum à prædicta communi.

92 Et nihilominus qui ex hac Conſtitutione † impetraret alterius beneficium, duriſſimam, & fermè inextricabilem aggrederetur prouinciam. Nam licet ex ſuppoſitione quòd in eam commiſſum ſit, nequeat controuerti illius virtus in priuando, ſub prætextu quod ea non ſit vſu recepta, ex his quæ in præcedenti quæſtione diximus, & reprobata opinione Garz. de benef. par. 7. cap. 1. num. 24. in puncto determinauit Rota in vna Tullen. Penſionis 21. Aprilis 1621. coram Reuerendiſſ. D. Coccino, & huiuſmodi † obiectus, vtcunquè in negatiua
93 conſiſtens ſit coarctabilis per Teſtes, cōcludentes fieri non poſſe quòd talis inceſſiſſet in habitu, & tonſura, quin ipſi ſciuiſſent, vel vidiſſent propter
94 continuam conuerſationem, qui eſt † legitimus modus probandi negatiuam per Teſtes, iuxta doctrinam Bart. in l. 1. §. hoc interdicto, num. 8. de itin. actuq; priuat. Dec. conſ. 173. ſub num. 3. verſ. ſimiliter, cum alijs adductis per Franc. Becc. conſ. 78. num. 1. & firmatum fuit in præallegata Tullen. penſionis.

Nihilominus, ad iſtum effectū, ità eſt inſtruenda
95 probatio, vt concludat † ad abiectionem, & quodammodo ad deſpectum ordinis clericalis, per inceſſum videlicet in habitu laicali in locis publicis, & populo frequētibus, ac ſine rationabili cauſa, vt ferè explicatur in Clem. 2. in princ. de vit. &
96 honeſt. Cler. à qua non eſt † dubium ſanctionem iſtam Sixti interpretationem recipere, l. 2. ff. de noxal. l. quamuis ff. de in ius voc. Surd. conſ. 4. nu. 29. & conſ. 45. num 33.

Et propterea facilè etiam elideretur huiuſmodi
97 probatio, ſi Reus exciperet de aliqua † rationabili cauſa, vtputa timoris, vt explicat gloſ. in ea. Clem. in verb. rationabilis, per tex. in cap. penul. in
98 verſ. cappas verò, extra eo. tit. & ſic † de ſimilibus, Vital. in ead. Clem. num. 5. Card. num. 4. Ioan. de Imol. num. 1. in ſecundo not. & Anch. num. 10. & 16. Bened. Capr. num. 2. & 3.

99 Nequè attenderetur inceſſus † in publicum, ſi ioco, aut amœnitatis gratia id contingeret, ex his quæ tradit Card. eo. num. 4. verſ. Item hic punitur vſus, & verſ. nam & qui cauſa, vbi ponderat vim
100 illius vocis vſus, quæ † denotat actum conſumatum, & confirmatum, & ita veniunt intelligenda quæ ſcripſimus lib. 1. quæſt. 42. num. 52.

SVMMARIVM.

1 Reſidere, verbum, quid ſignificet.
2 Reſidens dicitur qui præſens eſt.
3 Modò habeat domicilium in loco.
4 Reſidere apud beneficium, qualitèr intelligatur.
5 Reſidere, intelligitur cum effectu.
6 Reſidentia, non poteſt niſi vno in loco obiri.
7 Diſpenſatus ad duo reſidentiam exigentia, ſatiſfacit oneri reſidentiæ, ſi in vno tantum reſideat.
8 Reſidentiam an exigat quodcunquè beneficium.
9 Reſidentiam non exigit beneficium ſimplex, ex generali conſuetudine.
10 Etiamſi ſit Capellania.
11 Reſidentia in beneficio ſimplici, quo iure vitatur.
12 Reſidentiam non concludit onus celebrandi miſſam.
13 Niſi adiectum ſit, quòd beneficiarius celebret per ſeipſum.
14 Reſidentia, vbi eſt iniuncta, non ſoluitur ex eo, quod quis aliquandò ſeruierit per ſubſtitutum.
15 Reſidentia præciſa, poteſt iniungi ex ſtatuto Eccleſiæ, abrogando conſuetudinem, ſiuè fiat per Capitulum ſine interuentu Epiſcopi.
16 Siue è conuerſo per Epiſcopum ſine Capitulo.
17 Et quæ ſit ratio.
18 Reſidentia, quandò nequeat induci ex ſtatuto.
19 Reſidentia, quandò poſſit remitti per Epiſcopum.
20 Reſidentia conſtituitur ex annexione ordinis vel officij.
21 Canonicatibus, & portionibus in Cathedralibus, hodiè eſt annexus ſacer ordo.
22 Canonicatus Cathedralium, onus habens reſidendi annexum.
23 Retentio plurium incompatibilium, aliquo caſu

conceſſa, non concludit ad remiſſionem reſidentiæ.
24 Canonicatus in Collegiatis, an hodiè exigant reſidentiam.
25 Reſidentiam an exigat beneficium, omnino eſt exprimendum.
26 Ni gratia facta ſit motuproprio.
27 Et quæ ſit ratio huius neceſſitatis.
28 Reſidentia, eſt narranda in vnionibus, & ſuppreſſionibus.
29 Aliàs, gratia eſt nulla.
30 Reſidentia voluntaria, quæ dicatur.
31 Reſidentia præciſa, quæ dicatur.
32 Reſidentia continua, & diſcontinua, quænam acceptio.
33 Reſidentia cauſatiua, in quo differat à præciſa.
34 Reſidentia continua, & diſcontinua, eſt eadem cum cauſatiua, & præciſa.
35 Reſidentia præciſa, inducitur ex onere curæ animarum.
36 Itemque ex iure ſingulari.
37 Reſidentia, in habentibus curam animarum, an ſit de iure diuino.
38 Reſidentiæ relaxatio, quæ mala parturiat, remiſſiuè.
39 Reſidentia perſonalis, ratione curæ animarum, qualiter fiat.
40 Et qualiter ſuper ea diſpenſari dicatur.
41 Reſidentia humano iure impoſita, eſt diſpenſabilis pro arbitrio Romani Pontificis, etiam ſine cauſa.
42 Secus vero pro arbitrio inferioris à Papa, in quo exigitur cauſa.
43 Reſidentiæ præciſæ cauſa formalis, quæ ſit.
44 Reſidentia cauſatiua, ſi negligatur, non inducit pœnam priuationis ipſo iure.
45 Nec poteſt Epiſcopus id ſtatuere.
46 Reſidentia in Cathedralibus, & alijs maioribus, ſi negligatur, non infert pœnam priuationis ipſo iure.
47 Secus verò in Parochialibus.
48 Tex. in cap. ex tuæ, de cleric. non reſid. explicatus.
49 Clauſula generalis, quando, vel non reſtringatur ad proximiora.
50 Text. in cap. 2. de Cleric. non reſid. non loquitur de Parochiali.
51 Eccleſia, pro Epiſcopatu.
52 Parochia, pro Diœceſi.
53 Text. in præall. cap. 2. de Cleric. non reſid. explicatus.
54 Cardinalium tituli, ſunt ad inſtar diœceſeon.
55 Cardinalis, in Eccleſia ſui tituli, dicitur Prælatus, & quaſi Epiſcopus.
56 Cardinalis, dum reſidet apud titulum ſuum, habetur pro præſente in Eccleſia Cathedrali.
57 Text. in cap. ex tuæ, de Cleric. non reſid. de qua abſentia intelligatur.
58 Reſidentiam negligens is, cui incumbit animarum cura, ipſo iure beneficium amittit.
59 Text. in cap. extirpandæ, §. qui verò, de præben. expenſus.
60 Reſidere is nolle præſumitur, qui abeſt contra iuris præceptum.
61 Monitionis neceſſitas, in articulo priuationis ob non reſidentiam, quò tendat.
62 Monitio cur ſit neceſſaria in declaranda pœna priuationis ob non reſidentiam.
63 Pœna priuationis ipſo iure, non mittitur exequutioni ante declaratoriam facti.
64 Exequutio iuris, quid differat ab exequutione facti.
65 Monitio abſentis ſuper priuatione ob non reſidentiam, quorſum.
66 Monitio abſentis, ſuper priuatione ob non reſidentiam, non eſt pars ſubſtantifica ipſius priuationis.
67 Monitio eadem, quo caſu omitti poſſit.
68 Et an debeat eſſe trina.
69 Et an debeat expectari lapſus ſex menſium.
70 Pœna priuationis ob non reſidentiam vbi eſt incurſa ipſo iure, non poteſt remitti per inferiorem à Papa.
71 Beneficium vacans ob non reſidentiam, intelligitur reſeruatum Papæ.
72 Etiamſi ad eam fuerit proceſſum in vim Conſtitutionis Synodalis, aut alterius iuris ſingularis.
73 Et quæ ſit ratio.
74 Priuatio, vbi eſt incurſa ipſo iure, nil refert, quod Iudex ferat ſententiam priuationis.
75 Reſidere nolens, non appellat à ſententia priuationis.
76 Modo ſententia ritè, & rectè lata ſit.
77 Abſens à beneficio, cum licentia Superioris ad certum tempus limitata, ſi intra illud non reuertatur, cenſetur deſertor beneficij.
78 Et an hoc caſu requiratur monitio.
79 Monitio abſentis cũ licentia ad tempus, nõ eſt neceſſaria, ſed debet expectari lapſus ſex menſiũ.
80 Deſertor Militiæ habetur, qui non redijt expectatus per ſex menſes à commeatu.
81 Reintegratur tamen, ſi reuerſus docuerit de impedimento.
82 Idemque dicitur de deſertore beneficij.
83 Monitio contra temerè abſentem, ſi locus non ignoretur, neque tutus ſit, quæ, & qualis exigatur.
84 Monitio temerè abſentis à ſua reſidentia, & ſucceſſiua ſpoliatio, non exigit formam iudicialem.
85 Abſentia, facti eſt notorij reſpectu Superioris præſentiam exigentis.
86 Abſens quis dicatur.
87 Monitio temerè abſentis à reſidentia, prorſus neceſſaria pro priuatione ob non reſidentiam.
88 Et debet continere tempus congruum.
89 Neque hac, aliud tempus expectat.
90 Et pro illius exequutione, ſufficit notitia.
91 Neque illi ſatisfit per ſimplicem reditum.
92 Edicto decernitur monitio ſiuè citatio contra impedientem acceſſum.
93 Nec eſt neceſſaria reiteratio.
94 Et qualiter probetur impedimentum.
95 Abſens à reſidentia, ſi ignoretur locus in quo degit, moneri vti debeat.
96 Et quid ſi locus non ignoretur, ſed minus commodus acceſſus ſit.
97 Edicta, vbi contra abſentem decernitur, ſummariè & extra-

& extraiudicialiter deducenda eſt abſentia.

98 Edicta vbi proponuntur contra abſentem à reſidẽtia, nec ſcitur locus, debent eſſe tria ad minus.

99 Et qua ſit ratio.

100 Monitio vnica, pro tribus, nuſquam ſufficit vbi agitur de priuationis pœna.

101 Præterquàm, vbi agitur de reſidentia Parochi.

102 Abſens à reſidentia, vt ritè priuetur, ſi locus ignoretur, poſt terminum idicti, debet per ſex menſes expectari,

103 Et qualiter contra eum debeat ſententia concipi.

104 Argumentum à conſequenti ad neceſſarium antecedens, in ſententijs admittitur.

105 Abſentis à reſidentia priuatio, non exigit ordinem iudiciarium.

106 Abſens ob non reſidentiam, ſi cauſa per ipſum propoſita non fuerit diſcuſſa, reintegratur.

107 Abſens, monitus ſuper reſidentia, an teneatur excuſatorem ſaltim mittere, remiſſiuè.

108 Interim tamen, proceſſus eſt validus.

109 Sed adhuc ei ſubuenitur ope reſtitutionis.

110 Et qualiter poſsit per eum intentari aut nullitas.

111 Aut reſtitutio coram eodem ordinario.

112 Impedimentum nè citatus compareat, triplex.

113 Valetudo aduerſa, ex qua deducitur excuſatio contumaciæ, probatur teſtimonio Medicorum.

114 Item iuramento proprio, ſi concurrat veriſimilitudo.

115 Abſentes à reſidentia, quo ordine plectantur ex diſpoſitione Sacri Tridentini Concilij.

116 Et quo, de iure antiquorum Canonum.

167 Et an etiam prius per cenſuras.

118 Abſentis à reſidentia, vt multiplex pœna, ita ſemper arbitraria Epiſcopo.

119 Abſens, priuatus ob non reſidentiam cauſatiuam, vbicunquè reuertitur, reintegratur ad ſuum beneficium.

120 Abſens, ſi ex ſuppoſitione mortis ſpolietur beneficio, quandocunquè compareat, illud recuperat.

121 Abſens ex iuſta cauſa, & de licentia Superioris, conſequitur omnes fructus.

122 Modò, hæc duo concurrant, videlicet iuſta cauſa, & licentia.

123 Licentiæ, vox, cuius ſit ſignificationis, & energia.

124 Abſens à reſidentia ſinè cauſa, etiam cum licentia Superioris, non eſt tutus in conſcientia.

125 Sed nequè in foro exteriori pro conſequendis fructibus.

126 Abſenti à reſidentia non ſuffragatur iuſtitia cauſa ſine licentia Superioris.

127 Monachus, non poteſt vrgere forenſe negotium Monaſterij, niſi ex licentia ſui ſuperioris.

128 Obedientiæ bonum, præſtat cuiuis alteri.

129 Abſenti ex iuſta cauſa, & de licentia ſui ſuperioris, debentur etiam diſtributiones quotidianæ.

130 Abſens vbi habetur pro præſente, dicitur præſens fictè.

131 Abſentiæ iuſtæ, duplex cauſa.

132 Abſentiæ cauſa à reſidentia vbi deducitur ex neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiæ, intelligitur de magna, & euidenti.

133 Abſentiæ cauſa iuſta, eſt quæ proponitur ex infirmitate.

134 Infirmus ſeu detẽtus aduerſa valetudine, ſatis dicitur ſeruire ad effectum conſequendi alimẽta.

135 Infirmo debentur omnes diſtributiones quotidianæ, etiã circumſcripta quacunquè cõſuetudine.

136 Etiã ſi quis inciderit in infirmitatẽ propria culpa.

137 Modò, infirmitas non ſit leuis.

138 Et modò infirmus, dum benè valebat, conſueuiſſet reſidere.

139 Excommunicato iniuſtè, debentur fructus, & diſtributiones, iuſtè autem ſecus.

140 Sed quid dum adhuc non eſt detecta iniuſtitia.

141 Excommunicato iniuſtè qui priùs non conſueuerat reſidere, durante excommunicatione non debentur fructus aut diſtributiones.

142 Carcerato, etiam in eodem oppido, debentur diſtributiones.

143 Diſtributiones quotidianæ debentur Canonico expulſo à Capitulo.

144 Etiamſi non fuerit proteſtatus:

145 Quod declaratur.

146 Abſentiæ iuſta cauſa vbi conſtituitur in vtilitate Eccleſiæ, qualiter æſtimetur.

147 Abſens à reſidentia pro vtilitate Eccleſiæ, non conſequitur diſtributiones quotidianas, ſiuè vtilitas veniat principaliter.

148 Siue conſecutiuè.

149 Defertur tamen in hac parte conſuetudini.

150 Abſentia cauſa ſtudij, implicat vtilitatẽ Eccleſiæ.

151 Studij cauſa, quot abeſſe poſſint de Eccleſia, arbitrarium eſt.

152 Abſenti cauſa ſtudij, debentur omnes fructus, præter diſtributiones quotidianas.

153 Et quid ſi omnes reditus conſiſtant in diſtributionibus huiuſmodi.

154 Et qualiter ſit facienda diuiſio.

155 Abſens cauſa ſtudij nõ tenetur dimittere Vicariũ.

156 Abſens cauſa ſtudij à beneficio curato, tenetur dimittere Vicarium cum congrua portione.

157 Studij cauſa, poteſt differri promotio ad Sacerdotium, ſed non promotio ad Subdiaconatum. n.

158 Text. in cap. cum ex eo, de elect. in ſexto, expeditur.

159 Vicarius perpetuus in ſolo exercitio curæ, dicitur habere titulum perpetuum in Eccleſia.

160 Et ſubijcitur neceſſitati examinis.

161 Studij cauſa, ſi petita licentia, denegetur in caſu cap. cum ex eo, de elect. in ſexto, datur recurſus ad Superiorem.

162 Non vt ipſe det licentiam, ſed vt compellat ad dandum.

163 Vicarij deputatio in caſu cap. cum ex eo, de elect. in 6. ad ſolum Epiſcopum pertinet.

164 Studij cauſa diſpenſatio ſuper reſidentia, ſoli Epiſcopo ſpectat.

165 Vicarius in beneficio curato, quo caſu poſſit dimitti per Rectorẽ abſuturum, propria auctoritate.

166 Rector Parochialis dum reſidet, poteſt ſibi adſciſci coadiutorem in exercitio curæ.

167 Diſpenſandi facultas ſuper reſidentia in caſu cap. cum ex eo, de elect. in ſexto, eſt iuriſdictionis Epiſcopalis,

168 Ideoquè, ſede Epiſcopali vacante, tranſit in Capitulum.

169 *Quemadmodum, & adminiſtratorem, et in adminiſtratorem Apoſtolicum.*
170 *Studij tempus, de quo in* cap. cum ex eo, de elect. in ſexto, *debet eſſe vtile.*
171 *Vicarius deputatus iuxta terminos* cap. cum ex eo, de elect. in ſexto, *an poſſit reuocari ad nutum Epiſcopi.*
172 *Vicarius huiuſmodi, non eſt intitulatus, nec filius Eccleſiæ.*
173 *Diſtributionum quotidianarum appellatione, an includatur quidquid percipitur vltra præbendam.*
174 *Abſens à reſidentia pro negotio proprio, iuſtam abſentiæ prætexit cauſam.*
175 *Quemadmodum, qui peregrinatur mandato Epiſcopi.*
176 *Abſenti futuro, pro negotio proprio à reſidentia, Epiſcopus non debet denegare licentiam.*
177 *Quod tamen declaratur.*
178 *Lis, an & quandò ſit iuſta cauſa abſentiæ à reſidentia.*
179 *Lis ſuper præeminentijs, & huiuſmodi, quæ poteſt tractari per Procuratorem, non præſtat iuſtam cauſam abſentiæ à reſidentia.*
180 *Lis, eatenus debet exerceri per ipſummet clericum beneficiatum, quatenus concurrit magnum præiudicium Eccleſiæ.*
181 *Procuratoris vſus, ad quid introductus.*
182 *Abſentes pro ſeruitio Papæ, quatenus habeantur pro præſentibus.*
183 *Canonicos duos poteſt habere Epiſcopus in ſuo ſeruitio, quibus debentur fructus in abſentia.*
184 *Idemque dicitur de Cardinali habente in ſuo ſeruitio duos Canonicos ſui tituli.*
185 *Et an porrigatur ad alios beneficiatos, qui non ſint Canonici.*
186 *Abſentes à reſidentia, quod habeantur pro præſentibus, eſt damnoſum Eccleſiæ.*
187 *Epiſcopo, maior eſt communio cum Canonicis ſuæ Eccleſiæ, quàm cum alijs.*
188 *Epiſcopus, poteſt habere in ſuo ſeruitio duos beneficiatos, qui non ſint Canonici, ſi concurrat maxima vtilitas, vel ſumma neceſſitas Eccleſiæ.*
189 *Canonici Collegiatæ, non poſſunt retineri in ſeruitio Epiſcopi, vt percipiant fructus in abſentia.*
190 *Contrarium tamen verius videtur.*
191 *Canonici, qui fuerunt retenti pro ſeruitio Epiſcopi, & petunt fructus, non tenentur docere de vtilitate Eccleſiæ.*
192 *Et quæ ſit ratio.*
193 *Licentia, ſupponit impedimentum.*
194 *Indultum ſuper abſentia à reſidentia, non implicat remiſſionem neceſſitatis pro obtinenda licentia ab Epiſcopo.*
195 *Studium Theologiæ, tàm reſpectu diſcentium, quam docentium, relaxat onus reſidendi.*
196 *Etiam in ſenibus.*
197 *Modo accedat licentia Epiſcopi.*
198 *Licentia Epiſcopi pro abſentia, non eſt neceſſaria in indultario Apoſtolico, de ſe abſentando in indiuiduo, alias ſecus.*
199 *Et quæ ſit ratio.*
200 *Indultum Apoſtolicum de percipiendis fructibus in abſentia, cuius ſit energia.*
201 Text. in cap. vlt. de Magiſtr. *reſpectu docentium, explicatus.*
202 *Et, an obtineat in ſtudio Iuris Canonici.*
203 *Theologus, ſine ſcientia Iuriſprudentiæ, quantæ ſit exiſtimationis.*
204 Text. in cap. vlt. de magiſtr. *noua interpretatione explicatus.*
205 *Leges, & Phyſicam audiendi facultas, à Papa impetrari per clericos conſueuit.*
206 *Clerici Regulares, & alij quibus vetitum eſt ingredi ſcholas legum & Phyſicæ, poſſunt eas facultates priuatim audire.*
207 *Studijs aliquibus generalibus indultum eſt, vt in ijs tàm regulares, quàm ſeculares clerici impunè audiant leges & Phyſicam.*
208 *Abſentiæ licentia, nonnunquam omittitur ex repentina neceſſitate diſcedendi.*
209 *Ea, ab Epiſcopo omnino petenda.*
210 *Etiam quod ius dandi hanc licentiam, iure ſingulari ſit in Capitulo.*
211 *Licentia pro abſentia à reſidentia, perpetuò petenda etiam ab illo, qui veriſimiliter eam eſt negaturus.*
212 *Sufficit autem eam fuiſſe petitam, quantumcunque non obtentam.*
213 *Quod declaratur.*
214 *Licentia pro abſentia non eſt petenda, ſi ingruat neceſſitas diſcedendi.*
215 *Epiſcopus ſi ſit extra Diœceſim, non eſt requirendus pro licentia ſuper abſentia à reſidentia, neque hoc caſu in eius vices ſuccedit Capituli.*
216 *Licentia ſuper abſentia, tamdiù durat, quamdiù durat abſentiæ cauſa, etiamſi moriatur qui eam conceſſit.*
217 *Licentia eadem, non eſt reuocabilis niſi ſuperueniente noua cauſa.*
218 *Licentia ſuper abſentia cauſa ſtudij conceſſa, qualiter reuocetur.*
219 *Licentia ſuper abſentia cauſa ſtudij, non eſt neceſſaria prouiſo Apoſtolico præſenti in Vrbe, & in ea perſeueranti.*

QVÆSTIO XXVII.

Vacatio qualiter inducatur ex priuatione ob non reſidentiam.

PRAEMITTI oportet, *reſidere*, vt eſt
1 † vox ſignificatiua modi eſſendi in loco, nil aliud innuere, quam præſentiam perſonæ apud Eccleſiam, ad effectum illi deſeruiendi, *gloſſ. in cap. conquerente, in ver. deſeruiat*, & ità ſumitur toto eo ti-
2 tulo, *de Cleric. non reſiden.* adeò vt reſidens † is dicatur, qui eſt præſens, *Io. Andr. in cap. ex parte*
3 *num. 4. eod. tit.* non caſualitèr, ſed conſtituto † domicilio, vt ibi perpetuò ſit, *Gregor. deciſ. 163. n. 1.*
4 & non † vt ibi deſidem agat vitam, ſed vt curet beneficium, *Card. in clem. vn. in princ. n. 22. de for. compet.*

Digitized by Google

5 compet. illiquè † inſeruiat cum effectu, Cniac. in
prime. eiuſd. tit. de cler. non reſiden. verſ. quod præ-
terea: vtcunquè terminus ità amarè non ſit acci-
piendus, vt aliqnandò non liceat recedere à loco
ex iuſta cauſa, vt notauimus lib. 2. q. 40. num. 36.
6 Interim tamen † non poteſt, niſi in vno loco reſi-
dētia obiri, Rip. conſ. 26. alias primo, de cōſuetud.
num. 32. Gregor. deciſ. 70. ſub num. 5. verſ. non
potuit eodem tempore, vndè diſpenſatus ſuper duo-
7 bus exigentibus † reſidentiam, ſatisfacit reſiden-
dendo in vno, gloſſ. in cap. non poteſt, 21. in verb.
retinere, de præben. in ſexto, Iaſ. in l. beneficium,
num. 45. verſ. non tamen intelligitur, ff. de Conſtit.
Princip.

Præmiti item oportet, inſpecta iuris communis
diſpoſitione, omne beneficium quantumcunquè
8 ſimplex, † habere onus reſidētiæ, vt docuit Innoc.
in cap. vlt. ſub num. 1. verſ. intelligo tamen, d. tit.
de cler. non reſid. quem ibi ſequuntur Cardin. nu.
16. Felyn. num. 9. & alij paſſim, & eſt communis
omnium opinio, vt ait Azor. moral. par. 2. lib. 7.
cap. 3. verſ. ſed dubitatur, qui alios allegat, Greg.
deciſ. 175. nu. 1. & notauimus hoc lib. q. 23. n. 11.
cuius rei rationem viuam extollunt Tholoſ. de
benef. cap. 7. nu. 1. & Couarr. var. reſol. lib. 3. c. 13.
9 num. 3. Sed attento quod † poſtea multa bene-
ficia ſunt facta inſufficientia ad ſuſtentationem illa
obtinentium, ijdem Doctores ſcribunt, per gene-
ralem conſuetudinem beneficia ſimplicia huiuſ-
modi onus exuiſſe, & ità ſeruari in omnibus, præ-
terquam in ijs quibus aliud ſpecialiter cautum
ſit, ita Alex. de Neuo in d. cap. vlt. ſub num. 8.
10 verſ. ſed attento quod poſtea, etiamſi agatur † de
Cappellanijs, vt ex mente Card. & Imol. ſupertus
citatorum, ſcripſit idem Alex. de Neu. conſ. 47.
11 num. 10. ita vt in effectu, † neceſſitas reſidendi in
ſimplici beneficio referatur, vel ad ſtatum primi-
tiuæ Eccleſiæ, vel ad ius ſingulare; ius verò non
reſidendi ad quandam conſuetudinem generalem,
ſequitur Felyn. in cap. dilectus il ſecondo, ſub n. 1.
verſ. & dicunt non requirere reſidentiam, de re-
ſcript. Abb. in cap. extirpanda, §. quid verò, nu. 31.
de præben. Rebuff. in prax. tit. diſpenſatio. de non
reſid. num. 7. & 8. Mandoſ. ad regul. c. Cancell.
quæſt. 13. n. 8. Alex. conſ. 1. num. 2. lib. 7. Caſ. de
Graſſ. deciſ. 4. num. 13. de præben. Rota in recen.
par. 2. deciſ. 375. num. 2. Gregor. d. deciſ. 175. nu. 2.

Ex quibus patet, ſi nil aliud proponitur, benefi-
12 cium ſimplex † non exigere perſonalem reſiden-
tiam, etiam quod ex lege fundationis impoſita ſit
neceſſitas beneficiario quotidie miſſam celebran-
di; cùm iſtud onus poſſit per alium abſolui, & ſic
non concludat ad reſidentiam, Mil. in verb. bene-
ficium num. 29. Lap. alleg. 35. n. 4. Greg. deciſ. 108.
13 num. 5. niſi † adiectum fuerit quod celebret per
ſeipſum, vt ex mente Lapi eo loco cenſuit Rota
14 apud Mantic. deciſ. 67. num. 1. quo caſu † nec re-
fragatur aliquando fuiſſe præſtitum ſeruitium per
ſubſtitutum, aut aliter obſeruatum, vt per Mantic.
eo. loc. num. 2. & 3.

Dixi autem, ſi nihil aliud appareat, porrò nihil
15 eſt, quin ex ſtatuto † Eccleſiæ poſſit induci hæc
neceſſitas reſidendi, etiam abrogando conſuetu-
dinem, ſiue fiat huiuſmodi ſtatutum per ſolum
Capitulum ſine interuentu Epiſcopi, vt per eum
text. determinat Abb. in cap. cum omnes, ſub nu. 1.
in 2. not. de conſt. quem alij ſequuntur, præcipuè
Dec. ex num. 5. & fel. num. 7. ſiuè è conuerſo
16 per † ſolum Epiſcopum ſine Capitulo, modò ſem-
per vrgeat neceſſitas, vel vtilitas Eccleſiæ ex de-
fectu miniſtrorum, vt docuit idem Abb. in cap. ad
audientiam, 15. num. 4. de Cleric. non reſid. & tra-
dunt in præcit. cap. cùm omnes de conſtit. Felyn.
num. 9. & Andr. ab Exea, num. 40.
17 Enimuerò, nihil hoc caſu decernitur † contra
Ius, ſed potiùs, dimota hac conſuetudine, reuerti-
tur ad ius commune, & ſic ad ſtatum maioris per-
fectionis, vt ex mente Doctorum præallegato-
rum concludit Rot. d. deciſ. 375. ſub nu. 4. ad fin.
verſ. & redditur ratio. par. 2. in recen.

Decerneretur autem contra ius, ſi vel ceſſaret
18 cauſa, † vel decretum de reſidendo non afficeret
omnes æqualiter, ſed aliquos tantùm eiuſdem
gradus, ſiue ordinis, vt per eundem text. in d. cap.
cum omnes, declarat Abb. ſub d. num. 1. verſ. nam
ſtatutum. Quod ſi hæc ratio ceſſet, libera eſt hac
19 in re facultas Epiſcopi non ſolum in † ſuperindu-
cenda reſidentia ex cauſa prædicta, vel ex ſola etiā
voluntate Patroni (ſi beneficium ſit de Iurepatro-
natus) ſed etiam in ea tollenda, ſi ob tenuita-
tem fructuum non reperiatur qui velit prouideri,
quemadmodum late probat Monet. de commut.
vlt. vol. cap. 11. num. 115.

Sed, & quod diximus, ex impoſitione oneris ce-
lebrandi, non inferri ad onus reſidentiæ, eò non
ſe extendit, vt obtineat, ſi beneficio quoquè an-
nexus ſit ordo, ſecundum ea quæ explicauimus
20 lib. 2. quæſt. 47. tunc enim † ratione annexionis
huiuſmodi, aut ordinis, aut etiam officij dicere-
tur beneficium requirere reſidentiam tàm de iu-
re, quàm de conſuetudine, vt poſt Card. in d. cap.
fin. adnotat Alex. de Neuo in cap. peruenit, il ſe-
condo, quod in ordine eſt 28. num. 11. de appell.
21 Quò fit, vt quià hodiè † ex diſpoſitione Concilij
ſeſſ. 24. cap. 12. in omnibus Eccleſijs Cathedrali-
bus, omnes Canonicatus, & Portiones habent an-
nexum ordinem Sacrum, Presbyteratus videlicet,
Diaconatus, vel Subdiaconatus, dicendum ſit, ge-
22 neralem ſupradictam conſuetudinem, † minimè
porrigi ad hos Canonicatus; quicquid ſcripſerit
Mandoſ. de ſignat. grat. tit. diſpenſatio de non re-
ſid. verſ. Canonicatus, deceptus authoritate glo. in
cap. 1. in verb. vnicum, de conſuetud. in ſexto, vbi
quod ſub eodem tecto compatibilis eſt Canoni-
catus cum dignitate, & Pariſ. conſ. 90. n. 15. lib. 2.
prout etiam deceptus fuit Abb. in conſ. 96. ſub nu.
2. verſ. contrariam ſententiam: nàm illatio non eſt
23 bona, quià conſuetudo approbat † retentionem,
ſed non concludit ad non reſidentiam, vt docet
gloſſ. in præall. cap. non poteſt, in verb. retinere, de
præb. in ſexto, & Iaſ. in præall. l. beneficiū, n. 45.
de conſt. prin. & optimè declarauit Rot. deciſ. 483.
ſub nu. 2. verſ. & licet ex generali conſuetudine,
part. 1. diuerſ.
24 Et idem eſt dicendum de Canonicatibus, † &
Patronatibus in collegiatis, quibus annexus eſt ſa-
cer or-

Digitized by Google

eer ordo : vtcunquè enim, aliàs in his liceret de-
ſeruire per ſubſtitutos, tamen hodiè facultas hæc
eſt ſublata ex decreto Concilij *ſeſſ.22. cap.9. de*
reform. & ſic in his exigi reſidentiam præciſam
fuit reſponſum in vna *Papien.reſidentia* 10. *Mar-*
tij 1603. *coram Attrebaten.* traduntquè *Garz. de*
*benef.par.3.cap.2.num.*180. *Barboſ.* qui plures al-
legat, *de Canonic & dignit.cap.*20.*num.*1.

Refert autem plurimum dignoſcere hoc, vide-
lice, an beneficiū alioqui ſimplex, exigat reſiden-
15 tiam, vel ſecùs; quià cùm † propter generalem
conſuetudinem, qualitas hæc non præſumatur, vbi
ea ſupponitur, venit omninò exprimenda, ſiuè ver-
ſemur in gratia prouiſiua, vt docet *Abb.in cap. ad*
aures,8.num.5. de reſcript.& paſſim tradunt alij
cumulati per Menoch.de arbit.iud.caſ. 201. *ex n.*
74.& Hoied. de benef.compatib.par.1.c.17.n.27.
16 (ni facta ſit † motuproprio, ex deductis per *Me-*
noch.loco praecit.num.77.Moneta de commut.vlt.
17 *vol.cap.6.num.367.*) vt indè Papa † intelligat, an
ſupplex velit obligari ad reſidendum, vt aduertit
gloſſ.vlt.in cap.ſi proponente,42.verſ. item ſi vult
reſidere,eod.tit. de reſcript. ſiuè verſemur in gra-
18 tia † ſuper vnione, aut ſuppreſſione, *Monet.d.tract.*
de commut.vlt.vol.cap.12.nu.164. quæ alioquin,
19 hac eadem † ratione, diceretur nulla, vt reſpondit
Rot.apud Greg.deciſ.450.num.6.

Præmitti etiam neceſſe eſt, Reſidentiæ hanc
30 ſummam eſſe diuiſionem, vt alia ſit merè † volun-
taria, vbi videlicet quis habet in Eccleſia ſedem
honorariam, ſine aliqua fructuum perceptione,
*iuxta Seraph.deciſ.*1452.*num.*2. Alia verò neceſ-
ſaria, & hæc eſt duplex, videlicet præciſa, & cauſa-
31 tiua. Præciſa dicitur, † quando eſt inſeparabilis à
titulo beneficij, ità vt non poſſit retineri benefi-
cium ab eo, qui non reſidet, Cauſatiua verò, quæ
eſt ità à titulo diſtincta, vt poſſit quis eum habere,
abſque eo quod reſideat, licet ex cauſa cogi poſ-
ſit ad reſidendum, quod in effectu eſt id, quod vo-
luit *Innoc.in cap.vlt. ſub num.2.verſ. item diffe-*
32 *rentia eſt,de cleric.non reſiden.* dum videtur † dif-
ferentiam ponere inter beneficium exigens con-
tinuam reſidentiam, & exigens reſidentiam ſim-
pliciter, quam alij vocant diſcontinuam, ſeù tem-
poralem. Et licet hæc diuiſio non ſatis probari
queat, (cùm etiam præciſa reſidentia reſpectu ſuæ
cauſæ, poſſit eſſe continua, & diſcontinua) Inno-
centium tamen ſequuntur ibi *Hoſt. nu.4. Io.And.*
ſub nu.6. verſ.eſt autem differentia, vbi quod hoc
33 ſecundo caſu ſat † eſt, beneficiatum abſtinere à be-
neficio; ideſt à fructuum perceptione; Vnde fre-
quentius Doctores agnoſcant hanc differentiam
inter præciſam, & cauſatiuam, vt in ſpecie reſpe-
ctu fructuum *ibid. Butr. itidem ſub num.6.* (qui
tamen ad ſupradicta non aduertens, ad effectum
inducendi incompatibilitatem, triplicem conſti-
tuit ſpeciem reſidentiæ, prout etiam facit *Imol.*
34 *n.13.*) nihilominus illa, etiam † ad hunc effectum,
reducibilis ad hanc bimembrem partitionem, vt
eleganter per *Rot. deciſ.483. ſub nu.2. verſ. nam*
vna poteſt eſſe conſuetudo par.1.diuerſ.

Præmitti denique & hoc oportet, cauſam effi-
cientem præciſæ reſidentiæ, vel eſſe ius commu-
35 ne † reſpectu curæ animarum, quæ beneficio incū-
bat, *cap.licet canon.§. his autem,de elect. in ſexto,*
36 vel eſſe ius ſingulare, videlicet † ſtatutum, priuile-
gium, aut conſuetudinem approbatam, *Innoc. in*
d.cap.vlt.num.1.in princ.Card.conſ.3 nu.5.& 6.
maxima tamen eſt differētia inter cauſam, & cau-
ſam circa effectum progredientem; nam reſiden-
37 tia † ratione curæ animarum, ſiuè Parochorum,
ſiuè Epiſcoporum, veluti ea quę nedum ab huma-
no, ſed etiā à iure diuino, & naturali videtur pro-
fluere, ex his; quæ tradit *B. Tho.2.2.q.185.art.5.*
& ibi diſputat Caietan.fuſiſſimè, ſed omnium lu-
culentiſſimè *Domin.Soto,de Iuſt.& Iure, lib.10.*
quaſt.3.art.1.2.& 3. Leſſ.lib.2. cap.34. diſp.29.
& ex noſtris Nauarr.in Manual.cap.25.nu.21.
Didac.var.reſol. lib.3. c.13.ſub n.9.verſ. quibus
ſuffragatur, omnium melius *Azor.moral. par. 2.*
lib.7.cap.4.per to. Mandoſ.conſ.18. nu.7. Ferret.
conſ.32.ex num.14.vbi, ſub num.16.inducit ver-
ba Concilij ſeſſ.23.de reform.cap.1.in prin. Zip.in
analyt.lib.3.tit.de cleric. non reſiden.nu.7. & qui
ex fontibus ſacræ paginæ id oſtendit *Moneta in*
tract. de commut. vlt. vol. cap. 4. num. 95. & qui
38 mala ex † non reſidentia ad viuum exprimit *P.*
Gregor. Tholoſ.de beneſic.cap. 7.num.4. non aliter
39 abſoluitur † quàm habitatione in domo Eccleſiæ,
ſi Eccleſia domum habet, vel ſi non habet, in alia
ità vicina, vt ſingulis repentinis caſibus, Curator
ibi adeſſe poſſit, vt benè per *Fely. in cap.quoniam*
frequenter, ſub num.21. verſ. ſcias primò, vt lit.
40 *non conteſt.* nequè aliter † eſt diſpenſabilis, quàm
ex ſuppoſitione cauſæ maioris commodi, & vti-
litatis ipſius Eccleſiæ, per interpretationem
iuris einſdem diuini, vt deducit *Sot. ea. q.3. art.4.*
in 3. & 4. col. verſ. nam inde certum ſit & col. 6.
verſ.in calce demum, quod vti ſe habeat, latius ex-
plicat *Azor.d.cap.4.ex verſ.ſi iuris diuini.*

41 At, quæ alia ratione, quàm † curæ huiuſmodi in-
ducitur, tàm forti nexu minimè conſtat, quominus
pro arbitrio legiſlatoris remiſſibilis ſit, vt ibi per
eum; quantumcunquè in inferiori ad eam procce-
42 dente etiam auctoritate Papæ, adhuc † cauſa exi-
gatur, quàmuis nihil aliud obuerſetur, quàm ius
humanum, vt benè diſtinguit *Innocen. in cap. du-*
dum, il ſecondo, num.16. de electio. Felyn. in
cap. ad audientiam, il ſecondo, ſub num.4. circa
fin.verſ. omnia iſta, de reſcript. multos allegat,
& ſequitur *Hoied. de beneſic. incompatib. par. 2.*
cap. 12. num. 44. & Monet. de commut. vlt. vol.
cap. 11. in 6. quaeſt. num.368.

43 Hiſ præmiſſis, quibus neceſſatiò † conſequitur,
cauſam formalem præciſæ reſidentiæ non aliam
eſſe, quam indictionē pœnæ priuationis in non re-
ſidente actu, *cap.2. c. ex tua, & cap.vlt.de Cleric.*
non reſid.cap.extirpandæ.§.qui verò, de praben.
Quoad primā partem quæſtionis huius, ſi quæra-
44 tur de beneficio † ſine cura animarum, atquè ità
humano iure duntaxat reſidentiam exigente, con-
cludi poteſt, ſentētiam hominis exigi, cùm nullibi
deciſum ſit, ipſo iure priuationem incurri, eſt ca-
ſus *in cap.ex parte, il primo, et cap.vlt. de cler.non*
45 *reſid.* niſi fortè aliud ſuadeat fundatio, † cuius te-
nor eſt attendendus, iuxta vulgatas regulas, nequè
enim

enim poteſt Epiſcopus ſtatuere, vt incurratur pœ-
na hæc priuationis ipſo iure, quemadmodum latè
oſtendit *Botta. de Synod. Epiſc. par. 3. ad 1. art.*
46 *num. 70. & 71.* ſi verò quæratur de † beneficio cu-
rato, cui ideo eſt annexum onus reſidentiæ à Iure
diuino, quamuis valdè ſe in hoc articulo contor-
queant ſcribentes, faciẽda eſt diſtinctio; Vt ſi aga-
tur de Eccleſijs maioribus, ideſt de Epiſcopati-
bus, cùm nullibi reperiatur à ſacris Canonibus
ſtatutum, vt priuatio ipſo iure incurratur, id nulla
interpretatione poſſit, vel debeat ſuaderi, ſed ſit
neceſſaria ſententia priuatoria, vt probat *tex. in
cap. 2. & in cap. ex tua, eo. tit. de cleric. non reſid.*
ſecundum eorum textuum verum intellectum, de
47 quo mox agetur; at ſi de inferioribus † Parochia-
libus, tenendum ſit, ipſo iure priuationem incurri,
vt eſt *text.* qui non poteſt cauillari, *in cap. extir-
panda, §. qui verò, de præben.* habet enim *text.* ille
48 duas † diſpoſitiones alteram ad alteram ſubor-
dinatam: & primùm quidem, ſtatuit, vt habens Pa-
rochialem deſeruiat per ſeipſum, non per Vicariũ;
habens autem præbendam in maiori Eccleſia, cui
ſit annexa Parochialis, in ea deſeruiat per Vicariũ
cui prouideat de cõgrua; *Alioquin* (inquit textus)
*illa ſe ſciat authoritate huius decreti priuatum,
liberè alij conferenda, qui velit, & poſſit quod di-
ctum eſt adimplere*; hæc namque clauſula *alio-
quin*, refertur ad vtramque diſpoſitionem, quod
ibi voluit *Innoc. nu. 2.* Et quamuis Hoſtienſis *ſub
nu. 19.* dixerit, alium intellectum, quod referatur
ad deputationem Vicarij cum congrua, & ſic ad
proxima tantum, videri magis congruere literæ, &
*Anchar. ſub num. 11. verſ. eſt & ſecundus intelle-
ctus*, cenſuerit, hunc intellectum eſſe veriorem,
& cum Hoſtienſi viſi ſint etiam tranſire *Io. Andr.
num. 12. Henrich. Boich. num. 6. & Butr. num. 13.
verſ. recitat tamen*, nihilominus nõ eſt ab Innocẽ-
tio recedendum, cuius imò intellectus magis con-
gruit literæ; nam qui contrarium ſentiunt, non
ducuntur alia ratione, quàm quòd clauſula gene-
ralis reſtringitur ad proxima, vt per *Anchar. vbi*
49 *ſupra*; Quod aſſumptum, † vbi non poteſt aſſigna-
ri diuerſitatis ratio inter proxima, & ſuperiora, in
iure eſt falſum, *l. talis ſcriptura §. vlt. de lega. 1.
cum adductis per Gabr. de clauſ. concluſ. 9. ex n. 1.*

Nec obſtat alia ratio ab euitanda correctione
antiquorũ Canonum per *Butr.* loco ſuperius re-
lato adducta; negatur enim talis correctio, neque
vllibi ſcriptũ legitur, Rectorem Parochialis ob nõ
reſidentiã priuari per ſententiam: Neque ad rem
50 facit † *text. in cap. 2. & in cap. ex tua ſupra alleg.*
omiſſa enim conciliatione quam affert *Germon.
animaduerſ. lib. 1. cap. 17.* quam vix probare
queo, neuter ex illis loquitur de ſimplici Paro-
51 chiali Eccleſia. Vbicunquè etenim † in eo titulo ſit
mẽtio de Eccleſia, de Epiſcopatu accipitur, & vbi
ſit mentio de Parochia, non Parochialis Eccleſia,
52 ſed † Diœceſis, eius appellatione venit, vt optimè
aduertit in *Rubr. eius tit. Cuiac. in princ. verſ. &
ſub nomine Eccleſia, & ad med. verſ. eſt enim pro-
priè parochia*, vbi ſic interpretatur *text. d. cap. 2.*
53 in quo refertur † depoſitio Anaſtaſij Cardinalis S.
Marcelli, qui fuit non ſimpliciter priuatus ſua
Parochia, quod textus nõ dicit, nequè ſimpliciter
depoſitus à ſua dignitate, vt ibi refertur, ſed am-
plius excommunicatus, non quidem ex eo tãtum,
quod deſeruiſſet ſuam Parochiam, ſeu Diœceſim
per quinquennium, ſed quia ad duo Concilia eius
cauſa coacta, Apoſtolicis literis accitus, & per
tres Epiſcopos Legatos vocatus, cõtempſerit ve-
nire; vndè in Romana Synodo, non ſub Leone Ter-
tio, vt habet vulgata lectio, ſed ſub Leone Quarto,
anno 853. eam paſſus eſt ſententiam depoſitionis,
& excommunicationis, vt poſt *Anton. Auguſtinũ
obſeruauit idem Cuiac. & fuſiſſimè tradit Baron.
in Annal. lib. 10. & Spondan. in Epitom.* Ibi ergo
Parochia ſumi debet pro Diœceſi, vt cẽſet *Cuiac.*
54 *vbi ſupra*, & meritò quia tituli † Cardinaliũ ſunt
ad inſtar Diœceſeon, ex quo in eis, & in Cappellis,
eorum titulis ſubiectis, habent iuriſdictionem
Epiſcopalem, vt poſt alios tradit *Mandoſ. ad reg.
9. q. 2. n. 20.* vbi de communi, & expoſuimus *lib. 1.*
55 *q. 8. num. 50. & lib. 2. q. 2. num. 7.* Itàvt † Cardina-
lis in Eccleſia ſui tituli dicatur Prælatus, & quaſi
Epiſcopus, vt loquitur *Nauarr. de Cler. non reſid.
conſ. 2. ſub num. 1. verſ. ſecundo ſatis certum eſt*, &
quod *text. in d. cap.* 2. non loquatur de Parochiali,
aduertit etiam *Abb. in d. §. qui verò, in 2. lectu.
num. 25. ad fin. verſ. nec obeſt, & poſt eum Sylua
de benef. par. 4. in 3. quæſt. num. 5. circa med. verſ.
& iſtud teneo*; deſeruerat enim ille Cardinalis Ec-
cleſiam Cathedralem cui erat præpoſitus, ſimulq;
56 titulum, alioqui ſi apud † ſuum titulum fuiſſet, ha-
bitus eſſet pro præſenti apud ſuam Eccleſiam, vt
concludit *Iacobat. de Concil. lib. 1. art. 1. nu. 197.
verſ. aliud priuilegium.*
57 Quod verò *text. in cap. ex tua* † pariter loqua-
tur de hac depoſitione Epiſcoporum, ſcribit *idem
Cuiac. ad text. in c. ex parte 8. ad fi. verſ. et ad ex-
tremũ, eo. tit. de cle. non reſid.* & cõuincitur ex ipſo
tex. ea enim Epiſtola directa eſt Epiſcopo Panor-
mitano ſuper abſentia Prælatorũ eius Prouinciæ, &
hunc etiã intellectũ agnouit *gloſ. in verb. vt ipſos.*
58 Ex quibus conſtat, opinionem † Innocentij
(quicquid dixerit *Hoſtien.*) eſſe veram, ſecundum
quam ità textum in *d. cap. extirpãda, §. qui verò,*
ſummarunt parum ſibi conſtantes *Ioan. Andr. &
Ancher. in princ.* & eam latiſſimè defendit *Abb. in
prima lectu. num. 11. & in repetit. n. 18. & n. 26.
verſ. ex prædictis talibus*, fuſius, & magis neruosè
*Ioann. de Selua in tract. de benef. d. par. 4. q. 3. ex
num. 1. & per to.* & qui eius dicta reaſſumpſit, &
magis ſentẽtiam hanc exornauit *Hoied. de benef.
compatib. prima par. cap. 18. ex num. 11.* vbi quod
iſta opinio nec minimam habet difficultatem.

Quoad alterum, reſpiciens exequutionem pœ-
næ, Doctores, tàm ſcribẽtes in *d. §. qui verò*, quàm
etiam alibi materiam hanc tractãtes, in re admo-
dum clara, non ex alio inter ſe diſſidere videntur,
quàm quia permiſcẽt nimirũ, in hac materia duo,
quæ penitus ſunt diuerſa, cõdemnationem, & exe-
quutionem, ordinequè ſuo conſiſtere non patiun-
tur, itàut condemnatio præcedat, & exequutio
ſubſequatur, iuxta regulam *text. in l. 1. C. de
59 exeq. re. iudic. cum ſimil.* & ad vtrumquè † extre-
mum, ordinatè tamen, reſpexit *text. in d. cap. ex-*

tirpanda

tirpanda, §. qui verò, in illis verbis, alioquin illa
ſe ſciat auctoritate huius decreti priuatum liberè
alijs conferenda: nam ea verba, *ſciat ſe priuatum*,
reſpiciunt condemnationem, & quæ adduntur, *au-*
ctoritate huius decreti, penitus quodcunquè ho-
minis miniſterium, quoad condemnationem ip-
ſam, excludunt.

Quæ verò ſequuntur ibi, *liberè alijs conferenda*,
reſpiciunt exequutionem, cùm non poſſit con-
ferri vni beneficiũ alterius, quin auferatur ab illo.

Hoc præmiſſo, quoad ipſam condemnationem,
60 firmandum eſt, vt ſuprà diximus, illam † ipſo iure
incurri, ſi tamen qualitates legis eam inducentis
verificentur; ideſt quòd nolit reſidere, quæ quali-
tas ex ſola, & ſimplici abſentia contra Iuris præ-
ſcriptum euincitur, vt adnotauit *Abb. in d. §. qui*
verò, in ſecunda lectu. ſub nu. 26. verſ. ſolutio di-
61 *co*; citra neceſſitatem vllius † monitionis, ſi rectè
perpẽdatur doctrina Innocẽtij perperã aliquibus
expenſa *in d. cap. extirpanda, ſub num. 2.* dum
refert neceſſitatem monitionis ad exequutionem
non autem ad condemnationem, ità enim loqui-
tur: *Tamen, cùm hæc Conſtitutio hanc pœnam*
conſtituerit ei, ſatis videtur, quod ſine alia ſenten-
tia priuationis ſit priuatus auctoritate huius Con-
ſtitutionis, & quod ille ad quem pertinet collatio,
poſſit eam alij conferre, dummodo ea interueniant,
quæ interuenire debent, quia oportet quod monea-
tur, &c. Et ſic monitionis neceſſitatem ipſe refert
ad exequutionem, non autem ad condemnationẽ,
& rurſus explicat *ſub num. 8.* conſtituens differẽ-
tiam inter caſum, quo ipſo iure eſt indicta pœ-
na, & caſum quo eſt indicenda ab homine.

62 Quatenus verò, hæc ipſa admonendi † neceſſi-
tas refertur ad exequutionem, eſt aduertendum,
Innocentium, vbi ſuprà, voluiſſe, monitionem re-
quiri; quod manifeſta ratione conſiſtit, nam vbi-
cunquè ipſo iure pœna incurritur propter factũ,
exigitur ſententia, quæ factum illud ſimpliciter de-
claret præexiſtere, vt eſt *text. in cap. cum ſecundũ*
leges, de hæretic. in ſexto, & tradit melius omnium
Felyn. in cap. Rodulphus, ſub num. 34. verſ. ſed
63 *declaratoria, de reſcript.* illudquè ſatis † vulga-
tum eſt, omnia iura Mundi, quæ dicunt pœnam
imponi ipſo iure, intelligi ſequuta declaratione
facti commiſſi, vt loquitur *Ruin. conſ. 2. num. 9.*
lib. 5. & Surd. de alim. tit. 9. q. 25. num. 74. ſecun-
dum ea, quæ expoſuimus hoc *lib. q. 18. ex num. 24.*
& in terminis quæſtionis noſtræ, quod requiratur
monitio, tradit etiam *Federic. de ſen. conſ. 109.*
num. 2. ad fin. verſ. ſed recolendum, Seraph. deciſ.
1346. num. 8. & videtur diſponere *Concil. ſeſſ. 23.*
cap. 1. de reform. & hanc opinionem communem
eſſe, ſcribit *Hoied. de compatib. benef. par. 1, cap.*
18. num. 19.

64 Veruntamen, eſt cauendum † in hac materia
duplicem verſari exequutionem, alteram iuris,
quatenus iuris ſententia omnes iuris effectus ſe-
cum trahit; & alteram facti, quatenus effectus iu-
ris, hominis miniſterio, ad extrinſecam exequu-
tionem facti deducuntur, vt docuit *Gemin. in cap.*
fœlicis ſub num. 8. verſ. onde diſtinguendum de
pœn. & exemplificat Dec. in conſ. 145. num. 4.

65 Si igitur quæratur de exequutione † circa iu-
ris effectum, qui conſiſtit in ſola, & ſimplici priua-
tione, dicendum eſt nullam requiri monitionem,
& huc tendunt omnia adducta per *Abbat. in repet.*
d. §. qui verò, ex num 19. at ſi quæratur de extrin-
ſeca illa exequutione quæ verſatur in facto, ideſt
in ſpoliatione, vt loquitur *tex. in præall. c. ex tua,*
& cap. vlt. de Cler. non reſid. & in conferendo be-
neficium alteri, non eſt dubium requiri declarato-
riam iuxta præmiſſa, ac in conſequens monitionẽ,
& citationem partis, & ità procedit *text. in d. cap.*
cum ſecundum, de Hæretic. in ſexto, & latè tradit
Felyn. vbi ſupra.

Et iſtud eſt, quod rectè meo iudicio, cenſuit in
d. §. qui verò, Abb. ſub num. 26. verſ. primum co-
66 *rollarium*, requiſitionem † ſeu admonitionem à
Canonibus requiſitam, tanquàm præambulam
ad ſpoliationem propter non reſidentiam in Ec-
cleſijs Curatis, non eſſe partem ſubſtantificam ip-
ſius priuationis, ſed ſimpliciter requiri, vt pateſiat,
nequè inde tolli, quin ſit iam nolens reſidere pri-
uatus quoad Deum, vt prius dixerat *ſub num. 24.*
67 nec tamen † adhuc iſta monitio requiritur, ſi eſſet
certum eum abeſſe ſine cauſa, quià cùm illa fiat ad
certificationẽ Eccleſiæ militantis, ſi conſtet, vel ex
coniecturis, quod verè nullã habuit cauſam iuſtæ
abſentiæ, minùs erit neceſſaria monitio huiuſmo-
di, vt benè explicat *Abb. in d. §. qui vero in prima*
lectu. ſub nu. 12. poſt med. verſ. ſed quia homo po-
teſt dubitare, & in ſecunda lectu. num. 21. & 22.

68 Nequè iſta monitio † debet eſſe trina, *Abb. in*
d. §. qui verò, nu. 25. poſt med. verſ. ex quibus, Sil.
d. q. 3. n. 5. ad med. verſ. ergo eſt dicendum, Hoied.
vbi ſupra d. cap. 18. num. 24. nec requiritur quod
69 expectetur † per ſex menſes, *Abb. ibid. num. 23. in*
princ. ſat eſt enim aliquantulum expectari, ſecun-
dum *Innoc. num. 2.* quod eſt de conſilio.

Et ex his conſequitur, ſi factum noluntatis reſi-
dendi eſt liquidum, itàut poſſit dici incurſa pœna
priuationis ipſo iure, iuxta *d. §. qui vero*, illam nõ
70 poſſe † remitti per Ordinarium, ſed tantum per
ſummum Pontificem, *vt notat Archid. in d. cap.*
fœlicis, ſub num. 13. in verb. iniuriam, & ibi quo-
que Ioan. Andr. ſub num. 4. in verb. ruinarum, &
71 *Franch. num. 3.* & multo minus poſſet ex † facto
eiuſdem Ordinarij euitari effectus iuris circa re-
ſeruationem reſultantem ex Cõſtitutione *ad Re-*
gimen, de præben. int. comm. indicendo videlicet
pœnam eandem priuationis, ex aliqua Synodali
Conſtitutione contra Rectores abſentes, niſi intra
certum tempus ad reſideodum redierint: Virtus
72 enim † talis Conſtitutionis ad id reſtringitur,
vt non exigatur alia vlterior monitio, *Federic. de*
ſen. d. conſ. 109. num. 7. quem ſequuntur *Butr.*
in cap. quoniam §. fin verò ſub num. 7, circa med.
verſ. de citatione autem, vt lit. non cont. & Felyn.
in cap. prohibeas ſub num. 5. verſ. quarto limita
de Magiſtr. atque ita reſpicit exequutionem ex-
trinſecam, non exequutionem iuris intrinſecam;
73 & propterea nec † in caſu talis Conſtitutionis eſ-
ſet ferenda ſententia ſuper priuatione, ſed ſimplex
declaratoria priuationis incurſæ, vt per *Federic.*
de ſen. vbi ſup. ad fin.

Nequè

Nequè moueor ex deductis per *Aene. de Fal-
con. in tract. de reſeruat quaſt. 3. n. 12. verſ. tertio
quando eſſemus*, quod vbi Ordinarius priuat au-
ctoritate ſua, eadē auctoritate conferet, id nāquè
veriſſimum eſt, ſed negatur hoc caſu priuare, aut
priuare poſſe, cum duntaxat declaret quem priua-
rum, & proptcrea actus priuationis illi non eſt
artribuendus, etiamſi excedendo fines, diceret ſe
ob eam cauſam priuare: vbicunquè enim quis eſt
74 priuatus † ipſo iure, nil refert quod Iudex pro-
nuncier ſe priuare, quod perperam agit, vt nota-
uimus *ea. q. 18. num. 24.* vel potius priuatum de-
claret, vtriuſquè enim formulæ idem eſt ſenſus, ſe-
cundum iuris intellectum totum referentis ad ex-
trinſecam exequutionem, & illius conſequutiuã,
quod fuit ex mente *Felyn. in d. cap. Rodulphus,
ſub eod. n. 34. verſ. & ſiuè Iudex dicat, de reſcript.*
Quoad alteram quæſtionis huius partem, circa
ordinem procedendi ad priuationem contra non
reſidentem, eſt aduertendum, maximam in hac in-
75 dagine verſari vtilitatem; Quià licet priuatus † ob
non reſidentiam, deſtituatur omni iure, & poſſeſ-
ſione, nec per appellationem ſuſpendatur exequu-
tio, *cap. relatum, & cap. conquerente, de Cleric.
non reſid. Caual. decif. 315. num. 1. verſ. minus
videbatur, et diſponit Conc. ſeſſ. 23. cap. 1. de refor.
& ſancta mem. Pij Quinti conſtit. 67.* Tamen id
76 intelligitur, ſi iuris ordine † ſeruato proceſſum
fuerit, alias ſentētia erit nulla, nec ideò minus po-
terit pro parte illius, contra quem eſt lata inſtati
pro manutentione in poſſeſſione, vt in puncto eſt
Seraph. decif. 1346. per to. ſunt igitur diſtinguendi
quatuor caſus principales, prout diſtinguūtur per
*gloſſ. in cap. quoniam frequenter §. ſi verò aliter
in verb. canonibus, vt lit. non conteſt.*
77 Primus eſt, quando abſentia † fuit à principio
iuſta; quià ſcilicet ex iuſta cauſa, & cum licentia
Superioris conceſſa ad certum tempus, quod iam
eſt elapſum; & hoc quidem caſu, eo ipſo quòd non
reuertitur infra tempus, reputatur deſertor be-
neficij, *l. 3. verſ. ſi ad diem commeatus, ff. de re mil.*
& cenſetur vagari, *Bellem. in d. c. quoniam frequē-
tèr §. quod ſi forſan n. 1. ad med. verſ. caue tamen.*
78 An autem requiratur monitio † antequam
ſpulietur, & beneficium alteri conferatur, non le-
uis eſt controuerſia: Gloſſa enim in *d. cap. quoniā
frequenter, in verſic. dico tamen*, ait, indiſtinctè ne-
ceſſariam eſſe talem monitionem: *Io. Andr. in eo.
cap. quoniam frequenter, num. 52.* diſtinguit, quod
vel in ipſa licentia inſerta eſt monitio, vt reuerta-
tur intra tempus, aliàs quòd priuabitur, vel non
eſt inſerta; vt priori caſu non ſit neceſſaria aliqua
monitio, ſed elapſo tempore, ſine vlla citatione,
vel monitione priuari poſſit, ſecūdo verò omnino
neceſſaria ſit talis monitio, aut citatio quæ fuit di-
ſtinctio *Goffred.* prout refert, & ſequitur idemmet
Io. Andr. in cap. ex parte nu. 4. de Cleric. non reſid.
Ego in praxi non recederem ab hac diſtinctio-
ne, licet contra eam multa dici poſſent; Verum
79 in puncto iuris † aliam veriorem exiſtimo, quam
poſuit ex aliquorum ſententia idem *Io. Andr. in
d. cap. quoniam frequenter, ſub eo. num. 52.* vi-
delicet, debere moneri, vel expectari per ſex
menſes, ità quod elapſis ſex illis menſibus vltra
tempus licentiæ, abſquè vlla monitione, deueniri
poſſit ad priuationem: mouet me, quòd cùm nul-
lus extet Canon qui neceſſitatem hanc monendi
hoc caſu expreſsè imponat, ſubintret diſpoſitio iu-
ris Ciuilis, qua hoc ipſum determinatū eſt, vt ſci-
licet effluxio ſex menſium ex die elapſi temporis,
80 per ſe ſola ſufficiat, vt miles † qui commeatum
obtinuit, tanquam emenſor, vel deſertor, etiamſi
poſtea reuertatur, loco moueatur ſuo, *l. 2. C. de
commeat. lib. 12.*
81 Eſt tamen verum, vbi fuerit † reuerſus, & dedu-
xerit, probaueritquè iuſtum impedimētum, eum
reintegrari, *l. deſertorem, §. ſi ad diem, ff. de re
82 milit.* quod etiam † in hac ipſa materia Canones
expreſſerunt, vt *in can. præſentium, 7. q. 1.*
83 Secundus eſt caſus, quandò temerè † receſſit,
ſcitur tamen locus in quo moratur, nequè ipſe la-
titat, vel impedit acceſſum ad ſuam perſonam: &
tunc debet legitimè moneri, vt ad ſuam Eccleſiā
reuertatur intra tempus conueniens, ſecundum
locorum diſtantiam, & temporis qualitatem ar-
bitrio ipſius Epiſcopi præfigendum; & ſi nō redie-
rit, vel cauſam iuſtam quominus redeat oſtende-
rit, poterit poſtmodum ipſa Eccleſia priuari, vt eſt
caſus in *cap. inter quatuor, & in cap. vlt. de Cler.
non reſid. gloſſ. in d. §. ſi vero.* Circa hunc verò ca-
84 ſum nota diligenter (quia † textus prædicti loquū-
tur de monitione, & requiſitione ac de ſpoliatio-
ne) primò, vt non exigatur monitio, ſicut nec ſpo-
liatio ſolemnis, & iudicialis, ſat enim eſt, quod de
facto moneatur, & de facto etiam ſpolietur, *Abb.
per eum text. in cap. ex parte, il primo, num. 4. &
in cap. qualiter, num. 3. de Cleric. non reſid. Oldr.
conſ. 195. ſub num. 3. verſ. non obſtat cap.* ſequi-
tur *Felyn. in cap. 2. ſub n. 3. verſ. vbi autem in ma-
teria, de reſcript. & in d. cap quoniam frequēter,
n. 23. ad fin. verſ. et dicit Abbas vt lit. non conteſt.*
85 Secundò, vt tametſi abſentia † aliter non poſſit
videri, quàm notoria ipſi ſuperiori, vt animaduer-
tit *Oldrad. loc. præcit. verſ. nō enim poteſt eſſe*, cum
86 abſentem † eum dicamus, qui non eſt in loco, in
quo petitur, *l. abſentem, 199. de verbor. ſign.* ta-
87 men talis monitio adhuc ſit † neceſſaria, quantum-
cunquè diuturna fuerit abſentia, vt eſt *text. in d. c.
ex parte, il primo, & ibi optima gloſſ. in verb. de-
cem annorum.*
Tertiò, vt eadem debeat continere tempus cō-
gruum, nā licet poſitum id ſit in arbitrio Epiſco-
88 pi, illud tamen † arbitriū, debet regulari ex cer-
tis, & definitis circumſtantijs, nempè itineris, &
temporum, *gloſſ. in d. cap. inter quatuor, in verb.
congruo tempore.*
89 Quartò deniquè, vt poſt tclatam † dictam mo-
nitionem perſonaliter exequutam, & effluxum
tempus in ea contentum, non ſit neceſſe aliud tē-
pus expectare, ſed illicò poſſit procedi ad ſpolia-
tionem mediante promotione alterius, *gloſſ. in d.
cap. quoniam frequenter §. ſi verò, Mantic. dec. 67.
num. 5. Seraph. decif. 1346. ſub num. 5. verſ. nam ſi
90 præceſſiſſet*, quod obtinet † etiamſi aliter conſtet
monitionem ad eius notitiam deueniſſe, *Reue-
rendiſſ. D. Coccinus decif. 10. num. 3.*

Quintò,

Digitized by Google

91 Quintò, vt non videatur ſatisfactum † monitio-
ni, nec purgata contumacia per ſimplicem reditũ,
niſi fuerit reſidentia continuata, vt in *d.c. ex parte,
il primo, docent omnes, præcipuè verò Io. Andr. &
Ancher. num. 3. & Alex. de Neu. num. 9.*

Tertius eſt caſus, quandò non ignoratur locus,
92 ſed ipſe impedit nè perſonaliter moneatur, † &
tunc, probato huiuſmodi impedimento, debet ci-
tari per edictum, eaquè citatio operabitur eundẽ
effectum quem perſonalis, vt eſt *text. in d. cap. quo-
niam frequẽter, §. porrò*, vbi præ cæteris *Bal. n. 2.*
& fuit nuper reſponſum in *Bracharen. Theſaura-
ria 10. Martij 1632. coram R.p.d. Pirouano*, itàut
93 tunc non ſit neceſſe † eam reiterare, aut expecta-
re alium temporis lapſum, *Abb. in d. cap. ex tua
num. 12. de Cleric. non reſid.* Impedimentum autẽ
94 poterit probari, vel per formalem relationẽ † Exe-
quutoris ſuper tali impedimento, ad tradita per
Menoch. de Arbitr. caſ. 112. num. 19. vel ſi nec ta-
lis relatio formalis poſſit haberi ex aliqua violen-
tia, poterit iuſtificari ex minus iuſtis, & informi-
bus probationibus; vt de diuerſis ſcripturis im-
perfectis, ad inuicem tamen ſe adminiculantibus
cenſuit Rota in *Corduben. Archidiaconatus de
Caſtro. 27. Octobris 1606. coram Card. Sacrato.*

95 Quartus deniquè eſt caſus, quandò † penitus
ignoratur locus in quo eſt, vt poſſit perſonaliter
citari, & tunc ſuccedit diſpoſitio *text. in d. cap. ex
tua, de Cleric. non reſid.* vt debeat tribus edictis
citari in Eccleſia, & expectari per ſex menſes, qui-
bus elapſis, & non anteà ſpolietur, quod latè ex-
plicant ibi Doctores, præcipuè verò *Abb. nu. 13.
Mantic. deciſ. 12. num. 2. & d. deciſ. 67. num. 4.
& fuit reſponſum in Teralben. Rectoria 28. Iu-
nij 1618. coram R.p.d. Pirouano*; idemquè eſt etiã
96 ſi non ignoretur locus, verum † talis ſit, in quo non
poſſit commodè citari, vt clarè ſentit *Rota apud
Mantic. d. deciſ. 12. n. 2. ibi, vel longe abſit, itaut
commodè, &c.* & eſt de mente *Abb. in c. quoniam
frequenter, §. porrò, n. 11. verſ. & idem ſi ſcitur, vt
lit. non conteſt. & in d. c. ex tua, n. 11. verſ. ſolutio,
intelligo hunc textum, & n. 13. circa princ. & ibi
Alex. de Neu. n. 8. ad fi. & n. 12. verſ. aut neſcitur.*

Et circa hunc caſum, Primùm eſt aduertendum,
97 quod antequam decernantur † edicta, debet con-
ſtare Epiſcopo non ſimpliciter de abſentia, ſed
de tali abſentia qualificata, per ſummariam infor-
mationem, quam ſumet à perſonis fide dignis ex-
traiudicialiter nemine citato, iuxta practicam,
quam, ceù veram, pulcram, & notabilem, docuit
*Bartolus in Extrauag. ad reprimendum in verb.
per edictum, num. 6.* quæ eſt optimè fundata ſuper
*text. in Auth. de exhib. reis §. ſi verò, verſ. igitur
nè latente.*

98 Mox, vt edicta iſta † non minuantur hoc terno
numero, quaſi quòd vnum ſolum cũ peremptorio
habeat ſufficere pro tribus: quicquid enim cẽſue-
rit *Oldra. conſ. 195. n. 6.* nõ eſt ab hoc iuris ordine
99 recedendum, nàm non ſolum, vt † nè prematurè
ad deciſionem negotij procedatur, Canones exi-
gunt trinam hanc citationem per edictum, vt ipſe
exiſtimauit, ſed duplici alia ratione, videlicet quià
facilius poteſt peruenire ad notitiam abſentis ci-
tatio, ſi ter fiat, quàm ſi ſemel tãtum cum perem-
ptorio; cùm forte amicus citati, & informatus vbi-
nam ſit, poſſit intereſſe ſecundæ, qui non interfue-
rit primæ, & ſic eum admonere; & rurſus quià ex
hac multiplicatione inſurgit maior contemptus
Iudicis, & maior contumacia; quas duas rationes
latè proſequitur *Felyn. in d. cap quoniam frequẽ-
ter, ſub num. 22. verſ. ratio primi dicti, & verſ. ra-
tio ſecundi dicti, & ibi etiam Bellam. in §. quod
ſi forſan, num. 15. ad fin. verſ. caue tamen.*

100 Et eſt regulare, vbi agitur † de incurſu pœnæ,
nuſquã vnicã citationẽ ſufficere pro tribus, idem
Felyn. in cap. conſuluit, num. 14. de offic. delegat. &
hanc opinionem tenent omnes in *d. c. ex tua, Abb.
in conſ. 67. ſub num. 2. verſ. item ſi neſcitur, par. 1.
& ſequuta eſt Rota apud Seraph. deciſ. 27. nu. 2.
101 & 1346. num. 2. & 5.* poteſt † tamen tolerari opi-
nio Oldradi, ſi agatur de Parochiali, ex particulari
ratione de qua per *Hoed. par. 1. cap. 18. num. 24.*

Deniquè, vt expectetur lapſus ſex menſium, vt
102 ſupra dictum eſt, & iſti menſes computari † de-
bent poſt lapſum vltimi peremptorij, vt clarè
cenſuit *Abb. in d. conſ. 67. ſub num. 2. verſ. poſt
quarum lapſum.*

Horum omnium caſuum duo ſunt communia.
103 Prius eſt, nè † ſit neceſſaria poſitiua pronunciatio
ſuper priuatione, ſed ſufficiat declaratoria ſuper
vacatione ob non reſidentiam, *Mantic. d. deciſ. 67.
num. 8.* vel quod beneficium conferatur tanquam
vacans, vt poſt *Hoſtien. tradit Butr. in eo. cap. ex
tua nu. 9. Abb. in cap. inter quatuor 10. nu. 2. eo. tit.*
104 In ſententijs enim etiam † valet argumentum
à conſequenti ad neceſſarium antecedens, vt di-
catur etiam implicitè ſuper eo pronunciatum, vt
eo loco ſubijcit *Mantic. & tradit poſt alios Aym.
conſ. 177. num. 2.*

105 Et hæc ſententia tenenda eſt; † quicquid exiſti-
mauerit poſt *Innocen. & Compoſtell. Bellam. in d.
c. quoniam frequenter, in §. quod ſi forſan in 3. q.
nu. 5.* nam *text. in d. c. ex tua*, potius retorquetur,
itàut ſuperflua ſit diſputatio, an requiratur litis
conteſtatio, libellus, & citatio, de qua re latè ibi
per eundem Bellameram.

106 Alterum eſt, vt ſi durante abſentia, † & poſt re-
quiſitionem cõparuerit excuſator, qui cauſas ab-
ſentiæ, & impedimenti propoſuerit, ni fuerint ex-
cuſſæ, proceſſus, & omnia erunt nulla, iuxta doctri-
nam *Bart. qui tradit modum iſtud deducendi ad
praxim, in l. quæſitum, num. 5. de re iudic.* prout
107 etiam ponit, an † & quando teneatur ſic monitus
excuſatorem mittere, *in l. 1. nu. 4. C. de diuerſ. &
tempor. præſcript.*

108 Si verò nemo † comparuerit, ſed ipſe poſtmo-
dum reuerſus, deduxerit, & probauerit impedi-
mentum quo tenebatur, validus quidem erit pro-
ceſſus, cum omnibus inde ſequutis, *Ioan. Andr. in
d. cap. inter quatuor ſub num. 2. verſ. quod intelli-
109 go,* ſed ei ſubuenietur † extraordinario remedio in
integrum reſtitutionis, vt eſt *text. in ſupradict. can.
præſentium, 7. q. 1. ſicquè declarat Alex. de Neu. in
cap. vlt. num. 22. de Cleric. non reſiden.*

110 Vndè poterit Iudicium † per procuratorẽ pro-
moueri coram eodem Ordinario, ſiuè per viam
nullitatis,

nullitatis, ſi cauſæ propoſiti impedimenti non fue-
rint diſcuſſæ, iuxta doctrinã gloſſ. vlt. in l. Iudex
poſteaquam, ff. de re iudic. ſiuè per viam reſtitutio-
111 nis † ſi impedimentũ non fuerit propoſitum, poſ-
ſit tamen probari, l. Præfecti, ff. de minor. et latè
tradit Odd. de reſt. in integr. q. 32. art. 17. per to.
112 Iuſti autem impedimenti cauſas † conſtat re-
duci ad valetudinem, tempeſtates, aut vim flumi-
nis, & denique ad magiſtratus imperium, quas
latè proſequitur I. C. in l. 2. §. ſi qui iudicio, vſ-
què ad fin. ff. ſi quis caution, & reincidunt cum
enumeratis per gloſſ. vlt. & per Ioan. Andr. in
d. cap. fin.
Et cùm circa alias, probatio magis ſit expoſita
113 omnium ſenſui, circa eam † quæ ex valetudi-
ne deducitur, conſtat Medicorum relationi ſtan-
dum eſſe, iuxta l. ſemel, C. de re milit. lib. 12. quin
114 proprio iuramento infirmi, † ſi concurrat aliqua
veriſimilitudo ex veſtigijs infirmitatis, quia puta
ſit facie extenuata, veluti ſurgens de infirmitate,
ſic docuit Bart. in d. l. quæſitum, num 6 ſecundum
quam doctrinam accipiendus eſt Probus ad Ioan.
Monach. in cap. vn. num. 13. eod. tit. de cleric. non
reſid. in ſexto.
Deniquè, circa præmiſſos caſus, obſeruabis,
115 quod † licet Concil. d. ſeſſ. 23. cap. 1. velit liberum
eſſe Ordinarijs, per cenſuras Eccleſiaſticas ſe-
queſtrationem, & ſubtractionem fructuum, alia-
què iuris remedia etiam vſquè ad priuationem
compellere abſentes, vt reuertantur ad reſiden-
tiam; tamen in illis verbis, non cenſetur ordi-
nem præſcribere, ſed ſimpliciter iuris præcipua
remedia proponere, vt ſuo arbitrio Epiſcopus,
quo mauult vtatur, vt ex mente S. Congregationis
reſoluit Rota apud Cardin. Mantic. deciſ. 67. nu.
6. & 7. & apud Reuerendiſſ. D. Coccinum, d. deciſ.
10. num. 5.
116 Nam alia etiam remedia, † ante Concilium à
iure cognita fuerunt, poteratquè Epiſcopus eorũ
ſingulis pro arbitrio vti, prout de ſequeſtratione,
ſeu ſubtractione fructuũ, eſt text. in cap. peruenit,
il ſecondo, & in ordine 28. de appellatio. Archid. in
can. quæ rei, n. 9. ad med. verſ. ſecundo modo, 1c.
quæſt. 7. Felyn. in præcit. cap. quoniam frequenter,
ſub num. 23. verſ. ſcias etiam, quod contra non re-
117 ſidentem, & de † cenſuris eſt text. in d. cap. ex tua,
118 fuit enim † ſemper in arbitrio Epiſcopi procede-
re, vel ad cẽſuras, & alia prædicta, vel ad priuatio-
nem, Imol. in d. cap. ex tua nu. 13. Abb. nu. 9. verſ.
tertius intellectus, Butr. nu. 6. Alex. de Neu. n. 23.
verſ. tertius intellectus, Capr. reg. 91. ex nu. 42.
Et hæc quidem, ex ſuppoſitione reſidentiæ præ-
119 ciſæ, vt ſupra dictum eſt: nam † in his quibus talis
reſidentia non requiritur, vtcunquè prætendatur
abſentia diutina, & diuagatio, ſi hoc prætextu
quiſpiam priuetur, non eſt dubium, quandocũquè
reuertatur, illum ad ſuum beneficium reſtitui, vt
optimè per Felyn. in d. cap. quoniam frequen-
ter, ſub num. 23. ad med. verſ. ſi gloſſ. in d. cap.
& benè probatur ex diſpoſitione text. in cap.
cùm ad hoc, de Cleric. non reſiden. vbi Papa vult
quidem reuocari obtinentes beneficia non cura-
ta, propter neceſſitatem Eccleſiæ, verùm ſi contu-
maces ſint, non mandat eos ſpoliari beneficijs, ſed
de fructibus, dum abſentes fuerint Eccleſiæ deſer-
120 uiri. Quod eo fortius militaret in † caſu euulgatæ
mortis, ſi mox per exhibitionem propriæ perſonæ
conſtaret de vita, Mohed. de probat. deciſ. 6. per to.
Cæterùm, cùm præmiſſa obtineant, ex ſuppoſi-
tione abſentiæ minus iuſtæ, ſatis conſtat, iuſtè ab-
ſenti nedum nullam huiuſmodi inferri poſſe mo-
121 leſtiam, verum ſi cum iuſtitia † cauſæ concurrat li-
centia ſui Prælati, omnes fructus deberi, c. rela-
tum, vbi gloſſ. in rub. Prælatorum, extra de
Cleri. non reſid.
Porrò ad efformandam hanc † Iuſtitiam abſen-
122 tiæ exigitur concurſus hic, videlicet cauſæ, & li-
centiæ, vt ibidem per Abbat. num. 1. & 5. An-
chera. ſub num. 4. verſ. ſi enim ſuperiora, idem
Abb. in cap. inter quatuor, num. 4. eod. tit. & poſt
alios latè firmauit Rota apud Seraph deciſ. 1131.
nu. 2. in Burgen. reſidentia, 4. Iulij 1586. coram
Cardinali Platto, in Licien fructuum, 25. Aprilis
1603. coram Card. Hieronymo Pamphilio, & in
Calaguritana fructuum, 22. Iunij 1615. coram
Vbaldo.
123 Et ratio eſt, quià ſine iuſta cauſa, † licentia Su-
perioris remanet iniuſta, & inutilis, cum vox iſta
licentia, non importet nudam voluntatẽ, ſed con-
ceſſionem ex cauſa, & tanquam deriuatiua à
verbo licet, ſonet in arbitrium boni viri, vt pro-
pterea nil valeat ſine ſua cauſa, vt pulchrè cõſide-
rat Silua in tract. de benef. par. 4. in 7. q. n. 153. &
124 ſine † ea diſpenſatus non eſt tutus, Rebuff. qui alios
allegat in praxi tit. de non reſiden. nu. 13. & 54.
125 atquè ideo niſi vltra † licentiam probet cauſam,
fruſtra agit ad fructus, vt fuit concluſum in præal-
legat. Burgen. reſidentiæ.
126 E conuerſò, iuſta cauſa † ſine licentia non ſuffi-
cit: quià daretur contemptus ſuperioris, & ſic il-
lud bonum reſultans ex iuſtitia cauſæ, remaneret
quodammodo abſorptum à malo reſultante ex
huiuſmodi temeritate, & contemptu: atquè ità ra-
tio huius neceſſitatis licentiæ, eſt radicata ſuper
bono obediẽtiæ, vt voluit in d. cap. inter quatuor,
gloſſ. in verb ſine iuſta cauſa, & Hoſtien. ſub n. 2.
verſ & ſi quæras, de Cleric. non reſiden. Et in
127 ſimili videmus, † licet vtilitas Eccleſiæ ſit iuſta
cauſa, vt Monachus fiat ſuſceptor, & exequutor
forenſis negotij, nihilominus ad hunc effectum
adhuc exigi licentiam ſui ſuperioris, vt eſt text. in
can. Monachi il ſecondo, 16. quæſt. 1. aliquandò
128 enim propter † obedientiam intermitti debet bo-
num quod agitur, can. quia ergò mirum, 11. quæſt.
3. Hoſtien. vbi ſupra.
129 Igitur vbi adeſt cauſa, & licentia, † abſens nedũ
percipiet fructus, verùm etiam conſequetur diſtri-
butiones quotidianas, ſecundum opinionem Cal-
derin. tit. de præben. conſ. 17. verſ. de quotidianis
verò, & ſequuta fuit Rota in vna Calaguritana
fructuum, 2. Iunij 1586. coram Cardinali Platto,
vbi verò altera deficiet, nihil ex his percipiet quæ
præſentibus dari conſueuerunt, d. cap. relatum, &
cap. inter quatuor, de Cleric. non reſid.
Diſquirendum eſt itaquè primũ de iuſtitia cau-
ſæ, & mox de modo ipſius licentiæ, quod enim

130 abſens † habeatur pro præſente, fictio eſt, nec ideo
procedit niſi in caſibus à iure expreſſis, *Mil. in*
verb. abſens num. 4. Mandoſ. de indult. percipien.
fructus in abſentia verſ. voluerunt aliqui, Et
131 quoad cauſam, cõſtat, eam duplicẽ eſſe † videlicet
aut corporalis neceſſitatis prouiſi, aut euidentis
vtilitatis Eccleſiæ, vt eſt *text. in cap. vn. eo. tit. de*
132 *Cleric. non reſid. in ſexto*, & non ſufficere † quancunquè
neceſſitatem, vel vtilitatem, ſed magnam,
& euidentem exigi, vt pulchrè deducit *Archid.*
*in cap. licet cauſam, ſub num. 7. verſ. item requiritur,
de electio. in ſexto*, vbi quod qui contrarium
ſentiunt, non intelligunt ſanas regulas, & hoc idem
cenſuit *Prob. ad Io. Monach. in d. c. vn. ex nu. 28.*
133 Quod verò ſpectat ad neceſſitatem † perſonæ,
non attenditur omnis neceſsitas, ſed quæ à caſu,
vel ab extrinſeco aliquo impedimento deſcendit,
Vndè infirmitas præſtabit iuſtam cauſam, prout
in ſpecie deciditur *in d. cap. vn.* vbi præ cæteris
Prob. ad Io. Monach. num. 15. Hoſtien. in cap. ad
audientiam 16. num. 2. & 3. extra eo. tit. vt enim
ibidem ſubdit *num. 3.* is dicitur ſatis ſeruire,
134 qui propter † aduerſam valetudinem ſeruire impeditur,
ad effectum conſequendi alimenta, *l. in*
rebus, §. poſſunt, ff. Commod. l. 4. §. Stichus, ff. de ſta-
135 *tulib.* etiam circumſcripta † quacunquè conſuetudine,
quem intellectum contra *Franchum*, validiſsimis
rationibus defendit Didacus *variar. re-*
136 *ſol. lib. 3. c. 13. n. 8.* etiam ſi quis † in eã propria culpa
incidiſſet, prout impugnando contrariã ſententiã
Probi in d. c. vn. nu. 17. rectè cẽſuit idẽ *Didac.*
137 *vbi ſup. verſ. 7.* Intelligendo ſemper † concluſionẽ
hanc de infirmo, non infirmitate leui, ſed conſiderabili,
iuxta *tex. in l. quæſitum, 60. de re iud.* & poſt
alios optimè tradit *Moneta, de diſtrib. quotid,*
138 *par. 2. quæſt. 6. num. 21.* & de eo, qui alias † dum
integra fruitur valetudine, conſuetus eſt intereſſe
diuinis, non de eo qui nec etiam tunc cõſuetus eſſet
ad Eccleſiam accedere, quod notandum tanquam
quotidianum ſcripſit *Abb. poſt alios, in cap.*
*ad audientiam, n. 5. eo. tit. de Cler. non reſid. & ſequutus
fuit Didacus vbi ſup. verſ. ſexto hoc ipſum.*
Et quod dictum eſt de infirmitate corporali,
trahendum eſt, eadem ratione, ad infirmitatem
ſpiritualem; niſi quòd tunc, an culpa ipſius abſentis
proceſſerit, inſpicitur. Vnde ſi quis iniuſtè
139 fuerit † excommunicatus, aut ſuſpenſus à diuinis,
& propterèa non fuerit ad diuina admiſſus, percipiet
nihilominus huiuſmodi fructus, & diſtributiones,
perinde ac ſi reſediſſet, ſecus verò ſi excõmunicatio
fuiſſet iuſta; prouentus enim Eccleſiaſtici,
meritò ſubtrahuntur illi cui communio Eccleſiæ
denegatur, inquit *tex. in cap. Paſtoralis 53,*
ad fin. de Appellat. vbi ſic diſtinguit gloſſ. in verb.
ſubtrahantur, quæ eſt vlt. verſ. ſed nunquam abſolutus,
quod latè proſequitur *Didac. vbi ſup. verſ.*
duodecimo hinc etiam, & quod iniuſtè excommunicato
debeantur fructus, & diſtributiones, decidit
Rota apud *Seraph. decif. 1098. n. 3*, & qui materiã
hanc doctiſſimè excutit, Moneta, poſt hoc mea
qualiacunque ſcripta viſus, *d. tract. de diſtrib. p. 2.*
140 *quæſt. 15. ex num. 18.* dum verò durat † excommunicatio,
nec eius iniuſtitia patefacta eſt, nil illi
prorſus dandum eſt, niſi forte fame periret, quià
tunc de aliquo forer ei ſubueniendum, propter
ſpem, quòd poſſit ad Eccleſiam redire, *gloſſ. in d.*
cap. Paſtoralis in extremis verbis; & hæc ſem-
141 per † intelligas cum eodem ſuppoſito, ſi videlicet
quis ceſſante cauſa, & impedimento conſuenit intereſſe,
& deſeruire in officio ſuo, vt per *Didac.*
vbi ſupra verſ. cæterum iniquè excommunicatus,
quod notabis, vt ſcias, quid articulare debeas in
caſu contingenti.
Quæquè dicta ſunt de infirmitate, ſeu corporali,
ſeu ſpirituali, ad ſimilia omnia referenda ſunt,
quæ caſu aliquo extrinſeco circa perſonam contingunt,
eamquè neceſſitatem inducunt, vt quis
142 ad † Eccleſiam non poſſit accedere, qualis eſt iniuſta
carceratio, etiam in eodem Oppido, vt per
Didac. vbi ſupra verſ. vndecimo ex his colligitur,
& alia huiuſmodi. Pariter, ſi quis impeditus fuiſſet
143 à † Capitulo, aut etiam expulſus, quominus cum
alijs choro intereſſet, *Mohed. decif. 6. de praben.*
Reuerendiſſ. Coccinus, qui alios allegat decif. 21.
144 *ſub num. 1.* vbi quod † hoc caſu non eſt neceſſaria
proteſtatio, *vt num. 4.* Temperatur tamen hæc
145 ſententia, ſi ipſemet † expulſus, ante expulſionem
aliquid omiſiſſet, quod potuiſſet facere pro conſequendis
diſtributionibus quotidianis, veluti ſi
omiſiſſet facere hebdomadam probatoriã, prout
in *Caſalen. diſtributionum 16. Nouembris 1605.*
coram Ortembergo. Quidquid ſit, ſi obtuliſſet ſe
eam facere, & per Capitulum non fuiſſet admiſſus,
quo caſu habetur pro facta, *cap. cum non ſtat*
per eum 66. de reg. iur. in 6. l. Iure ciuili 24. de
cond. & demonſtrat. & cenſuit Rota *in Hipo-*
regien. Canonicatus 17. Iunij 1605. coram
Manzanedo.
Quod attinet ad euidentem Eccleſiæ vtilitatẽ,
146 animaduertendũ eſt, eam dupliciter † conſiderari
poſſe, principaliter videlicet, & cõſequutiuè, Principaliter,
quando quis ad hoc abeſt, vt negotia ipſius
Eccleſiæ eo nomine pertractet, conſequutiuè
quando vt ſua, alienauè principaliter, Eccleſiæ
autem per quandam conſequentiam; quod tametſi
ſubobſcurè, aduertit *Hoſtien. in cap. de cætero n. 1.*
147 *de Cleric. non reſid.* & habebitur vtroquè caſu † talis
abſens pro præſente, atquè ideo percipiet omnes
fructus, qui ſolis præſentibus cõſueuerunt dari,
ſed non habebit diſtributiones quotidianas,
quæ non niſi actu deſeruientibus cõſueuerunt dari,
vt de abſente pro negotio Eccleſiæ principalitèr
eſt *text. in cap. cùm non deceat 30. de electio,*
148 *in ſexto*, & de abſente pro † conſequutiuo *in cap.*
de cætero extra eo. tit. de Cleric. non reſid. & in
cap. licet vobis 32. extra de praben. niſi conſuetudo
habeat, vt tali abſenti etiam ipſæ diſtributio-
149 nes dentur, quæ † hoc caſu toleratur, vt habetur
in cap. vn. vbi gloſſ. in verb. vtilitas, & gloſſ. in d.
cap. cùm non deceat in verb. exceptis, vtcunquè
aliàs talis conſuetudo reprobetur *Prob. ad Ioan.*
Monac. in d. cap. vn. ex num. 31.
Suo igitur nomine principaliter quis negotiãdo,
dicetur conſequutiuè negotia, & vtilitatem
Eccleſiæ pertractare tribus caſibus; Primus eſt,
150 quãdo † abeſt cauſa ſtudij, præſertim Sacræ Paginæ,
vt eſt

Digitized by Google

vt eſt *text. in praall.cap. licet vobis,extr.de prab.*
vbi Abb.ſub n.5. eleganter deducit hanc implicitã
Eccleſię vtilitatem:nequè à iure tunc definitus eſt
numerus eorum,quibus cauſa ſtudij liceat abeſſe,
151 ſed eſt arbitrarius,† inſpecta neceſſitate Eccleſiæ,
ſecundum numerum miniſtrorum, & paucitatem
electorum, vt rectè cenſuit *Abb.in cap.ad audien.*
tiam, ſub nu 6.ſequutus opinionem Hoſtien. ibi-
dem ſub num.3.verſ.ſed certè,eo.tit.de Cleric.non
reſiden.

152 His ergò abſentibus ſtudij cauſa † debẽtur om.
nes fructus præter diſtributiones quotidianas, vt
in d.cap.licet vobis, & tradit gloſſ.in d. cap. cùm
non deceat,in verb.exceptis. Quod ſi omnia emo-
lumenta conſiſtant in diſtributionibus quotidia-
nis, nè iſtud iuris beneficium eis ſit inutile, illas
153 adhuc† cõſequentur,habita ratione victus quoti-
diani,inquit *gloſ. in eo.cap licet vobis, in verb.di.*
ſtributiones,ad fin.verſ.ſed quid dices,ſi præbendæ
diſtinctæ non ſunt, itã vt tantum ſit illis dandum
quantum ſufficiat pro quotidiano eſu, vt voluit
Hoſtien.in d.cap.de cætero,ſub nu.1.ad fin. verſ.
quid ſi nõ ſint in Eccleſia; detractn prius eo quod
communi menſæ debetur, inquit *Innocen. in eo.*
cap.licet vobis, & Abb. nu.8. Et ad remouendum
154 ſupputationes †iſtas,Sacra Cõgregatio ſuper Cõ-
cilio aliquando iuſsit, faciendas eſſe tres partes,
& duas deberi dimiſſa tertia, vt præſentibus ac.
creſcat, vt in vna *Reatina fructuum 13. Iu*
nij 1609 & in alia ſimili 1.*Iulij* 1614.etiam ſi ab-
ſens non ſit ordinatus, vt poſsit verè reſidendo di-
uinis intereſſe, vt fuit reſponſum in eadem 2.
Maij 1615.

155 Nequè hoc caſu tenetur †dimittere Vicarium,
præterquam ſi beneficium ſit curatũ, *Abb. in d. c.*
156 *licet num. 9.* ſi enim eſt curatum † tenetur talem
Vicarium dimittere cum ſua congrua portione,
idem *Abb. in cap. tuæ fraternitatis num. 6. de*
157 *Cleric.non reſiden.* vbi quod tali caſu † ex cauſa
ſtudij poterit differri promotio ad ſacerdotium
vſquè ad ſeptennium, quod intellige, modò illico
promoueatur ad ſubdiaconatum, iuxta terminos
tex in cap.cùm ex eo,de electio. in ſexto.

Cui textui vt locus ſit,primum exigitur idonei-
158 tas†in perſona electi,alioqui tàm diſpẽſans,quam
diſpenſatus teneretur Eccleſiæ de indemnitate,vt
ibi per *Io.Andr.ſub num.1.ſuper gloſſa,in verb.*
poſſint,Gemin.ſub num. 3. ver. per prædicta dice-
bat hic,Franc.ſub num. 2. verſ.ſi tamen,Prob. ad
Io.Monach.ſub nu.1.verſ.nota cum quibus,etiãſi
159 ſit Vicarius perpetuus,†ideſt inſtitutus in exerci-
tio curæ; quià cum & hic dicatur habere titulum
perpetuum in Eccleſia, *Aegid.deciſ.705.ſub nu.3.*
160 *verſ.& quia non videtur*, ſubijcitur † diſpoſitio-
ni *d.cap.cùm ex eo*,æquè ac principalis Rector,vt
ad eum rectè adnotarit *Io.Andr.ſub n.1. in verb.*
obtinent,Gemin.ſub num. 3. verſ. quæro an id, &
Franch. ſub num. 2. verſ. & licet diſpenſatio.

161 Et,ſi data habilitate, † ac legitimitate perſonæ
denegaretur talis diſpenſatio,eſſet locus recurſui,
implorando officium Superioris, *Archid.ibidem*
ante num. 1. verſ. & nota quod hac litera, quem
ſequitur Gemin.ſub n.3.verſ.ſed quæro,an debeãt,

162 atquè ita Superior † ipſum Epiſcopum coget ad
diſpenſandum, *Franch.ibid.num.2.* quod notabis
pro vſu; nec enim in recurſu petendum eſt, vt ſu-
perior ipſe faciat, ſed vt cogat contumacem ad
faciendum.

Et, cùm hæc diſpenſatio fiat mediante deputa-
tione Vicarij, qui animarum curam ſubeat, ſicuti
163 hæc deputatio Vicarij † nec ad ipſum Rectorem,
nec ad alium, quàm ad Epiſcopum ſpectare
poteſt, *cap.ad audientiam, de offic.Vicar. Lap.in*
164 *eo.cap. cum ex eo nu.2.* Itã nec poteſtas hæc † di-
ſpenſandi, *Archid.ibi ante num.1.in verb ſuperio-*
res,Gemin.num.5. & Franch. nu.3 præterquam
165 ſi ipſemet † Rector ex aliqua iuſta, & probabili
cauſa cogeretur ad modicũ tempus abeſſe; vtpu-
ta ad tres ſeptimanas: tali enim caſu,poſſet ipſe
deputare alium qui curam exerceret, vt diſputat,
& concludit *Io.Andr.in eod.cap. cum ex eo,nu.2.*
166 *ſequitur Gemin. in §.porrò num.2.* vel etiam † ſi
hoc faceret ſimpliciter, vt mediante Vicario ipſe
curã gereret, non etiã vt ipſe ab ea, & reſidentia
abſolueretur, vt per *Alex.de Neu.conſ. 47.nu.1.*

Ex quibus patet,poteſtatẽ hanc eſſe iuriſdictio-
167 nis Epiſcopalis, & ſit ſat cõſtitui in † Epiſcopo ex
momento cõfirmationis ante cõſecrationẽ,vt per
Gemin. Ibidem ſub nu.5.verſ. & ex hoc infertur.
& Franch.ſub nu. 3. verſ. & idem in electo, & ſi
vacet ſedes Epiſcopalis, Capitulum poſſe eam
168 exercere † ſecundum *Gemin.ibid n.7.& Franch.*
eod.num.3 verſ.& idem in Capitulo;quemadmo-
169 dum †poſſe Adminiſtratorem Eccleſiæ per Papam
deputatum, vt per eoſdem *Gemin. ibid ſub nu.5.*
verſ. an autem Adminiſtrator, & Franch. verſ.
Adminiſtrator.

170 Et quoad ſeptennium, notandum eſt † illud eſſe
debere vtile, & integrum, deducto videlicet omni
iuſto impedimento, quæ fuit ibi ſententia *Lap.*
num.1. Franch.ſub num.1.verſ.3.quærit,Gemin.
in §.elapſo, nu.4 & aliorum,qui ſequuti fuerũt
doctrinam Archid.in Can. frater num.6 16. q.1.

171 Licet autem Lapus *in eod.c.cum ex eo, ſub n.2.*
verſ. & iſte temporalis,putauerit, huiuſmodi Vi-
carium ad inſtar perpetui non poſſe per Epiſcopũ
ſine cauſa amoueri, tamen cum diuerſa ſit ratio
inter hunc temporarium, & perpetuum, ex quo
perpetuus quoad titulum Vicariæ, & ſic titulum
vtilem ipſius Eccleſiæ,habet Ius in beneficio, re-
manente duntaxat directo penes Rectorem,quod
172 Ius non habet temporarius,qui † non eſt intitula-
tus, nec filius Eccleſiæ,vt egregiè per *Butr. conſ.*
51. incip. in facto Sanctæ Mariæ num. 2. nulla
ſubeſt cauſa,quin iſte poſsit ad nutũ Epiſcopi, qui
cum deputauit, amoueri, vt *in eodem cap. cum ex*
eo,rectè cenſuerunt *Gemin.in §.elapſo,ſub nu. 4.*
verſ. ſed an iſte Vicarius, & Franch. ante nu. 5.
verſ.in gloſſ.in verb.miniſtrentur.

173 Inter autem diſtributiones,† quas Canones vi-
ctualia vocant,minimè reputabitur quicquid prę-
ter præbendam percipi conſueuit, ſed duntaxat id
quod dietim,ideſt habito reſpectu ad ſingulas ho-
ras,inter præſentes diſtribuitur;atquè ideò ſi vltra
præbendas diſtinctas, Capitulũ habeat aliqua bo-
na, quæ in fine anni, aut certis eius partibus di-

Digitized by Google

uidantur, in fine anni debet abſens cauſa ſtudij il-
lorum partem habere, ita *Abb. in d. cap. licet ſub*
n.8. Atquè ita cũ S. Cõgregatio ſuper Cõcilio ſæ-
piſſimè declaraſſet, licentiam ſtudendi etiam à Se-
de Apoſtolica obtentam, non excuſare abſentem
ab amiſſione diſtributionũ: & in Eccleſia Luceri-
na adeſſent diſtributiones, dierim diſtribui con-
ſuetæ, habito reſpectu ad ſingulas horas intereſ-
ſentiæ; ſimulquè extarẽt decimæ, quę in certis an-
ni partibus inter eoſdem Canonicos, non habito
reſpectu ad ſingulos dies, & horas repartiebantur,
dicebam, decretum Concilij *ſeſ.21.c.3.* huiuſmo-
di decimas non complecti, quia verius reputentur
prouentus beneficij, quàm diſtributiones, *Pute.*
deciſ 489.num.6. & 7.lib.2. & in iudicando, quæ
dicantur diſtributiones, nil aliud attẽdatur, quàm
an fiat illa actualis diſtributio habito reſpectu ad
ſingulos dies, & horas, *Pute.deciſ.375.ex num.5.*
lib.2. Rota deciſ.330. ex num.1. par.1. diuer. Ip-
ſaquè Sacra Congregatio, precibus deſuper obla-
tis, *Die 31. Iulij 1610.* cenſuit ſecundum ea quæ
proponebantur, huiuſmodi decimas, eſſe fructus,
non autem diſtributiones, ac proinde ſtudiorum
cauſa abſentibus deberi ad inſtat cæterorum
fructuum.

174 Secundus eſt caſus, quãdo abeſt cauſa † ſui pro-
prij negotij, nam *text. in cap. relatum de Cleric.*
non reſid cauſam ſtudij profert ad aliam quamli-
bet honeſtam; vndè *gloſſ in verb. Prælatorum* ho-
neſtatem hanc exemplificat, nedum vbi quis abeſ-
175 ſet cauſa † peregrinationis ſuſceptæ de mandato,
ac iuſſu Epiſcopi, prout loquitur textus, quem
ipſe allegat *in can. non oportet, il primo, de con-*
176 *ſecrat. diſtinct.5.* verùm etiam pro negotijs † ſuis
per *text. in can. præſentium, 7. quæſt.1.* vbi textus
conſiderat pro iuſtitia licentiæ, cauſam hanc;
ibi, *pro quibuſdam ſe ſuis ordinandis negotijs*
relaxatum.

Verum id aliqua indiget declaratione, vt vide-
177 licet † intelligatur de negotio implicante vtili-
tatem Eccleſiæ, vel beneficij, de cuius agitur
reſidentia, vel ex perſona propria ipſius bene-
ficiati, vel ex natura rei, veluti ſi ſibi moueatur
lis ſuper iuribus ſui beneficij, vt eſt *text. in cap.*
ex parte, il ſecondo, extra eo.tit.de Cleric.non
reſiden.

178 Quòd ſi lis non tangat ſtatum † perſonæ ipſius,
vel beneficij; ſed ſit ſuper alia re, vel etiam ſuper
alio beneficio; tunc cauſa non reputatur iuſta pro
abſentia ab Eccleſia, vel beneficio reſidentiam
exigente, *Prob.ad Monach.in præall.c.vn.nu.29.*
verſ. attende ad huiuſmodi vtilitatem, de Cleric.
non reſiden. atquè ita diſtinxit Rota in *Aſten.fru-*
ctuum, 15. Martij 1613. coram Manzanedo, in
qua ſic fuit declarata alia reſolutio facta in cauſa
Licien. fructuum 25. Aprilis 1603. coram Cardi-
nali Pamphilio, & in præallegata Calaguritana
179 *22. Iunij 1615. coram Vbaldo,* in qua non † fuit ha-
bita pro iuſta cauſa abſentię lis ſuper præeminẽ-
tijs, vel ſuper anniuerſarijs; reputantur enim cauſę
leues, quæ poſſunt abſquè reſidentiæ præiudicio
tractari per Procuratorem, *Seraph. præall. deciſ.*
1131. num. 4.

Et in effectu ratio diſcriminis eſt in promptu,
180 vbi enim † verſatur magnum intereſſe ipſius Ec-
cleſiæ, aut explicitum, aut implicitum; permiſſum
eſt beneficiato per ſeipſum agere, *cap.1. & c.vlt.*
extra de poſtulan. ac in conſequens pro ea lite
ſeu negotio abeſſe: at vbi ceſſat tale intereſſe, prę-
ponderat cauſa reſidendi, quæ cùm impediat illũ
181 abeſſe, ſubintrat iuris † prouiſio, vt per Procurato-
rem negotium explicetur, cũ ad hoc vſus Procura-
toris introductus ſit, *l.1.verſ.vſus autẽ, de Procur.*

Tertius deniquè caſus eſt, non ſolum quando
Papa retinet in ſeruitio Sedis Apoſtolicæ, quos ſi-
182 bi videtur (iſti enim, quatenus † ex præcepto ipſius
Papæ illi aſſiſtunt, & deſeruiunt, non item quate-
nus conducti pro ſalario aliquo vltrò ſe ingerunt,
hoc priuilegio potiuntur, vt benè explicat *Hoſtien.*
in cap.cum dilectus, 15. num.1. & 3.eo. tit. de
cleric.non reſid.) verum etiam, quando Epiſcopus
retinet in ſuo ſeruitio duos Canonicos Eccleſiæ:
183 ij enim † reputantur pro præſentibus, ac perci-
piunt fructus, conſuetos tantum præſentibus dari,
vt eſt *text. in cap. de cætero, & cap. ad audien-*
tiam, de Cleric.non reſiden. & quod de Epiſcopo
184 dicitur, idem eſt † dicendum de Cardinali haben-
te in ſuo ſeruitio duos Canonicos ſui tituli, *Na-*
uarr.de Cleric.non reſid.conſ.2. per to.

185 Eſt tamen aduertendum, hos textus † primum
expreſsè loqui de Canonicis, atquè ideo iſtud pri-
186 uilegiũ non eſſe extendendum ad alios, Tùm † quia
materia eſt dãnoſa Eccleſiis, & pręiudicans cultui
diuino, vt conſiderat *Abb.in d.c. cum dilectus, n.7.*
187 *eo. tit.* Tùm quia maior eſt communio † Epiſcopi
cũ Canonicis, quàm cũ alijs, vt ponderat idẽ *Abb.*
in eo.cap. ad audientiam ſub num 8. verſ. aut pro
ſeruitio ſolius Epiſcopi, & vtranque rationem cõ-
plexa, ſic determinauit Rota, etiã eo caſu vbi alij
haberent vocem in Capitulo, in vna *Calaguritana*
fructuum 1. Iunij 1583. coram Bubalo: niſi con-
188 currente † vtilitate Eccleſiæ, vel ſumma eius ne-
ceſſitate, Epiſcopus diſpenſaret, *Abb.in eo.cap.ad*
audientiam num.8. Rota deciſ.222.num.2. verſ.
hoc tamen par.2.diuer. Cened.can quæſt.1.nu.35.
vbi alios refert.

Idemquè, ſi agatur de alijs Clericis iure aliquo
reſidentiæ addictis, cùm paſſim receptũ ſit; ſubeſt
189 tamen difficultas † reſpectu Canonicorum Colle-
giatæ, in qua, *Io.de Imol.in eo.cap. ad audientiam*
num. 13. tenet negatiuam, motus auctoritate *Io.*
Andr.ibi num.2. in verb.memorata, & videtur ſa-
tis vrgere ratio, quòd non ſit tanta communio in-
ter Epiſcopum, & alias Eccleſias, quanta eſt cum
ſua Cathedrali.

190 Verùm, contrarium, quod extendatur † ad om-
nes Canonicos, ideſt tàm ſuæ Eccleſiæ Cathedra-
lis, quàm Collegiatæ, tenet Moneta, qui dicit hãc
opinionem magis probabilem eſſe, *in tract. de di-*
ſtributio.par.2. quæſt.8. num.6. qui ad hoc ſic ex-
pendit *tex.in d.cap.de cætero:* pro cuius confirma-
tione conſidero iſtud eſſe priuilegium conceſſum
Epiſcopo nõ Canonicis, vt eſt *tex.in can. Iubemus*
de conſecrat.diſt.1. & in can. cum paſtoris 2.q.7.
191 Secundum eſt aduertendum, illa † verba eius
textus ibi, *& ipſius Eccleſiæ ſeruitio,* non eſſe

amare

Digitized by Google

amarè accipienda, vt debeat inſeruiens de ea do-
cere;ſat enim erit docere de ſeruitio pro Epiſco-
po, *Hoſtien. in ſupra alleg. cap. de cætero, ſub n. 1. verſ. dicas quod hoc priuilegium,* quem ibi ſequun-
tur *Ancher. num. 3. Butr. paulo ante n. 4. & Abb. ſub num. 3. verſ. dicit tamen Hoſtien.* itâ vt præfa-
ra verba debeant intelligi de vtilitate implicita,
192 cùm † Eccleſia ſit in Epiſcopo, *can. ſcire debes, 7. quaſt. 1.*

Quod ad licentiam pertinet, ſatis conſtat eam
193 ſupponere † impedimentum à iure, vel ab homi-
ne, eatenuſquè neceſſarium eſſe, *l. 1. ff. de libera. cau.* iſtud antem impedimentum ſemper adeſt in
clerico reſidere debente, niſi expreſsè ſit dimotũ.
194 Circa quod aduerte, aliud eſſe † quòd lex, vel Papa
indulgeat, vt quis abeſſe poſſit, & longè aliud ve
abeſſe poſſit abſquè licentia; nam cùm indulget
ſimpliciter, vt quis abeſſe poſſit, id nihil vltra im-
portat, quàm vt cauſa abſentiæ, vel ex hoc ſolo
iuſta omnino ſit; Cæterùm, inde non ſequetur,
qnin ea canſa debeat Epiſcopo inſinuari, & ab eo
obtineri licentia. Propterea què, licet cauſa ſtudij,
lex permittat abeſſe, *cap. relatum, de cleric. non reſiden.* tamen cauſa hæc debet per Epiſcopum
cognoſci, & ab eo licentia impetrari, vt benè do-
cet *gloſſ. in eo cap. relatum in verb. Prælatorum,*
& videtur generaliter diſpoſitum per Sacrum Cõ-
cilium *ſeſſ. 23. de reform. cap. 1. §. diſcedendi, & aduertit etiam Maiol. de irregular. lib. 3. c. 5. ſub nu. 11. ad fin. verſ. iſta tamen cauſa, Garz. de beneſ. par. 3. cap. 2. n. 75. & n. 87 & 88.* vbi rationem
viuam affert, probauitquè etiam *Mandoſ. de ſign. grat. §. indultum de percipien. fruct. in abſen. verſ. contrarium concluſerunt,* & eſt *text. in eo. cap. relatum,* qui hanc licentiam exigit, ſiue cauſa
ſtudij, ſiue alia ſimilis proponatur.

195 Quod adeò verum eſt, vt quamuis † ſit indultũ
docentibus, vel audientibus ſacram Theologiam,
vt de ipſius Sedis Apoſtolicæ licentia (dum ea de
cauſa abſunt) fructus percipiant ſuarum Eccleſia-
rũ, *cap. vlt. de Magiſtr.* nequè cauſa hæc poſſit re-
196 ſpui † propter lenium, vt optimè dedncit *Decia. conſ. 43. nu. 20. lib. 1.* tamen id non poſſit ad finem
197 ſuum perduci † niſi accedente Epiſcopi licentia,
ſiue ſeqnamur vnum intellectum *d. cap. vlt.* qnod
non excludat talem licentiam Prælati per modũ
cuiuſdam exequutionis licentiæ, de qua ibi, vt per
gloſſ. in verb. de licentia, verſ. ſed exequutio ſola,
quod in idem recidit; ſiuè ſequamur alium, quod
terminus hic, *licentia, in d. cap. final.* referatur ad
actum perceptionis fructuum, non ad factum ab-
ſentiæ; indequè iam ſupponat ibi Pontifex, abſen-
tem obtinniſſe licentiam à ſuo Ordinario præuia
cauſæ cognitione, quem intellectum probauit
Garz. d. cap. 2. num. 92.

198 Et ſecundum hos terminos, exiſtimo † reſolui
poſſe articulũ circa particulare indultum Papæ de
percipiẽdis fructibus in abſẽtia, de quo per *Mandoſ. vbi ſupra verſ. indultum habens à Papa:* vide-
licet, vt ſi indultum ſit non ſolùm de percipiendis
fructibus in abſentia, ſed etiam de facnltate ab-
ſentandi, nulla alia requiratur licentia Ordinarij,
ſecus verò ſi ſit ſimpliciter de percipiendis fru-
ctibus in abſentia; adhuc enim erit neceſſe obti-
nere licentiam ſuper abſentia ab ipſo Epiſcopo,
Card. in cap. tua, num. 6. & 7. verſ. ſolutio, & 10. de Imol. num. 9. de Cleric. non reſid. Dec. conſ. 541. num. 6. ea ratione quod Priuilegium datum
199 à † Principe non derogat iuri Epiſcopo competẽ-
ti, *Archid. in cap. licet Canon, ſub num. 6. in verb. facere, de electio. in ſexto, Bald. in cap. cum ordinem ſub num. 10. verſ. pone ergo Papa, de reſcript. & hoc idem tenet idem Dec. conſ. 695. num. 25.*

Vndè, ſemota vi conſuetudinis, de qua per
200 *Mandoſ. vbi ſupra,* ſemper † ſunt ponderãda ver-
ba Priuilegij, vt dicebat *Card. loc. præall.* quod
tamen nequè in ea parte eſt inutile. Quippè, exce-
pto ſtudio Theologiæ, ex particulari diſpoſitione
text. in d. cap. vlt. de Magiſtr. ſatis conſtat, ex li-
centia Epiſcopi, pro ſtndio alterius facultatis, in-
ferri quidẽ ad remiſſionem pœnæ priuationis ob
non reſidentiam, at minimè ad hanc facultatem
percipiendi fructus in abſentia, niſi acceſſerit in-
dultum Apoſtolicum, vt in *eo c. tua, docent Card. num. 7. & Imol. num. 8.*

At, quod pertinet ad indultum generale *in d. c. fin. de Magiſtr.* eſt aduertendum, in hoc conſtitui
201 diſcrimen † inter docentes, & diſcentes; vt diſcen-
tes quidem, ſupradictæ neceſsitati obtinendi licẽ-
tiam ab Ordinario obnoxij ſint, ſecus verò docẽ-
tes etiam gratis, ſi tamen ſint ab ipſa Vniuerſitate
ſtudij generalis ad id conducti, vt ſui ipſius ad in-
ſtantiam itâ declaraſſe *Sacram Congregationem ſuper Concilio de anno 1607.* commemorat *Garz.*
202 *eod. cap. 2. num. 559. ad fin.* vbi adiectum † eſt
idem intelligi in doctrina, ſeu lectura ſacrorum
Canonum, ſuper quo latiſsimè conſuluit *Decian. conſ. 43. ex num. 1. & per to. lib. 1.* & meritò, quiâ
licet *text. in d. cap. fin.* loquatur de ſtudio Sacræ
Theologiæ, omnibus tamen patet ius Canonicum
totam ferè Theologiam complecti, vt ait *Anton. Faber ad tit. Inſtit. de Iuſt. & iur. princ. 3. illat. 1.*
& latiſsimè demonſtrauimus *hoc lib. q. 7. ex n. 86.*
203 & puri Theologi, ideſt ſine ſcientia † iuriſpruden-
tiæ, quàm ſit curta ſupellex, & circa moralia,
periculoſum iudicinm, declamat *Nauarr. in Comment. ad can. 1. §. caueat, num. 11. & 12. de pœnit. diſt. 5.*

204 Quò etiam intelligimus, qualiter accipiẽda † ſit
prohibitionis factæ religioſis, ſub pœna excõmu-
nicationis, nè ſtudeãt Phyſicæ, vel legibns, extẽſio
ad Archidiaconos, Decanos, Plebanos, Præpoſi-
tos, Cãtores, & alios Clericos, Perſonatus haben-
tes, necnon Presbyteros, de qua in *c. vlt. de Magiſtr.* videlicet, de eo ſtudio, aut Phyſicæ, aut legũ,
quod ſit diuerſum à ſtudio Theologiæ, & in ſeipſo
ſic terminet, vt quis efficiatur Phyſicus, vel cau-
ſidicus, non autẽ de ſtudio, aut Phyſices, ant legũ,
quod ſit in ordine ad intelligentiam Canonum, &
ipſius Theologicæ facultatis perfectionem; quod
videtur ſatis clarè inſinuari *in §. quia verò.* Et itâ
ſemper tenerem; Quamuis *gloſſ. in d. Decretali, in verb. Presbyteros,* videatur reijcere omnem inter-
prætationem, & *Moneta in præcit. tract. de decim. in 10. quaſt. num. 21.* videatur indiſtinctè in
205 hoc articulo loquutus: ſed iam inualuit mos † ob-

tineudi à ſummo Pontifice ſpeciale indultum, ſuper quo latè ſcribit *Mandoſ. de ſignat. grat. tit.*
206 *licen. audien. leges, & Phyſicam*, alij verò † hinc
manifeſta ratione verbis dictæ Decretalis diſtortis, diſtinxerunt inter ſtudium publicum in aliqua Vniuerſitate, & ſtudium priuatum in Camera, vt poſt alios *Farinac. in fragm. in verb. Clericus regularis, num. 207.*
207 Hincquè forte effectum, † vt Sedes Apoſtolica pluribus Vniuerſitatibus generalium ſtudiorum indulſerit facultatem admittendi ad audiendum leges, & Phyſicam Clericos, cum ſeculares, tum regulares, vt de ſtudio Patauij, & Senarum meminit *Mandoſ. loc. praallegat. ad fin. verſ. ſtudio Patauino.*
208 Perpetuum autem eſt, vt hæc licentia † petatur ab ipſo Epiſcopo, tàm ex diſpoſitione iuris communis, quàm ex diſpoſitione Concilij *ſeſſ. 23.*
209 *cap. 1. §. eadem*; etiam ſi ex forma ſtatuti † Eccleſiæ alias foret petenda à Capitulo, vt fuit reſponſum in *Calagurritana fructuum, & diſtributionũ 26. Maij 1614. coram Vbaldo*, quæ eſt in *recent.*
210 *par. 2. deciſ. 608. nu. 4.* niſi vacet † ſedes Epiſcopalis, tunc enim ſatis eſt eam à Capitulo petijſſe, ſecundum doctrinam *gloſſ. in clem. vn. §. volumus, in verb. diœceſanis, ad finem, de for. competen.*
211 Ex quibus infertur, ſiquis abſuturus † ſit propter litem, cum eo à quo aliàs, obtineri debeat licentia, puta Epiſcopo, vel à Capitulo ſede vacãte, non excuſari ab hac neceſſitate, quia euidens ſit ſe eam non obtenturum, vndè iniquum ſit; ipſum ſuperfluò ad id impelli, vt dicit *text. in l. hac ſtipulatio, 14. §. diuus, ff. vt legat. nom. cauea.* nã lex, vt ſuprà dictum eſt, non exigit licentiam ad alium finem, quàm vt euitetur contẽptus; & propterea iſta non eſt iuridica excuſatio, cùm ex ſola peti-
212 tione † excludatur contemptus, etiamſi licentia non obtineatur, quod videtur de mente *gloſſ. in d. §. volumus, & benè ibi declarant Card. n. 1. & Vitalin. num. 6. cenſuitque Rota d. deciſ. 608. ſub eo. num. 4. verſ. & quatenus etiam.* Quod intelligo
213 ad effectum † euitandi pœnam priuationis, non etiam ad effectũ conſequendi fructus; quia non eſt ſatis petijſſe, niſi fuerit obtenta, & ſi negetur, niſi fuerit proſequutus recurſum ad Superiorem qui inferiorẽ compulerit, vt per eum *tex. docet Card. in d. c. tua, n. 6. verſ. tertio quaro, de cle. non reſid.*
214 Infertur ſecundò, itidem excludi † contemptũ, atquè ita neceſſitatem petendi licentiam, ſi ita repentè vrgeatur quis abeſſe, vt deficiat ſibi tempus eam petere, *Io. Andr. in pracit. cap. inter quatuor, num. 4.* quem ſequitur *Io. de Imol. ſub nu. 1. verſ. vel poteſt dicere, Abb. in d. cap. relatum, num. 6. eo. tit.*
215 Vndè, ſi Epiſcopus eſſet † abſens à Diœceſi, & ingrueret neceſſitas abſcedendi, non tenetur quis pro licentia mittere ad Epiſcopum, extra Prouinciam; nequè eam petere à Capitulo, cum *tex. in d. cap. relatum* honorem hunc deferat Prælato, non Capitulo, vt ita conſulendo, arguit *Natta conſ. 41. num. 3.*
216 Infertur tertiò, ſemel efformata † iuſta abſentia ex concurſu cauſæ, & licentia Prælati; tandiu durare eius effectum, quandiu cauſa durat, etiamſi Prælatus qui eam conceſſit interim defungatur, vt ex mente *Archid. in cap. licet canon, ad fin. de elect. in 6. conſuluit Federic. de Sen. conſ. 109. n. 1.*
217 nec eſſe in † manu Prælati eam reuocare, niſi noua cauſa ſuperueniat, vt docet *Alex. de Neu. in d. cap. tua, 13. n. 17. eo. tit. de Cleric. non reſid.* quam-
218 uis è conuerſo † ſi detegatur falſitas cauſæ, ob quã fuit conceſſa, vel quià ſit finita, contrarium ſit tenendum, veluti ſi conceſſa fuerit ex cauſa ſtudij ante tempus, vel curſus ſit iam terminatus, ex aſſequuto gradu Doctoratus, vel Magiſterij, *Gemin. in praall. cap. cum ex eo, num. 9. de electio. in ſexto.*
219 Deniquè infertur non poſſe † conſiderari contemptum, & in conſequens ceſſare hanc neceſſitatem petendi licentiam, ſi fiat prouiſio præſenti in Curia, & hic prouiſus in ea perſeueret cauſa ſtudij, ex particulari indulto Bonifacij Octaui, ſuper quo conſuluit *Oldra. conſ. 117. per to.*

SVMMARIVM.

1 *Iuſtum, quod vtile Potentiori, qualiter Platoni acceptum.*
2 *Maieſtatis deſcriptio.*
3 *Maieſtas, vnde dicta.*
4 Populi *vox, duplicis eſt ſignificationis.*
5 *Chriſtianus quiſquè, militat Romano Pontifici.*
6 *Eccleſia Romana poteſtas, ſuper omnes alias Eccleſias.*
7 *Papa ſolus, verè, ac propriè dicitur Monarcha.*
8 *Populi definitio.*
9 *Poteſtas Papa, eſt immediatè à Deo.*
10 *Poteſtas, cuiquè Principi à Populo.*
11 *Poteſtas temporalis, ſubijcitur ſpirituali.*
12 *Poteſtas ſpiritualis, remanet diſtincta à tẽporali.*
13 *Maieſtas diuina, læditur per hareſim.*
14 *Hareſis, implicat apoſtaſiam à Deo.*
15 *Eadem, implicat crimen Maieſtatis, & humana, & diuina.*
16 *Hareticus, quantum in ſe eſt, facit Catholicam Eccleſiam mendacem.*
17 *Idem, offendit maieſtatẽ Populi, in quo eſt natus.*
18 *Hareticus, impropriè dicitur Chriſtianus.*
19 *Heretici bona, qualiter, cum ab eo auferuntur, reparantur, remiſſiuè.*
20 *Argumentum de crimine hareſis, ad crimen laſa Maieſtatis, rectè procedit.*
21 *Hareticus, priuatur bonis temporalibus ipſo iure.*
22 *Heretici ordinatio, & promotio ad beneficia, habetur pro nulla, & infecta.*
23 *Maieſtatis diuina primum caput, eſt hareſis.*
24 *Hareticus, an priuetur beneficijs ipſo iure.*
25 *Et in hoc expenſa Io. Andr. doctrina.*
26 Text. in cap. vt commiſſi, de hæretic. in *ſexto, expenſus.*
27 Text. in cap. ad abolendam, de hæret. *adductus.*
28 *Conſtitutio Nicolai Tertij contra Hareticos, adducta.*
29 *Clauſula*, ex nunc priuamus, *in lege appoſita eſt lata ſententia.*
30 Text. in cap. vt commiſſi, de Hæret. in ſexto, *de qua priuatione intelligatur.*

31 Text.

Digitized by Google

31 Text. in cap. ad abolendam, de Hæret. explicatus.
32 *Hæreſis, inducit pœnam priuationis beneficiorum ipſo iure.*
33 *Et quæ ſit ratio.*
34 *Constitutio Pauli Quarti contra Hæreticos, adducta.*
35 *Schiſmaticus, ipſo iure priuatur omni beneficio Eccleſiaſtico.*
36 *Hæreticorum receptatores, & fautores, priuantur ipſo iure Eccleſiaſticis beneficijs.*
37 *Hæreticus, vt ſpolietur de facto beneficijs, exigitur ſententia declaratoria.*
38 *Hæretici beneficia, poſſunt impetrari ante declaratoriam, ſed non ab eo de facto auferri.*
39 *Hæreticus, vt ab eo auferatur beneficium, debet citari, & cum eo factum diſcuti.*
40 *Hæreſeos delictum, non conſumitur in errore contra fidem, ſed in pertinacia.*
41 *Hæreticus non eſt, qui ſe illicò ab errore ſuo conuertit.*
42 *Et quæ ſint pro hoc neceſſaria.*
43 *Hæreticus conuictus, poteſt condemnari, etiamſi non confiteatur, & ideo debet errorem poſitiuè cognoſcere, & fateri.*
44 *Hæreſeos condemnatus, non appellat.*
45 *Inquiſitores contra Hæreticos, non conſueuerunt ſuos proceſſus euulgare.*
46 *Probatio vbi eſt difficilis, admittitur quæ alias minus eſt ſufficiens.*
47 *Sententia, ſine actis, quo caſu probet.*
48 *Hæreticus non eſt, qui myſtico Eccleſiæ corpori reintegratus eſt.*
49 *Hæreticus vtrum iuuetur regula de annali.*
50 *Ratio naturalis, ad deciſionem cauſarum, æquipollet caſui legis.*
51 *Etiam pro reſtringenda lege poſitiua.*
52 *Ratione quicquid conſtat, ius dicitur.*
53 *Doctoris auctoritas, ſine textu, vel ratione, non recipitur.*
54 *Practica non habetur, quod lege non cauetur.*
55 *Tituli defectus, vt dicatur notorius, quominus intret regula de annali, qualiter conſtituatur.*
56 *Beneficia vacantia propter hæreſim, ſunt Papæ reſeruata.*
57 *Et an dicantur vacare in Curia, vel in loco vbi eſt lata ſententia, remiſſiuè.*
58 *Beneficia extorta à Sede Apoſtolica, per ſanguine impuros, contra Statuta Eccleſiarum, ſunt reſeruata Sedi Apoſtolicæ.*
59 *Hæreticorum filij, quatenus ſubijciantur eiſdem pœnis priuationis, & inhabilitatis.*
60 *Inhabilitatis pœna, ad obtinenda beneficia, non includit pœnam priuationis obtentorum.*
61 Text. in cap. ſtatutum, il ſecondo, §. Hæretici, de Hæretic. in ſexto, *qualitèr, aut ius vetus declaret, aut ius nouum inducat.*
62 *Filij Hæreticorum, ante extrauag. Nicolai Tertij, nullibi priuabantur beneficijs ipſo iure.*
63 *Patris delictum, innocenti filio pœna eſſe non debet.*
64 *Præterquàm in atrociſſimis contra rempublicam.*
65 *Filius, dicitur pars patris.*
66 *Non item matris, & qua ratione.*
67 *Matri ſumma eſt affectio, pro honore filiorum.*
68 *Filij, qua ratione, in atrociſſimis, pro delicto parentum puniantur.*
69 *Ariſtotelis ſententia, de concurſu fœminæ in generatione, dubitabilis.*
70 *Filij Hæreticorum, ſunt inhabiles ad obtinenda beneficia Eccleſiaſtica, & officia perpetua ipſo iure.*
71 *Siuè ſint legitimi, ſiuè illegitimi.*
72 *Siuè nati ante commiſſum delictum, ſiuè poſt.*
73 *Et qualiter factum iſtud liquidetur.*
74 Confeſſio ſpontanea, *etiam in atrociſſimis, minuit pœnam.*
75 *Hæreticis ſpontè confeſſis, potius dicitur imponi pœnitentia, quàm pœna.*
76 *Hæreticus non eſt, qui eſt confeſſus, & pœnitens; etiamſi obierit ante peractam pœnitentiam.*
77 *Relapſus in hæreſim, & reuerſus ad pœnitentiam, an habeatur pro Hæretico.*
78 *Relapſis in hæreſim, denegatur audientia.*
79 *Quod, quomodò intelligatur.*
80 *Relapſis in hæreſim, & pœnitentibus quæ imponitur pœna corporalis, non imponitur propter hæreſim, ſed propter relapſum.*
81 *Filij Hæreticorum quod priuentur ipſo iure beneficijs, qualitèr adſtruatur.*
82 Text. in cap. ſtatutum, il ſecondo, de Hæretic. in ſexto, in §. Hæretici, *nihil decernit in articulo priuationis beneficiorum.*
83 *Filij hæreticorum, ante Conſtitutionem Nicolai Tertij, non omnes indiſtinctè priuabantur beneficijs obtentis ipſo iure.*
84 *Filij liberti ingrati, reuocantur cum patre in ſeruitutem, ſi nati ſunt poſt admiſſam ingratitudinem, alias ſecus.*
85 *Et quæ ſit ratio.*
86 Prædicti, *relatiuum, cuius ſit vis.*
87 *Emancipatio liberorum, permiſſa patri.*
88 *Filij hæreticorum poſt emancipationem, olim non ſubijciebantur pœnæ inhabilitationis.*
89 *Emancipatio inficitur, vbi ſit in fraudem.*
90 *Filius matris hæreticæ, an ſubijciatur pœnæ priuationis beneficiorum ipſo iure.*
91 *Maſculinum, concipit fœmininum.*
92 *Etiam in materia ſtricta, & pœnali.*
93 *Niſi ſubſit diuerſa ratio.*
94 *Matri, nulla eſt poteſtas in filios.*
95 *Vacandi modus, verificatur ex aſſertione Papæ, dum ducitur ex diſpoſitione iuris.*
96 *Vacatio ipſo iure, ſi per Papam in literis Apoſtolicis ſupponatur propter aliquod crimen, ſtatur literis; etiamſi ius minimè hoc diſponat.*
97 *Hæreſis, an probetur ex ſententia contumaciali.*
98 *Contumacia vnius, alteri non nocet.*
99 *Hæreſis iuſtificatur per ſententiam contumacialem, ſi præceſſerint probationes.*
100 *Contumax, contra quem ſunt facta probationes, non tàm dicitur condemnatus propter contumaciam, quàm propter malam cauſam.*
101 *Hæreſis ſuſpicio, ex contumacia poſt annum tranſit in violentam præſumptionem, quæ ſufficit pro iuſtificatione hæreſeos.*
102 *Et quæ ſit ratio.*

103 Hære-

103 *Hæreticus declaratus in contumaciam, qualitèr moneri debeat, vt poſt annum habeatur pro conuicto.*
104 *Hæreticus abſolutus cum abiuratione, ante ſententiam condemnatoriam, recuperat beneficia interim, ſeù propter hæreſim vacantia, collata.*
105 *Blaſphemia redolet crimen hæreſeos.*
106 *Verba indicant, qualis ſit perſona proferentis.*
107 *Blaſphemus, qualitèr æquiparetur hæretico.*
108 *Blaſphemia, opponitur confeſſioni fidei.*
109 *Blaſphemator, dicitur reus maieſtatis diuinæ.*
110 *Blaſphemiæ reus, quo caſu priuetur beneficijs Eccleſiaſticis ipſo iure, per decretum Concilij Lateranenſis.*
111 *Et quo, per Conſtitutionem Iulij Tertij.*
112 *Et quo denìquè, per Conſtitutionem Pij Quinti.*
113 *Conſtitutio Pij Quinti contra blaſphemos, quid noui amplius contineat.*
114 *Lex puniens per verba futuri temporis, non eſt latæ ſententiæ.*
115 *Quod declaratur.*

QVÆSTIO XXVIII.

Priuatio beneficiorum, quatenus ſit ipſo iure inducta propter hæreſim, ſchiſma, vel blaſphemiam.

QVi quiſquè Populus, ſui
gubernationem commiſit,
ſiuè ſingulari perſonæ, ſiuè
Ordini, huic Principatuũ,
& poteſtatẽ eſſe, perſpici-
tur; quod totum in con-
dendis, moderãdisquè le-
gibus conſumitur: vndè &
1 manauit, *Iuſtũ † eſſe quod
vtile potentiori*; quemadmodũ deducit, probatq;
Plato, lib. 37. in primo dialog. de repub. Cùm igi-
2 tur Principatui † acceſſerit *Honor, placidoquè de-
cus reuerentia vultu*, illi *Hinc ſata maieſtas, quæ
mundum temperat omnem, Quoquè die partu eſt
edita, magna fuit*, vt cecinit *Ouid. faſto. lib. 5 non
longè à principio*; Quapropter ſi nominis ratio-
3 nem exigimus, ea in promptu eſt, vt Maieſtas † di-
cta ſit, quaſi maior poteſtas, quod etiam pronun-
ciauit *Oldrad. conſ. 43. num. 8 quem retulit, &
ſequutus fuit Io. Tho. de Marin. in tract. de gener.
& qualit. feudo. tit. 2. ſuper Conſtitut. Diuæ memo-
riæ, num. 100.*
4 Populum verò cùm dicimus, occurrit † duplex
huius vocis acceptio; vna vniuerſalis, cùm eam re-
ferimus ad Orthodoxam religionẽ, ſub qua om-
nes Populi, qui Chriſto nomen dederũt, ipſi Chri-
ſto militant vno ſub vexillo, & vno ſub Principe
illius Vicario, tanquã capite viſibili. Quotus enim
5 quiſquè Chriſti lauacro baptizatur, † recipit in
animam characterẽ indelebilem Chriſtianæ mili-
tiæ, cuius Romanus Pontifex eſt Imperator, *Inno.
in cap. vlt. ſub nu. 1. verſ. nec mireris, de Sacram.
6 non iteran* Et hæc in effectu eſt eminentia † illa
poteſtatis, ſuper vniuerſas Eccleſias, ac totũ Chri-
ſtiani Populi gregem, quam eſt aſſequuta Roma-
na, & Apoſtolica Eccleſia, vt punctualiter ſcripſit
B. Anacletus *in Can. ſacroſancta, diſt. 22.* adeò
7 quòd hac ratione ſolus † ipſe Pontifex, poteſt verè
dici Monarcha, *Tholoſ. ſyntagm. iur. lib. 18. cap.
2. num. 6.*
Altera, cùm eandem vocem ſtrictè referimus
8 ad quemcunquè † cœtum multitudinis, iuris con-
ſenſu, & vtilitatis communione ſociatum, ſecun-
dum Populi definitionem, ex Cicerone deſum-
ptam, quam probauit B. Auguſtinus, de *Ciuitate
Dei lib. 19. cap. 21.*
9 Ex his verò patet, duas efformari † poteſtates,
& in conſequens maieſtates; vnam ſcilicet ſubli-
miorem, cui omnis alia in ordine ſubijcitur, velu-
ti ſupernaturali, & ſpirituali, & quæ à ſolo Deo
immediatè in ipſo militantis Eccleſiæ capite viſi-
bili eſt collocata, *d. can. ſacroſancta, & probat Ia-
cobat. de Concil. lib. 7. art. 5. ſub nu. 137. verſ. quia
10 eius poteſtas.* Alteram verò † inferiorem, ratione
quidem naturali (quam ius gentium vocamus) in-
uectam, ſed prout eſt in vnoquoquè Principe, à
populo in eum deriuata, & conſtituta, vt probat
*text. in l. ex hoc iure, vbi gloſ. in verb. condita de
iuſt. & iur.* & explicat Tullius in *primo offic.*
11 Quapropter, vtcunquè illa prior † ſuperior ſit,
hæc verò inferior, adeoquè Superiori ſpirituali
præcipienti obſequens, tanquam inferior, & tem-
poralis, *cap. omnes Principes, cum duob. ſequentib.
12 de maior. & obed.* attamen interim † remanent di-
ſcretæ, vt vna non perturbet alteram, *can. cùm
ad verum, qui in ordine eſt 6. diſt. 96. c. nouit 13.
cum ibi nota. de iudic. cap. ſolita, 6. & ibi Abb. ſub
nu. 4. verſ. nota ſeptimò, de maior. & obed. Aufrer.
in repet. clem. 1. num. 39. de offic. Ord. Barbat. in
cap. 1. num. 60. de Conſtit. Decian. crim. to. 1. lib. 4.
cap. 11. num. 1. cum ſeq. Couar. practic. quæſt. c. 31.
in princ. Anaſtaſ. Germon. de Sacr. immun. lib. 3.
cap. 13. in princ. & ex num. 1. cum alijs citatis per
Bobadill. in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 18. num. 60.*
Igitur, & nos, in deducenda vacatione ex ſen-
tentia iuris, ob criminis atrocitatem, iuxta ordi-
nem ſuperius præſcriptum, diſcretè quoquè pro-
cedemus; vt cùm ex præmiſſis conſtet maieſtatem
13 duplicem † eſſe, diuinam ſcilicet, & humanam, à
diuina exordiamur, cuius offenſa inducitur per
receſſum à fide Catholica, & ſic per hæreſim, *cap.
vergentis, 10. ad fin. princ. extra de hæretic.* id ip-
14 ſum enim † eſt à Deo apoſtatare, quod eſt ſcelus
omnium grauiſſimum, *Luc. de Penn. in l. ſiuè ex
Prætoriano, num. 16. & 17. C. de exactor. tribut.
15 lib. 12.* tantoquè maius crimine † maieſtatis hu-
manæ, quod iniuria facta Deo, inuoluit iniuriam
omnium fidelium, *l. Manichæos, 4. verſ. ac pri-
mum quidem, C. de hæretic. & manich.*
16 Quandoquidem, hominem hæreticum † dupli-
citer dicimus eſſe Maieſtatis reum; nempè reſpe-
ctu Eccleſiæ Catholicæ, quam manifeſtè lædit, ſta-
tuendo faciem ſuam contra, & (quantum in
ſe eſt) faciendo illam mendacem, vt ait *Carolus
Sincerus, inter conſ. Proſperi Farinac. conſ. 118.
ſub num. 3. verſ. at qui hæreticus, lib. 2.* Et reſpectu
17 Populi illius Catholici, in quo eſt natus; nam vt † in
eo eſt maieſtas, *l. 1. ad l. Iul. Maieſt.* illam vtiquè
lædit

18 lædit, d.l Manichaos, quo ſit, vt nec talis † poſſit
cenſeri Chriſtiano nomine, ſecundũ vocis proprie-
tatem, vt per eum text. docet Prapoſ. in can. quo
iure, in ſecunda col. verſ. nota quod haretici, diſt. 8.
Rebuff. ſuper Bulla Cœn. Domini in §. 3. ad reti-
nendam, ſuper verb. Chriſtiana, verſ. haretici ta-
19 men, & ſuper hac † duplici offenſa videtur fundata
illa tripartita diuiſio bonorum, ab hæreticis quã-
tumcunquè merè ſecularibus ablatorum, de qua
latiſſimè agit idem Farinac. conſ. 117. num. 9.
quod nunc non proſequor, veluti à noſtro inſtitu-
to alienum.

Si ergò ob læſam maieſtatem humanam, bene-
ficia amittuntur ipſo iure, vt poſtea videbimus,
multò magis ob læſam humanam, & diuinam per
20 hæreſim: ità enim ab vnius † criminis ſpecie ad
aliam argumentari licere, notat Rebuff. in prax.
21 tit. de mod. amitt. benef num. 32. & ſi propter † hæ-
reſim ipſo iure amittuntur temporalia, c. cum ſe-
cundum, 19. de haretic. in ſexto, pro cuius textus
ornatu videndus Farinac. de hareſ. q. 190. §. 5. ex
num. 59. & per to. multò fortius ex eiuſdem Cano-
nis ſententia debet cenſeri priuatus beneficijs Ec-
22 cleſiaſticis; quià illius † ordinatio, & promotio
habetur pro nulla, & infecta, can. vlt. 19. diſt per
quem text. hoc ibi expreſsè notat Prapoſ. in pri-
ma col. verſ. & ſic habetis, & eum ſequitur Rebuf.
in tract. de Pacif. Poſſeſſ. ſub num. 237. verſ. immo
ſi habeat beneficium.

23 Et quamuis diuinæ Maieſtatis crimen, † aliter
etiam, quàm per hæreſim incurratur, vt infra oſtẽ-
detur, nihilominus, ſi vt in humana, ſic in iſta diui-
na licet plura capita iſtius ſceleris conſtituere,
certè iſtud dicetur primum caput, vt ſcribit Tho-
loſ. Syntagm. iur. lib. 33. cap. 4. num. 3.

Cæterùm, non defuerunt Doctores, qui exiſti-
24 marũt † pœnã hanc priuationis nõ incurri ipſo iu-
re, eo ducti argumento, quod nuſquam inueniatur
hæc pœna conſtituta verbis ſignificantibus ſentẽ-
tiam ipſo iure latam, ita Alphonſus de Caſtr. in
tract. de iuſt. haretic. punitio. lib. 2. cap 6. quem
retulit, & ſequutus fuit Iacobus Simancha in
tractat. de Catholic. inſtitution. tit. 46. num. 72.
Ignatius Lopez in additio. ad Diaz in prax. crim.
lib. 8. c. 13. in 8. quaſt. quos retulit Reuerendiſ. D.
Antonius Ricciullus, meritiſſimus Vmbriaticen.
Epiſcopus, in tract. de iur. perſon. extra Eccleſ. lib.
5. cap. 19 num. 10. & quamuis contraria ſententia
verior ſit, & receptior, ex propè infinitis cumula-
tis per eund. D. Ricciull. eo. loco num. 9. nihilomi-
nus hanc in rigore iuris, diſputando poſſe defendi
arbitratus fuit nuper D. Barboſa de offic. & poteſt.
Epiſc. par. 3 alleg. 57. num 37. & in collectan. ad
cap. ad abolendam ſub num. 6. verſ. nam licet iſto-
rum opinio, extra de haretic.

25 Quinimò, cùm affirmatiuæ ſententiæ † aſſertor
cui alij ædhærent, reputetur Ioan. Andr. in cap. vt
commiſſi, de haretic. in ſexto, ſi eius verba ſub n. 4.
ſuper verb. priuandi attentius expendantur, po-
tius videtur contrarium innuere; dùm concludit,
inquiſitores, & Epiſcopos, cum pronunciant, vti
ca formula, qua priuãt, & ita priuatos denunciãt,
non autem ſimpliciter denunciant: quod etiam eſt
de mente Gemin. eo. loco, itidem ſub num. 4. verſ. et
ideo ad iſtum textum. & propterea, tametſi Ioan.
Andr. videatur prius tenere, illam alternatiua
vel, ſtare ibi expoſitiuè, pro, id eſt, in quem ſenſum
eum ibi accepit Franch. ſub nu. 2. in 5. notab. at-
tamen non videtur Ioan. Andr. ibi perſiſtere in
hoc intellectu.

26 Augetur autem difficultas † ex verbis Bonifa-
cij Octaui in d. c, vt commiſſi, de Haretic. in 6. vbi
eis indulget facultatẽ priuandi praterea, vel pri-
uatos nunciãdi, dignitatibus etiam, ac alijs bene-
ficijs Eccleſiaſticis. Ex quibus, cum videatur ſaltim
conceſſum arbitrium, id neceſſariò conſequitur,
non ſemper incurri pœnam priuationis ipſo iure.
Et adhuc magis ſtringit text. in eo cap. ad abolen-
27 dam, † vbi Pontifex mandat, Clericos, vel cuiusli-
bet religionis obumbratione fuſcatos, totius Eccle-
ſiaſtici ordinis prarogatiua nudari, & ſic omni
officio, & beneficio Eccleſiaſtico ſpoliatos, ſacula-
ris poteſtatis arbitrio relinqui.

His tamen minimè obſtantibus, non eſt recedẽ-
dum ab affirmatiua ſententia, quæ vltra manifeſtã
iuris rationem, nequè eſt deſtituta eo fundamen-
to, quod hæc pœna alicubi appareat conſtituta
verbis ſignificantibus ſententiam ipſo iure latam,
vt fuerunt opinati Alphõſus de Caſtro, Simancha,
28 & alij ſuperius citati. Nam † longè ante Bonifaciũ
Octauum, Nicolaus Tertius, anno 1280. 5. non
Martij, per ſuam Decretalem, ſcriptam vniuerſis
Chriſti fidelibus, quæ incipit, Nouerit Vniuerſi-
tas veſtra, in §. 21. ſic edixerat; Haretici autem,
& receptatores, defenſores, & fautores eorum, ipſo-
rumquè filij, vſquè ad ſecundam generationem,
ad nullum Eccleſiaſticum beneficium, ſeu officium
admittantur, quod ſi ſecus actũ fuerit, decernimus
irritum, & inane, Nos enim pradictos, ex nunc
priuamus beneficijs acquiſitis, volentes, vt tales
& habitis perpetuò careant, & ad ſimilia nequa-
quam in poſterum admittantur; illorum autem fi-
liorum emancipationem, nullius eſſe momenti vo-
lumus, quorum parentes, poſt emancipationem
huiuſmodi, ad inuium ſuperſtitionis haretica à
via declinaſſe conſtiterit veritatis. Ex quibus ver-
bis, nihil clarius educi poteſt, quàm non ſolum hę-
reticos, ſed etiã, & eorum receptatores, ac deſcen
dẽtes vſquè ad ſecundã generationem eſſe priua-
29 tos ex ſententia iuris: nimis enim id implicant † ea
verba, ex nunc priuamus, quæ præueniunt quan-
cunquè Iudicis declaratoriam, vt benè aduertit
Suarez de legib. lib. 5. cap. 7 ſub num. 7. verſ. quid
cum dicit lex, Sayr. in clau. Reg. lib. 3. cap. 8.
nu. 27. & anteeos Tiraq. ad l. ſi vnquam, in verb.
reuertatur, ſub num. 149. C. de reuoc. donatio.
Moneta de diſtrib. quotid. par. 3. quaſt. 7. nu. 37.
Barboſ. clauſ. 118. num. 7.

30 Ità vt, quod † poſtmodum ſcriptum legitur in
d. c. vt commiſſi, de priuatione, referatur ad ſpo-
liationem de facto, vt etiam cõcordet cũ dicta ex-
trauagãti Nicolai Tertij, quæ eſt eius Põtificis ſe-
cunda in nouo Bullario; quinimò cum textu in d.
cap. ad abolendam, qui tantum † abeſt, quod opi-
tuletur contrariæ opinioni, vt magis eam proſter-
nat; nam quandocunquè Canon mandat aliquem

ſpoliari

91 Quintò, vt non videatur ſatisfactum † monitio-
ni, nec purgata contumacia per ſimplicem reditũ,
niſi fuerit reſidentia continuata, vt in *d.c.ex parte,*
il primo, docent omnes, præcipuè verò Io.Andr.&
Ancher.num.3.& Alex.de Neu.num.9.
Tertius eſt caſus, quandò non ignoratur locus,
92 ſed ipſe impedit nè perſonalitèr moneatur, † &
tunc, probato huiuſmodi impedimento, debet ci-
tari per edictum, eaquè citatio operabitur eundẽ
effectum quem perſonalis, vt eſt *text.in d.cap.quo-*
niam frequẽter, §.porrò, vbi præ cæteris *Bal.n.2.*
& fuit nuper reſponſum in *Bracharen. Theſaura-*
riæ 10. Martij 1632.coram R.p.d. Pirouano, itàut
93 tunc non ſit neceſſe † eam reiterare, aut expecta-
re alium temporis lapſum, *Abb.in d.cap. ex tua*
num.12.de Cleric.non reſid. Impedimentum autẽ
94 poterit probari, vel per formalem relationẽ † Exe-
quutoris ſuper tali impedimento, ad tradita per
Menoch.de Arbitr.caſ.112.num.19. vel ſi nec ta-
lis relatio formalis poſſit haberi ex aliqua violen-
tia, poterit iuſtificari ex minus iuſtis, & informi-
bus probationibus; vt de diuerſis ſcripturis im-
perfectis, ad inuicem tamen ſe adminiculantibus
cenſuit Rota in *Corduben. Archidiaconatus de*
Caſtro. 27. Octobris 1606.coram Card. Sacrato.
95 Quartus denique eſt caſus, quandò † penitus
ignoratur locus in quo eſt, vt poſſit perſonaliter
citari, & tunc ſuccedit diſpoſitio *text.in d.cap.ex*
tua, de Cleric non reſid. vt debeat tribus edictis
citari in Eccleſia, & expectari per ſex menſes, qui-
bus elfluxis, & non anteà ſpolietur, quod latè ex-
plicant ibi Doctores, præcipuè verò *Abb. nu.13.*
Mantic. decif. 12. num.2. & d. decif.67. num.4.
& fuit reſponſum in Teralben. Rectoriæ 28. Iu-
nij 1618.coram R.p.d. Pirouano; idemquè eſt etiã
96 ſi non ignoretur locus, verum † talis ſit, in quo non
poſſit commodè citari, vt clarè ſentit *Rota apud*
Mantic.d decif.12.n.2.ibi, vel longe abſit, itaut
commodè, &c. & eſt de mente *Abb.in c. quoniam*
frequenter, §.porrò, n.11.verſ.& idem ſi ſcitur, vt
lit.non conteſt.& in d.c.ex tua, n.11.verſ. ſolutio,
intelligi hunc textum, & n.13. circa princ.& ibi
Alex.de Neu.n.8.ad fi.& n.12.verſ aut neſcitur.
Et circa hunc caſum, Primùm eſt aduertendum,
97 quod antequam decernantur † edicta, debet con-
ſtare Epiſcopo non ſimpliciter de abſentia, ſed
de tali abſentia qualificata, per ſummariam infor-
mationem, quam ſumet à perſonis fide dignis ex-
traiudicialiter nemine citato, iuxta practicam,
quam, ceù veram, pulcram, & notabilem, docuit
Bartolus in Extrauag. ad reprimendum in verb.
per edictum, num.6. quæ eſt optimè fundata ſuper
text. in Auth. de exhib. reis §. ſi verò, verſ. igitur
nè latente.
98 Mox, vt edicta iſta † non minuantur hoc terno
numero, quaſi quòd vnum ſolum cũ peremptorio
habeat ſufficere pro tribus: quicquid enim cẽſue-
rit *Oldra. conſ.195.n.6.* nõ eſt ab hoc iuris ordine
99 recedendum, nàm non ſolum, vt † nè præmaturè
ad deciſionem negotij procedatur, Canones exi-
gunt trinam hanc citationem per edictum, vt ipſe
exiſtimauit, ſed duplici alia ratione, videlicet quià
facilius poteſt peruenire ad notitiam abſentis ci-
tatio, ſi ter fiat, quàm ſi ſemel tãtum cum perem-
ptorio; cùm forte amicus citati, & informatus vbi-
nam ſit, poſſit intereſſe ſecundæ, qui non interfue-
rit primæ, & ſic eum admonere; & rurſus quià ex
hac multiplicatione inſurgit maior contemptus
Iudicis, & maior contumacia; quas duas rationes
latè proſequitur *Felyn. in d.cap quoniam frequẽ-*
ter, ſub num.22.verſ.ratio primi dicti, & verſ.ra-
tio ſecundi dicti, & ibi etiam Bellam. in §. quod
ſi forſan, num.65.ad fin.verſ.caue tamen.
100 Et eſt regulare, vbi agitur † de incurſu pœnæ,
nuſquã vnicã citationẽ ſufficere pro tribus, idem
Felyn.in cap.conſuluit, num.14.de offic. delegat. &
hanc opinionem tenent omnes in *d. c.ex tua, Abb.*
in conſ.67.ſub num.2.verſ.item ſi neſcitur, par. 1.
& ſequuta eſt Rota apud Seraph.decif.27. nu. 2.
101 *& 1346.num.2.& 5.* poteſt † tamen tolerari opi-
nio Oldradi, ſi agatur de Parochiali, ex particulari
ratione de qua per *Hostd. par.1. cap.18.num.24.*
Deniquè, vt expectetur lapſus ſex menſium, vt
102 ſupra dictum eſt, & iſti menſes computari † de-
bent poſt lapſum vltimi peremptorij, vt clarè
cenſuit *Abb. in d. conſ. 67. ſub num. 2.verſ.poſt*
quarum lapſum.
Horum omnium caſuum duo ſunt communia.
103 Prius eſt, nè † ſit neceſſaria poſitiua pronunciatio
ſuper priuatione, ſed ſufficiat declaratoria ſuper
vacatione ob non reſidentiam, *Mantic.d.decif.67.*
num. 8. vel quod beneficium conferatur tanquam
vacans, vt poſt *Hoſtien. tradit Butr. in eo.cap. ex*
tua nu.9. Abb.in cap.inter quatuor 10.nu.2.eo.tit.
104 In ſententijs enim etiam † valet argumentum
à conſequenti ad neceſſarium antecedens, vt di-
catur etiam implicitè ſuper eo pronunciatum, vt
eo loco ſubijcit *Mantic.& tradit poſt alios Aym.*
conſ 177. num.2.
105 Et hæc ſententia tenenda eſt; † quicquid exiſti-
mauerit poſt *Innocen.& Compoſtell. Bellam.in d.*
c.quoniam frequenter, in §. quod ſi forſan in 3. q.
nu.5. nam *text.in d.c.ex tua*, potius retorquetur,
itàut ſuperflua ſit diſputatio, an requiratur litis
conteſtatio, libellus, & citatio, de qua re latè ibi
per eundem Bellameram.
106 Alterum eſt, vt ſi durante abſentia, † & poſt re-
quiſitionem cõparuerit excuſator, qui cauſas ab-
ſentiæ, & impedimenti propoſuerit, ni fuerint ex-
cuſſæ, proceſſus, & omnia erunt nulla, iuxta doctri-
nam *Bart. qui tradit modum iſtud deducendi ad*
praxim, in l.quæſitum, num. 5. de re iudic. prout
107 etiam ponit, àn † & quando teneatur ſic monitus
excuſatorem mittere, *in l.1. nu.4.C.de diuerſ.&*
tempor.præſcript.
108 Si verò nemo † comparuerit, ſed ipſe poſtmo-
dum reuerſus, deduxerit, & probauerit impedi-
mentum quo tenebatur, validus quidem erit pro-
ceſſus, cum omnibus inde ſequutis, *Ioan. Andr.in*
d.cap. inter quatuor ſub num.2.verſ. quod intelli-
109 *go*, ſed ei ſubuenietur † extraordinario remedio in
integrum reſtitutionis, vt eſt *text.in ſupraall.can.*
præſentium, 7.q.1. ſicquè declarat Alex.de Neu.in
cap.vlt.num.22.de Cleric. non reſiden.
110 Vndè poterit Iudicium † per procuratorẽ pro-
moueri coram eodem Ordinario, ſiuè per viam
nullitatis,

Digitized by Google

nullitatis, ſi cauſæ propoſiti impedimenti non fue-
rint diſcuſſæ, *iuxta doctrinã gloſſ. vlt. in l. Iudex
poſteaquam, ff. de re iudic.* ſiuè per viam reſtitutio-
111 nis † ſi impedimentũ non fuerit propoſitum, poſ-
ſit tamen probari, *l. Præfecti, ff. de minor. et latè
tradit Odd. de reſt. in integr. q. 32. art. 17. per to.*
112 Iuſti autem impedimenti cauſas † conſtat re-
duci ad valetudinem, tempeſtates, aut vim flumi-
nis, & deniquè ad magiſtratus imperium, quas
latè proſequitur *I. C. in l. 2. §. ſi qui iudicio, vſ-
què ad fin. ff. ſi quis caution*, & reincidunt cum
enumeratis per *gloſſ. vlt. & per Ioan. Andr. in
d. cap. fin.*

Et cùm circa alias, probatio magis ſit expoſita
113 omnium ſenſui, circa eam † quæ ex valetudi-
ne deducitur, conſtat Medicorum relationi ſtan-
dum eſſe, iuxta *l. ſimel, C. de re milit. lib. 12.* quin
114 proprio iuramento infirmi, † ſi concurrat aliqua
veriſimilitudo ex veſtigijs infirmitatis, quià puta
ſit facie extenuata, veluti ſurgens de infirmitate,
ſic docuit *Bart. in d. l. quæſitum, num 6* ſecundum
quam doctrinam accipiendus eſt Probus ad *Ioan.
Monach. in cap. vn. num. 13. eod. tit. de cleric. non
reſid. in ſexto.*

Deniquè, circa præmiſſos caſus, obſeruabis,
115 quod † licet *Concil. d. ſeſſ. 23. cap.* 1. velit liberum
eſſe Ordinarijs, per cenſuras Eccleſiaſticas ſe-
queſtrationem, & ſubtractionem fructuum, alia-
què iuris remedia etiam vſquè ad priuationem
compellere abſentes, vt reuertantur ad reſiden-
tiam; tamen in illis verbis, non cenſetur ordi-
nem præſcribere, ſed ſimpliciter iuris præcipua
remedia proponere, vt ſuo arbitrio Epiſcopus,
quo mauult vtatur, vt ex mente S. Congregationis
reſoluit *Rota apud Cardin. Mantic. deciſ. 67. nu.
6. & 7. & apud Reuerendiſſ. D. Coccinum, d. deciſ.
10. num. 5.*

116 Nam alia etiam remedia, † ante Concilium à
iure cognita fuerunt, poteratquè Epiſcopus eorũ
ſingulis pro arbitrio vti, prout de ſequeſtratione,
ſeu ſubtractione fructuũ, eſt *text. in cap. peruenit,
il ſecondo, & in ordine 28. de appellatio. Archid. in
can. quæ rei, n. 9. ad med. verſ. ſecundo modo, 11.
quæſt. 7. Felyn. in practi. cap. quoniam frequenter,
ſub num. 23. verſ. ſcias etiam, quod contra non re-
117 ſidentem*, & de † cenſuris eſt *text. in d. cap. ex tua*,
118 fuit enim † ſemper in arbitrio Epiſcopi procede-
re, vel ad cẽſuras, & alia prædicta, vel ad priuatio-
nem, *Imol. in d. cap. ex tua nu. 13. Abb. nu. 9. verſ.
tertius intellectus, Butr. nu. 6. Alex. de Neu. n. 23.
verſ. tertius intellectus, Capr. reg. 91. ex nu. 42.*

Et hæc quidem, ex ſuppoſitione reſidentiæ præ-
119 ciſæ, vt ſupra dictum eſt: nam † in his quibus talis
reſidentia non requiritur, vtcunquè prætendatur
abſentia diutina, & diuagatio, ſi hoc prætextu
quiſpiam priuetur, non eſt dubium, quandocũquè
reuertatur, illum ad ſuum beneficium reſtitui, vt
optimè per *Felyn. in d. cap. quoniam frequen-
ter, ſub num. 23. ad med. verſ. ſi gloſſ. in d. cap.
& benè probatur ex diſpoſitione text. in cap.
cum ad hoc, de Cleric. non reſiden.* vbi Papa vult
quidem reuocari obtinentes beneficia non curata,
propter neceſſitatem Eccleſiæ, verùm ſi contu-
maces ſint, non mandat eos ſpoliari beneficijs, ſed
de fructibus, dum abſentes fuerint Eccleſiæ deſer-
120 uiri. Quod eo fortius militaret in † caſu euulgatæ
mortis, ſi mox per exhibitionem propriæ perſonæ
conſtaret de vita, *Mohed. de probat. deciſ. 1. per to.*

Cæterùm, cùm præmiſſa obtineant, ex ſuppoſi-
tione abſentiæ minus iuſtæ, ſatis conſtat, iuſtè ab-
ſenti nedum nullam huiuſmodi inferri poſſe mo-
121 leſtiam, verum ſi cum iuſtitia † cauſæ concurrat li-
centia ſui Prælati, omnes fructus deberi, *c. rela-
tum, vbi gloſſ. in rub. Prælatorum, extra de
Cleri. non reſid.*

Porrò ad efformandam hanc † Iuſtitiam abſen-
122 tiæ exigitur concurſus hic, videlicet cauſæ, & li-
centiæ, vt ibidem per *Abbat. num. 1. & 5. An-
chara. ſub num. 4. verſ. ſi enim ſuperiora, idem
Abb. in cap. inter quatuor, num. 4. eod. tit. & poſt
alios latè firmauit Rota apud Seraph. deciſ.* 1131.
*nu. 2. in Burgen. reſidentiæ, 4. Iulij 1586. coram
Cardinali Platto, in Licien fructuum, 25. Aprilis
1603. coram Card. Hieronymo Pamphilio, & in
Calaguritana fructuum, 22. Iunij 1615. coram
Vbaldo.*

123 Et ratio eſt, quià ſine iuſta cauſa, † licentia Su-
perioris remanet iniuſta, & inutilis, cum vox iſta
licentia, non importet nudam voluntatẽ, ſed con-
ceſſionem ex cauſa, & tanquam deriuatiua à
verbo *licet*, ſonet in arbitrium boni viri, vt pro-
pterea nil valeat ſine ſua cauſa, vt pulchrè cõſide-
rat *Silua in tract. de benef. par. 4. in 7. q. n. 153.* &
124 ſine † ea diſpenſatus non eſt tutus, *Rebuff. qui alios
allegat in praxi tit. de non reſiden. nu. 13. & 54.*
125 atquè ideo niſi vltra † licentiam probet cauſam,
fruſtra agit ad fructus, vt fuit concluſum in *præal-
legat. Burgen. reſidentiæ.*

126 E conuersò, iuſta cauſa † ſine licentia non ſuffi-
cit, quià daretur contemptus ſuperioris, & ſic il-
lud bonum reſultans ex iuſtitia cauſæ, remaneret
quodammodo abſorptum à malo reſultante ex
huiuſmodi temeritate, & contemptu: atquè ità ra-
tio huius neceſſitatis licentiæ, eſt radicata ſuper
bono obediẽtiæ, vt voluit in *d. cap. inter quatuor,
gloſſ. in verb ſine iuſta cauſa, & Hoſtien. ſub n. 2.
verſ & ſi quæras, de Cleric. non reſiden.* Et in
127 ſimili videmus, † licet vtilitas Eccleſiæ ſit iuſta
cauſa, vt Monachus fiat ſuſceptor, & exequutor
forenſis negotij, nihilominus ad hunc effectum
adhuc exigi licentiam ſui ſuperioris, vt eſt *text. in
can. Monachi il ſecondo, 16. quæſt.* 1. aliquandò
128 enim propter † obedientiam intermitti debet bo-
num quod agitur, *can. quia ergò mirum, 11. quæſt.
3. Hoſtien. vbi ſupra.*

129 Igitur vbi adeſt cauſa, & licentia, † abſens nedũ
percipiet fructus, verùm etiam conſequetur diſtri-
butiones quotidianas, ſecundum opinionem *Cal-
derin. tit. de præben. conſ. 17. verſ. de quotidianis
vero, & ſequuta fuit Rota in vna Calaguritana
fructuum, 2. Iunij* 1586. *coram Cardinali Platto*,
vbi verò altera deficiet, nihil ex his percipiet quæ
præſentibus dari conſueuerunt, *d. cap. relatum, &
cap. inter quatuor, de Cleric. non reſid.*

Diſquirendum eſt itaquè primũ de iuſtitia cau-
ſæ, & mox de modo ipſius licentiæ, quod enim

Digitized by Google

130 abſens † habeatur pro præſente, fictio eſt, nec ideo
procedit niſi in caſibus à iure expreſſis, *Mil. in*
verb. abſens num. 4. Mandoſ. de indult. percipien.
fructus in abſentia verſ. voluerunt aliqui, Et
131 quoad cauſam, cõſtat, eam duplicẽ eſſe † videlicet
aut corporalis neceſſitatis prouiſi, aut euidentis
vtilitatis Eccleſiæ, vt eſt *text. in cap. vn. eo. tit. de*
132 *Cleric. non reſid. in ſexto*, & non ſufficere † quan-
cunquè neceſſitatem, vel vtilitatem, ſed magnam,
& euidentem exigi, vt pulchrè deducit *Archid.*
in cap. licet cauſam, ſub num. 7. verſ. item requiri-
tur, de electio. in ſexto, vbi quod qui contrarium
ſentiunt, non intelligunt ſanas regulas, & hoc idem
cenſuit *Prob. ad Io. Monach. in d. c. vn. ex nu. 28.*
133 Quod verò ſpectat ad neceſsitatem † perſonæ,
non attenditur omnis neceſsitas, ſed quæ à caſu,
vel ab extrinſeco aliquo impedimento deſcendit,
Vndè infirmitas præſtabit iuſtam cauſam, prout
in ſpecie deciditur *in d. cap. vn.* vbi præ cæteris
Prob. ad Io. Monach. num. 15. Hoſtien. in cap. ad
audientiam 16. num. 2. & 3. extra eo. tit. vt enim
ibidem ſubdit *num. 3.* is dicitur ſatis ſeruire,
134 qui propter † aduerſam valetudinem ſeruire im-
peditur, ad effectum conſequendi alimenta, *l. in*
rebus, §. poſſunt, ff. Commod. l. 4. §. Stichus, ff. de ſta-
135 *tulib.* etiam circumſcripta † quacunquè conſue-
tudine, quem intellectum contra *Franchum*, va-
lidiſsimis rationibus defendit Didacus *variar. re-*
136 *ſol. lib. 3. c. 13. n. 8.* etiam ſi quis † in eã propria cul-
pa incidiſſet, prout impugnando contrariã ſenten-
tiã *Probi in d. c. vn. nu. 17.* rectè cẽſuit idẽ *Didac.*
137 *vbi ſup. verſ. 7.* Intelligendo ſemper † concluſionẽ
hanc de infirmo, non infirmitate leui, ſed conſide-
rabili, iuxta *tex. in l. quæſitum, 60. de re iud.* & poſt
alios optimè tradit *Moneta, de diſtrib. quotid.*
138 *par. 2. quæſt. 6. num. 21.* & de eo, qui alias † dum
integra fruitur valetudine, conſuetus eſt intereſſe
diuinis, non de eo qui nec etiam tunc cõſuetus eſ-
ſet ad Eccleſiam accedere, quod notandum tan-
quam quotidianum ſcripſit *Abb. poſt alios, in cap.*
ad audientiam, n. 5. eo. tit. de Cler. non reſid. & ſe-
quutus fuit Didacus vbi ſup. verſ. ſexto hoc ipſum.

Et quod dictum eſt de infirmitate corporali,
trahendum eſt, eadem ratione, ad infirmitatem
ſpiritualem; niſi quòd tunc, an culpa ipſius abſen-
tis proceſſerit, inſpicitur. Vnde ſi quis iniuſtè
139 fuerit † excommunicatus, aut ſuſpenſus à diuinis,
& propterèa non fuerit ad diuina admiſſus, per-
cipiet nihilominus huiuſmodi fructus, & diſtribu-
tiones, perinde ac ſi reſediſſet, ſecus verò ſi excõ-
municatio fuiſſet iuſta; prouentus enim Eccleſia-
ſtici, meritò ſubtrahuntur illi cui communio Ec-
cleſiæ denegatur, inquit *tex. in cap. Paſtoralis 53.*
ad fin. de Appellat. vbi ſic diſtinguit gloſſ. in verb.
ſubtrahantur, quæ eſt vlt. verſ. ſed nunquam ab-
ſolutus, quod latè proſequitur *Didac. vbi ſup. verſ.*
duodecimo hinc etiam, & quod iniuſtè excommu-
nicato debeantur fructus, & diſtributiones, deci-
dit Rota apud *Seraph. deciſ. 1098. n. 3.* & qui mate-
riã hanc doctiſſimè excutit, Moneta, poſt hoc mea
qualiacunque ſcripta viſus, *d. tract. de diſtrib. p. 2.*
140 *quæſt. 15. ex num. 18.* dum verò durat † excom-
municatio, nec eius iniuſtitia pateſacta eſt, nil illi
prorſus dandum eſt, niſi forte fame periret, quia
tunc de aliquo foret ei ſubueniendum, propter
ſpem, quòd poſſit ad Eccleſiam redire, *gloſſ. in d.*
cap. Paſtoralis in extremis verbis; & hæc ſem-
141 per † intelligas cum eodem ſuppoſito, ſi videlicet
quis ceſſante cauſa, & impedimento conſueuit in-
tereſſe, & deſeruire in officio ſuo, vt per *Didac.*
vbi ſupra verſ. cæterum iniquè excommunicatus,
quod notabis, vt ſcias, quid articulare debeas in
caſu contingenti.

Quæquè dicta ſunt de infirmitate, ſeu corpora-
li, ſeu ſpirituali, ad ſimilia omnia referenda ſunt,
quæ caſu aliquo extrinſeco circa perſonam con-
tingunt, eamquè neceſſitatem inducunt, vt quis
142 ad † Eccleſiam non poſſit accedere, qualis eſt iniu-
ſta carceratio, etiam in eodem Oppido, vt per
Didac. vbi ſupra verſ. vndecimo ex his colligitur,
& alia huiuſmodi. Pariter, ſi quis impeditus fuiſſet
143 à † Capitulo, aut etiam expulſus, quominus cum
alijs choro intereſſet, *Mohed. deciſ. 6. de praben.*
Reuerendiſſ. Coccinus, qui alios allegat deciſ. 21.
144 *ſub num. 1.* vbi quod † hoc caſu non eſt neceſſa-
ria proteſtatio, *vt num. 4.* Temperatur tamen hæc
145 ſententia, ſi ipſemet † expulſus, ante expulſionem
aliquid omiſiſſet, quod potuiſſet facere pro con-
ſequendis diſtributionibus quotidianis, veluti ſi
omiſiſſet facere hebdomadam probatoriã, prout
in *Caſalen. diſtributionum 16. Nouembris 1605.*
coram Ortembergo. Quidquid ſit, ſi obtuliſſet ſe
eam facere, & per Capitulum non fuiſſet admiſ-
ſus, quo caſu habetur pro facta, *cap. cum non ſtat*
per eum 66. de reg. iur. in 6. l. Iure ciuili 24. de
cond. & demonſtrat. & cenſuit Rota *in Hipo-*
regien. Canonicatus 17. Iunij 1605. coram
Manzanedo.

Quod attinet ad euidentem Eccleſiæ vtilitatẽ,
146 animaduertendũ eſt, eam dupliciter † conſiderari
poſſe, principaliter videlicet, & cõſequutiuè, Prin-
cipaliter, quando quis ad hoc abeſt, vt negotia ip-
ſius Eccleſiæ eo nomine pertractet, conſequutiuè
quando vt ſua, alienaue principaliter, Eccleſiæ
autem per quandam conſequentiam; quod tametſi
ſubobſcurè, aduertit *Hoſtien. in cap. de cætero n. 1.*
147 *de Cleric. non reſid.* & habebitur vtroquè caſu † ta-
lis abſens pro præſente, atquè ideo percipiet om-
nes fructus, qui ſolis præſentibus cõſueuerunt da-
ri, ſed non habebit diſtributiones quotidianas,
quæ non niſi actu deſeruientibus cõſueuerunt da-
ri, vt de abſente pro negotio Eccleſiæ principali-
tèr eſt *text. in cap. cùm non deceat 30. de electio.*
148 *in ſexto*, & de abſente pro † conſequutiuo *in cap.*
de cætero extra eo. tit. de Cleric. non reſid. & in
cap. licet vobis 32. extra de praben. niſi conſuetu-
do habeat, vt tali abſenti etiam ipſæ diſtributio-
149 nes dentur, quæ † hoc caſu toleratur, vt habetur
in cap. vn. vbi gloſſ. in verb. vtilitas, & gloſſ. in d.
cap. cùm non deceat in verb. exceptis, vtcunquè
aliàs talis conſuetudo reprobetur *Prob. ad Ioan.*
Monac. in d. cap. vn. ex num. 31.

Suo igitur nomine principaliter quis negotiã-
do, dicetur conſequutiuè negotia, & vtilitatem
Eccleſiæ pertractare tribus caſibus; Primus eſt,
150 quãdo † abeſt cauſa ſtudij, præſertim Sacræ Paginæ,
vt eſt

vt eſt *text. in praall. cap. licet vobis, extr. de prab.*
vbi Abb. ſub n. 5. eleganter deducit hanc implicitã
Eccleſię vtilitatem: nequè à iure tunc definitus eſt
numerus eorum, quibus cauſa ſtudij liceat abeſſe,
151 ſed eſt arbitrarius, † inſpecta neceſſitate Eccleſiæ,
ſecundum numerum miniſtrorum, & paucitatem
electorum, vt rectè cenſuit *Abb. in cap. ad audien-*
tiam, ſub nu. 6. ſequutus opinionem Hoſtien. ibi-
dem ſub num. 3. verſ. ſed certè, eo. tit. de Cleric. non
reſiden.

152 His ergò abſentibus ſtudij cauſa † debētur om-
nes fructus præter diſtributiones quotidianas, vt
in d. cap. licet vobis, & tradit gloſſ. in d. cap. cùm
non deceat, in verb. exceptis. Quod ſi omnia emo-
lumenta conſiſtant in diſtributionibus quotidia-
nis, nè iſtud iuris beneficium eis ſit inutile, illas
153 adhuc † cōſequentur, habita ratione victus quoti-
diani, inquit *gloſ. in eo. cap. licet vobis, in verb. di-*
ſtributiones, ad fin. verſ. ſed quid dices, ſi præbendæ
diſtinctæ non ſunt, ità vt tantum ſit illis dandum
quantum ſufficiat pro quotidiano eſu, vt voluit
Hoſtien. in d. cap. de catero, ſub nu. 1. ad fin. verſ.
quid ſi nō ſint in Eccleſiis; detracto prius eo quod
communi menſæ debetur, inquit *Innocen. in eo.*
cap. licet vobis, & Abb. nu. 8. Et ad remouendum
154 ſupputationes † iſtas, Sacra Cōgregatio ſuper Cō-
cilio aliquando iuſsit, faciendas eſſe tres partes,
& duas deberi dimiſſa tertia, vt præſentibus ac-
creſcat, vt in vna *Reatina fructuum 13. Iu-*
nij 1609 & in alia ſimili *1. Iulij* 1614. etiam ſi ab-
ſens non ſit ordinatus, vt poſsit verè reſidendo di-
uinis intereſſe, vt fuit reſponſum in eadem 2.
Maij 1615.

155 Nequè hoc caſu tenetur † dimittere Vicarium,
præterquam ſi beneficium ſit curatũ, *Abb. in d. c.*
156 *licet num. 9.* ſi enim eſt curatum † tenetur talem
Vicarium dimittere cum ſua congrua portione,
idem *Abb. in cap. tua fraternitatis num. 6. de*
157 *Cleric. non reſiden.* vbi quod tali caſu † ex cauſa
ſtudij poterit differri promotio ad ſacerdotium
vſquè ad ſeptennium, quod intellige, modò illico
promoueatur ad ſubdiaconatum, iuxta terminos
tex. in cap. cùm ex eo, de electio. in ſexto.

Cui textui vt locus ſit, primum exigitur idonei-
158 tas † in perſona electi, alioqui tàm diſpēſans, quàm
diſpenſatus teneretur Eccleſiæ de indemnitate, vt
ibi per *Io. Andr. ſub num. 1. ſuper gloſſa, in verb.*
poſſint, Gemin. ſub num. 3. ver. per prædicta dice-
bat hic, Franc. ſub num. 2. verſ. ſi tamen, Prob. ad
Io. Monach. ſub nu. 1. verſ. nota cum quibus, etiãſi
159 ſit Vicarius perpetuus, † ideſt inſtitutus in exerci-
tio curæ; quià cum & hic dicatur habere titulum
perpetuum in Eccleſia, *Aegid. deciſ. 705. ſub nu. 3.*
160 *verſ. & quia non videtur*, ſubijcitur † diſpoſitio-
ni *d. cap. cùm ex eo*, æquè ac principalis Rector, vt
ad eum rectè adnotarũt *Io. Andr. ſub n. 1. in verb.*
obtinent, Gemin. ſub num. 3. verſ. quæro an id, &
Franch. ſub num. 2. verſ. & licet diſpenſatio.

161 Et, ſi data habilitate, † ac legitimitate perſonæ
denegaretur talis diſpenſatio, eſſet locus recurſui,
implorando officium Superioris, *Archid. ibidem*
ante num. 1. verſ. & nota quod hæc litera, quem
ſequitur Gemin. ſub n. 3. verſ. ſed quæro, an debeãt,
162 atquè ita Superior † ipſum Epiſcopum coget ad
diſpenſandum, *Franch. ibid. num. 2.* quod notabis
pro vſu; nec enim in recurſu petendum eſt, vt ſu-
perior ipſe faciat, ſed vt cogat contumacem ad
faciendum.

Et, cùm hæc diſpenſatio fiat mediante deputa-
tione Vicarij, qui animarum curam ſubeat, ſicuti
163 hæc deputatio Vicarij † nec ad ipſum Rectorem,
nec ad alium, quàm ad Epiſcopum ſpectare
poteſt, *cap. ad audientiam, de offic. Vicar. Lap. in*
164 *eo. cap. cum ex eo nu. 2.* Ità nec poteſtas hæc † di-
ſpenſandi, *Archid. ibi ante num. 1. in verb ſuperio-*
res, Gemin. num. 5. & Franch. nu. 3 præterquam
165 ſi ipſemet † Rector ex aliqua iuſta, & probabili
cauſa cogeretur ad modicũ tempus abeſſe; vtpu-
ta ad tres ſeptimanas: tali enim caſu, poſſet ipſe
deputare alium qui curam exerceret, vt diſputat,
& concludit *Io. Andr. in eod. cap. cum ex eo, nu. 2.*
166 *ſequitur Gemin. in §. porrò num. 2.* vel etiam † ſi
hoc faceret ſimpliciter, vt mediante Vicario ipſe
curã gereret, non etiã vt ipſe ab ea, & reſidentia
abſolueretur, vt per *Alex. de Neu. conſ. 47. nu. 1.*

Ex quibus patet, poteſtatē hanc eſſe iuriſdictio-
167 nis Epiſcopalis, & ſit ſat cōſtitui in † Epiſcopo ex
momento cōfirmationis ante cōſecrationē, vt per
Gemin. Ibidem ſub nu. 5. verſ. & ex hoc infertur.
& Franch. ſub nu. 3. verſ. & idem in electo, & ſi
vacet ſedes Epiſcopalis, Capitulum poſſe eam
168 exercere † ſecundum *Gemin. ibid n. 7. & Franch.*
eod. num. 3 verſ. & idem in Capitulo; quemadmo-
169 dum † poſſe Adminiſtratorem Eccleſiæ per Papam
deputatum, vt per eoſdem *Gemin. ibid ſub nu. 5.*
verſ. an autem Adminiſtrator, & Franch. verſ.
Adminiſtrator.

170 Et quoad ſeptennium, notandum eſt † illud eſſe
debere vtile, & integrum, deducto videlicet omni
iuſto impedimento, quæ fuit ibi ſententia *Lap.*
num. 1. Franch. ſub num. 1. verſ. 3. quæris, Gemin.
in §. elapſo, nu. 4 & aliorum, qui ſequuti fuerũt
doctrinam Archid. in Can. frater num. 6 16. q. 1.

171 Licet autem Lapus † *in eod. c. cum ex eo, ſub n. 2.*
verſ. & iſte temporalis, putauerit, huiuſmodi Vi-
carium ad inſtar perpetui non poſſe per Epiſcopũ
ſine cauſa amoueri, tamen cum diuerſa ſit ratio
inter hunc temporarium, & perpetuum, ex quo
perpetuus quoad titulum Vicariæ, & ſic titulum
vtilem ipſius Eccleſiæ, habet Ius in beneficio, re-
manente duntaxat directo penes Rectorem, quod
172 Ius non habet temporarius, qui † non eſt intitula-
tus, nec filius Eccleſiæ, vt egregiè per *Butr. conſ.*
51. incip. in facto Sancta Maria num. 2. nulla
ſubeſt cauſa, quin iſte poſsit ad nutũ Epiſcopi, qui
eum deputauit, amoueri, vt *in eodem cap. cum ex*
eo, rectè cenſuerunt *Gemin. in §. elapſo, ſub nu. 4.*
verſ. ſed an iſte Vicarius, & Franch. ante nu. 5.
verſ. in gloſſ. in verb. miniſtrentur.

173 Inter autem diſtributiones, † quas Canones vi-
ctualia vocant, minimè reputabitur quicquid præ-
ter præbendam percipi conſueuit, ſed duntaxat id
quod dictim, ideſt habito reſpectu ad ſingulas ho-
ras, inter præſentes diſtribuitur; atquè ideò ſi vltra
præbendas diſtinctas, Capitulũ habeat aliqua bo-
na, quæ in fine anni, aut certis eius partibus di-

uidantur, in fine anni deber abſens cauſa ſtudij il-
lorum partem habere, ita *Abb. in d. cap. licet ſub*
n.8. Atquè ita cũ S. Cõgregatio ſuper Cõcilio ſæ-
piſſimè declaraſſet, licentiam ſtudendi etiam à Se-
de Apoſtolica obtentam, non excuſare abſentem
ab amiſſione diſtributionũ: & in Eccleſia Luceri-
na adeſſent diſtributiones, dietim diſtribui con-
ſuetæ, habito reſpectu ad ſingulas horas intereſ-
ſentiæ; ſimulquè extarẽt decimæ, quę in certis an-
ni partibus inter eoſdem Canonicos, non habito
reſpectu ad ſingulos dies, & horas repartiebantur,
dicebam, decretum Concilij *ſeſſ.21.c.3.* huiuſmo-
di decimas non complecti, quia verius reputentur
prouentus beneficij, quàm diſtributiones, *Pute.*
deciſ 489.num.6.& 7.lib.2. & in iudicando, quæ
dicantur diſtributiones, nil aliud attẽdatur, quàm
an fiat illa actualis diſtributio habito reſpectu ad
ſingulos dies, & horas, *Pute.deciſ.375.ex num.5.*
lib.2.Rota deciſ.330. ex num.1. par.1. diuer. Ip-
ſaquè Sacra Congregatio, precibus deſuper obla-
tis, *Die 31. Iuly 1610.* cenſuit ſecundum ea quæ
proponebantur, huiuſmodi decimas, eſſe fructus,
non autem diſtributiones, ac proinde ſtudiorum
cauſa abſentibus deberi ad inſtar cæterorum
fructuum.

174 Secundus eſt caſus, quãdo abeſt cauſa † ſui pro-
prij negotij, nam *text. in cap. relatum de Cleric.*
non reſid cauſam ſtudij profert ad aliam quamli-
bet honeſtam; vndè *gloſſ in verb. Prælatorum* ho-
neſtatem hanc exemplificat, nedum vbi quis abeſ-
175 ſet cauſa † peregrinationis ſuſceptæ de mandato,
ac iuſſu Epiſcopi, prout loquitur textus, quem
ipſe allegat *in can. non oportet, il primo, de con*
176 *ſecrat. diſtinct.5.* verùm etiam, pro negotijs † ſuis
per *text. in can. præſentium, 7. quæſt.1.* vbi textus
conſiderat pro iuſtitia licentiæ, cauſam hanc;
ibi, *pro quibuſdam ſe ſuis ordinandis negotÿs*
relaxatum.

Verum id aliqua indiget declaratione, vt vide-
177 licet † intelligatur de negotio implicante vtili-
tatem Eccleſiæ, vel beneficij, de cuius agitur
reſidentia, vel ex perſona propria ipſius bene-
ficiati, vel ex natura rei, veluti ſi ſibi moneatur
lis ſuper iuribus ſui beneficij, vt eſt *text. in cap.*
ex parte, il ſecondo, extra eo.tit.de Cleric.non
reſiden.

178 Quòd ſi lis non tangat ſtatum † perſonæ ipſius,
vel beneficij; ſed ſit ſuper alia re, vel etiam ſuper
alio beneficio; tunc cauſa non reputatur iuſta pro
abſentia ab Eccleſia, vel beneficio reſidentiam
exigente, *Prob.ad Monach.in præall.c.vn.nu.29.*
verſ. attende ad huiuſmodi vtilitatem, de Cleric.
non reſiden. atquè ita diſtinxit Rota in *Aſten.fru-*
ctuum, 15. Marty 1613. coram Manzanedo, in
qua ſic fuit declarata alia reſolutio facta in cauſa
Licien. fructuum 25. Aprilis 1603. coram Cardi-
nali Pamphilio, & in præallegata Calaguritana
179 *22. Iunÿ 1615. coram Vbaldo,* in qua non † fuit ha-
bita pro iuſta cauſa abſentię lis ſuper præheminẽ-
tijs, vel ſuper anniuerſarijs; reputantur enim cauſę
leues, quæ poſſunt abſquè reſidentiæ præiudicio
tractari per Procuratorem, *Seraph. præall. deciſ.*
1131. num. 4.

Et in effectu ratio diſcriminis eſt in promptu,
180 vbi enim † verſatur magnum intereſſe ipſius Ec-
cleſiæ, aut explicitum, aut implicitum; permiſſum
eſt beneficiato per ſeipſum agere, *cap.1. & c.vlt.*
extra de poſtulan. ac in conſequens pro ea lite
ſeu negotio abeſſe: at vbi ceſſat tale intereſſe, prę-
ponderat cauſa reſidendi, quæ cùm impediat illũ
181 abeſſe, ſubintrat iuris † prouiſio, vt per Procurato-
rem negotium explicetur, cũ ad hoc vſus Procura-
toris introductus ſit, *l.1. verſ. vſus autẽ, de Procur.*

Tertius deniquè caſus eſt, non ſolum quando
Papa retinet in ſeruitio Sedis Apoſtolicæ, quos ſi-
182 bi videtur (iſti enim, quatenus † ex præcepto ipſius
Papæ illi aſſiſtunt, & deſeruiunt, non item quate-
nus conducti pro ſalario aliquo vltrò ſe ingerunt,
hoc priuilegio potiũtur, vt benè explicat *Hoſtien.*
in cap.cum dilectus, 15. num.1. & 3.eo. tit. de
cleric.non reſid.) verum etiam, quando Epiſcopus
retinet in ſuo ſeruitio duos Canonicos Eccleſiæ:
183 ij enim † reputantur pro præſentibus, ac perci-
piunt fructus, conſuetos tantum præſentibus dari,
vt eſt *text. in cap. de cætero, & cap. ad audien-*
tiam, de Cleric.non reſiden. & quod de Epiſcopo
184 dicitur, idem eſt † dicendum de Cardinali haben-
te in ſuo ſeruitio duos Canonicos ſui tituli, *Na-*
uarr.de Cleric.non reſid.conſ.2. per to.

185 Eſt tamen aduertendum, hos textus † primum
expreſsè loqui de Canonicis, atquè ideo iſtud pri-
186 uilegiũ non eſſe extendendum ad alios, Tùm † quia
materia eſt dãnoſa Eccleſijs, & pręiudicans cultui
diuino, vt conſiderat *Abb.in d.c. cum dilectus, n.7.*
187 *eo. tit.* Tùm quia maior eſt communio † Epiſcopi
cũ Canonicis, quàm cũ alijs, vt ponderat idẽ *Abb.*
in eo.cap. ad audientiam ſub num 8. verſ. aut pro
ſeruitio ſolius Epiſcopi. & vtranque rationem cõ-
plexa, ſic determinauit Rota, etiã eo caſu vbi alij
haberent vocem in Capitulo, in vna *Calaguritana*
fructuum 1. Iunÿ 1583. coram Bubalo: niſi con-
188 currente † vtilitate Eccleſiæ, vel ſumma eius ne-
ceſſitate, Epiſcopus diſpenſaret, *Abb.in eo.cap.ad*
audientiam num.8. Rota deciſ.222.num.2. verſ.
hoc tamen par.2.diuer.Gened.can quæſt.1.nu.35.
vbi alios refert.

Idemquè, ſi agatur de alijs Clericis iure aliquo
reſidentiæ addictis, cùm paſſim receptũ ſit; ſubeſt
189 tamen difficultas † reſpectu Canonicorum Colle-
giatæ, in qua, *Io.de Imol.in eo.cap. ad audientiam*
num. 13. tenet negatiuam, motus auctoritate *Io.*
Andr.ibi num.2. in verb.memorata, & videtur ſa-
tis vrgere ratio, quòd non ſit tanta communio in-
ter Epiſcopum, & alias Eccleſias, quanta eſt cum
ſua Cathedrali.

190 Verùm, contrarium, quod extendatur † ad om-
nes Canonicos, ideſt tàm ſuæ Eccleſiæ Cathedra-
lis, quàm Collegiatæ, tenet Moneta, qui dicit hãc
opinionem magis probabilem eſſe, *in tract. de di-*
ſtributio.par.2. quæſt.8. num.6. qui ad hoc ſic ex-
pendit *tex.in d.cap.de cætero:* pro cuius confirma-
tione conſidero iſtud eſſe priuilegium conceſſum
Epiſcopo nõ Canonicis, vt eſt *tex.in can. Iubemus*
de conſecrat.diſt.1. & in can. cum paſtoris 2.q.7.
191 Secundum eſt aduertendum, illa † verba eius
textus ibi, *& ipſius Eccleſia ſeruitio,* non eſſe

amare

Digitized by Google

amarè accipienda, vt debeat inſeruiens de ea do-
cere; ſat enim erit docere de ſeruitio pro Epiſco-
po, *Hoſtien. in ſupra alleg. cap. de cætero, ſub n. 1.*
verſ. dicas quod hoc priuilegium, quem ibi ſequun-
tur Ancher. num. 3. Butr. paulo ante n. 4. & Abb.
ſub num. 3. verſ. dicit tamen Hoſtien. ità vt præfa-
ta verba debeant intelligi de vtilitate implicita,
192 cùm † Eccleſia ſit in Epiſcopo, *can. ſcire debes,*
7. quæſt. 1.

Quod ad licentiam pertinet, ſatis conſtat eam
193 ſupponere † impedimentum à iure, vel ab homi-
ne, eatenuſquè neceſſarium eſſe, *l. 1. ff. de libera.*
cau. iſtud autem impedimentum ſemper adeſt in
clerico reſidere debente, niſi expreſsè ſit dimotũ.
194 Circa quod adnerte, aliud eſſe † quòd lex, vel Papa
indulgeat, vt quis abeſſe poſſit, & longè aliud vt
abeſſe poſſit abſquè licentia; nam cùm indulget
ſimpliciter, vt quis abeſſe poſſit, id nihil vltra im-
portat, quàm vt cauſa abſentiæ, vel ex hoc ſolo
iuſta omnino ſit; Cæterùm, inde non ſequetur,
quin ea canſa debeat Epiſcopo inſinnari, & ab eo
obtineri licentia. Proptereaquè, licet cauſa ſtudij,
lex permittat abeſſe, *cap. relatum, de cleric. non*
reſiden. tamen cauſa hæc debet per Epiſcopum
cognoſci, & ab eo licentia impetrari, vt benè do-
cet *gloſſ. in eo cap. relatum in verb. Prælatorum,*
& videtur generaliter diſpoſitum per Sacrum Cõ-
cilium *ſeſſ. 23. de reform. cap. 1. §. diſcedendi, &*
aduertit etiam Maiol. de irregular. lib. 3. c. 5. ſub
nu. 11. ad fin. verſ. iſta tamen cauſa, Garz. de be-
nef. par. 3. cap. 2. n. 75. & n. 87 & 88. vbi rationem
viuam affert, probauitquè etiam *Mandoſ. de ſign.*
grat. §. indultum de percipien. fruct. in abſen.
verſ. contrarium concluſerunt, & eſt *text. in eo.*
cap. relatum, qui hanc licentiam exigit, ſiue cauſa
ſtudij, ſiue alia ſimilis proponatur.

195 Quod adeò verum eſt, vt quamuis † ſit indultũ
docentibus, vel audientibns ſacram Theologiam,
vt de ipſius Sedis Apoſtolicæ licentia (dum ea de
cauſa abſunt) fructus percipiant ſuarum Eccleſia-
rũ, *cap. vlt. de Magiſtr.* nequè cauſa hæc poſſit re-
196 ſpui † propter ſenium, vt optimè deducit *Decia.*
conſ. 43. nu. 20. lib. 1. tamen id non poſſit ad finem
197 ſuum perduci † niſi accedente Epiſcopi licentia,
ſiue ſequamur vnum intellectum *d. cap. vlt.* quod
non excludat talem licentiam Prælati per modũ
cuinſdam exequutionis licentiæ, de qua ibi, vt per
gloſſ. in verb. de licentia, verſ. ſed exequutio ſola,
qnod in idem recidit; ſiuè ſequamur alium, quod
terminus hic, *licentia, in d. cap. final.* referatur ad
actum perceprionis fructunm, non ad factum ab-
ſentiæ; indequè iam ſupponat ibi Pontifex, abſen-
tem obtinniſſe licentiam à ſuo Ordinario præuia
canſæ cognitione, qnem intellectum probauit
Garz. d. cap. 2. num. 92.

198 Et ſecundum hos terminos, exiſtimo † reſolui
poſſe articulũ circa particulare indultum Papæ de
percipiẽdis fructibus in abſẽtia, de quo per *Man-*
doſ. vbi ſupra verſ. indultum habens à Papa: vide-
licet, vt ſi indnltum ſit non ſolùm de percipiendis
fructibus in abſentia, ſed etiam de facnltate ab-
ſentandi, nulla alia requiratur licentia Ordinarij,
ſecus verò ſi ſit ſimpliciter de percipiendis fru-
ctibus in abſentia; adhnc enim erit neceſſe obti-
nere licentiam ſuper abſentia ab ipſo Epiſcopo,
Card. in cap. tua, num. 6. & 7. verſ. ſolutio, &
Io. de Imol. num. 9. de Cleric. non reſid. Dec. conſ.
541. num. 6. ea ratione quod Priuileginm datum
199 à † Principe non derogat iuri Epiſcopo competẽ-
ti, *Archid. in cap. licet Canon, ſub num. 6. in verb.*
facere, de electio. in ſexto, Bald. in cap. cum ordi-
nem ſub num. 10. verſ. pone ergo Papa, de reſcript.
& hoc idem tenet idem Dec. conſ. 695. num. 25.

Vndè, ſemota vi conſuetudinis, de qua per
200 *Mandoſ vbi ſupra,* ſemper † ſunt ponderãda ver-
ba Priuilegij, vt dicebat *Card. loc. præall.* quod
tamen nequè in ea parte eſt inntile. Quippè, exce-
pto ſtudio Theologiæ, ex particulari diſpoſitione
text. in d. cap. vlt. de Magiſtr. ſatis conſtat, ex li-
centia Epiſcopi, pro ſtudio alterius facultatis, in-
ferri quidẽ ad remiſſionem pœnæ priuationis ob
non reſidentiam, at minimè ad hanc facultatem
percipiendi fructus in abſentia, niſi acceſſerit in-
dultum Apoſtolicnm, vt in *eo. c. tua, docent Card.*
num. 7. & Imol. num. 8.

At, quod pertinet ad indultum generale *in d. c.*
fin. de Magiſtr. eſt aduertendum, in hoc conſtitui
201 diſcrimen † inter docentes, & diſcentes; vt diſcen-
tes quidem, ſupradictæ neceſsitati obtinendi licẽ-
tiam ab Ordinario obnoxij ſint, ſecns verò docẽ-
tes etiam gratis, ſi tamen ſint ab ipſa Vniuerſitate
ſtudij generalis ad id conducti, vt ſui ipſins ad in-
ſtantiam ità declaraſſe *Sacram Congregationem*
ſuper Concilio de anno 1607. commemorat *Garz.*
202 *eod. cap. 2. num. 559. ad fin.* vbi adiectum † eſt
idem intelligi in doctrina, ſen lectura ſacrorum
Canonum, ſuper quo latiſsimè conſuluit *Decian.*
conſ. 43. ex num. 1. & per to. lib. 1. & meritò, quià
licet *text. in d. cap. fin.* loquatur de ſtudio Sacræ
Theologiæ, omnibus tamen patet ius Canonicum
totam ferè Theologiam complecti, vt ait *Anton.*
Faber ad tit. Inſtit de Iuſt. & iur. princ. 3. illat. 1.
& latiſsimè demonſtrauimus *hoc lib. q. 9. ex n. 86.*
203 & puri Theologi, ideſt ſine ſcientia † iuriſpruden-
tiæ, quàm ſit curta ſupellex, & circa moralia,
periculoſum iudicium, declamat *Nauarr. in*
Comment. ad can. 1. §. caueat, num. 11. & 12. de
pœnit. diſt. 5.

204 Quò etiam intelligimus, qualiter accipiẽda † ſit
prohibitionis factæ religioſis, ſub pœna excõmn-
nicationis, nè ſtudeãt Phyſicæ, vel legibns, extẽſio
ad Archidiaconos, Decanos, Plebanos, Præpoſi-
tos, Cãtores, & alios Clericos, Perſonatus haben-
tes, necnon Presbyteros, de qua in *c. vlt. de Ma-*
giſtr. videlicet, de eo ſtudio, aut Phyſicæ, aut legũ,
quod ſit diuerſum à ſtudio Theologiæ, & in ſeipſo
ſic terminet, vt quis efficiatur Phyſicus, vel cau-
ſidicus, non autẽ de ſtndio, aut Phyſices, ant legũ,
quod ſit in ordine ad intelligentiam Canonum, &
ipſius Theologicæ facultatis perfectionem; quod
videtur ſatis clarè inſinnari *in §. quia verò.* Et ità
ſemper tenerem; Quamuis *gloſſ. in d. Decretali, in*
verb. Presbyteros, videatur reijcere omnem inter-
pretationem, & *Moneta in præcit. tract. de decim.*
in 10. quæſt. num. 21. videatur indiſtinctè in
205 hoc articulo loquutus: ſed iam inualuit mos † ob-

tinendi à ſummo Pontifice ſpeciale indultum, ſu-
per quo latè ſcribit *Mandoſ. de ſignat. grat. tit.*
206 *licen. audien. leges, & Phyſicam*, alij verò † hinc
manifeſta ratione verbis dictæ Decretalis diſtor-
tis, diſtinxerunt inter ſtudium publicum in aliqua
Vniuerſitate, & ſtudium priuatum in Camera, vt
poſt alios *Farinac. in fragm. in verb. Clericus re-
gularis, num. 207.*

207 Hincquè forte effectum, † vt Sedes Apoſtolica
pluribus Vniuerſitatibus generalium ſtudiorum
indulſerit facultatem admittendi ad audiendum
leges, & Phyſicam Clericos, cum ſeculares, tum
regulares, vt de ſtudio Pataulj, & Senarum memi-
nit *Mandoſ. loc. præallegat. ad fin. verſ. ſtudio
Patauino.*

208 Perpetuum autem eſt, vt hæc licentia † peta-
tur ab ipſo Epiſcopo, tàm ex diſpoſitione iuris
communis, quàm ex diſpoſitione Concilij *ſeſſ. 23.*
209 *cap. 1. §. eadem:* etiam ſi ex forma ſtatuti † Eccle-
ſiæ alias foret petenda à Capitulo, vt fuit reſpon-
ſum in *Calagurritana fructuum, & diſtributionū
26. Maij 1614. coram Vbaldo*, quæ eſt in *recent.*
210 *par. 2. deciſ. 608. nu. 4.* niſi vacet † ſedes Epiſco-
palis, tunc enim ſatis eſt eam à Capitulo petijſſe,
ſecundum doctrinam *gloſſ. in clem. vn. §. volumus,
in verb. diœceſanis, ad finem, de for. competen.*

211 Ex quibus infertur, ſiquis abfuturus † ſit pro-
pter litem, cum eo à quo aliàs, obtineri debeat li-
centia, puta Epiſcopo, vel à Capitulo ſede vacāte,
non excuſari ab hac neceſſitate, quià euidens ſit
ſe eam non obtenturum, vndè iniquum ſit; ipſum
ſuperfluò ad id impelli, vt dicit *text. in l. hac ſtipu-
latio, 14. §. diuus, ff. vt legat. nom. cauea.* nā lex, vt
ſuprà dictum eſt, non exigit licentiam ad alium
finem, quàm vt euitetur contēptus; & propterea
iſta non eſt iuridica excuſatio, cùm ex ſola peti-
212 tione † excludatur contemptus, etiamſi licentia
non obtineatur, quod videtur de mente *gloſſ. in
d. §. volumus, & benè ibi declarant Card. n. 1. &
Vitalin. num. 6. cenſuitquè Rota d. deciſ. 608. ſub
eo. num. 4. verſ. & quatenus etiam.* Quod intelligo
213 ad effectum † euitandi pœnam priuationis, non
etiam ad effectū conſequendi fructus; quia non eſt
ſatis petijſſe, niſi fuerit obtenta, & ſi negetur, niſi
fuerit proſequutus recurſum ad Superiorem qui
inferiorē compulerit, vt per eum *tex. docet Card.
in d. c. sua, n. 6. verſ. tertio quaro, de cle. non reſid.*

214 Infertur ſecundò, itidem excludi † contemptū,
atquè ita neceſſitatem petendi licentiam, ſi ita
repentè vrgeatur quis abeſſe, vt deficiat ſibi tem-
pus eam petere, *Io. Andr. in praeit. cap. inter qua-
tuor, num. 4.* quem ſequitur *Io. de Imol. ſub nu. 1.
verſ. vel poteſt dicere, Abb. in d. cap. relatum,
num. 6. eo. tit.*

215 Vndè, ſi Epiſcopus eſſet † abſens à Diœceſi, &
ingrueret neceſſitas abſcedendi, non tenetur quis
pro licentia mittere ad Epiſcopum, extra Pro-
uinciam; nequè eam petere à Capitulo, cum
tex. in d. cap. relatum honorem hunc deferat Præ-
lato, non Capitulo, vt ita conſulendo, arguit *Nat-
ta conſ. 41. num. 3.*

216 Infertur tertiò, ſemel efformata † iuſta abſen-
tia ex concurſu cauſæ, & licentia Prælati; tandiu
durare eius effectum, quandiu cauſa durat, etiamſi
Prælatus qui eam conceſſit interim defungatur,
vt ex mente *Archid. in cap. licet canon, ad fin. de
elect. in 6. conſuluit Federic. de ſen. conſ. 109. n. 1.*
217 nec eſſe in † manu Prælati eam reuocare, niſi no-
ua cauſa ſuperueniat, vt docet *Alex. de Neu. in d.
cap. tua, 13. n. 17. eo. tit. de Cleric. non reſid.* quam-
218 uis è conuerſo † ſi detegatur falſitas cauſæ, ob quā
fuit conceſſa, vel quià ſit finita, contrarium ſit te-
nendum, veluti ſi conceſſa fuerit ex cauſa ſtudij
ante tempus, vel curſus ſit iam terminatus, ex aſ-
ſequuto gradu Doctoratus, vel Magiſterij, *Gemin.
in præall. cap. cum ex eo, num. 9. de electio. in ſexto.*

219 Deniquè infertur non poſſe † conſiderari con-
temptum, & in conſequens ceſſare hanc neceſſi-
tatem petendi licentiam, ſi fiat prouiſio præſenti
in Curia, & hic prouiſus in ea perſeueret cauſa
ſtudij, ex particulari indulto Bonifacij Octaui, ſu-
per quo conſuluit *Oldra. conſ. 117. per to.*

SVMMARIVM.

1 *Iuſtum, quod vtile Potentiori, qualiter Platoni acceptum.*
2 *Maieſtatis deſcriptio.*
3 *Maieſtas, vnde dicta.*
4 Populi *vox, duplicis eſt ſignificationis.*
5 *Chriſtianus quiſquè, militat Romano Pontifici.*
6 *Eccleſiæ Romanæ poteſtas, ſuper omnes alias Eccleſias.*
7 *Papa ſolus, verè, ac propriè dicitur Monarcha.*
8 *Populi definitio.*
9 *Poteſtas Papæ, eſt immediatè à Deo.*
10 *Poteſtas, cuiquè Principi à Populo.*
11 *Poteſtas temporalis, ſubijcitur ſpirituali.*
12 *Poteſtas ſpiritualis, remanet diſtincta à tēporali.*
13 *Maieſtas diuina, læditur per hæreſim.*
14 *Hæreſis, implicat apoſtaſiam à Deo.*
15 *Eadem, implicat crimen Maieſtatis, & humanæ, & diuinæ.*
16 *Hæreticus, quantum in ſe eſt, facit Catholicam Eccleſiam mendacem.*
17 *Idem, offendit maieſtatē Populi, in quo eſt natus.*
18 *Hæreticus, impropriè dicitur Chriſtianus.*
19 *Hæretici bona, qualiter, cum ab eo auferuntur, reparantur, remiſſiuè.*
20 *Argumentum de crimine hæreſis, ad crimen læſæ Maieſtatis, rectè procedit.*
21 *Hæreticus, priuatur bonis temporalibus ipſo iure.*
22 *Hæretici ordinatio, & promotio ad beneficia, habetur pro nulla, & infecta.*
23 *Maieſtatis diuinæ primum caput, eſt hæreſis.*
24 *Hæreticus, an priuetur beneficijs ipſo iure.*
25 *Et in hoc expenſa Io. Andr. doctrina.*
26 Text. in cap. vt commiſſi, de hæretic. in *ſexto, expenſus.*
27 Text. in cap. ad abolendam, de hæret. *adductus.*
28 *Conſtitutio Nicolai Tertij contra Hæreticos, adducta.*
29 *Clauſula*, ex nunc priuamus, *in lege appoſita eſt latæ ſententiæ.*
30 Text. in cap. vt commiſſi, de Hæret. in ſexto, *de qua priuatione intelligatur.*

31 Text.

Digitized by Google

31 Text.in cap.ad abolendam,de Hæret.explicatus.
32 Hæreſis,inducit pœnam priuationis beneficiorum ipſo iure.
33 Et quæ ſit ratio.
34 Conſtitutio Pauli Quarti contra Hæreticos, adducta.
35 Schiſmaticus, ipſo iure priuatur omni beneficio Eccleſiaſtico.
36 Hæreticorum receptatores,& fautores,priuantur ipſo iure Eccleſiaſticis beneficijs.
37 Hæreticus, vt ſpolietur de facto beneficijs, exigitur ſententia declaratoria.
38 Hæretici beneficia, poſſunt impetrari ante declaratoriam, ſed non ab eo de facto auferri.
39 Hæreticus, vt ab eo auferatur beneficium, debet citari, & cum eo factum diſcuti.
40 Hæreſeos delictum, non conſumitur in errore contra fidem, ſed in pertinacia.
41 Hæreticus non eſt, qui ſe illicò ab errore ſuo conuertit.
42 Et quæ ſint pro hoc neceſſaria.
43 Hæreticus conuictus, poteſt condemnari, etiamſi non confiteatur, & ideo debet errorem poſitiuè cognoſcere, & fateri.
44 Hæreſeos condemnatus, non appellat.
45 Inquiſitores contra Hæreticos, non conſueuerunt ſuos proceſſus euulgare.
46 Probatio vbi eſt difficilis, admittitur quæ alias minus eſt ſufficiens.
47 Sententia,ſine actis, quo caſu probet.
48 Hæreticus non eſt, qui myſtico Eccleſiæ corpori reintegratus eſt.
49 Hæreticus vtrum iuuetur regula de annali.
50 Ratio naturalis, ad deciſionem cauſarum, æquipollet caſui legis.
51 Etiam pro reſtringenda lege poſitiua.
52 Ratione quicquid conſtat,ius dicitur.
53 Doctoris auctoritas,ſine textu,vel ratione,non recipitur.
54 Practica non habetur, quod lege non cauetur.
55 Tituli defectus,vt dicatur notorius,quominus intret regula de annali, qualiter conſtituatur.
56 Beneficia vacantia propter hæreſim,ſunt Papæ reſeruata.
57 Et an dicantur vacare in Curia, vel in loco vbi eſt lata ſententia, remiſſiuè.
58 Beneficia extorta à Sede Apoſtolica, per ſanguine impuros,contra Statuta Eccleſiarum, ſunt reſeruata Sedi Apoſtolicæ.
59 Hæreticorum filij, quatenus ſubijciantur eiſdem pœnis priuationis, & inhabilitatis.
60 Inhabilitatis pœna, ad obtinenda beneficia, non includit pœnam priuationis obtentorum.
61 Text.in cap. ſtatutum,il ſecondo, §.Hæretici,de Hæretic.in ſexto, qualitèr, aut ius vetus declaret, aut ius nouum inducat.
62 Filij Hæreticorum, ante extrauag. Nicolai Tertij, nullibi priuabantur beneficijs ipſo iure.
63 Patris delictum, innocenti filio pœna eſſe non debet.
64 Præterquàm in atrociſſimis contra rempublicam.
65 Filius, dicitur pars patris.
66 Non item matris, & quæ ratione.
67 Matris ſumma eſt affectio, pro honore filiarum.
68 Filij, quæ ratione, in atrociſſimis, pro delicto parentum puniantur.
69 Ariſtotelis ſententia, de concurſu fœminæ in generatione, dubitabilis.
70 Filij Hæreticorum, ſunt inhabiles ad obtinenda beneficia Eccleſiaſtica, & officia perpetua ipſo iure.
71 Siuè ſint legitimi, ſiuè illegitimi.
72 Siuè nati ante commiſſum delictum, ſiuè poſt.
73 Et qualiter factum iſtud liquidetur.
74 Confeſſio ſpontanea, etiam in atrociſſimis, minuit pœnam.
75 Hæreticis ſpontè confeſſis, potius dicitur imponi pœnitentia, quàm pœna.
76 Hæreticus non eſt, qui eſt confeſſus, & pœnitens; etiamſi obierit ante peractam pœnitentiam.
77 Relapſus in hæreſim, & reuerſus ad pœnitentiam, an habeatur pro Hæretico.
78 Relapſis in hæreſim, denegatur audientia.
79 Quod, quomodò intelligatur.
80 Relapſis in hæreſim, & pœnitentibus quæ imponitur pœna corporalis, non imponitur propter hæreſim, ſed propter relapſum.
81 Filij Hæreticorum quod priuentur ipſo iure beneficijs, qualitèr adſtruatur.
82 Text. in cap. ſtatutum,il ſecondo,de Hæretic. in ſexto, in §. Hæretici, nihil decernit in articulo priuationis beneficiorum.
83 Filij hæreticorum, ante Conſtitutionem Nicolai Tertij, non omnes indiſtinctè priuabantur beneficijs obtentis ipſo iure.
84 Filij liberti ingrati, reuocantur cum patre in ſeruitutem, ſi nati ſunt poſt admiſſam ingratitudinem, alias ſecus.
85 Et quæ ſit ratio.
86 Prædicti, relatiuum, cuius ſit vis.
87 Emancipatio liberorum, permiſſa patri.
88 Filij hæreticorum poſt emancipationem, olim non ſubijciebantur pœnæ inhabilitationis.
89 Emancipatio inficitur, vbi ſit in fraudem.
90 Filius matris hæreticæ, an ſubijciatur pœnæ priuationis beneficiorum ipſo iure.
91 Maſculinum, concipit fœmininum.
92 Etiam in materia ſtricta, & pœnali.
93 Niſi ſubſit diuerſa ratio.
94 Matri, nulla eſt poteſtas in filios.
95 Vacandi modus, verificatur ex aſſertione Papæ, dum ducitur ex diſpoſitione iuris.
96 Vacatio ipſo iure, ſi per Papam in literis Apoſtolicis ſupponatur propter aliquod crimen, ſtatur literis; etiamſi ius minimè hoc diſponat.
97 Hæreſis, an probetur ex ſententia contumaciali.
98 Contumacia vnius, alteri non nocet.
99 Hæreſis iuſtificatur per ſententiam contumacialem, ſi præceſſerint probationes.
100 Contumax, contra quem ſunt factæ probationes, non tàm dicitur condemnatus propter contumaciam, quàm propter malam cauſam.
101 Hæreſis ſuſpicio, ex contumacia poſt annum tranſit in violentam præſumptionem, quæ ſufficit pro iuſtificatione hæreſeos.
102 Et quæ ſit ratio.

103 Hære-

Digitized by Google

18 lædit, *d.l Maniebaos*, quo ſit, vt nec talis † poſſit
cenſeri Chriſtiano nomine, ſecundũ vocis proprie-
tatem, vt per eum *text. docet Prapoſ. in can. quo
iure, in ſecunda col. verſ. nota quod baretici, diſt. 8.
Rebuff. ſuper Bulla Cœn. Domini in §. 3. ad reti-
nendam, ſuper verb. Chriſtiana, verſ. baretici ta-*
19 *men*, & ſuper hac † duplici offenſa videtur fundata
illa tripartita diuiſio bonorum, ab hæreticis quã-
rumcunquè merè ſecularibus ablatorum, de qua
latiſſimè agit idem *Farinac. conſ. 117. num. 9.*
quod nunc non proſequor, veluti à noſtro inſtitu-
to alienum.

Si ergò ob læſam maieſtatem humanam, bene-
ficia amittuntur ipſo iure, vt poſtea videbimus,
multò magis ob læſam humanam, & diuinam per
20 hæreſim: ità enim ab vnius † criminis ſpecie ad
aliam argumentari licere, notat *Rebuff. in prax.*
21 *tit. de mod. amitt. benef num. 32.* & ſi propter † hæ-
reſim ipſo iure amittuntur temporalia, *c. cum ſe-
cundum, 19. de baretic. in ſexto*, pro cuius textus
ornatu videndus *Farinac de bareſ. q. 190. §. 5. ex
num. 59. & per to.* multò fortius ex eiuſdem Cano-
nis ſententia debet cenſeri priuatus beneficijs Ec-
22 cleſiaſticis; quià illius † ordinatio, & promotio
habetur pro nulla, & infecta, *can. vlt. 19. diſt per
quem text. boc ibi expreſſè notat Prapoſ. in pri-
ma col. verſ. & ſic babetis, & eum ſequitur Rebuf.
in tract. de Pacif. Poſſeſſ. ſub num. 237. verſ. immo
ſi babeat beneficium.*

23 Et quamuis diuinæ Maieſtatis crimen, † aliter
etiam, quàm per hæreſim incurratur, vt infra oſtẽ-
detur, nihilominus, ſi vt in humana, ſic in iſta diui-
na licet plura capita iſtius ſceleris conſtituere,
certè iſtud dicetur primum caput, vt ſcribit *Tbo-
loſ. Syntagm. iur. lib. 33. cap. 4. num. 3.*

Cæterùm, non defuerunt Doctores, qui exiſti-
24 marũt † pœnã hanc priuationis nõ incurri ipſo iu-
re, eo ducti argumento, quod nuſquam inueniatur
hæc pœna conſtituta verbis ſignificantibus ſentẽ-
tiam ipſo iure latam, ita *Alpbonſus de Caſtr. in
tract. de iuſt. baretic. punitio. lib. 2. cap 6. quem
retulit, & ſequutus fuit Iacobus Simansba in
tractat. de Catbolic. inſtitution. tit. 46. num. 72.
Ignatius Lopez in additio ad Diaz in prax. crim.
lib. 8. c. 13. in 8. quaſt. quos retulit Reuerendiſ. D.
Antonius Ricciullus, meritiſſimus Vmbriaticen.
Epiſcopus, in tract. de iur. perſon. extra Eccleſ. lib.
5. cap. 19 num. 10.* & quamuis contraria ſententia
verior ſit, & receptior, ex propè infinitis cumula-
tis per *eund. D. Ricciull. eo. loco num. 9.* nihilomi-
nus hanc in rigore iuris, diſputando poſſe defendi
arbitratus fuit nuper *D. Barboſa de offic. & poteſt.
Epiſc. par. 3 alleg. 57. num 37. & in collectan. ad
cap. ad abolendam ſub num. 6. verſ. nam licet iſto-
rum opinio, extra de baretic.*

25 Quinimò, cùm affirmatiuæ ſententiæ † aſſertor
cui alij ædhærent, reputetur *Ioan. Andr. in cap. vt
commiſſi, de baretic. in ſexto*, ſi eius verba *ſub n. 4.
ſuper verb. priuandi* attentius expendantur, po-
tius videtur contrarium innuere; dùm concludit,
inquiſitores, & Epiſcopos, cum pronunciant, vti
ea formula, qua priuãt, & ita priuatos denunciãt,
non autem ſimpliciter denunciant: quod etiam eſt
de mente *Gemin. eo. loco, ibidem ſub num. 4. verſ. et
ideo ad iſtum textum.* & propterea, tametſi *Ioan.
Andr.* videatur prius tenere, illam alternatiua
vel, ſtare ibi expoſitiuè, pro, *ideſt*, in quem ſenſum
eum ibi accepit *Franch. ſub nu. 2. in 5. notab.* at-
tamen non videtur *Ioan. Andr.* ibi perſiſtere in
hoc intellectu.

26 Augetur autem difficultas † ex verbis Bonifa-
cij Octaui in *d. c. vt commiſſi, de Haretic. in 6.* vbi
eis indulget facultatẽ *priuandi praterea, vel pri-
uatos nunciãdi, dignitatibus etiam, ac alijs bene-
ficijs Eccleſiaſticis.* Ex quibus, cum videatur ſaltim
conceſſum arbitrium, id neceſſariò conſequitur,
non ſemper incurri pœnam priuationis ipſo iure.
Et adhuc magis ſtringit *text. in eo cap. ad abolen-*
27 *dam*, † vbi Pontifex mandat, *Clericos, vel cuiuſli-
bet religionis obumbratione fuſcatos, totius Eccle-
ſiaſtici ordinis prarogatiua nudari, & ſic omni
officio, & beneficio Eccleſiaſtico ſpoliatos, ſacula-
ris poteſtatis arbitrio relinqui.*

His tamen minimè obſtantibus, non eſt recedẽ-
dum ab affirmatiua ſententia, quæ vltra manifeſtã
iuris rationem, nequè eſt deſtituta en fundamen-
to, quod hæc pœna alicubi appareat conſtituta
verbis ſignificantibus ſententiam ipſo iure latam,
vt fuerunt opinati Alphõſus de Caſtro, Simancha,
28 & alij ſuperius citati. Nam † longè ante Bonifaciũ
Octauum, Nicolaus Tertius, anno 1280. 5. non
Martij, per ſuam Decretalem, ſcriptam vniuerſis
Chriſti fidelibus, quæ incipit, *Nouerit Vniuerſi-
tas veſtra, in §. 21.* ſic edixerat; *Haretici autem,
& receptatores, defenſores, & fautores eorum, ipſo-
rumquè filij, vſquè ad ſecundam generationem,
ad nullum Eccleſiaſticum beneficium, ſeu officium
admittantur, quod ſi ſecus actũ fuerit, decernimus
irritum, & inane, Nos enim pradictos, ex nunc
priuamus beneficijs acquiſitis, volentes, vt tales
& babitis perpetuò careant, & ad ſimilia nequa-
quam in poſterum admittantur; illorum autem fi-
liorum emancipationem, nullius eſſe momenti vo-
lumus, quorum parentes, poſt emancipationem
buiuſmodi, ad inuium ſuperſtitionis baretica à
via declinaſſe conſtiterit veritatis.* Ex quibus ver-
bis, nihil clarius educi poteſt, quàm non ſolum hę-
reticos, ſed etiã, & eorum receptatores, ac deſcen
dẽtes vſquè ad ſecundã generationem eſſe priua-
29 tos ex ſententia iuris: nimis enim id implicant † ea
verba, *ex nunc priuamus*, quæ præueniunt quan-
cunquè Iudicis declaratoriam, vt benè aduertit
*Suarez de legib. lib. 5. cap. 7 ſub num. 7. verſ. quid
cum dicit lex, Sayr. in clau. Reg. lib. 3. cap. 8.
nu. 27. & anteeor Tiraq. ad l. ſi vnquam, in verb.
reuertatur, ſub num. 149. C. de reuoc. donatio.
Moneta de diſtrib. quotid. par. 3. quaſt. 7. nu. 37.
Barboſ. clauſ. 118. num. 7.*

30 Ità vt, quod † poſtmodum ſcriptum legitur in
d. c. vt commiſſi, de priuatione, referatur ad ſpo-
liationem de facto, vt etiam cõcordet cũ dicta ex-
trauagãti Nicolai Tertij, quæ eſt eius Põtificis ſe-
cunda in nouo Bullario; quinimò cum textu in *d.
cap. ad abolendam*, qui tantum † abeſt, quod opi-
tuletur contrariæ opinioni, vt magis eam proſter-
nat; nam quandocunquè Canon mandat aliquem
ſpoliari

Digitized by Google

ſpoliari beneficio; neceſſariò ſupponit eũdem iam eſſe priuatum à iure, refertquè eam ſpoliationẽ, ad exequutionem de facto, prout ſingularitèr aduertit, & benè eſſe notandum monet *Butr. in cap. vlt. ſub num. 15. verſ. quarto ad declarationem, de poſtulan. & eſt caſus in cap. literas, 9. de conc. preben. iuncto text. in cap. c. & ibi gloſſ. in verb. relinquenda, de Cleric. coniug. hancquè doctrinam Butrij omnes paſſim ſequuntur, & in ſpecie Rebuff. in tract. de pacif. poſſ. ſub nu. 223. ſecundum vnam impreſſionem, & ſecundum aliã ſub num. 269. verſ. & ſic ſuſtinui concluſionem.*

32 Meritò igitur ſententiã hanc, videlicet † propter hæreſim ipſo iure beneficia amitti, probarũt *Abb. in cap. inter dilectos, ſub nu. 11. verſ. aut agit quis petitorio, de exceſſ. Prælat. Couarr. & alij, quos ſequitur var. reſol. lib. 2. c. 8. n. 4. Pegna ad Emeric. quæſt. 113. comment. 162. verſ. illa vero, Azor. inſt. moral. to. 1. lib. 8. cap. 13. in 3 quæſt. Roias ſingul. 74. Menoch. de arbitr. caſ. 146. n. 6. & de recuper. rem. 1. nu. 340. Spin. de teſtam. gloſſ. 12. rubr. n. 45. Sanch. qui plures addit, in ſumm. lib. 2. cap 26. ſub num. 6. Gonzal. ad reg. de menſ. gloſ. 15. num. 65. Garz. de benefic. par. 11. cap. 10. ex nu. 60. Duard. ad Bullam Cœnæ Domini, lib. 2. can. 1. quæſt. 27. num. 18. Caſſad. deciſ. 4. ex num. 1. ſuper reg.* vbi latè diſputat (quod vti ſe habeat mox explicabitur) an hæreticus poſſit contra impetrantem dare de regula de annali, & inclinat in negatiuam, quià in effectu illius detentationi ius reſiſtit, dum
33 qui † præter Eccleſiæ Catholicæ communionem, ſibi nomen Chriſtianum vſurpant, nec volunt in pace colere pacis auctorem, nihil nomine Eccleſiæ audeant poſſidere, vt inquit B. Auguſtinus relatus in *ſuprall. can. quo iure diſt. 8.* quod pro ratione ponderauit *Mil. in verb. hæretici ad omnia beneficia.* Eandem quoquè ſententiam multi alij probarunt relati per *Ricciullum & Barboſ. locis ſuperius adductis, & etiam per Io. à Cock. ſuper reg. de Anna. n. 27. plenisquè ſuffragijs firmauit Rota in vna Colimbrien. Canonicatus 4. Iulij 1625. & 23. Ianua. 1629. corã Rpd. Merlino,* quod tamen iam dudum determinauerat Sacra Cõgregatio Sanctiſſimæ Inquiſitionis, ſub Pio Quarto, vt notauit *Proſper Farinacc. de hæreſ quæſt. 89. §. 4. ſub n. 77.* & longè diffuſius, & expreſſius Paulus Quartus per ſuam perpetuam Conſtitutionem 19. ſecundum ordinem noui Bullarij editã *15. Kal.*
34 *Martij 1559.* cuius tenor † eſt qui ſequitur.

Paulus Epiſcopus, Seruus Seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

CVm ex Apoſtolatus officio, nobis, meritis licet imparibus, diuinitus credito, cura Dominici gregis nobis immineat generalis, & exinde teneamur pro fideli illius cuſtodia, & ſalubri directione, more vigilis Paſtoris, aſſiduè vigilare, & attentius prouidere, vt qui hac ætate, peccatis exigentibus, propria prudentia innitentes licentius, & pernicioſius ſolito contra orthodoxæ fidei diſciplinam inſurgunt, & ſuperſtitioſis, ac fictitijs adinuentionibus ſacrarum Scripturarum intelligentiam peruertentes, Catholicæ Eccleſiæ vnitatem, & inconſutilem Domini tunicam ſcindere moliuntur, ab ouili Chriſti repellantur, nec magiſterium erroris continuent, qui diſcipuli veritatis eſſe contemnunt.

§. 1. Nos conſiderantes, rem huiuſmodi adeò grauem & periculoſam eſſe, vt Romanus Pontifex, qui Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti vices gerit in terris, & ſuper gentes, & regna plenitudinem obtinet poteſtatis, omnesquè iudicat, à nemine in hoc ſæculo iudicandus, poſſit, ſi deprehendatur à fide deuius, redargui, & quod vbi maius intenditur periculum, ibi eſt plenius, & diligẽtius conſulendum, ne pſeudoprophetæ, aut alij etiam ſæcularem iuriſdictionem habentes, ſimplicium animas miſerabiliter illaqueent, innumerabilesq; populos eorum in ſpiritualibus, aut temporalibus curæ & regimini commiſſos, ſecum in perditionẽ, & damnationis interitum trahant, nec aliquando contingat nos abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele Propheta in loco ſancto, videre, cupientes quantum cum Deo poſſumus pro noſtro munere Paſtorali vulpes vineam Domini demoliri ſatagentes capere, & lupos ab ouilibus arcere, ne canes muti videamur, nequeuntes latrare, & perdamur cum malis agricolis, ac mercenario comparemur.

§. 2. Habita ſuper his cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, deliberatione matura; de eorum conſilio, & vnanimi aſſenſu omnes, & ſingulas excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, ac priuationis, & quaſuis alias ſententias, cenſuras, & pœnas à quibuſuis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, aut pro talibus habitis, etiam per eorum literas extrauagantes, ſeu ſacris Concilijs ab Eccleſia Dei receptis, vel ſanctorum Patrum decretis, & ſtatutis, aut ſacris Canonibus, ac Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis cõtra Hæreticos, aut ſchiſmaticos quomodolibet latas, & promulgatas, Apoſtolica auctoritate approbamus, & innouamus, ac perpetuo obſeruari, & in viridi obſeruantia, ſi forſan in ea non ſint, reponi & eſſe debere, necnon quoſcunquè qui hactenus à fide Catholica deuiaſſe, aut in aliquã hæreſim incidiſſe, ſeu ſchiſma incurriſſe, aut excitaſſe, ſeu commiſiſſe deprehenſi, aut confeſſi, vel conuicti fuerint, ſeu (quod Deus pro ſua clemẽtia, & in omnes bonitate auertere dignetur) in poſterum deuiabunt, ſeu in hæreſim incident, aut ſchiſma incurrent, vel excitabunt, ſeu committent, & deuiaſſe, ſeu incidiſſe, aut incurriſſe, vel excitaſſe, ſeu commiſiſſe deprehendentur, aut confitebuntur, ſeu conuincentur, cuiuſcunquè ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ exiſtant, etiam ſi Epiſcopali, Archiepiſcopali, Primatiali, aut alia maiori dignitate Eccleſiaſtica, ſeu Cardinalatus honore, & Apoſtolicæ Sedis, vbiuis locorum, tam perpetuæ quam temporalis Legationis munere, vel mundana, etiam Comitali, Baronali, Marchionali, Ducali, Regia, & Imperiali auctoritate, ſeu excellentia præfulgeant, & eorum quemlibet ſententias, cenſuras, & pœnas prædictas incurrere volumus atquè decernimus.

§. 3. Et

§. 3. Et nihilominus conſiderantes dignum eſſe, ut qui virtutis amore à malis non abſtinent, metu pœnarum ab illis deterreãtur, & quod Epiſcopi, Archiepiſcopi, Patriarchæ, Primates, Cardinales, Legati, Comites, Barones, Marchiones, Duces, Reges, & Imperatores, qui alios docere, & illis bono exemplo, ut in fide Catholica contineantur, eſſe debent, prævaricando gravius cæteris peccant; cùm non ſolum ſeipſos perdant, verum etiam alios innumerabiles populos eorum curæ, & regimini creditos, ſeu alias eis ſubditos, ſecum in perditionem, & puteum interitus trahant: de ſimilibus conſilio, & aſſenſu, hac noſtra in perpetuum valitura conſtitutione, in odium tanti criminis, quo nullum in Eccleſia Dei maius, aut pernicioſius eſſe poteſt, de Apoſtolica poteſtatis plenitudine; ſancimus, ſtatuimus, decernimus, & diffinimus, quod ſententijs, cenſuris, & pœnis prædictis in ſuo robore, & efficacia remanentibus, ac effectum ſuum ſortientibus, omnes & ſinguli Epiſcopi, Archiepiſcopi, Patriarchæ, Primates, Cardinales, Legati, Comites, Barones, Marchiones, Duces, Reges, & Imperatores, qui hactenus, ut præfertur, deviaſſe, aut in hæreſim incidiſſe, ſeu ſchiſma incurriſſe, excitaſſe, vel commiſiſſe deprehenſi, aut confeſſi, vel conuicti fuerint; & in poſterum deviabunt, aut in hæreſim incident, ſeu ſchiſma incurrent, vel excitabunt, aut committent, & deviaſſe, ſeu in hæreſim incidiſſe, vel ſchiſma incurriſſe, aut excitaſſe, ſeu commiſiſſe deprehendẽtur, aut confitebuntur, ſeu conuincentur (cum in hoc inexcuſabiliores cæteris reddantur) ultra ſententias, cenſuras, & pœnas prædictas, ſint etiam eo ipſo, abſquè aliquo iuris aut facti miniſterio, ſuis Ordinibus, & Cathedralibus etiam Metropolitan. Patriarchalibus, & Primatialibus Eccleſiis, ac Cardinalatus honore, & cum ſuis Legationis munere, necnon voce activa, & paſſiva, omniquè auctoritate, ac Monaſterijs, beneficijs, & officijs eccleſiaſticis, cum cura, & ſine cura, ſecularibus & quorumuis Ordinum regularibus, quæ ex quibuſuis conceſſionibus, & diſpenſationibus Apoſtolicis in titulum, commendam, & adminiſtrationem, aut alias quomodolibet obtinuerint, & in quibus vel ad quæ ius aliquod habuerint, necnon quibuſuis fructibus, redditibus, & prouentibus annuis ſuper ſimilibus fructibus, redditibus, & prouentibus eis reſervatis, & aſſignatis, Comitatibus quoquè, Baronijs, Marchionatibus, Ducatibus, Regnis, & Imperio penitus, & in totum, perpetuò privati, & ad illa de cætero inhabiles, & incapaces: habeanturquè pro relapſis, & ſubverſis in omnibus, et per omnia, perinde ac ſi prius hæreſim huiuſmodi in iudicio publicè abiuraſſent, nec ullo unquam tempore ad eorum priſtinum ſtatum, aut Cathedrales, Metropolitanas, Patriarchales, & Primatiales Eccleſias, ſeu Cardinalatus, vel aliũ honorem, aut quamuis aliam maiorem, vel minorem dignitatem, ſeu vocem activam vel paſſiuam aut auctoritatem, ſeu Monaſteria, & beneficia, vel Comitatus, Baronias, Marchionatus, Ducatus, Regna, & Imperium reſtitui, reponi, reintegrari, aut rehabilitari poſſint; quinimo ſecularis relinquantur arbitrio poteſtatis animaduerſione debita puniendi, niſi apparentibus in eis veræ pœnitentiæ fructibus, ex ipſius Sedis benignitate, & clementia, in aliquo Monaſterio, aut alio Regulari loco ad peragendũ perpetuam in pane doloris, et aqua mœſtitiæ pœnitẽtiam retrudẽdi viſi fuerint. Quodquè pro talibus ab omnibus cuiuſcunquè ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ exiſtentibus, ac quacunquè etiam Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriarchali, & Primatiali, aut alia maiori Eccleſiaſtica dignitate, & etiam Cardinalatus honore, ſeu mundana, etiam Comitali, Baronali, Marchionali, Ducali, Regia, & Imperiali auctoritate, & excellentia pollentibus haberi, tractari, & reputari, & ut tales euitari, omniquè humanitatis ſolatio deſtitui debeant.

§. 4. Et qui iuſpatronatus, aut nominandi perſonas idoneas ad Cathedrales etiam Metropolitanas, & Patriarchales ac Primatiales Eccleſias, ſeu Monaſteria, vel alia beneficia Eccleſiaſtica per privationem huiuſmodi vacantia habere prætenderint, nè illa diutinæ vacationis exponantur incommodis, ſed de ſervitute hæreticorum erepta, perſonis concedantur idoneis, quæ illarum populos in ſemitas iuſtitiæ fideliter dirigant, teneantur ad Eccleſias, Monaſteria, & beneficia huiuſmodi alias perſonas idoneas infra tempus à iure, vel ex eorum concordatis ſeu compactis cum dicta Sede initis ſtatutum, nobis ſeu pro tempore exiſtenti Romano Pontifici præſentare, alioquin tempore huiuſmodi elapſo plena, & libera Eccleſiarum, Monaſteriorum, & beneficiorum prædictorum diſpoſitio ad nos, & Romanum Pontificem prædictum eo ipſo pleno iure deuoluatur.

§. 5. Et inſuper qui ipſos ſic deprehenſos, aut confeſſos, vel conuictos ſcienter quomodolibet receptare, vel defendere, aut eis fauere, vel credere, ſeu eorum dogmata dogmatizare præſumpſerint, ſententiam excommunicationis eo ipſo incurrant, efficianturquè infames, nec voce, perſona, ſcriptis, vel nuncio, aut procuratore aliquo ad publica, ſeu privata officia, aut conſilia, ſeu ſynodum, vel Concilium generale, vel prouinciale, nec cõclaue Cardinalium, aut aliquam fidelium congregationem, ſeu electionem alicuius, aut teſtimonium perhibendum admittantur, nec admitti poſſint. Sint etiam inteſtabiles, nec ad hæreditatis ſucceſſionem accedant: nullus præterea cogatur eis ſuper aliquo negotio reſpondere. Quod ſi forſan Iudices extiterint, eorum ſententia nullam obtineant firmitatem, nec aliqua cauſa ad eorum audientiam deducantur; et ſi fuerint Aduocati, eorum patrocinium nullatenus recipiatur, ſi verò Tabelliones extiterint, inſtrumenta confecta per eos nullius ſint penitus roboris, vel momenti. Et inſuper clerici omnibus, & ſingulis Eccleſiis, etiam Cathedralibus, Metropolitan. Patriarchalibus, & Primatialibus, ac dignitatibus, Monaſterijs, beneficijs, & officijs Eccleſiaſticis, etiam, ut præfertur, qualificatis, per eos quomodolibet obtentis, & tam ipſi, quã laici, etiam ut præmittitur, qualificati, & dignitatibus prædictis præditi, quibuſcunque Regnis, Ducatibus, Dominijs, Feudis, & bonis tempora-

libus

libus per eos poſſeſſis priuati exiſtant eo ipſo, Regnaque, Ducatus, Dominia, Feuda, & bona huiuſmodi publicentur, & publicata ſint, efficianturquè iuris, & proprietatis eorum qui illa primo occupauerint, ſi in ſinceritate fidei, & vnitate S. R. E. ac ſub noſtra, & ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonicè intrantium obedientia fuerint.

§. 6. Adijcientes, quod ſi vllo vnquam tempore apparuerit, aliquem Epiſcopum, etiã pro Archiepiſcopo, ſeu Patriarcha, vel Primate ſe gerentem, aut prædictæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem, etiã vt præfertur, Legatum, ſeù etiam Romanum Põtificem ante eius promotionẽ, vel in Cardinalẽ ſeù Romanũ Pontificem aſſumptionem, à fide Catholica deuiaſſe, aut in aliquam hæreſim incidiſſe, ſeu ſchiſma incurriſſe, vel excitaſſe, aut cõmiſiſſe; promotio, ſeu aſſumptio de eo, etiã in concordia, & de vnanimi omniũ Cardinaliũ aſſenſu facta, nulla, irrita, & inanis exiſtat; nec per ſuſceptionem muneris cõſecrationis, aut ſubſecutã regiminis, & adminiſtrationis poſſeſſionẽ, ſeu quaſi, vel ipſius Romani Pontificis inthronizationem, aut adorationem, ſeu ei præſtitam ab omnibus obedientiam, & cuiuſuis temporis in præmiſſis curſum, conualuiſſe dici, aut conualeſcere poſſit, nec pro legitima in aliqua ſui parte habeatur; nullamquè talibus in Epiſcopos, ſeu Archiepiſcopos, vel Patriarchas aut Primates promotis, ſeu in Cardinales, vel Romanum Pontificem aſſumptis, in ſpiritualibus, vel temporalibus adminiſtrandi facultatem tribuiſſe, aut tribuere cenſeatur; ſed omnia & ſingula per eos quomodolibet dicta, facta, geſta, & adminiſtrata, ac inde ſecuta quæcunquè, viribus careant, & nullam prorſus firmitatem, nec ius alicui tribuant. ſintquè ipſi ſic promoti, & aſſumpti, eo ipſo abſquè aliqua deſuper facienda declaratione, omni dignitate, loco, honore, titulo, auctoritate, officio, & poteſtate priuati.

§. 7. Liceatquè omnibus et ſingulis ſic promotis, et aſſumptis, ſi à fide antea nõ deuiaſſent, nec hæretici fuiſſent, neque ſchiſma incurriſſent, aut excitaſſẽt, vel cõmiſiſſent, ſubditis perſonis, tam clericis ſecularibus, & regularibus, quàm etiam laicis, necnon Cardinalibus, etiã qui electioni ipſius Põtificis antea à fide deuij, aut hæretici, ſeu ſchiſmatici interfuerint, ſeu alias conſenſerint, & ei obedientiam præſtiterint, eumquè adorauerint. ac Caſtellanis, Præfectis, Capitaneis. & Officialibus etiam Almæ Vrbis noſtræ, & totius Status Eccleſiaſtici, etiam eiſdem ſic promotis, vel aſſumptis homagio, ſeu iuramento, vel cautione obligatis, & obnoxijs, ab ipſorum ſic promotorum, vel aſſumptorum obedientia, & deuotione, impunè quandocunquè recedere, eoſquè vt magos, ethnicos, publicanos, & hæreſiarchas euitare: eiſdem ſubditis perſonis fidelitati, & obedientiæ futurorum Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, Patriarcharum, Primatũ, Cardinalium, & Romani Pontificis canonicè intrãtis nihilominus aſtrictis remanentibus, & ad maiorem ipſorum ſic promotorum, & aſſumptorum, (ſi eorum regimen & adminiſtrationem cõtinuare voluerint) confuſionem, contra eoſdem ſic promotos, & aſſumptos, auxilium brachij ſecularis implorare, nec propterea tales ab ipſorum ſic promotorum, & aſſumptorum fidelitate, & obedientia, præmiſſorum occaſione recedentes, tanquam tunicæ Domini ſciſſores, aliquarum cenſurarum, ſeu pœnarum vltioni ſubiaceant.

§. 8. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon priuilegijs, indultis, & literis Apoſtolicis eiſdem Epiſcopis, Archiepiſcopis, Patriarchis, Primatibus, & Cardinalibus, ac quibuſuis alijs ſub quibuſcunquè tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis, etiam Motuproprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ſeu etiam conſiſtorialiter, aut alias quomodolibet conceſſis, & etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis, ac etiam in corpore iuris clauſis, necnon quibuſuis capitulis conclauis, etiam iuramento, aut confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, & per nos ipſos iuratis. Quibus omnibus eorum tenores præſentibus pro expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſquè contrarijs quibuſcunquè.

§. 9. Vt autem præſentes literæ ad omnium quorum intereſt, notitiam deducantur, volumus eas, ſeu earum tranſumptum (cui manu Notarij publici ſubſcripto, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munito, plenam fidem adhiberi debere decernimus) in Baſilica Principis Apoſtolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apoſtolicæ valuis, atquè in acie Campi Floræ per aliquos ex Curſoribus noſtris publicari, & affigi, earumquè copiam inibi affixam dimitti, publicationemque, affixionem, & copiæ affixæ dimiſſionem huiuſmodi ſufficere, & pro ſolemni, & legitima haberi, nec aliam publicationem requiri, aut expectari debere.

§. 10 Nulli ergo omnino hominum liceat hãc paginam noſtræ approbationis, innouationis, ſanctionis, ſtatuti, derogationis, voluntatum, decretorum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorũ eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1558. quintodecimo Calend. Martij, Pont. noſtri Anno quarto.

35 Hanc verò Pauli Quarti Sanctionem, † ſi attentius obſeruaſſent, qui negarunt ſententiam priuationis ipſo iure porrigi ad ſchiſmaticos, vtiquè non tàm facilè negaſſent hoc nullibi cautum eſſe, prout negarũt *Gonzal. ad regul. de menſ. gloſſ. 15. ſub n. 92. verſ. trigeſimo ſeptimo, Sanch. in ſumm. lib. 2. cap. 36. num. 19. & Farinac. de hæreſ. q. 184. §. 2. ſub n. 42. verſ. vide etiam,* vt propterea non ſit recedendum ab oppoſita ſententia affirmatiua, quam tenuit *Rebuff. in prax. par. 3. in princ. de mod. amitt. benef. num. 29. & ſuper concord. tit. de reg. ad Prælat. nominat. ſuper verb. vacantibus ad fin. verſ. trigeſimo primo, & Pariſ. de reſign. benef. lib. 3. q. 1. num. 36.*

Quemad-

36 Quemadmodum, nec ſi vidiſſent, † & obſeruaſ-
ſent ſuperius relatam Conſtitutionem Nicolai
Tertij, eadem pœna afficientem receptarores, &
fautores hæreticorũ, id vnquam in dubinm reuo-
caſſent, prout in ſpecie reuocauit *idem Sanch. d.
cap. 36. num. 16.* & eius auctoritatem ſequutus
*Duard. ad Bull. Cœn. Domini lib. 2. can. 1. q. 27.
num. 21.* à quibus ideo in hoc eſt cauendum.

37 Eſt tamen verum, etiam hoc caſu † ſemper exi-
gi ſententiam declaratoriam, antequam deuenia-
tur ad ſpoliationem de facto, *cap. cùm ſecundum,
vbi notant omnes de hæretic. in ſexto, Burſat. conſ.
14. num. 18. lib. 1. Surd. deciſ. 247. num. 2. qui alios*
38 *congerit.* Quamuis enim ante huiuſmodi † declara-
toriam poſſint beneficia veluti vacantia impetra-
ri, tamen ante illam non tenetur hæreſeos poſtula-
tus, ſe abdicare à poſſeſſione, vt poſt alios tradũt
*Menoch. de Arbitr. caſ. 416. ex num. 62. Sanchez
d. cap. 26. num. 7. Duard. d. quæſt. 27. num. 17.* &
declarat Suarez, qui viſus eſt contrarium ſentire,
*to. 1. in tertia par. diſput. 43. ſect. 1. num. 4. plures
congerit D. Riciull. loc. ſuperius cita. ex num. 11.
& Barboſ. in collectan. ad præcit. cap. ad abolen-
dam num. 8.*

39 Nequè ideò poſſet ex hac vacatione † proui-
ſus, poſſeſſionem capere, intruſo non citato, & ne-
gotio prius cum eo non diſcuſſo, *Rota deciſ. 707.
ſub nu. 4. verſ. præterea quia licet hæreticus, lib. 3.
par. 3. diuerſ. Gomeſ. ad reg. de annal. quæſt. 52. in
ſecunda col. verſ. ſecunda ratio.*

40 Quandoquidem, delictũ iſtud, † vtcunquè atro-
ciſſimum, pro incurrendis pœnis non conſumitur
in errore contra fidem, ſed in pertinacia, vt vide-
tur de mente *Archid. in can. hæreſis, nu. 2. 24. q. 3.
& ibi etiam Turrecrem. itidem ſub num. 2. verſ.
hæreticus poteſt appellari, & fuſius docet idem
Turrecrem. in can. dixit Apoſtolu, ex nu. 5. vſquè
ad fin. ea. q. 3. Cardin. in cap. excommunicamus, il
primo, num. 2. & 3. de hæretic. Farinac. de hæreſ.
quæſt. 178. num. 16. cum ſeq. Pariſ. conſ. 2. nu. 199.
lib. 4. Riciul. d. cap. 59. num. 21.*

41 Proindequè impeditur huiuſmodi incurſus, † ſi
eueſtigio, vt quis de hæreſi arguitur, ſpontè errorẽ
ſuum recognoſcat, vt latiſſimè deducit *Rebuff. in*
42 *prax. par. 3. in princ. ex num. 5.* vbi ponit † requi-
ſita neceſſaria: nequè enim ſufficeret, vbi eſt cõui-
ctus, ſi diceret, quæ ſibi adſcribuntur ſe nõ eo ſen-
ſu vel feciſſe, vel protuliſſe, vt diuerſus ab Eccle-
ſia abiret, ſed ſemper credidiſſe, & credere quic-
43 quid credit S. Mater Eccleſia: opus enim eſt † vt
agnoſcat errorem ſuum, poſitiuè fatẽdo delictum,
cùm aliàs, etiam ſi non confiteatur poſſit condem-
nari, vt latè diſputat, & concludit *Rota dec. vn.
ex num. 3. de hæret. in antiq.*

Vndè etiam fit, cùm impetratur beneficium, ve-
luti vacans propter hæreſim, ſi ſupponatur ſenten-
44 tia declaratoria iam lata, à qua de iure non † ap-
pellatur, iuxta terminos *cap. vt inquiſitionis, de
hæret. in ſexto*, literas in hac parte eſſe exequibi-
45 les iuſtificata tali declaratoria, etiam † per teſtes,
ſi aliter nequeat eius copia haberi, propter noto-
rium vſum ſancti Officij, in non pandendis actis
ſuis, vt ſeruatum fuit in *præcitata Colimbrien. Ca-*
46 *nonicatus*, vbicunquè enim materia † eſt difficilis
probationis, recipitur quæ poteſt haberi, vtcum-
què alias inſufficiẽs probatio, *Corn. conſ. 204. n. 4.
lib. 3. Rota deciſ. 53. n. 5. par. 2. & deciſ. 666. n. 2.*
47 *lib. 2. par. 3. diuerſ.* Et ſi oſtendatur † ſententia ſi-
ne actis, illi fides adhibetur tanquam ritè, & rectè
latæ, etiamſi aliàs non ſtetur ſententiæ ſine actis,
*Caſſad. deciſ. vn. nu. 1. de præſumpt. Veral. deciſ.
134. ex num. 1. par. 3.* & pronunciauit Rota in vna
*Conchen. priuationis 6. Martij 1598. coram Pere-
grino, impreſſa apud Marcheſ. tom. 2. pag. 215.
num. 7. quæ etiam legitur diuerſ. ſub nomine
Farinac. p. 5. deciſ. 123. n. 10. & ſequuta eſt Rota
in præall. Colimbrien. Canonicatus 23. Ian. 1627.*
Si verò non ſupponatur eadem declaratoria iam
48 lata, ſed ferẽda, Papa in literis adhuc † nominat eũ
qui de hæreſi inſimulatur *dilectum filium*, nec
ideò literę huiuſmodi ſunt exequibiles, niſi præuia
declaratoria, ſecundum ſuperius dicta, & hanc
diuerſitatem circa modum prouidendi, rectè pon-
derauit *Rebuff. in prax. in 3. par. Signat. ſuper
clauſula, quod verus vacationis modus habeatur
pro expreſſo num. 8. & 9.*

Quocircà vbi talis inſimulatus, eueſtigiò reſi-
piſceret, & eo ipſo cenſeretur reuerſus ad priſtinũ
ſtatum, & per pœnitentiam reincorporatus Ec-
cleſiæ, *can. ferrum qui in ordine eſt 18. vbi gloſ.
diſt. 50.* & ſic impediretur declaratoria, cum non
ſint hæretici, qui myſtico Eccleſiæ corpori rein-
tegrati ſunt, vt per *text. in d. can. ferrum, docet in
propoſito Ioan. Andr. in cap. ſtatutum, il ſecondo,
quod in ordine eſt 13. n. 1. ſuper verb. conſtiterit,
eo. tit. de hæretic. in ſexto.*

Et hoc modo optimè etiam reſoluitur articulus
49 de quo ſupra, vtrum † hęreticus iuuetur Regula de
annali; quia adhuc non ſequuta declaratoria ſu-
per facto pertinaciæ, nihil eſt quin Regula locum
habeat: illa enim contentatur ſimplici detentatio-
ne de facto, cui detentationi, quominus hæreti-
cus incumbat, cũ nullibi à iure ſit deciſum, ſucce-
dit vulgatũ illud nos erubeſcere, cùm ſine lege lo-
quimur. Adeò vt ſperni poſſit ea opinio quæ pro ſe
non habet aut caſum legis, aut ſaltim rationem
50 naturalem; nam vt hæc † legis caſui æquipollet,
*l. cùm ratio, ult. in princ. ff. de bo. damnat. alias
eſt l. vn. ff. de portio. quæ lib. damnato. gloſ. in cap.
ex eo. 32. in verb. quàm rationis, de electio. in ſex-
to, Abb. in cap. ſecundo requiris, 41. num. 8. de ap-
pellat. Iaſ. in l. illam, num. 10. C. de collat.* etiam
51 ad † reſtrictionem iuris poſitiui, *Caſſado. deciſ. vn.*
52 *n. 3. de mut. petit.* ità ſufficeret, cum ſit † ius, quic-
quid ratione conſiſtit, inquit *Abb. in cap. publicato
58. ſub n. 2. verſ. vndè dico, de electio.* & è conuersò
ſi hæc quoquè deficiat, opinio, vt dixi, cuiuſuis
53 Doctoris † nullius eſt conſiderationis, *Iaſ. poſt
alios in d. l. illam num. 9. cum alijs per nos addu-
ctis lib. 1 quæſt. 24. num. 185.* nequè caſus, vel pra-
54 ctica † aliqua in contrarium eſt alicuius momenti,
quod enim lege non cauetur, nèc in practica ha-
betur, inquit *Bald. in cap. nihil ſub num. 15. verſ.
item quod in lege, de electio. quem ſequitur Iaſ.
in d. l. illã ſub nu. 8. verſ. alibi autẽ*, per quas ratio-
nes ità cõcludit *Gomeſ. d. q. 52. verſ. videndũ eſt.*

Et licet D. Ricciullus *d. lib. 5. cap. 69. n. 17.* vi-
deatur contrariũ tenere, ea ratione innixus, quod
Regula non defendat eum, de cuius non titulo
conſtat notoriè; ſatis verò notoriè dicatur conſta-
re de non titulo hæretici, per ſententiam declara-
toriam, vt ibi per eum *num. 18.* tamèn iſthæc ar-
gumẽtatio eſt extra hypotheſim Caſſadori, & Go-
mezij, qui ſupponũt, tempore impetrationis non-
dum eſſe talem ſententiam latam, ſed potiùs locũ
55 eſſe pœnitentiæ, vt dictum eſt; & ſufficit dari † in-
ſtantiam poſsibilitatis in contrarium, vt exclu-
datur ea notorietas non tituli, quæ impediat ef-
fectum regulæ, *Seraph. deciſ. 983. num. 6. & 7.*
& ſæpiſsimè fuit reſponſum.

Nequè minus ſubſiſtit ratio Sarnenſis, quòd re-
gula ſit inducta principalitèr in odium excitantiũ
lites; quià alias fauerent, & Iudæis, & fœminis: nã
quod quis ſit Iudæus, vel fœmina, eſt notorium per
demonſtrationem facti permanentis, & ſic rei eui-
dentiam; vndè & conſequitur incapacitas per-
ſonæ etiam in ſimplici detentatione, ex *text. in ſu-
prà alleg. can. vlt. 59. diſt.* quod non applicatur in
hæretico adhùc non damnato per ſententiam.

Tanta verò eſt hæreſeos in hac parte virulen-
tia, vt ea quodammodo etiam ipſum afflet bene-
ficium. Quapropter S. mem. Pius Quintus, per
56 ſuam Conſtitutionem † Daram 6. Kal Febr. anno
Incarnationis 1567. quæ in eius Bullario eſt xxix.
vt beneficijs ita (vt dixi) afflatis opportunius cõ-
ſuleret, ex perſonis, quæ contraria profeſsione, ſi
quæ adhæſiſſet labes, eam prorſus diluerent, *om-
nia & ſingula beneficia Eccleſiaſtica, cum cura,
et ſine cura, ſaecularia, etiam quorumuis ordinum,
etiam S. Ioannis Hyeroſolimitani, & aliarum
quarumcumquè militiarum Regularium; quæcũ-
què ſint, etiamſi ſaecularia, Canonicatus, & præ-
bendæ, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes,
vel officia in Cathedralibus, etiam Metropolita-
nis, & Collegiatis, & dignitates ipſæ in Cathe-
dralibus, etiam in Metropolitanis poſt Pontifica-
lem maiores, ſeù Collegiatis Eccleſiis huiuſmodi
principales, Regularia verò beneficia huiuſmodi,
Monaſteria etiam Conſiſtorialia, Prioratus, Præ-
poſituræ, Præpoſitatus, Dignitates etiam Conuen-
tuales, Perſonatus, Adminiſtrationes, vel officia
etiam Clauſtralia, ac Hoſpitalia, & Præcepto-
ria, & aliàs quomodocumquè qualificata fuerint;
quæ deinceps, & pro tẽpore propter crimen hæreſis
vacarẽt, ordinationi, & diſpoſitioni Sedis Apoſto-
licæ in perpetuũ reſeruauit: Declarans, omnes, &
quaſcunquè impetrationes de beneficijs quomodo-
cumquè qualificatis, certo modo in futurum faciẽ-
das, & obtinendas; beneficia propter hæreſim va-
cantia, & in futurum vacatura non comprehen-
dere, niſi ſpecialitèr, & diſpoſitiuè vacationis mo-
dus, propter crimen hæreſis, expreſſus fuerit, & il-
lum nullo modo ſub quibuſuis clauſulis vel decre-
tis comprehendi, quantumcunque generalibus, in
quibuſuis gratijs, & conceſſionibus per Summos
Pontifices faciendis.*

Vigore igitur conſtitutionis huius hodie bene-
ficia ità vacantia ſunt prorſus ſedi Apoſtolicæ re-
ſeruata, vt notat *Sanch. d. lib. 2. cap. 26. ſub nu. 6.
verſ. hoc probant*, cuius etiam reſeruationis memi-
nit *Farinac. d. quæſt. 189. §. 6. ſub nu. 69. verſ. quæ
57 in re:* adeò vt iam ceſſet diſputatio † ad iſtum
effectum reſeruationis, an beneficia Hæreticorum
vacent in curia in qua fertur ſententia, vel potiùs
in partibus, in quibus eſt commiſſum delictum,
quam tangit *Rota d. deciſ. 707.* nam qualiter-
cunquè res ſe habeat, ſunt hodie reſeruata per
hanc Conſtitutionem, quod etiam cenſuit *Garz.
par. 5. cap. 1. num. 81.*

58 Hacquè eadem ratione; cùm in pluribus † Ec-
cleſijs præſertim Hiſpaniarum, vigeant ſtatuta à
Sede Apoſtolica confirmata, per quæ perſonæ re-
pelluntur à beneficijs propter genus, aut hæreſim,
aut à fide apoſtaſiam, ſiue proprio, ſiuè ſtripis, ſiuè
cognatorum vitio contaminatæ: de quorum ho-
neſtate, & iuſtitia latiſſimè agit *Hoied. de compa-
tib. benef. par. 1 cap. 23. per tot.* & nos quoquè ſa-
tis egimus *lib. 2. quæſt. 43.* & ſæpè nonnulli huius
generis homines à Sede Apoſtolica prouiſiones
de huiuſmodi beneficijs extorquere non dubita-
bant, ità vt, quamuis certo modo ſcirent ſe ab
illis expulſum iri, tamen exiſtimationis ſuæ prodi-
gi, totum id factitarent, vt permutatione, vel con-
cordia, beneficium aliud, vel penſionem indè con-
ſequerentur, Sanctæ etiam mem Gregorius XIII.
anno 1580. Id. Nouembris alia perpetua conſti-
tutione ſanciuit, *omnes & quaſcunquè prouiſio-
nes ſiuè Apoſtolicas, ſiuè Legatorum, & Ordina-
riorum diſpoſitiones, de dignitatibus, præbendis,
beneficijs, & officijs, eiuſmodi Eccleſiarum in
quaſcunquè perſonas ſic infectas, vires, & effectũ
non habere: perſonaſquè huiuſmodi illarum pror-
ſus vſu, & commodo carere, beneficiaquè ipſa vt
priùs vacare, & quæ ex illis tempore diſpoſitio-
nis Apoſtolica reſeruata eſſent vel affecta, ſub ea-
dem reſeruatione, vel affectione manere; & tàm
illa quam omnia alia, nequè reſeruata, nequè af-
fecta, de quibus ab ipſa Sede, & Legatis, & alijs
facultatem habentibus in huiuſmodi perſonis quo-
modocunquè diſpoſitum fuerit, ad nouam Roma-
ni Pontificis duntaxat diſpoſitionem pertinere,
eaquè ab alijs idoneis, ab ipſa Sede dumtaxat im-
petrari poſſe: Impetrationes tamen, ac etiam mo-
tu proprio conceſſiones, niſi modus vacationis, nec-
non caſus, & decretum huiuſmodi non conditio-
naliter, & per æquipollens, ſed definitè, & nomi-
natim, ac diſpoſitiuè in illis exprimantur, omni-
nò non valere: Ab ordinarijs verò, ceſſantibus re-
ſeruationibus, et affectionibus Apoſtolicis collata,
deuolutioni, iuxta ſtatuta Lateranen. Concilij
ſubiacere: vt in no. bull. Conſtit. 66.*

Quæ autem dicta ſunt de Clericis hæreticis, in
hoc articulo priuationis ipſo iure, maiorem diffi-
59 cultatem † habent reſpectu filiorum, & nepotum
ipſorum hęreticorũ; nam tametſi Bonifacius VIII.
hos æquè, ac hæreticos credentes, receptatores, &
defenſores eorum, vſquè ad ſecundam generatio-
nem ad aliquod beneficium Eccleſiaſticum, ſeu
publicum officium inhabilitauerit, reſpectu pa-
ternæ lineæ, primum, & ſecundũ gradum, reſpectu
verò maternæ primum duntaxat comprehenden-
do, vt refertur in *can. ſtatutum, il ſeconda, quod in*

ordine

ordine eſt 15. de haret. in ſexto, tamen non va-
60 let † argumentum ab inhabilitatione, ad priua-
rionem, cum iſta inhabilitas non priuet obten-
tis, *gloſſ. in clem. 1. in verb. obtinenda, de pœn.*
vbi Card. num. 3. Imol. num. 18. & Vitalin.
num. 54. quos ſequutus fuit *Sanch. in prac. lib. 2.*
cap. 28. ſub num. 28. verſ. ducor primò, Rota in
recen. par. 3. deciſ. 87. num. 21.

61 Enimuerò, *text. in d. c. ſtatutum* (vt habet † in
verbis) proceſſit ad extenſionē decreti Alexandri
Quarti, relati in *cap. 2. eo. tit. in ſexto, in §. hære-*
tici, quo ſimplicitèr filij hæreticorum inhabili-
tantur vſquè ad ſecundam generationem, pro ob-
tinendo Eccleſiaſtico beneficio, ſeu officio, non
autem reſtringendo reſpectu deſcendentiū à ma-
rre hæretica (quod forte exiſtimauit *Sanch. eod.*
lib. 2. cap. 27. ſub num. 2. verſ. poſtea vero,) nimis
enim in hoc ſunt clara verba *d. cap. ſtatutum*, ibi,
per maternam verò ad primum dumtaxat volu-
mus hoc extendi, & benè etiam explicat *gloſſ. in*
verb. volumus; quod reſpectu deſcendentium per
maſculinū ſit declaratiuū veteris iuris, videlicet,
vt verba illa, *vſque ad ſecundam generationē*, qui-
bus fuerat vſus Alexander Quartus, comprehen-
dant primum, & ſecundum gradum, reſpectu verò
deſcendentium per fœmininum ſit inductiuum
iuris noui, quià in effectu ante hanc Decretalem
Bonifacij, filij mulieris hæreticæ non reperieban-
tur inhabilitati, & propterea in vim *d. cap. 2. &*
cap. vergentis, eo. tit. filij hæreticorum ſimplicitèr
inhabilitabantur, non item priuabantur ipſo iure
62 obtentis, nequè legi † huiuſmodi ſententiam pri-
uationis vllibi, ante Conſtitutionem Nicolai Ter-
tij ſuperius relatam; itàvt tàm dicta Conſtitutio,
quàm dictæ Decretales viderētur reſtrictæ ad de-
ſcendentes per maſculum, non per fæminam,
quod nec videbatur ratione deſtitutum: quamuis
63 enim id quod dicitur, nullum Patris † delictum
innocenti filio pœnæ eſſe, in *l. 2. §. in Auo quoquè*
ad fin. verſ. nullum Patris ff. de Decurion. & fil.
64 *eor.* non procedat in † delictis atrociſſimis com-
miſſis in Rempublicā, cuiuſmodi eſt crimen ma-
ieſtatis, *l. quiſquis, 5. § filij vero, C. ad l. Iul. Ma-*
ieſt. & declarat *gloſſ. in d. §. in Auo ſuper verb. de-*
65 *lictum*, & quidem optima ratione, cùm † filius ſit
pars quædam Patris, ſecundum *Philoſoph. Ethic.*
5. cap. 6. & maior. moral. lib. 1. cap. 34. tamen hoc
66 de patre dictum † non de matre, nec ſubeſt eadem
ratio, quia, vt filius aſſimiletur patri, ſuadet ratio
naturalis, ex perfectione ſeminis, quæ in ipſo ſo-
lo eſt, vnde cū eo fœmina non cōcurrit in genera-
tione, vt per eundem *Ariſt. de generat. lib. 1. c. 19.*
quem probaſſe videtur *Diuus Tho. in 3. par. q. 31.*
art. 5. in reſp. ad 3. & quæſt. 35. art. 3. in reſp. ad 3.
& ex noſtris *Feder. de Sen. conſ. 301. ſub num. 1.*
verſ. item iſta opinio, quidquid alij aliter ex ſen-
tentia Galeni exiſtimant.

Vndè bene intelligitur, Pontificem extendiſſe
quidem pœnam hāc inhabilitationis ad filios mu-
lieris hæreticæ, propter atrocitatem criminis, cū
67 etiam in matre † cadat affectus, & charitas libe-
rorum, vt eorum exiſtimatio, incrementum, nō de-
trimentum ſuſcipiat, *cap. ſuper eo 22. de teſtib.*
l. 1. §. ius naturale, de Iuſt. & iur. Inſtitut. de iur.
natur. gent. & ciuil. in princ. quod eſt motiuum
68 puniendi † parentes, in filijs, vt à ſceleribus deter-
reantur, ſintquè amiciores Reipublicæ, vt ratioci-
natur Tullius in *epiſt. ad Brut. 12. & 14. & Plu-*
tarch. in lib. de ſer. numin. vindic. quod latè pro-
ſequitur ex noſtris *Petrus Faber ſemeſtr. lib. 3.*
cap. 8. verùm, extenſionem ſuam, non adeo dilataſ-
ſe, qui optimè intelligeret, naturam minus impel-
lere filios in mores maternos, quàm in paternos,
69 ex ſententia Ariſtotelis, à quo † tamen multi in hac
parte diſſentire videntur, quos retulit *Alexander*
Raudenſ. inter conſ. vltim. vol. volum. 2. conſ.
141. num. 80.

Itaquè, nè confundatur, ſed diſtinguatur tota
hæc materia; ſi quæratur de ſimplici inhabilitatio-
70 ne, facienda eſt concluſio, filios hæreticorum † eſſe
ipſo iure inhabiles ab beneficia Eccleſiaſtica, &
alia officia perpetua, ex diſpoſitione *text. in d. c. 2.*
ſub moderatione, & extenſione *d. cap. ſtatutum*
15. de hæretic. in ſexto, ſiuè ſint legitimi ſiue ille-
71 gitimi, † ne plùs conſequatur luxuria, quàm ca-
ſtitas, *Gundiſaluus de hæret. q. 23 num 3. & 4. Si-*
manch. d. tit. 29. num. 16. cum alijs quos retulit, &
ſequutus fuit *Surd. conſ. 386. n. 6. Sanch. d. cap. 27.*
num. 1. plures addit Barboſ. in Collectan. ad d. c.
72 *Statutum, num. 14.* ſiuè † ſint nàti antè commiſ-
ſum delictum, ſiue poſt, *Menoch. de præſump. lib. 5.*
præſ. 33. num. 24 Rota deciſ. 38. n. 4. lib. 3. par. 3.
73 *diuerſ.* nec aliud exigi, quā † an in iudicio legitimè
conſtet parentes fuiſſe hæreticos, vel fautores,
defenſores, aut receptatores hæreticorum, & cum
hac qualitate deceſſiſſe, quantumcunquè non pro-
betur ſuper ea fuiſſe ſententiam paſſos; dummodo
hoc notoriè liqueat, ideſt per euidentiam facti,
vel ex propria iudiciali confeſſione, vt benè, & ple-
nè declarat *Sanch. d. lib. 2. cap. 27. num. 28.*

Si enim antequam decederent, conſtaret eos
fuiſſe emendatos, & reincorporatos Eccleſiæ vni-
tati, ceſſaret diſpoſitio harum Decretalium, vt ha-
bet in verbis *text. in d. cap. ſtatutum*, ſpontanea
74 enim illa confeſſio, perpetuò † pœnam minuit, *Put.*
deciſ. 514. num. 3. lib. 3.

75 Quandoquidem, iſtis † confeſſis potius impo-
nitur pœnitentia, quàm pœna, vt aduertit *Rota*
deciſ. 105. ſub num. 1. verſ. & omnes dixerunt
76 *lib. 2. par. 3 diuerſ.* ſatquè eſt † eos fuiſſe in huiuſ-
modi ſtatu, etiamſi pœnitentiam non peregerint,
modo eam proſequerentur, *Gundiſal. Villadieg.*
in practi. q. 23 ſub nu. 1. verſ. item illud intellige.

Nequè eſt facienda diſtinctio inter lapſos, &
77 relapſos; quicquid † enim ſit inſpecta diſpoſitio-
ne ſtatuti, aut alterius iuris ſingularis alicuius Ec-
cleſiæ, in quibus terminis admitti poſſunt quæ in
hoc articulo tenuit *Sanch. d. q. 27. ex num. 23.*
attamen hæc eſt verior, & probabilior opinio,
quam tenuerūt Geminianus, Montaluus, Cantera,
Villadiego, Henriquez, & alij quos ipſemet San-
chez retulit *eodem loc. num. 23.* & viuis rationibus
comprobauit, & ſequutus fuit *Surd. conſ. 386. ſub*
num. 14. verſ. procedit autem, & num. 15. Quod
enim mouit contrariæ opinionis aſſertores, id
vnum fuit, quod *text. in cap. ſtatutum*, duo exigat,

Digitized by Google

emendationem, & reincorporarionem, quod vl-
78 timum nequeat conſiderari in relapſo, ex quo† il-
li denegatur audientia in *cap. ad abolendam 9. §. illos quoquè extra eo. tit. de hæretic.* Quod tamen
79 facillimè tollitur; audientia enim † illa, de qua loquitur *text. in cap. ad abolendam*, refertur ad effectum obtinendi remiſſionem pœnæ corporalis, & aliarum temporalium, vt expreſsè diſponitur in *c. ſuper eo 4. eo. tit. de hæret. in ſexto*, & benè aduertit poſt alios *Surd. loc. præall.* ea autē pœna cor-
80 poralis, non † imponitur propter hæreſim, ſed propter relapſum, vt optimè aduertit *Tolet. instruct. Sacerd. lib. 1. cap. 69. num. 4.* qui cum hac ſententia, veluti probabiliori tranſiuit, & cui ideò, ſaluo ſemper iudicio S. Matris Eccleſiæ, adhæreo.

Si autem quæratur de alia pœna priuationis, ſcilicet obtentorum, videtur diſtinguendum inter deſcendētem per maſculum, & deſcendentem per fœminam: nam reſpectu deſcendentis per maſculum, ſatis tutò concludi poteſt hunc ſubijci pœ-
81 næ priuationis, † quamuis enim hæc opinio malè videatur adſtrui, ex *cap. fœlicis, §. quod ſi quis, de pœn. in ſexto*, vt aduertit *Couarr. var. reſol. lib. 2. c. 8. ſub n. 4. poſt med. verſ. cæterum quod filij*, poſſitquè hinc conuelli communis ſententia, de qua ibidem ipſe atteſtatur, & poſt ipſum, *Clar. in §. hæreſis ſub num. 16. verſ. quinimo etiam filij hæreticorum*, nequè ad rem faciat *text. in præalleg.*
82 *c. statutum*, qui † loquitur de pœna inhabilitatis, non autem de hac priuationis obtētorum; nequè ideo in hac materia odioſa, facilè ſit permiſſa extenſio, quemadmodum iudicauit Sanctæ me. Clemens Octauus, Iuris prudentiſſimus, vt retulit *Rota deciſ. 87. ex num. 19. par. 3. in recen.*

Nihilominus, ſublata in hac re eſt omnis dubitatio, ex ſuperius allegata Conſtitutione Nicolai Tertij, id in indiuiduo decidente; quam poſtea innouarunt aliæ Conſtitutiones aliorum Pontificū, vt latiſſimè firmauit *Rota recen. ea. p. 3. deciſ. 123. ex n. 16. vbi nu. 12.* id productum eſt ad penſiones ex lata ſignificatione termini *beneficij*, cum nedū iſta in hæreſim animaduerſio, reputetur materia non rigoroſa, ſed imò fundata ſuper æquitate Canonica, vt diffusè diſſerit eodē loco Rota, atteſtās, ita quoquè ex *nu. 14.* ſacrorum Canonum inſignes interpretes, etiam ante dictam Conſtitutionem iudicaſſe, ſententiam hanc fuiſſe iuri conſonam.

Etenim, quamuis videretur inter eos aliqua diſſenſio, tamen verſabatur circa eum articulum,
83 an † priuatio eſſet inducta ipſo iure, vel potius exigeretur ſententia: in quo articulo fiebat diſtinctio illa inter beneficia obtēta ante lapſum, & obtenta poſt lapſum, ſiuè delictum paternum, de qua per Gundiſſaluum in *præall. q. 23. ſub num. 6. verſ. ſed ſalua, Valentinum, in repert. Inquiſ. in verb. filij, §. ſupra dictum eſt, verſ. ſed ſalua meliori deliberatione, Decian. d. lib. 5. c. 45. ſub nu. 7. in 7. limit. Farinac. d. q. 191. num. 46. ad fin. Rota*
84 *in præall. deciſ. 87. num. 11.* Exemplo filiorum † liberti ingrati, qui cum Patre rediguntur in ſeruitutem: diſtinguuntur enim nati ante commiſſam ingratitudinem, à natis poſt, in *l. 2. C. de libert. &*
85 *eor. liber.* quaſi quod † ante nati acquiſierint ſtatum, cui delictum paternum nullum intulerit præiudicium, vt ibi conſiderat *Bald. num. 8.* prout rationem iſtius diſtinctionis, inter beneficia prius, & poſt obtenta per filios hæreticorum conſiderabat *Calderin. conſ. 3. circa fin. verſic. pro qua determinatione, de hæretic.*

Quæ ſanè diſtinctio apparet ſubuerſa ex dicta Nicolai Conſtitutione, in qua, dùm tàm hæretici, quàm eorum filij vſquè ad ſecundam generationem priuātur beneficijs acquiſitis, omnes æquè ponuntur, ſub eadem determinatione ibi, *Nos enim prædictos, ex nunc priuamus beneficijs ac-*
86 *quiſitis*: relatiuum enim illud, † *prædictos*, nimis notæ eſt ſignificationis, vt repetat omnia expræſſa, cū ſuis qualitatibus, *Cephal. conſ. 16. num. 25. lib. 1. Bero. conſ. 132. num. 7. lib. 3. Decian. conſ. 72. num. 47. lib. 2. Menoch. conſ. 348. num. 41. Surd. deciſ. 210. ſub num. 16. verſ. hoc autem ſtante, & num. 17. Rota in recen. par. 1. deciſ. 714. num. 3. & par. 2. deciſ. 644. num. 1.*

Præcipuè, dum inficit emancipationem, quæ
87 alias, cum ſit † permiſſa Patri, *§. præterea, inſtit. quib. mo. ius patr. poteſt. ſolu. l. vlt. C. de emancip.*
88 *liber.* & eius virtus hùc quoquè ſe † extendat, nè ex hæreſi paterna filius incurrat aliquam pœnam, iuxta *gloſſ. in can. ſi quis, qui in ordine eſt 22. in verb. filij verò 6. quæſt. 1.* cum alijs adductis per *Decian. crimin. lib. 5. in pracit. cap. 45. ſub num. 4. in 4. limit.* neceſſariò ſupponit, lapſum Patris in hæreſim tempore emancipationis nondum fuiſſe detectum, ſed poſt; & in conſequens filium obtinuiſſe beneficium ante huiuſmodi lapſum, vt neceſſario concludatur ad fraudem, ſeu conſilium
89 ſtruendi fraudem legi, quo ſolo caſu† conſtat emācipationem impediri, & fruſtratoriam reddi, *l. 1. §. ſi is quoquè de Collatio. bonor.* & poſt alios latè tradit *Honded. conſ. 32. ex num. 15. vol. 1.*

Reſpectu autem deſcendentis per fœminam,
90 nuſquam † exiſtimarem, etiam ſi in primo ſit gradu, nimirum filius matris hæreticæ, illum cenſeri priuatum ipſo iure ex *d. Extrauag.* Nicolai Tertij, quæ loquitur de deſcendēte ex maſculo. Quā-
91 uis enim maſculinum † concipiat fœmininum, *l. qui duos, 60. ad fin. verſ. id autem, de lega. 3.* maximè vbi agitur de nomine cōmuni vtriquè ſexui, *l. ſeruis legatis 79. et l. Lucius Titius 91. §. quæſitū*
92 *eo. tit. de leg. 3.* etiā in materia † ſtricta, odioſa, pœnali, & correctoria, vt latiſſimè demōſtrat *Tiraq. de retr. lignag. §. 1. glo. 9. ex n. 205.* attamen, cū ſu-
93 perius demonſtratum fuerit, non † tantū militare rationē, reſpectu matris, quæ patris in afficiendo eadem pœna filium, vtriquè maſculinum, non cenſetur comprehendere fœmininum, vt poſt innumeros firmat *Gabr. de verb. ſignif. concluſ. 6. n. 51.*

Præcipuè, cùm eadem Conſtitutio Nicolai Tertij, quaſi hoc indicet, dum proponit, & decidit caſum emācipationis, qui eſt actus ſoli patri conue-
94 niens, nulla eſt enim poteſtas matri † in filios, *§. cæteris, Inſtitut. de hæred. qualit. & differ.* & quòd filij matris hæreticæ, non ſubeant pœnam priuationis, videtur etiam voluiſſe *Felyn. in præc. cap. vergentis, ſub num. 4. verſ. fallit ſecundò in filijs de hæretic.* cuius doctrinam, tametſi

Decian.

Digitized by Google

Decian. d. cap. 45. ſic interpretetur, vt intelliga-
tur de nepotibus, nè videatur cõtraria literæ *cap.*
Statutum, vt ibi per eum *ſub num. 5. in prima*
limit. attamen iſta expoſitio eſt cõtra verba Fely-
ni, cuius doctrina non eſt contra *text. in d. c. ſtatu-*
tum, qui ſimpliciter agit de pœna inhabilitationis,
vt ſuprà dictum eſt, non autem de pœna priuatio-
nis, de qua tantum ipſe *Fely.* loquitur.

Fateor tamen, articulum non eſſe omnino cla-
rum; & ſiquis ex ſuppoſitione huiuſmodi priua-
tionis ipſo iure propter hæreſim maternam, im-
petraret beneficium, ſic impetrantem ſatis fun-
dare intentionem ſuam ſuper implicita declara-
95 tione iſtius dubietatis per Papam, cui circa † mo-
dum vacandi ex iuris diſpoſitione omninò ſtatut,
iuxta celebre *Ancher. conſ. 293. ex num. 1. quod*
ſequuta fuit Rota in Romana Beneficiatus S.
Petri 8. Aprilis 1622. coram Rpd. Pirouano.

Quantumcunquè enim crimen quod ſupponi-
96 tur, non inducat † vacationẽ ipſo iure, attamen
ſi in literis Apoſtolicis aliud innui videatur, ſtatut
literis, & ſuſtinetur veritas talis vacationis in aſ-
ſertione Papæ, vt auctoritate eiuſdem *Ancherani,*
loc. praeit. firmauit Rota *apud Caſſad. deciſ. 2.*
nu. 17. de vnion. ſequitur Felyn. in cap. 2. ſub n. 4.
verſ. & adde quod ſi Papa de reſcript.

Qualitercunquè autem impetratio hæc fiat, vi-
delicet, ſiuè ex materna, ſiuè ex paterna hæreſi,
pro liquidanda vacatione in facto, alterum de
duobus omninò erit per impetrantem iuſtifican-
dum; videlicet aut quod parens obierit in hæreſi,
97 ſecundum ea, quæ ſuperius dicta ſunt, aut † quod
paſſus fuerit ſententiam declaratoriam, & con-
demnationem: & quamuis non ſufficiat ſententia
98 contumacialis, nè contumacia vnius, † confeſſio-
què ficta ex ea reſultans alteri noceat, contra *tex.*
in l. eius qui delatorẽ, 29. ff. de iur. Fiſc. Rol. conſ.
29. num. 21. lib. 3. per quam rationem *poſt Gig. in*
tractat. de crim. laſ. maieſt. lib. 3. tit. 1. de pœn quas
incurrunt filij, num. 3. ita cenſuit *Farinac. in*
ſapecit. q. 101. num. 68.

99 Attamen hoc intelligitur, ſi pro hæreſeos † iu-
ſtificatione nihil aliud oſtendatur, quàm ſententia
huiuſmodi contumacialis, ſecus verò, ſi vel hæreſis
fuerit poſitiuè probata, vt ex mente eiuſdem *Gig.*
reſoluit Farinac. loc. praeit. (tũc enim abſens, non
100 tàm dicitur condemnatus propter † contumaciã,
quàm propter malam cauſam, & ſic ſententia no-
cet omnibus, vt docuit *Bal. in l. 2. ſub nu. 7. verſ.*
praterea illud quod dicitur, C. quib. res iud. nõ noc.
& in l. 1. per eum tex. n. 1. C. contr. iud. tut. plures
cõgerit Felyn. in c. cum Bertoldus n. 24. de re iud.)

101 Vel niſi per incrementum † contumaciæ, ſim-
plex ſuſpicio patrati criminis, tranſierit in violen-
tam præſumptionem, ex annali tolerantia cenſu-
rarum, iuxta *text. in cap. excommunicamus, il pri-*
mo, quod in ordine eſt 13. vbi gloſſ. in verb. con-
demnentur, & Doctores omnes, præ cæteris verò,
Butr. n. 7. de haretic. Rota d. deciſ. 123. nu. 13. li-
102 cet enim poſſit eſſe, talem † contumacem in rei
veritate non eſſe hæreticum, tamen propter con-
temptum, qui poſt annum contumaciæ ſuperad-
ditur, inducitur contra eum præſumptio iuris, &
de iure, itàvt omnes pœnas hæreticis inflictas ſu-
ſtinere debeat, *vt in eo. c. excommunicamus*, opti-
mè docet *Hoſtien. ſub num. 4. ſuper verb. velut*
103 *haretici*; modò tamen ab initio † fuerit tanquam
ſuſpectus excommunicatus, & monitus ſe purga-
re intra annum non curauerit, vt ibidem declarant
Io. And. n. 5. & Butr. nu. 8. hoc enim pacto, abſens
dicitur conuictus, *Abb. in cap. cum P. Manconella*
ſub num. 7. ſub num. 4. verſ. habemus etiam ſecun-
dum modum de purgat. can. & ità debet intelli-
gi, tranſcurſum anni aliquem facere hæreticum,
vt eodem loco ſcripſit *Collectar. num. 4.*

104 Quòd, ſi dum pendet annus, † alteri beneficium
cõferatur, ipſe verò mox abiuret, & abſoluatur, vti-
què recuperat beneficiũ, cũ talis abiuratio iudi-
cetur purgatiua, *Achill. dec. vn. ex n. 1. de haret.*

Et hæc quidem de hæreſi, veluti maieſtatis cri-
mine (vt ita loquar) bicipiti; quæ, vt ſemel puri-
tatis larua, in Catholicas arces, Vigilibus conni-
uentibus, irrepſerit; horrendum impietatis, ac
ſeditionis monſtrum, totam ſe inſinuans, funeſtæ
libertatis trabea ſuccincta, claſſicum extemplò
ſonat; quo, in rabiem primùm actos Populos cõ-
tra Diuinum numen armat, armatosquè in pro-
prios Reges impacatè concitat; quemadmodum
mortalium oculis (quàm ſcitè, & ad viuum) nuper
expoſuit, libris quos ea de re conſcripſit, Vir nulli
æuo ceſſurus, GVIDO CARDINALIS BENTI-
VOLVS, IN HISTORIA BELGICA PRINCEPS.

105 Hæreſim valde redolet † blaſphemiæ crimen;
de blaſphemia hæreticali, cuius aliquot exempla
ex *Calder. conſ. 2. de Iuda. Soc. ſen. conſ. 119. lib. 4.*
Didac. in repet. cap. quamuis, in 1. par. §. 7. nu. 9.
de pact. in ſexto, & ex alijs collegit *Proſper Fari-*
nac. crimin. q. 20. num. 40. & 68. non eſt dubium:
106 talis enim quis † præſumitur, qualia ſunt verba
per ipſum prolata, *glo. 1. in l. ſi cõuicij C. de iniur.*
quod in hac materia plurimum obſeruatur, *Rota*
deciſ. vn. num. 10. de haretic. in antiq. de alia ve-
ro non hæreticali adhuc idem videtur dicendum:
107 quià cùm † directò tendat in iniuriam Dei, &
opponatur eius fidei, blaſphemus hæretico æqui-
paratur, vt ita arguit *Decian. crimin. tom. 2. lib. 6.*
108 *num. 1. & 4.* quandoquidem Blaſphemia † oppo-
nitur confeſſioni fidei, & ideo habet in ſe graui-
tatem infidelitatis, vt ait *B. Thom. 2. 2. q. 13. art. 3.*
109 *in corp.* nequè ſecus hinc † lædi Maieſtatem diui-
nam pronunciauit *gloſſa, in c. vlt. in verb. blaſphe-*
miam, de maledic. Decia. d. cap. 3. nu. 10. Farinac.
d. q. 20. num. 5.

Proindè, nequè ſecus ex hoc, quàm ex hæreſeos
110 crimine inducta † eſt Clericis ipſo iure priuatio
beneficij; primùm enim, ex Concilio Lateranenſi
ſub Leone X. vt reperitur in eius Conſtitutione 7.
ſecundum nouũ Bullarium in §. 33. cautũ legitur,
vbi clericus fuerit de blaſphemia cõuictus, illũ pro
prima vice, eo ipſo fructibus beneficiorũ mulctari,
pro ſecunda, ſi vnicũ habuerit beneficiũ, eo priua-
ri, ſi verò plura, illo quo Ordinarius maluerit, pro
tertia verò (vtar eiſdem verbis) *dignitatibus, ac*
beneficijs omnibus quaecũquè habuerit, eo ipſo pri-
uatus exiſtat, ad eaquè vlterius retinenda inha-
bilis reddatur, eaquè liberè impetrari, & conferri

poſſint, cuius quidem Conciliaris decreti meminete *Decian.d.lib.6.cap.6.num.19.& Farinac.d.q.20.num.63.*

111 At preſſiùs, in hac parte,† crimen iſtud inſectatus fuit Iulius III. ſua ſanctione in id data 1. Febr. 1554. quæ eſt eius Pontificis 23. tenoris ſequẽtis,

Iulius Papa Tertius, Ad futuram rei memoriam,

IN multis deprauatis moribus, vitioſiſquè conſuetudinibus, quæ in noſtram hanc Almam Vrbem, propter eius amplitudinem, magnumquè aduenarum vndiquè in eam concurſum, ſimul cũ pluribus eximijſquè virtutibus, atquè egregijs veræ pietatis exemplis irrepſerunt, ad quas nos tollendas, & extirpandas, omnem aciem mentis, & cogitationis noſtræ intendimus, nihil eſt quod animum noſtrum magis exulceret, & confodiat, quàm horribilis, atquè impia, & Chriſtianis auribus intolerabilis, diuini nominis blaſphemia. Cum audiuimus ſacratiſſimum Dei, & Ieſu Chriſti Domini noſtri nomen, quod ſuper omne nomen cæleſtia venerantur, terreſtria adorant, inferna contremiſcunt (quod ne temerè quidem à quopiã, propter eius ſublimitatem, ac maieſtatem, vſurpandum ſit) paſſim prauorum, efferatorumquè hominum vocibus ſcindi, vnaquè cum eius ſanctiſſimæ Genitricis, & venerabilium Sanctorum, & amicorum ipſius ſummi Dei nomine, deteſtandis blaſphemijs, maledictiſquè lacerant, vt minimè mirandum ſit, ſi à Chriſtianis populis in tantis calamitatibus conſtitutis, diuinæ iracundiæ flagella non amoneantur, propterea quòd iuxta ſapientis dictum: A viri multum iurantis domo, non diſcedet plaga.

§. 1. Quare nos, huiuſmodi execrandum abuſum ſimul cum cæteris omnibus, quantum cum eiuſdem Dei adiutorio fieri poterit, extirpare volentes, vt hanc ipſam Vrbem domicilium ac Sedẽ Spiritus ſancti, omnibus inquinamentis mundatam, ac perpurgatam, Domino Deo per omnia placentem exhibeamus, in hunc qui ſequitur modum, quo ad præfatum horrendæ blaſphemiæ crimen, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, & voluntate, inuocata Dei omnipotentis iuſtitia, decernimus, ſtatuimus, & ordinamus.

§. 2. Blaſphemantes ſcilicet Deum Patrem omnipotentem, vel eius Filium vnigenitum, Dominum, & Redemptorem noſtrum Ieſum Chriſtum, ſeù Spiritum ſanctum, vel particulariter, & explicitè, vel generaliter, & implicitè, attribuendo diuinæ maieſtati quæ illi minimè conueniunt, vel remouendo quæ eam decent, primo conuictis, ſi diuites fuerint, compellantur ad ſoluendũ ſcuta auri quadraginta, ſi vero pauperes, ſoluant decem, quæ ſi nequeant numerare, luant in corpore. Secunda vice conuictis, nobilibus, ſiue diuitibus, ſiuè pauperibus duplicetur pœna pecuniaria proportionabiliter ad primam huiuſmodi mulctã. Atquè inſuper incurrant infamiam, & inhabilitatem ad beneficia quæcũquè, ad gradus, dignitates, & honores obtinendos. *Vilibus conuictis perfodiatur lingua. Tertia vice conuictis nobilibus, tàm diuitibus, quàm pauperibus, triplicetur pœna pecuniaria reſpectiuè, vt ſupra.* Vlterius ſint ipſo iure priuati beneficijs eccleſiaſticis, & officijs quibuſcũquè, dignitatibus, titulis, magiſtratibus, honoribus, ſint inteſtabiles tàm actiuè, quàm paſſiuè. *Sint inhabiles ad ferendum teſtimonium. Sint banniti publicè per triennium ab Vrbe. Vilibus imponatur fuſtigatio, aut deportatio ad triremes per triennium, & exulent perpetuò.*

§. 3. Idem ſeruetur contra blaſphemantes ipſius D.N. Ieſu Chriſti Matrem beatiſſimam ſemper Virginem Mariam.

§. 4. Blaſphemi in Sanctos, vel Sanctas Dei, corrigantur ſeuerè arbitrio DD. Iudicum, habita ratione qualitatis, & grauitatis criminis, cum cæteris circumſtantijs iure attendendis.

§. 5. Volumus autem, & ſtatuimus, vt omnes pœnæ pecuniariæ exigendæ, applicentur tantummodo ſuſtentationi Orphanorum vtriuſquè ſexus Cathecumenorum, & puellarum.

§. 6. Iudices verò tam horrendi, & impij criminis, deputamus, & inſtituimus RR. DD. Inquiſitores noſtros generales, quos volumus poſſe addere præſtitutis pœnis, & maximè in corpore, ſi modus blaſphemiæ ob grauitatem, impietatem, vel malitiam, id expoſcat.

§. 7. Partes eorundem DD. Iudicum erunt, declarare, ſi dubium occurrat, qui nobiles, qui plebes, qui diuites, qui pauperes ſint habendi.

§. 8. Inſuper nè ſacrilega, & mortifera hæc peſtis, ſi lateat, minus curari, vel præcidi poſſit, ex omnipotentis Dei auctoritate mãdamus omnibus, & ſingulis cuiuſcunquè ſint gradus, & conditionis, qui ſciuerint aliquos blaſphemaſſe, vt ſupra, quod eos denuncient infra triduum Reuerendiſſ. Iudicibus, vel per ſeipſos, vel per chirographum, modo & ordine inferius exprimendo. Sicquè omnes, & ſingulos in diſtricto Dei iudicio requirimus, & eorum conſcientias aggrauamus. Monendo tamen eos, quod ſi conſtiterit, aliquẽ ſcientem noluiſſe denunciare, cuiuſcunquè fuerit ſtatus, dignitatis, & conditionis, præter vltionem iuſtitiæ diuinæ, quam ei annunciamus, & præter culpam mortalem, quam incurret ob inobedientiam, & ob neglectum honorem Dei, puniẽtur eiſdemmet pœnis, quibus blaſphemi, & ſic eos mulctari præcipimus, non enim ſolum digni ſunt pœna aut ſupplicio qui ea faciunt, ſed & qui non corrigunt facientes.

§. 9. Cupientes denunciare ſecretè, ſcribant in chirographo nomen blaſphemi, ſpeciem, locum, & diem blaſphemiæ, & ſi placuerit apponere nomen proprium, addant duos vel ſaltem vnum teſtem, ſi verò maluerint ipſi denunciantes ſupprimere nomina propria, adſcribent tres vel ſaltem duos in chirographo, qui ſint teſtes de blaſphemia, & illud per religioſam perſonam, per ſpiritualem patrem, cui confidant, mittant vni cui voluerint ex Reuerendiſſ. Iudicibus ordinatis. quibus ita ad deferendum electis, præcipimus in virtute Spiritus ſancti, & ſanctæ obedientiæ, quod nemini habeant reuelare denunciantes, teſtes, vel denunciatos, niſi tribunali iam decreto, in quo volumus

ſeruari

Digitized by Google

ſeruari omnino ſecretos, tum denunciantes, tum teſtes, non ſecus ac ſeruantur in cauſa fidei.

§. 10. In condemnando pro hoc execrabili ſcelere, ſtabitur duobus teſtibus fide dignis, poterit haberi loco teſtis vnius denuncians, ſi medio iuramento denunciet, diligenter obſeruata qualitate, integritate, & reliquis circunſtantijs tum denunciantis, tum alterius teſtis.

§. 11. Si qui (quod Deus auertat) inuenti fuerint denunciantes, vel atteſtantes falsò, ſubeant pœnas blaſphemorum, & illomet ordine, & nihilominus ſeueriſſimis, & grauiſſimis pœnis, etiam in corpore, affligantur, ac ad triremes perpetuò deputentur.

§. 12. Blaſphemis non accuſatis, nec denunciatis, ſi ſeipſos humili, & contrito corde accuſent, ſi de eorum iniquitate veniam petant, condonamus omnes pœnas à nobis impoſitas, interim tamen lacrimis, orationibus, & cæteris voluntarijs pœnitentijs, peccatum maximè deteſtabile redimant in miſericordia Domini.

§. 13. Quia verò compertum habemus, ludos quos barattarias vulgus appellat, præter multas iniquitates quibus cauſam præbent, blaſphemiam maximè enutrire, gignere, & euomere, ideo auctoritate noſtra, in ſpiritu Domini, præſenti decreto noſtro, & Motu proprio amonemus, damnamus, prohibemus omnes huiuſmodi barattarias tanquã ſemina plurium impietatum. Et qui in poſterum auſi fuerint eas manutenere, vel exercere, volumus ac iubemus eos carceribus mancipari de facto, & puniri pœnis à iure contra aleatores ſtatutis. Et inſuper arbitrio DD. Iudicum præfatorum, &c. mulctari grauiſſimè pro tranſgreſſione huius noſtræ prohibitionis, à qua nullum excipimus, cuiuſcunquè ſit gradus, dignitatis, vel conditionis, & pro hac cauſa duntaxat caſſamus, irritamus, annullamus quaſcunquè prætenſam licentiam, vel exemptionem.

§. 14. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, tàm in iudicio, quàm extra, quæ præſentibus originalibus adhiberetur, ſi forent exhibita, vel oſtenſa.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris die prima Februarij 1554. Pontificatus noſtri Anno quarto.

112 Et deniquè S. mem. Pius Quintus, alia † edita Conſtitutione Dat. Kalen. Aprilis 1566. quæ eſt 5. eius Pontificis, ſecundum ordinem noui Bullarij, in §. 10. ſic ſtatuit. *Ad abolendum verò nefarium, & execrabile blaſphemiæ ſcelus, quod in antiqua lege Deus morte puniri mandat, & Imperialibus quoquè legibus receptum eſt, nunc autem propter nimiam Iudicum in puniendo ſegnitiem, vel potius deſuetudinem, ſupra modum inualuit; Leonis X. prædeceſſoris noſtri in nouiſſimo Lateranen. Concilio ſtatuta innouantes, Decernimus, vt quicunque laicus Deum, & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vel glorioſam Virginem Mariam eius genitricem expreſſè blaſphemauerit, pro prima vice pœnam vigintiquinquè ducatorum incurrat, pro ſecunda, pœna duplicabitur, pro tertia autem centum ducatos ſoluet, & ignominia notatus exilio mulctabitur. Qui verò plebeius fuerit, nec erit ſoluendo, pro prima vice manibus poſt tergum ligatis ante fores Eccleſiæ conſtituetur per diem integrum, pro ſecunda fuſtigabitur per Vrbem, pro tertia, lingua ei perforabitur, & mittetur ad triremes. Quicunquè Clericus in hoc blaſphemiæ crimen incurret, pro prima vice fructibus vnius anni omnium, & quorumcunquè beneficiorum ſuorum,* pro ſecunda beneficijs ipſis priuetur, *pro tertia omnibus etiam dignitatibus exutus deponatur, & in exilium mittatur. Quod ſi Clericus nullum obtinuerit beneficium, pœna pecuniaria, vel corporali, pro prima vice puniatur, pro ſecunda carceribus mancipetur, pro tertia verbaliter degradetur, & ad triremes mittatur. Qui reliquos Sanctos blaſphemauerit, pro qualitate blaſphemiæ, atquè perſonæ, arbitrio Iudicis puniatur.*

113 Per quam nouiſſimam † ſanctionem acrius etiã
in hos blaſphemos pœna eſt prouecta, vt quæ erat
reſpectu amiſſionis beneficiorũ, ac dignitatum re-
ſtricta ad caſum tertiæ vicis, incurreretur reſpe-
ctu beneficiorum, in ſecunda; ſolæquè dignitates,
tertio lapſui reſeruarentur; nequè arbitror in du-
bium reuocari poſſe, quin hæc eadem Conſtitutio
Pij in hac parte ſit latæ ſententiæ, licet enim clau-
114 ſula † ſub qua eſt concepta, *beneficijs ipſis priue-
tur*, non videatur hoc importare, cum reſpiciat
tempus futurum abſquè dictione remotiua cu-
iuſuis temporis intercapedinis, iuxta doctrinam
*gloſſ. in l. iubemus, la ſeconda, quæ eſt 14. §. Oeco-
nomus, in verb. priuetur, & ibi Bart. in §. verum,
num. 12. & Bald. num. 8. C. de ſacroſ. Eccleſ. Abb.
in cap. ſi diligenti, 12. ſub nu. 18. verſ. ſi verò ſunt
verba, de for. competen.* Attamen quià expreſſè
innouat decretum Lateranen. Concilij, ſub Leone,
in quo leguntur verba, *eo ipſo, gloſſ. per eum text.
in cap. quam ſit 6. ſuper verb. eo ipſo de elect. in
ſexto, Rol. conſ. 62. nu. 32. lib. 2. Tiraq. ad l. ſi vn-
quam in verb. reuertatur num. 18. & 142. C. de
reuoc. donatio.* cum alijs congeſtis per *Barboſ. di-
ctio. 106. num. 1. & 2.* & per nos alibi, verba ſupe-
115 riùs relata, inflectuntur ex natura † ſubiectæ mate-
riæ, itaut quemadmodũ verba præſentis temporis,
hac ratione nonnunquam minimè ſint latæ ſenten-
tiæ, vt eſt caſus in *c. ſi quis ex Clericis, 4 vbi gloſſ.
in verb. anathema ſit, & ibi etiam Imol. num. 2.
de vit. & honeſt. Cleric. & in cau. ſi quis 3. vbi
gloſſ. in verb. ſuſtinere 2. q. 3. Abb. in cap. 2. nu. 13.
de for. compet.* Ità nihil ſit, quin è conuerſo ſint la-
tæ ſententiæ, vtcunque concepta in futurum, vt eſt
caſus in *l. improbum, 20. C. ex quib. cau. infam.
irrog. Tiraquel. in d. l. ſi vnquam, in verb. reuerta-
tur, ſub num. 65. verſ. & hoc quidem generale
eſt, C. de reuoc. donatio.*

SVMMARIVM.

1 Simonia, vox, *eſt analoga, & æquiuoca.*
2 *Opinari, in iure quid?*

3 Auari-

3 *Auaritia, idolorum ſeruitus.*
4 *Simon Magus, qua intentione baptiſmum ſuſceperit.*
5 *Hæreſis quid.*
6 *Simonis Magi opinio, ſtulta, blaſphema, & hæretica.*
7 *Et omnium hæreſeôn anteſignana.*
8 *Simoniaca hæreſis, vnde.*
9 *Simon Magus, hæreticorum omnium hæreſiarcha, Princeps, & Pater.*
10 *Simoniaci, primi omnium hæretici.*
11 *Neophyti hæretici, qui, & vnde dicti.*
12 *Simoniaca hæreſis, omnia alia crimina ſcelere anteuertit.*
13 *Petri ſententia in Simonem Magum, quo iure innixa.*
14 *Dei ſolius eſt, ex affectu interno hominẽ iudicare.*
15 *Simoniæ actus externus, cui cauſæ referatur.*
16 *Simoniacus affectus, fouetur in ambitione, & auaritia.*
17 *Simoniacus, citra opinionem, quam habuit Simon, in quo ſenſu vocetur hæreticus.*
18 *Neque aliter dicitur hæreticus, quàm largo modo.*
19 *Simonia, per æquiparationem, dicitur ſacrilegium.*
20 *Et ad inſtar criminis Maieſtatis plectitur.*
21 *Simonia externa, per quandam æquiparationem ita dicta.*
22 *Analogum, vti deprehendatur.*
23 *Forma receſſus, implicat receſſum quoquè a nomine.*
24 *Simonia mentalis, impropriè ità dicta.*
25 *Pactum, conſumatur in ſimultaneo conſenſu paciſcentium.*
26 *Perfectum id dicitur, cui nihil deeſt.*
27 *Exequutio, qualitèr diſtinguatur ab actu.*
28 *Et qualitèr ante illam actus dicatur ſortitus effectum ſuum.*
29 *Simonia realis, qualiter æſtimetur.*
30 *Simoniæ diuiſio in mentalem, conuentionalem, & realem, vnde profluxerit.*
31 *Aequiuocum, qualiter ſtimetur in iure.*
32 *Magiſtralium nominum diſputatio, pertinacibus relinquenda.*
33 *Spiritualia, qualitèr diuidantur, & inter ſe diſcriminentur.*
34 *Eadem, extra omne commercium.*
35 *Simoniæ definitio.*
36 *Conuentionis vox, generica.*
37 *Simoniæ ſubiectum eſt quid ſpirituale.*
38 *Simoniæ, quæ ſit cauſa finalis.*
39 *Pecuniæ appellatione, quid veniat.*
40 *Auaritia, tentat Dei Templa expugnare.*
41 *Simonia ſimilitudinaria, non niſi à iure humano prohibita.*
42 *Non poteſt conſtitui citra conuentionem, ſiuè pactum.*
43 *Nequè attenditur tractatus.*
44 *Simonia, in foro externo nullatenus punibilis, aut conſiderabilis citra pactum.*
45 *Sufficit tamen, ad hunc effectum, pactum tacitum.*
46 *Iuramentum purgatorium, in crimine Simoniæ qualitèr concipiatur.*
47 *Simonia, non arguitur ex munere ſubſequuto.*
48 *Et quæ ſit ratio.*
49 *Simonia, vbi educitur ex pacto, debet concludi ad tempus ante applicationem rei ſpiritualis.*
50 *Tempore licito præſumitur quid factum in dubio, pro euitando delicto.*
51 *Simoniacum pactum debet carere omni æquiuocatione, & propterea non ſufficiunt verba curialia.*
52 *Conſtitutio contra dantes, & promittentes, non habet locum, niſi ex ſuppoſitione promiſſionis præcisè obligatoriæ.*
53 *Simonia non incurritur ex retributione rei temporalis, non præcedente præciſa obligatione.*
54 *Simoniaci pacti iuſtificatio conſtituitur ex coniecturis, & præſumptionibus.*
55 *Coniecturæ autem eæ debent eſſe plures.*
56 *Item, debent eſſe iuris, non hominis.*
57 *Et violentæ.*
58 *Et ſingulæ probatæ per duos teſtes omni exceptione maiores.*
59 *Delictum, debet probari per euidentiam facti pro conuincendo Reo.*
60 *Simonia, ad effectum puniendi, aliter non poteſt conſtitui, quàm ex euidentia facti.*
61 *Quamuis aliud ſit, cum obijcitur Simonia per modum exceptionis.*
62 *Simonia, vbi proponitur per modum accuſationis, ſeu ad effectum incurſus pœnæ, duæ ſemiplenæ probationes nuſquàm coniunguntur.*
63 *Teſtes, in litibus exercendis, parem vim obtinent cum Inſtrumentis publicis.*
64 *Simoniæ probatio, vbi intenditur ex teſtibus, materia eſt conſtringenda ex correſpectiuitate actuum.*
65 *Nec admittuntur teſtes excommunicati, vel eodem crimine irretiti, aut inſtigatores.*
66 *Simonia, non probatur per teſtes ſingulares.*
67 *Niſi concurrant alia adminicula.*
68 *Simonia probatur ex iudiciali partis confeſſione.*
69 *Etiamſacta in iudicio criminali.*
70 *Confeſſio Procuratoris, reſpectu Domini, dicitur cõfeſſio ficta, nequè ideo Principali praiudicat.*
71 *Secus autem dicitur de confeſſione Nuncij.*
72 *Nuncius quis dicatur.*
73 *Simonia contra reſignatarium, non iuſtificatur ex confeſſione reſignantis.*
74 *Confeſſio cedentis poſt perfectum ceſsionis actum, non præiudicat ceſsionario.*
75 *Simoniacum pactum, optimè probatur per Inſtrumentum publicum.*
76 *Simonia non committitur, niſi circa ſubiectum, aut ſpirituale, aut ſpirituali annexum.*
77 *Annexio rei ſpiritualis ad temporale, qualiter æſtimetur pro conſtituendo ſubiecto ſimoniæ.*
78 *Iuspatronatus eſt ius incorporale, & indiuiduum.*
79 *Non poteſt ſeparari à iure ſpirituali.*
80 *Simonia, cadit in Iurepatronatus.*
81 *Simonia, cadit in penſione.*
82 *Et quæ ſit ratio.*
83 *Forma ſubſtantia, nulla eſt alia, quam ipſa materia ſubiecta.*
84 *Penſionis Eccleſia ſubiectum, non eſt beneficium ſiuè titulus beneficialis.*

85 *Penſio-*

85 *Penſionem ſubijci ſimoniæ, vnde perperam aliqui exiſtimarint.*

86 *Penſionis ſubiectum, nullum aliud, quam fructus beneficij, prout ſunt quid diſtinctum ab ipſo beneficio.*

87 *Connexorum, idem eſt iudicium.*

88 *Simoniacum non eſt pactum ſuper penſione, niſi aliquo modo implicetur beneficium.*

89 *Præterquàm, ſi fuiſſet reſeruata, & conceſſa in titulum beneficij Eccleſiaſtici.*

90 *Penſio, non reputatur quid ſpirituale, ex impoſita neceſſitate recitandi Officium B. Virginis.*

91 *Simonia, non committitur ſuper præbenda addicta pro ſimplici pſallmodia in choro.*

92 *Penſionem ſubijci ſimoniæ, vnde aliquibus viſum fuerit, & latè ſententia hæc improbata.*

93 *Penſio ex cauſa ceſſionis, vel reſignationis beneficij reſeruata, cur nequeat redimi anticipatis ſolutionibus.*

94 *Stipendium militare, non poteſt obligari.*

95 *Rebuffus* in tract. de pacif. poſſeſſ. ex num. 132. *declaratus.*

96 *Penſio an poſſit extingui ſine auctoritate Papæ, aliud eſt quærere, & longè aliud, an ſi extinguatur ſine huiuſmodi auctoritate, actus ſit ſimoniacus.*

97 *Pecuniæ appellatione, venit quicquid poſſidetur in terra, & quicquid pro pecunia accipitur.*

98 *Simonia, committitur ex retributione rei temporalis, pro ſpirituali, quantulacunquè ea ſit.*

99 *Et quæ ſit ratio.*

100 *Permutationis ineundæ pactum, cauſat ſimoniam.*

101 *Et multo magis ipſa permutatio, ſi non acceſſerit Superioris auctoritas.*

102 *Beneficia, propriè non permutantur, ſed renunciantur, vt quodammodo permutentur.*

103 *Permutationis beneficiorum forma, renunciationem implicat.*

104 *Permutatio beneficij, facta ſub ſpe futurarum nuptiarum, aut ſimili, cur reputetur ſimoniaca.*

105 *Confidentia, eſt ſpecies ſimoniæ conuentionalis, & eodem modo punitur.*

106 *Eodemquè modo, ex pacto efformatur.*

107 *Eadem, in alio non fouetur, quam in interpoſitione fidei.*

108 *Et qualiter id conficiatur.*

109 *Eadem, inter ſpecies ſimilitudinariæ ſimoniæ, deteſtabilior reputatur.*

110 *Examini ſe ſubijcientes pro alijs, reputantur ſimoniaci.*

111 *Simoniacus reputatur collator, qui alium ſupponit, vel ſubſtituit, vt ſibi conferat beneficium.*

112 *Effectus, iudicat cauſam.*

113 *Etiam pro arguendo delicto.*

114 *Commodi ſatis percipit, qui ſuæ voluntati ſatiſfacit.*

115 *Confidentiæ crimen, in Romana Curia habet particularem Iudicem, qui non poteſt cognoſcere de crimine ſimoniæ.*

116 *Confidentiæ pœna, non afficiunt ignaros ipſius confidentiæ, ad quos peruenerunt beneficia.*

117 *Simoniacè, ſed ignoranter prouiſus, tenetur ad beneficij dimiſſionem.*

118 *Niſi id in eius fraudem commiſſum fuiſſet, aut eo reluctante.*

119 *Et propterea dicitur habere titulum coloratum.*

120 *Regula de triennali, defendit confidentiarium ignarum confidentiæ.*

121 *Itèquè per ſimoniã prouiſum, eius tamen ignarũ.*

122 *Confidentiarius, vtcunquè ignarus, tenetur dimittere beneficium.*

123 *Simoniaca collatio, nullum confert titulum.*

124 *Regula de triennali, excipit ſimoniacũ ingreſſum.*

125 *Et conſtituit ſimoniacum in ſtatu meri furis.*

126 *Simoniacus, ſi de facto ſpolietur, non reſtituitur.*

127 *Simonia non committitur, ſi id quod datur, detur pro tuendo, non pro acquirendo ſpirituali.*

128 *Et ſi poſſit dari ex cauſa diuerſa, magis proportionabili.*

129 *Simonia non incurritur, ſi quid detur petitori per poſſeſſorem, ad redimendas moleſtias.*

130 *Secus verò, ſi petitor det poſſeſſori, & quæ ſit ratio.*

131 *Simoniacus reputatur, qui promiſit releuare indemnes beneficiatos ipſum recipientes.*

132 *Etiam reſpectu annexorum.*

133 *Simoniaci beneficiarij, quibus pœnis ſubijciantur.*

134 *Simoniæ mediatores, ſimpliciter excõmunicantur.*

135 *Simoniacum pactum, poteſt iniri nedum inter collatarium, & collatorem, ſed etiam inter collatarium, & omnem perſonam, quæ prouiſionem facilius promouere poſſit.*

136 *Electio ſimoniaca, ex redemptione ſuffragij iudicatur.*

137 *Quod declaratur.*

138 *Simonia cauſatur, dum remouetur impedimentum iuridicum, per corruptionem concurrentis, vel impedientis.*

139 *Electio, quo caſu ſaluetur à ſimonia, vtcunquè fuerit redemptum vnum ſuffragium.*

140 *Simonia ex parte conferentis beneficium, non conſumitur, niſi per receptionem temporalitatis ſibi promiſſæ.*

141 *Conferens per ſimoniam, tenetur ad reſtitutionem recepti.*

142 *Etiam in duplo.*

143 *Et ſubijcitur pœnæ ſuſpenſionis.*

144 *Itemquè deiectionis à proprio gradu.*

145 *Et dicitur participare cum Simone, & Gieſi.*

146 *Et deponi iubetur.*

147 *Et hodie incurrit pœnam excommunicationis ipſo iure, à qua per ſolum Papam poteſt abſolui.*

148 *Et efficitur infamis.*

149 *Ac deniquè deputatur igni æterno.*

150 *Nullatenus tamen priuatur beneficijs quæ obtinet, ipſo iure.*

151 *Simonia realis qualiter, & quo in caſu per Doctores conſideretur.*

152 *Conferens per ſimoniam, poteſt pœnitere, reſtituendo Eccleſiæ, id quod recepit à prouiſo.*

153 *Examinatores, pro habendo concurſu ad Parochiales, recipiendo aliquid pro examine, incurrunt veram ſimoniam, tenenturquè dimittere quæ obtinent beneficia.*

154 *Sed tamen indè non ſequitur, dum non dimittunt, eos dici priuatos ex ſententia iuris.*

155 *Quamuis remaneant ſuſpenſi ipſo iure.*

156 Simo-

156 *Simoniacè prouiſus, ſecundum antiquos Canones, non videbatur priuatus ipſo iure beneficio ſic adepto, ex ſententia aliquorum, quæ tamen reijcitur.*

157 Text. in can. Presbyter 1. q. 1. & in cap. inſinuatum 13. de ſimon. *in articulo priuationis beneficij per ſimoniam adepti, expenſus.*

158 Textus in can. Sanctorum. 1. q. 1. declaratus.

159 Prorſus, & careat, *ſunt notæ latæ ſententiæ.*

160 *Simonia reſiſtit acquiſitioni beneficij ab initio.*

161 *Simoniacè prouiſus vtrum incurrat pœnam priuationis beneficiorum prius obtentorum, & ſuſtinetur negatiua contra Garziam.*

162 *Prouiſus ſimoniacè de beneficio, incurrit pœnam inhabilitatis ad obtinendum alia in futurum.*

163 *Et quatenus valeat Epiſcopus diſpenſare ſuper huiuſmodi inhabilitate.*

164 Textus in cap. penul. de ſimon. *expenditur.*

165 *Simoniacè prouiſus, dum retinet beneficium quod tenetur dimittere, dicitur perſeuerare in peccato.*

166 *Simoniacum non eſt pactum, qualecunquè ſit beneficium, modo proponatur initum ſub beneplacito, vel de conſenſu Papæ.*

167 *Reiecta diſtinctione inter beneficia habentia exequutionem clauium, vel adminiſtrationem Ordinis, et alia, de qua pro Doctores hic citatos.*

168 *B. Thomæ doctrina* 2. 2. q. 100. in 1. art. in reſponſ. ad 7. *expenſa, & declarata.*

169 *Simonia excluditur ex ſola intentione, data ſeparabilitate rei temporalis à ſpirituali.*

170 *Simonia, qua ratione non poſſit cadere in actu auctorizato per Summum Pontificem.*

171 Textus in can. ſi quis obiecerit 1. q. 3. *expenſus, et declaratus.*

172 *Simoniaca, quæ alioqui poſſent videri pacta circa beneficia, quanta cum animaduerſione per Summum Pontificem expendantur.*

173 *Simonia nullo modo conſiderari poteſt in Papa.*

174 *Beneficiales tituli nuſquam per Papam diſtracti, quicquid Baſilienſi conciliabulo, & iam pridem damnato malè viſum fuerit.*

175 *Baſilienſe Concilium, vbi fuit reuocatus Apoſtolicæ Sedis Legatus, remanſit Cõciliabulum Schiſmaticum, & ſeditioſum, ex ſententia Oecumenici Lateranenſis Concilij ſeſſ. 11.*

176 *Papa eſt expers ſimoniæ, ex ſententia Bartoli hic adducta.*

177 *Simoniaca conuentio dum non purgatur auctoritate Papæ, ſub cuius beneplacito inita eſt, ſemper eſt in ſtatu inualiditatis.*

178 *Et ſic non attenditur aliud tempus, quam confirmationis Apoſtolicæ.*

179 *Simoniæ purgatio, non contingit ex auctoritate Papæ, niſi omnia bona fide, & verbis claris ſint expoſita.*

180 *Clauſula*, quorum tenores, *reſtringitur ad ſimilia & non maiora expreſſis.*

181 *Iuramentum, quod nulla ſimoniaca conuentio interuenerit, quod mandatur præſtari in reſignationibus, quò referatur.*

182 *Concordia pro includenda, vel excludenda ſimonia, vt neceſſaria ſit Papæ auctoritas, reputatur materia indiuidua.*

183 *Simoniaca eſſet concordia, ſi inita fuiſſet ſub beneplacito Apoſtolico, & mox ſimpliciter confirmata per Epiſcopum in parte per eum cõfirmabili.*

184 *Penſio, quæ poßet ex indulto Apoſtolico reſeruari ex cauſa concordiæ inter duos collitigantes, per Inferiorem à Papa, non poteſt citra vitium ſimoniæ reſeruari ad fauorem tertij.*

185 *Diſpenſationes, etiam ex identitate, vel maioritate rationis non ſunt extendendæ, & trahendæ in conſequentiam.*

186 *Penſiones perpetuæ per inferiorem à Papa non poſſunt reſeruari.*

QVÆSTIO XXIX.

An, & quando per ſimoniam inducta ſit vacatio beneficij ipſo iure.

PRo reſolutione propoſitę quæſtionis eſt aduertendum, terminum hunc, *Simonia*, eſſe analogum, & æquiuocum; Quippe ex
1 hiſtoria Simonis † Magi relata, *in Act. Apoſt. c. 8.* conſtat in Simone duos erupiſſe volũtatis motus,
2 priorem in opinando, prout † opinari eſt aliquid eligere cum hæſitatione, vt ex noſtris poſt *Rip. in l. admonendi num. 90. ff. de iureiuran. tradit Menoch. de præſumpt. lib. 1. in 7. q. num. 53.* Poſteriorem in procedendo ad actum externum, quo
3 cum impellebat auaritia, quæ † eſt Idolorum ſeruitus. *can. cum omnis 20. 1. q. 1.*

4 Prior motus fuit illi internus, quia vt fictè † acceſſerat ad fidem, *can. ſaluator 8. §. igitur quia 1. quæſt. 3.* ita bipedum nequiſſimus magicæ artis conſuetudine deprauatus, nequè ideo habens puram conſcientiam fidei, opinatus fuerit, gratiam Chriſti per impoſitionem manus, atquè infuſionem Spiritus ſancti pecunia comparari poſſe, vt declarat B. Ambroſius relatus in *can. Petrus Simoni, qui eſt 19. in ord. ca. 1. q. 1.* non diuerſus à blaſphemis Iudæis, dicentibus Chriſtum in Beelſebub eijcere dæmonia, vt in *can. eos qui per pecunias 21. verſ. ita & qui hanc iniquam actionẽ ca. 1. q. 1.* & in hoc non eſt, qui non videat forma-
5 lem hæreſim, quatenus † hæreſis, nihil aliud eſt, quam error intellectus contrarius Fidei Catholicæ cum pertinacia, in eo qui fidem Chriſti ſemel eſt profeſſus, vt ex B. Thoma 2. 2. *q. 11. art. 1. & 2.* & alijs colligit *Turrecrem. in ſumm. lib. 4. par. 2. cap. 1.* & ex nouioribus *Duard. ad Bull. Can. Domini in 1. can. q. 26. nu. 1.* & plenius explicat *Sair. in theſau. lib. 3. cap. 4. num. 9.*

Nequè fuit vnquam Catholicorum aliquis, qui
6 non agnouerit, errorem † illum Simonis fuiſſe non minus ſtultum, & blaſphemum, quàm hæreticum, vt latè demonſtrat *Turrecrem. in can. Deus §. Simoniaci ex num. 2. 24. q. 3.* & probat *text. in d.*
7 *can. eos 21. 1. q. 1.* hancquè omnium † hæreſeon contra Dei Eccleſiam excitatatum præcipuam, & primam conteſtatur B. Gregorius in *can. cum*

liqueat

liqueat 13.*et in can.fertur* 28.*ca.*1.*q.*1.dictamquè
8 ideo hæreſim ſimoniacā † ab illius auctore Simo-
ne, vt ibidem habetur, & in *can. qui ſtudet*, 11.
9 *ca.*1.*q.*1.vndè,† & ipſe Simon hæreſiarcha, Prin-
cepſquè, & Pater hæreticorum omnium, iure me-
rito nūcupatur Cardinali Bellarminio, *contr.to.*1.
*de Roman. Pontif.lib.*1.*cap.*23.*verſ. vigeſima*
10 *tertia eſt*,illiusq; Aſſeclæ, dicūtur † primi,& præ-
cipui hæretici, *Roder. in tract. de regular.* 3. *to.*
*q.*63.*art.*5.*in princ.Io.Caraff.de Simon.num.*45.
11 olim quoquè hæretici † Neophyti,ſæpius vocita-
ti, veluti diſcipuli Simonis, qui Neophytorum
primus,à Catholica Fide deſciuit,vt explicat *gloſ.*
*per eum text.in can.quiſquis,*5.*in verb.Neophy-*
*torum,ca.*1.*q.*1.*Marian.Socin. in cap.ſicut, il ſe-*
condo, quod in ordine eſt 39. *num.* 10. *de Simon.*
*Rodoan in tract.de Simon.ment.par.*1.*c.*1.*nu.*6.
Idquè tandem eſt ſcelus illud, in cuius compa-
12 ratione, † omnia alia, vtcunquè atrociſſima poſ-
ſunt videri leuiſſima, vt per eum textū notāt ſcri-
bentes omnes in *cap.ſicut, il primo,quod in ordi-*
ne eſt 6.*eo.tit.de Simon.Rebuff. in prax. tit. de*
*Simon.in reſignat.ſub num.*12.*ad fin.Rodoan.de*
*ſimon.ment par.*4.*cap.*8.*num.*9.*Rolan.conſ.*31.*ex*
*num.*12.*lib.*3.*Menoch.conſ.*67.*num.*3. & alij, qui
atrocitatem huius criminis proſequuntur, quos
refert Modernus Scriptor,Franciſcus Ripa,in ſuo
elegātiſſimo *tractatu de Simonia par.*1.*in* 1.*art.*
num. 6. huiuſquè atrociſſimæ atrocitatis ratio-
nem exponit *text. in ſupracit. can. eos qui per pe-*
cunias ca. 1.*q.* 1.

Alter motus,in eodem Simone fuit quidem ve-
luti argumentum interni illius erroris blaſphemi,
13 & hæretici: verùm † in alijs, qui ſimplicitèr ſpe-
ciem illam externam ſimoniacæ nundinationis,
malo more repræſentarunt, & repræſentant,non
vſquè adeò talis habetur, nam Petrus non percuſ-
ſit Simonem, tanquam blaſphemum, & hæreti-
cum, ex ſimplici illo actu externo, ſed ex diuini-
tus ſibi reuelata interna eius nequitia, vndè intu-
lit, *in felle enim amaritudinis,& obligatione ini-*
14 *quitatis video te eſſe*. Porrò id † nequiuiſſet tan-
quam homo, aut depræhendere, aut repræhende-
re, & multo minus pro cauſa maledictionis aſſere-
re, vt benè diſſerit Origenes relatus in ſuperius
cita.can.Deus 38. 24.*q.*3.

15 Quapropter, Eccleſia † quæ non iudicat de
occultis, & ſecundum affectū peccantis, qui igno-
ratur,vt eo loco ait Origenes, ex actu extrinſeco
in acquirendo ſpirituali, per temporalem retri-
butionem, non ſtatim infert ad deprauatam opi-
nionem, quæ fuit in Simone, in qua ſtat virus il-
lud hæreticum, ſed duntaxat contemplatur ſpe-
ctrum illud Simoniacum ex cupiditate potiundi
ſpirituale per pecuniam; referendo actum hunc
16 extrinſecum † ad cauſam minus amaram, & penè
inſeparabilem ab effectu, vt ex mente S.Bonauen-
turæ deducit *Turrecrem. in can. Presbyter nu.*3.
17 *ca.*1.*q.*1. vbi, quod licet † etiam per ſimplicem
huius ſpeciei productionem nonnunquam à San-
ctis Viris,Simoniacus,appelletur hæreticus,tamē
ſic vocatur minus propriè, & per quandam ſimili-
tudinem; quià videlicet ad hæretici modum
operetur, & ideò ad modum hæretici proijcia-
tur de ſeruitio, & cultu Dei, quod repetit idem
in *can.hæreticus.ſub nu.*2.*verſ.ad tertium reſpon-*
detur 23.*q.*4.& ità quoquè loquitur Simancha de
*Cathol.inſtit.de hæret.tit.*31.*num.*2.& propterea
18 hunc † recenſeri inter eos, qui dicuntur hæretici
largo modo, ſcripſerunt *Hoſtien. in ſumm. de hæ-*
*retic.ſub nu.*1. *verſ. multis tamen modis, & Cal-*
*derin.in conſ.*5.*ſub nu.*1.*verſ. licèt largè ſumpto*
vocabulo,eo.tit.& alij nonnulli relati per *Farinac.*
*de hæreſ.q.*178. *num.*29. at minimè verè, ac pro-
priè talem eſſe, *Io.Caraff.de Simon.ment.nu.*49.

Nequè eſt diuerſum à mente antiquorum Ca-
nonum, qui Simoniam,in hac ſignificatione ſum-
ptam,non dicunt, vt de hæreſi,abſolutè eſſe ſacri-
19 legum, ſed eſſe † ſcelus non diſpar ſacrilegio,vt ſic
loquitur B.Gregorius in *can.* 1. *verſ. à ſacrilegio*
1.*q.*3.nec dicunt eſſe crimen maieſtatis, vt dicunt
de hæreſi,ſecundum ea, quæ docuimus in præce-
20 denti *quæſt. ex num.* 13. ſed ad inſtar † criminis
Maieſtatis plecti, vt in *d. l. ſi quenquam §. profe-*
*cto enim,& ibi Bal.num.*1.*C.de Epiſc.& Cleric.*
*Rodoan.de Simon.par.*4. *cap.*10. *num.*50. nequè
aliter loquitur textus in *can.ſanè* 4.15.*q* 3. & ſic
21 ipſa dicitur Simonia † per quandam æquiparatio-
nem duntaxat, *Mareſcott.var.reſol.lib.*2.*cap.*35.
num. 12.

Quocirca, cum nihil alind pro crimine ſuppo-
nimus,quam(vt ità loquar) nūdinationem rei ſpi-
ritualis, citra opinionem quam in huiuſmodi re
habuit Simon, iam apparet iſtud habere ſimilitu-
dinem illius, non ſecundum eandem definitionem,
22 ſed deficienter: & propterea † repugnante vocis
proprietate intrinſeca, vtcunquè applaudat ex-
trinſeca, conſequitur hanc dici Simoniam analo-
gicè, iuxta doctrinam, quam poſuit Diuus Tho-
mas in 1. *par. q.*13. *ar.*5. *in corp.* & ex noſtris be-
nè etiam declarat *Alexander Raudenſis in tract.*
*de Analog. cap.*6. *num.* 6.

Rurſus, quatenus terminus idē, refertur ad ex
trinſecam eam ſpeciem Simonis, remanet æqui-
uocus: nam licet efformetur ex pacto perfecto, vt
23 mox dicetur,& quicquid recedit † ab hac forma,
recedat quoquè à nomine ipſo ſimoniæ, *cap. vlt.*
de ſent & re iud.in ſexto, l. vlt. cum ibi notat per
gloſſ.& Doctores C. de fer. §. licet in Auth. de te-
24 *ſtib.*nihilominus mentis † conceptum,aliquo mo-
do expreſſum citra pactum, Canones aliquando
vocant ſimoniam, tametſi impropriè, vt in *c. vlt.*
vbi optima gloſſ in verb. affectu animi,quā ſequi-
*tur Hoſtien. num.*14. *de Simon.* Et rurſus, ex ſup-
25 poſitione vnici pacti, quod † conſumitur in ſimul-
taneo conſenſu duorum, *l.*1.*in princ.ff.de pact.* &
26 ſic eſt quid in ſe perfectum, cum † illi nihil deſit,
l.labeo 19.*de Verb. ſignif.* aliquando,dum ab ipſo
27 pacto diſtinguitur illius exequutio † in qua conſi-
ſtit vltimus finis, tametſi hæc reputentur diuerſa,
*Gemin.conſ.*93. *n.*7.*&* 8. & dilatio in obtinendo
28 emolumento † & alijs conſequutinis,nō impediat,
quominus actus dicatur ſuum iam ſortitus effe-
ctum, *Oldrad.conſ.*223.*ſub num.*7.*verſ. nec mire-*
29 *tur quis*,attamen ipſe † actus exequutionis, con-
ſueuit nuncupari ſimonia realis, ad differentiam
pacti,

Digitized by Google

pacti, quod vocatur ſimonia conuentionalis,vt la-
tè colligitur ex *Caſſad.deciſ.5. per to. de Conſtit.*
vt hinc Magiſtri noſtri tres ſpecies ſimoniæ effor-
30 manerint, nimirum † mentalis, conuentionalis, &
realis, quam partitionem probarunt *Nauarr. in
manual.cap.23. ex num.*103.& poſt alios *Rip.in
pracit.tract.de Simon.par.1.ar.1.ex num.9.*

Quo fit, vt quamuis ad certos quoſdam effectus,
ſolus conceptus ſimoniacæ mentis, conſiderabi-
lis ſit; quemadmodū & ſola exequutio pacti ſimo-
niaci; attamen neuter dici poſſit ſimonia, ſecundū
propriam huius vocis ſignificationem, ſed dūtaxat
31 æquiuocè, cum neuter † conueniat in forma, &
ratione ipſius ſimoniæ, ſed tantum in ipſa deno-
minatione, iuxta doctrinam *gloſſ.in l.quoties in
ſtipulationibus, 80. ſuper verb. ambigua, verſ.
aquiuocatio, de verb. oblig.* & benè etiam declarat
32 *B.Thom. loc. proximè cita.* Etenim nomina † hæc
potius Magiſtrorum arbitrio, quàm recta ratione
impoſita ſunt, proindequè pro vſu quidem reci-
pienda, cæterùm relicta pertinacibus eorum di-
ſputatione, vt monuit *gloſſ. addition. in rubr. de
oper.no.nunc. ad med. verſ. vltimo dic, & melius.*

Eſt etiam aduertendum, quatenus pro materia,
ſiuè ſubiecto Simoniæ, nihil aliud aſſumimus, quā
ſpirituale aliquod, quod commutetur cum tempo-
33 rali; tametſi ſpiritualia ſic † diſtinguantur inter ſe,
vt alia ſupernaturalia dicantur, veluti immediatè
procedentia à Deo, alia verò naturalia; & hæc
rurſus, vt alia ſint per eſſentiam, alia verò per par-
ticipationem, vt poſt Diuum Thomam, & alios,
tàm Theologos, quàm Canoniſtas, lariſſimè ex-
plicat Franciſcus Ripa *in praall. tract. de Simon.
par.1.art.1.ex num.25.cum tribus art.ſequen.* at-
tamen diſtinctionem hanc procedere ad effectum
intelligendi vim cuiuſquè rei ſpiritualis, in articu-
lo tranſmiſſibilitatis, & participationis; non autē
ad effectum, vt hinc conſtituatur diuerſa ſpecies
ſimoniæ, ex diuerſitate iuris prohibentis; quaſi
quod ſpiritualia ſupernaturalia prohibita ſint di-
ſtrahi iure diuino, reliqua verò iure Canonico, in-
dequè aliqua ſit ſimonia mētalis iure diuino pro-
hibita, aliqua verò itidem mentalis à ſolo iure Ca-
nonico vetita, vt exiſtimauit *Azor. moral. par.3.
lib.12.c.20.in 2.q.ad fin. verſ. quarè dicendū exi-
ſtimo*, qui ex hoc perperā intulit, de iſta poſteriori
mētali eſſe intelligendum textū *in c. fin. de ſimon.*

34 Nullum enim † ſpirituale, ſiuè naturale, ſiuè ſu-
pernaturale, ſiuè per eſſentiam, ſiuè per partici-
pationem, fuit vnquam, aut per ius diuinum, aut
per ius humanū vendi, (poſitiuè tamē, & explicitè)
prohibitum; cum ſemper fuerit ex ſui natura inuē-
dibile, veluti ſine pretio pretioſum, & ſic ſuper-
fluxerit prohibitio naturæ, ad reddendum actum
inefficacem, *l. vbi repugnantia, 149. §. qua rerum
ff. de reg. iur.* ſed benè fuerit à iure diuino punita
peruerſa opinio de huiuſmodi diuinis; & per ius
humanum interdicta, & punita illa ſpecies nundi-
nationis circa eadem; neque in his admiſſa ali-
qua diſtinctio inter naturalia, & ſupernaturalia:
cùm etiā is, qui ſeriò crederet, titulos beneficia-
les, qui omniū conſenſu nō ſunt ſpirituales, niſi per
annexionem, eſſe venales, cenſendus foret hæreti-
cus, *Abb. in c. quoties, 5. n. 1. et in c. ſicut, 6. ſub n. 3.
circa finē, verſ. vndè, puto ſic dicendum, de Simon.*

De hac igitur ſimilitudinaria Simonia, cum no-
35 ſtra hæc ſit quæſtio, omiſſa diffinitione † *gloſſ. in
ſumm. 1. q. c. & in rubr. extra de ſimon.* vt ſit ſtu-
dioſa voluntas, ſeu cupiditas emendi, vel vendendi
aliquid ſpirituale, vel ſpiritualitati annexum, quam
probauit in eadem *rubr. Socin. n. 3. & explicarunt
B. Thomas 2. 2. q. 100. in 1. art. Nauarr. in manua.
cap. 23. ex n. 100. Rodoan. de Simon. p. 1. cap. 2. ex
n. 3. & Rip. in d. tract. par. 1. in 1. ar. n. 18.* & cuius
defectus facilè cuiquè ex ſubiectis patebit, eam
nos ſic definimus, ſeù verius deſcribimus, vt ſit.

*Conuentio ſuper re ſpirituali, aut ſpiritualitati
connexa, pro temporali commodo, lege Eccleſia-
ſtica interdicta.*

Conuentio, ſtat loco generis, prout hoc ver-
36 bum † ad omnia pertinet, de quibus negotij con-
trahendi, tranſigendiquè cauſa conſentiunt, qui
inter ſe agunt, vt ſic explicat I. C. *in l. 1. §. conuen-
tionis verbum ff. de pact.*

Dicitur, *ſuper re ſpirituali, vel ſpiritualitati
annexa*, ad ſignificandum ſubiectum, ſiuè materiā
37 ipſius Simoniæ, quæ † alia non eſt, vt diſertis ver-
bis probat tex. *in cap. quaſitum 5. de rer. permut.*

Adijcitur, *pro temporali commodo*, ad ſignificā-
dum ipſius ſimoniacæ conuentionis finem: qui
38 enim † per cōuentionem huiuſmodi transfert ſpi-
rituale, vel ſpiritualitati annexum, transfert pro-
pter munus quod ſibi repēditur, *can. reperiuntur
7. 1. q. 1.* & ſic propter pecuniam, cuius appella-
39 tione † venit, quicquid homines poſſident in ter-
ra, vt in *can totum, 6. 1. q. 3.* is verò in quem tranſ-
fertur, nihil vnquè intendit aliud, quam ditari, &
40 per auaritiam † Dei templum quodammodo ex-
pugnare, vt ait *text. in l. ſi quenquam, 29. verſ. quē
murum C. de Epiſc. & Cleric. Aneber. in Clem. 1.
ſub n. 2. verſ. & virtutū pramia, de conceſſ. prab.
Fely. in rubr. ante n. 1. in primis verbis de Simon.*

Et tandem dixi, *lege Eccleſiaſtica interdicta*, ad
differentiam Simoniacę hæreſis, à lege diuina con-
41 demnatæ Siquidem hæc † non niſi à iure humano
prohibita cenſetur, & ſic à lege Eccleſiaſtica, vt in
*cap. vlt. de Simon. docuerunt Abb. nu. 7. & Butr.
n. 10. Dec. conſ. 141. ſub n. 2. verſ. & hoc in bene-
ficialibus, Caſſad. de Simon. dec. 2. ex n. 4.* & antè hos
omnes, *gloſſ in c. ex parte, il primo, quod in ordine
eſt 12. ſuper verb. dimittere verſ. prohibita, de off.
deleg.* ex hac autem diffinitione ſeu deſcriptione.

42 Primum infertur, cùm actus aliquis † arguitur
ſimoniacæ labis, iuſtificari oportere conuentio-
nem, ſiuè pactionem aliquam, in qua exprimatur
ſpecies illa ab Eccleſia damnata affectus ſimonia-
ci, aliàs impoſſibile eſt conſtituere crimen iſtud,
textus ſunt clari in *can. qui ſtudet, 11. ca. 1. q. 1.
cap. cum pridem, 4. in princ. verſ. nos eam non
duximus, de pact. & in d. cap. quaſitum, vbi no-
tant Butr. ſub num. 3. verſ. & nota, & Ioan. de
Anan. num. 5. & alij paſſim de re permut. Ho-
ſtien. in cap. 1. ſub num. 3. verſ. alias ſi omninò,
& ibi etiam Aneber. itidem ſub num. 3. verſ. non
tamen prohibet de ſimon. Dec. conſ. 118. num. 4.
Pariſ. conſ. 30. num. 21. lib. 4. Farinac. conſ. 180.
num. 6.*

num.6.Gratian.forens.diſcept.cap.210.num: 36.
Pute.deciſ.167.num.5. lib.2. Seraph. deciſ.1029.
num.8. Mohed.deciſ.1.nu.3.ad fin.de Simon. vbi,
quòd pacta perfecta, faciunt homines ſimoniacos.
43 Adeò vt ſimplex tractatus non † habeatur in
conſideratione, quicquid enim aliter viſum fuerit
in d.cap.quæſitum, Hoſtien.nu.5. & Io. Andr. ſub
num.3.verſ.melius, hæc opinio eſt verior, vt eo lo-
co concludit Abb.n.10.& Barbat.ſub nu.1. verſ.
nota quod licet.
44 Eſt enim impoſſibile, committi † ſimoniam, ſal-
tim punibilem in foro externo, abſquè huiuſmodi
pacto, & conuentione, Nauarr. in manual. c.23.
num.107.& 109. Rota in recen. deciſ.166. nu. 1.
45 par.2. quamuis ſufficiat † tacitum, vt in ſupracit.
cap. quæſitum, de re. permut. notauit præ cæteris
Card.num.2.& Ancbera.num.2. & 3.
46 Et hinc eſt, quòd in iuramento † purgatorio,
quod defertur ſuſpecto de huiuſmodi crimine, in-
ſeritur hæc clauſula pro forma, nullam conuen-
tionem ante feci, vt ſcribitur in can. Artaldus, qui
eſt vltim.8. quæſt.2. oritur enim ſuſpicio ex mu-
47 nere † ſubſequuto poſt acquiſitionem rei ſpiritua-
lis, ſed indè non infertur ad præcedentem pa-
ctionem, quæ concludat ad ſimoniam; cùm nihil
prohibeat, huiuſmodi retributionem ex poſt grati
animi ergo, vt docuit gloſſ. in can. quam pio, qui
in ordine eſt.2. ſuper verb. poſtmodum ea. 1. q. 3.
48 Exigitur enim † principium aliquod neceſſitatiuũ,
aut ex pacto explicito, aut ex eodem implicito, vt
plenè deducit Abb. in c.cum M. Ferrarien.nu.24.
& 25.de Conſtitutio.Veral.deciſ.239.num.7.p.3.
49 adeò vt iuſtificatio † huiuſmodi pacti debeat per-
petuò concludere ad tempus ante applicationem,
ſiue acquiſitionem rei ſpiritualis, Io. Andr. in cap.
veniens, il primo, quod in ordine eſt 10. ſub nu.1.
ſuper verb promiſiſſet de teſtib. cum alijs adductis
per Dec.conſ.118.num 4. quod latè firmauit Rota
in Balneoregien Simoniæ 17. May 1624. coram
Reuerendiſſ. D. Coccino.
Vndè, ſi probatio circa huiuſmodi tempus eſſet
50 ambigua, & vaga. præſumeretur † inita ex poſt, &
non antea, ad euitandum delictum, iuxta doctrinã
Bart. in l. non ſolum, §. ſed vt probari, nu.2. & 3.
de nou.oper. nunciatio. cum cumulatis per Gabr.
de maleſic.concluſ.2.nu.27. Greg.deciſ.517. n 20.
Hacquè eadem ratione, exigitur in forma ipſius
51 pacti remotio omnis æquiuocationis † in verbis,
itaut ſint præcisè promiſſoria, non autem ambi-
gua; & curialitèr potius, vrbaneque concepta,
quàm inductiua alicuius obligationis, vt enim eo
caſu non haberent vim obligandi, cap. cum veniſ-
ſent 6. de Inſtit. Roman. in rubr. nu.15. de recept.
arbitr. Iaſ. in l. ità ſtipulatus, num. 19. de verb.
oblig. ità nec haberent vim inde efformandi pactũ
ſimoniacum, pro incurſu pœnæ, non ſecus ac di-
52 citur de promiſſione † per huiuſmodi verba fa-
cta, ad euitandum Conſtitutionem contra dan-
tes, & recipientes, ſecundum Nauarri ſenten-
tiam in comment. ad illam in 11. notab. vt hoc
argumento ſic in iſtis terminis ſimoniacæ labis de-
ducunt poſt Farinac.conſ.180. Gineſius Proida
nu.10. & 11. & Reuerendiſſimus D. Angelus An-
doſilla in Romana Curia Aduocatus celeberrimus,
& nunc meritiſſimus Cancellariæ Apoſtolicæ Re-
gens ex num.14. per to.
53 Porrò, ſublata hac perſpicuitate pacti, † & illius
efficacia, id quod poſt applicationem, & acquiſi-
tionem huiuſmodi ſoluitur, non cauſat ſimoniam,
cùm poſſit videri gratis ſolutum, non præcedente
aliqua taxatione, cap. dilectus, 30. eo. tit. de ſimon.
& tradunt Verall. loc. praecit. & Seraph. d.deciſ.
1029 ex num 7.
Et quamuis ad huiuſmodi pactionis iuſtificatio-
54 nem † conſueuerint admitti coniecturę, & præſum-
ptiones, propter naturam materiæ, quæ occultò
tractatur, cap. per tuas 35. de ſimon. Aym.conſ.122.
num.8. & admiſit Rota in Romana, ſeu Hiſpalen.
ſimoniæ, 7. February 1596. coram Cardinali Blã-
chetto, impreſſa poſt ſupradictum tractatũ nouiſſi-
mum de Simon. pag.279. n.5. & apud Seraphin.
deciſ.516. ſub num.3. verſ. & hæc probatio, & in
praall. deciſ.1029. num 2.
55 Nihilominus, tales coniecturæ debent eſſe † non
ſolum plures, Natt. conſ. 299. ſub num. 13. cir-
ca fin. verſ. non obſtat, quod hic interuenerit, ſed
56 etiam coniecturæ † non hominis, ſed legis, vt
cenſuit Verall. deciſ. 202. num. 3. & 4. par. 1.
57 adeoquè † violentæ, vt benè loquitur Alciat.
conſ.2. ſub nu 41. verſ. quia reſpondeo lib. 1. qua-
rum rationem, & modum benè explicat Menoch.
de præſumpt. lib.1. q 3. ex num. 6. & 8. & vnaquæ-
58 què, † debet probari ad minus per duos teſtes om-
ni exceptione maiores, vt in puncto conſuluit
Alex. de Neu. conſ.64 num 4. itaut indè reſultet
59 euidentia facti: vt enim † hæc, regularitèr exigi-
tur ad conuincendum reum de delicto ſibi impi-
cto, cap. euidentia de accuſatio. ità & in hoc atro-
60 ciſſimo † eſt præcisè neceſſaria, Clar. in §. ſimonia,
ſub nu.12. ad fi. verſ. intellige tamen de ſimonia,
Seraph. d. deciſ.1029 ſub n.2. verſ. nihilominus, &
ſæpiſſimè fuit reſponſum, vt in Britinorien. Com-
menda impreſſa poſt primum vol. conſ. Farinac.
deciſ. 63. num. 2. & in alijs congeſtis in praall.
Balneoregien. & in d. Romana, ſeu Hiſpalen. Si-
moniæ, in qua fuit obſeruatum, id etiam eſſe ex
mente Conſtitutionis Pij Quinti.
Quapropter, quamuis ex tractatu præcedenti
poſſit videri, ſi quid eſt impenſum poſt collationẽ
beneficij, illud fuiſſe impenſũ ex pacto prius cõclu-
ſo, ſi concurrãt aliæ veriſimilitudines, tamẽ, id in-
61 telligitur, quando † crimen iſtud obijcitur per mo-
dũ exceptionis, in quo ſenſu ſunt Seraph. dec.237.
et 244. vbi enim obijcitur per modũ accuſationis,
ſiue actionis, ad effectum incurrendi pœnam, nul-
latenùs admittitur iſthæc argumentatio, cum hoc
caſu, ſtrictiùs, & cautius procedatur, in tantùm, vt
62 nec duæ † ſemiplenæ probationes coniungantur, vt
in his terminis docet gloſſ. in praecit. c. veniens, il
primo, quod in ordine eſt 10. ſuper verb illorum,
ad med. verſ. præterea hic erat vnus teſtis, de te-
ſtib. à qua regula non receditur, etiamſi agatur ci-
uilitèr, vt ibi ait Abb. num.4. Alciat. qui teſtatur
de communi d.conſ.2.nu.41.lib.1. Seraph d.deciſ.
1029.n.1. vbi refert ità quoquè aliàs fuiſſe deciſum
in vna Firmana Cappellaniæ 7. May. 1582. coram

Clemente VIII. Rota in recen.deciſ.166.ſub n.8.
verſ. nequè ex tàm debili, par.2. Greg.deciſ. 238,
*num.1.& d.deciſ.517. num.*18.

Proindequè, cùm agitur de iuſtificatione huiuſ-
63 modi pacti ex teſtibus, qui in litibus † exercendis
parem obtinent vim cum inſtrumentis, *l. in exer-*
cendis, c.5.C. de fid.Inſtrumen. materia erit benè
64 articulanda, † & conſtituenda ex correſpectiui-
tate actuum, iuxta eiuſdem *Seraph. deciſ. 237. ex*
num. 1. & præparandi teſtes, qui non patiantur
65 exceptiones conſiderabiles, quales † eſſent excō-
municati, vel eodem crimine ſimoniæ irretiti,
Seraph.deciſ.244.num.1. vel inſtigatores, *cap. per*
tuas de ſimon.& cap.1.de teſtib. in ſexto, Seraph.
66 *deciſ.290.num.6.* aut etiam † ſingulares, cùm in
hac materia, ſingularitas adeò detrahat fidem te-
ſtibus, vt nequeant coniungi cū ſemiplena proba-
tione, vtputa, fama, *Seraph.in ſaepecit. deciſ. 1029.*
67 *nu.11.* niſi concurrant † alia adminicula, in quo
ſenſu accipienda eſt *deciſ. 191. par. 1. diuerſ.*

Cùm verò agitur de eadem Iuſtificatione ex
68 confeſsione partis, † ſi iudicialis ſit, nō eſt dubium
illam ſuperfluere, *cap.cum ſuper 2. de confeſ. Dec.*
conſ. 118.ſub num. 1. verſ. ſecundò principali-
ter, Seraph.deciſ.86.num.1. & deciſ.1359. nu.7.
69 etiam ſi facta ſit † in iudicio criminali, *Verall.*
deciſ.242 num.1.lib.3.Seraph. d.deciſ.86.num.3.
modò emananerit ab ipſo principali, ſecus verò ſi
70 facta eſſet per Procuratorem: † hæc enim nequit
præiudicare Principali, cuius reſpectu ſemper di-
citur confeſsio ficta, non vera, *l.oſſa 8.ad fin.de re-*
ligioſ.& ſumpt.funer.per quem text. ità ratioci-
natur *Io. Crott. in tract. de teſtib. 7.par.nu.78.*

71 Haberetur autem pro confeſsione † ipſiuſmet
Principalis, ſi facta eſſet per Nuncium, ideſt per
habentem mandatum certum ad confitendum, vel
faciendum aliquid, ſic, & ſic: ità quod poſſit videri
organum mandãtis, & eius viua vox, vndè reſultet
cōfeſſio, quemadmodū declarat *Bald.in l.1.n.31.*
C.de confeſſ. per text.in l.vlt.de ceſſ.bonor. vbi be-
72 nè explicat, quis dicatur † Nuncius, quod etiam
poſuit in *rubr.num.7.C.de Inſtitor. & exercitor.*
actio.& ſequutus eſt Dec.in l.1.n.64. C. de eodem.

73 Ex quo intelligimus, reſignantem, † vel ceden-
tem, facta reſignatione, vel ceſsione, cùm non ſit
nequè Procurator, nequè Nuncius reſignatarij,
ſiue ceſsionarij, ſi fateatur pactum huiuſmodi, &
in conſequens admiſſam eſſe ſimoniam in reſigna-
tione, aut ceſsione, minimè ex huiuſmodi confeſ-
ſione præiudicare ipſi reſignatario, vel ceſsiona-
rio, vt concludit Rota apud *Seraph.d.deciſ.1029.*
num.13. eſt enim valdè tritum etiam in quacūquè
74 alia materia, † confeſsionem cedentis, nuſquam
nocere ceſsionario, ſi ſequatur poſt ceſsionis actū
perfectum, *Natt. conſ.152. num.11. Rolan. conſ.*
85. num. 9. lib.2. cum ſimil. adductis per Surd.
deciſ.218.num.5.& deciſ.256. num. 9.

De ſufficienti iuſtificatione eiuſdem pacti per
75 publicū Inſtrumentum, ſi illud proferatur, non eſt
ambigendū † eſt enim omnium præſtantiſsima, &
dicitur probatio probata, vt reſpondit *Dec. eod.*
conſ.118. ſub eo.num.1. verſ. & de promiſſione,
Maſcard. de probat.concluſ.1309.num.1.

76 Secundum infertur, cùm de hoc crimine † agi-
tur, id quoquè neceſſariò ſupponendum eſſe,
videlicet ſubiectum illius pacti, de quo egimus,
nullum aliud eſſe, quàm rem, aut ſpiritualem, aut
ſpirituali annexam, vt nuncupatim dicitur in *d.c.*
quaeſitam. Difficultas autem ſtat in percipiendo,
quid in hac materia dicatur annexum ſpirituali.
Et ſanè, ſcribentes *in eod. cap.* id intelligunt de
77 connexione, † quæ inſeparabilitatem inducit, vt
in ſpecie ibi notat *Butr. nu. 7.* ponuntquè exem-
plum in Iurepatronatus, & in iure funerandi, vt
ibi per *Hoſtien.num.4.* adeò vt pro conſtituenda
huiuſmodi annexione in re illa, quæ de per ſe æſti-
matur temporalis, contemplemur ſimplex ius in-
corporale, ad effectum, vt poſſit permiſceri rei
ſpirituali, quæ & ipſa incorporalis eſt, *vt eo. loc.*
docent Card. num.3. Io. Andr.num.2. & Anchar.
num. 5. Atquè ſatis id ipſum docemur exem-
plo propoſito in caſu illius textus, de præbenda,
non vt ſumitur apud vulgus pro prædio, aut rebus
præbendalibus, ſed pro titulo beneficiali, ſeu præ-
benda illa nuncupata, conſueta aſſignari in titu-
lum collatiuum, vt benè aduertit *Collectar.nu.1:*

Hinc verò ſequitur, circa Iuſpatronatus (quod
78 eſt ius † incorporale, & indiuiduum, vt demon-
ſtrat *Bald.in l.cum ſecundum, 3. ſub nu.3. ad fin.*
verſ. item omne ius, & num.4. C. de fideicomm.
79 cùm in eo detur iſta † inſeparabilis connexio eius
iuris, iuri ſpirituali ipſius tituli beneficialis, vt be-
nè deducit *Menoch.de Arbitr.caſ.95.nu.5.*) for-
80 maliter † cadere ſimoniam, *cap.de iure verò, vbi*
Abb.ſub num.2.verſ.item committitur ſimonia
de Iurepatr. Roman. conſ.368. n.2. quod nos la-
tè explicauimus *lib.2.q.9. ex n.71.* Circa alia au-
81 tem, in quibus non datur † iſta annexio, ſed dun-
taxat quædā contiguitas, ſiuè cohæſio, etiamſi ſint
incorporalia, ſimoniam non committi; cuiuſmo-
di eſt Penſio: nam illa quidem eſt ius incorporale,
at minimè annexum beneficio annexione inſepa-
rabili, & vnius entis conſtitutiua; ad hunc enim ef-
82 fectum, † eſt neceſſe, ius illud ſpirituale ſubijci
tanquam materiam, alteri iuri incorporali, ve-
luti formæ, quæ in ea viuat, vt probat *text. in*
can. ſi quis obiecerit, iuncta expoſitione Turre-
crem.num.3.1.q.3. Diuus Thom.2.2.q.100. ar.1.
in reſponſ.ad ſextum, ſequitur Menoch.lo.praall.
Vt dicitur de ipſo Iurepatronatus, illi enim
ſubijcitur beneficium, quod eſt ius ſpirituale, &
in quo viuit, & quo deſtructo, ipſum quoquè de-
83 ſtruitur ex interitu formæ, cuius † ſubſtantia
alia non eſt, quàm ipſa materia ſubiecta, vt docet
Bal.in rubr.num.5.C.de inſtit.& ſubitis.

Quod propterea argumentum de Iurepatrona-
tus, minimè trahi conuenit ad penſionem, cuius
84 ſubiectum † haud quaquam eſt beneficium, ſeu ti-
tulus beneficialis, vt perperam exiſtimauit *Na-*
uarr.in manual.cap.23.num.111.& conſ.60. n.2.
85 *& conſ. 62. num. 1. de ſimon.* vbi ex hoc † intulit
etiam circa penſiones poſſe committi ſimoniam,
quam ſententiam facillimè aliqui probarunt rela-
ri per *Pariſ.de reſign.benef.lib.6.cap.4. num.54.*
& Garz.de benef. par.1.cap.5. num.19. qui duo
maximè promoti fuerunt auctoritate Rotæ in vna

Britano-

Britinorien. commenda 12. Decembris 1588. coram Gipſio, impraſſa poſt 1. volum. conſ. Farinac. decıſ. 63. num. 4.

Verius enim eſt, nullum aliud eſſe ſubiectum
86 penſionis,† quàm fructus beneficij, prout ſunt di-
ſtincti, & ſeparati ab ipſo beneficio, vt aduertit
Burſatt. conſ. 178. nu. 28. quod latius oſtendimus
lib. 1. q. 39. ex num. 37. & in conſequens eam in
meta temporalitate conſiſtere abſquè vlla ſpiri-
tualitate, ſuper cuius fructibus reſeruatur; cùm
vtcunquè reputetur onus reale, ſubiectum illius
oneris non ſit ipſum beneficium, quod latè oſten-
dimus *ea. q. 39. ex num. 73.* vnde adhæret qui-
dem rei ſpirituali, ſed non illi dicitur annexa inſe-
parabilitèr, quod ad ſenſum patet; tametſi enim
titulus ille beneficialis extinguatur per ſuppreſ-
ſionem, vel vnionem, adhuc penſio integra rema-
nebit; non ſecus, ac vice verſa, extincta penſione
87 non extinguetur beneficium, cum tamen † conne-
xorum idem ſit iudicium, *Bart. in l. eum actum num. 2. de negot. geſt. Menoch.* qui alios refert
conſ. 296. num. 38. & conſ. 1115. num. 10. & notauimus lib. 2. q. 38. num. 5.

Quocirca, ſi ineatur pactum ſuper penſione iam
88 reſeruata, nec tangatur beneficium, pactio † nullo
modo iudicabitur ſimoniaca, vt benè aduertit
Gloſſat. pragmat. ſanctio. tit. de collatio. §. itē quod Vniuerſitates, ſuper verb. beneficiorum, Rebuff. in tracta. de pacif. poſſeſſor. num. 132. verſ. decimaoctaua concluſio, Gig. de penſion. q. 1. ſub n. 1. ad fi. verſ. prædicta diffinitio, & q. 21. in princ. & la-
89 *tius in q. 99. nu. 6. & 7.* præterquam ſi eſſet † con-
ceſſa in titulum beneficij Eccleſiaſtici, vt etiam
diſtinguit *Burſat. loco præcita. & Leſſ. de Iuſt. & iur. lib. 2. cap. 35. num. 124.*

90 Etenim ſpiritualitatem in penſione † conſtitue-
re, quia Clericis reſeruetur, hiſquè imponatur ne-
ceſſitas recitandi horas B. Virginis, eſt mera vani-
tas, cùm ius ſpirituale, longè aliter æſtimetur,
quemadmodum oſtendimus *eo. lib. 1. q. 9. ex nu. 5. præcipuè ſub num. 14.*

Quandoquidem, onus pſallendi, etiam in Cho-
91 ro, non † cauſat ſpirituale aliquod ius, niſi ſit ca-
nonicè inſtitutum, vt tale eſſe debeat; nequè præ-
benda, quæ pro huiuſmodi munere præſtando aſſi-
gnatur, reputatur ſpiritualis, quominus ſit expers
ſimoniæ, vt reſoluit Rota apud *Verall. decıſ. 356. par. 2. iuncta decıſ. 236. par. 3.*

Vt mirer, (pace tanti Ordinis, cuius veneror
92 ſubſellia) qualitèr illud † exciderit in dicta *Britinorien. Commenda*, ex ſimplici auctoritate
Probi, & Rebuffi, quorum neuter hoc dicit. Pro-
bus enim in *addit. ad Gloſſat. pragmat. Sanctio. tit. de collation. §. item Vniuerſitates, ſuper verb. beneficiorum, num. 4.* redarguendo ipſum
Gloſſatorem qui pronunciauerat, penſionem non
eſſe beneficium Eccleſiaſticum, nec vllam habere
ſpiritualitatem in ſe, ſed eſſe quid merè tempora-
le, dixit hoc falſum eſſe reſpectu eius penſionis,
quæ fuiſſet reſeruata ratione ceſſionis, aut reſi-
gnationis beneficij, in ordine ad illam quæſtionē,
quod poſſet prætio redimi, & dicentem contra-
rium, de ſacris Canonibus perperam ſentire; quia
ſic videretur beneficium Eccleſiaſticū vendi, quod
Probus intellexit non de ipſa penſione, vt tanquā
beneficium videatur vendita, ſed de beneficio illo
ceſſo, & reſignato ſub reſeruatione penſionis; cir-
ca quam doctrinam, duo ſunt notanda, vnum quod
Probus improbè notauit Gloſſatorem, qui non
meruit reprehendi: diſputabat enim, an de penſio-
ne eſſet facienda mentio in impetratione benefi-
cij, non autem an quando eſt reſeruata ex cauſa
ceſſionis, vel reſeruationis beneficij, poſsit extin-
gui mediante anticipata aliquot annatarum ſolu-
93 tione; quod vltimum † nemo non videt eſſe ſimo-
niacum, indequè apertam eſſe viam venditioni
beneficiorum, quemadmodum hoc quoquè adno-
tauit *Gig. de penſion. q. 87. ſub num. 7. verſ. & niſi eſſet obſeruantia, vſquè ad fin.*

Alterum eſt, quòd tametſi concluſio iſta Probi
ſit vera, aſſumptum tamèn, nequè eſt concludens,
nequè per ipſum aliquo modo probatur; eſtquè
contra omnem ſanum intellectum; nec video, qua-
litèr conſiſtat iſta argumentatio, penſio reſeruata
ex cauſa ceſsionis, vel reſignationis nō poteſt ex-
tingui anticipatis ſolutionibus, ergò talis penſio
non eſt quid merè temporale; cùm vt nè poſsit
extingui, euidentior, ac firmior ſit ratio, videlicet
quod aperta eſſet via nundinationi beneficiorum,
vt per *Gigant. loc. ſuperius citat.* ſeu veriùs ex eo
quod iſta extinctio fiat contra mentem Papæ, qui
voluit eam deſeruire pro alimentis penſionarij,
94 exemplo militaris ſtipendij, quod, vtcunquè † re-
miſsibile ſit, vel gratuitò ceſsibile, tamē nō poteſt
pactione aliqua obligari, *l. 4. C. de exeq. re. iud.*

Rebuffus autem *in tract. de pacif. poſſeſſ. n. 132.*
95 expræſsè † concludit, penſionem eſſe quid merè
temporale, & quamuis *num. 134.* ſubdat eam
eſſe connexam beneficio, ſicut Iuſpatronatus, ac
propterea non poſſe vendi, loquitur de annexio-
ne cohæſiua, & in ordine ad nullitatem actus,
non autem in ordine ad crimen Simoniæ, de quo
nec verbum, quicquid ex eo intulerit *Mandoſ. de ſignat. grat. tit. de extinctio verſ. diſtinguendum*
96 *eſt, & verſ. ſeq.* vbi cenſuit, poſſe fieri † huiuſ-
modi extinctionem auctoritate Papæ, quia illa
excludit omnem labem ſimoniæ. Vtiquè enim ne-
ceſsitas auctoritatis Apoſtolicæ perpetuò eſt ne-
ceſſaria, vt ibi ipſe ait, traduntquè *Gig. de penſion. q. 87. ſub num. 5. verſ. ſeptimo quod licet ſit, Pariſ. de reſignat. lib. 6. q. 2. num. 124. & 128.* ſed non
erit perpetuò neceſſaria pro abſtergenda labe hu-
iuſmodi, niſi eatenus, quatenus proceſſerit pen-
ſio ex cauſa ceſsionis, ſiuè reſignationis benefi-
cij, vel alia, ex qua poſsit argui pactio circa ipſum
beneficium cedendū, aut reſignandum. Et ità intel-
ligendi ſunt omnes, qui nimis effuſo ſermone pro-
nunciarunt, redimentem penſionem ſine auctori-
tate Papæ committere ſimoniam, qui ſunt multi,
cum quibus tranſiuit *Monet. de diſtribut. quotid. par. 2. q. 18. num. 52.*

Tertium infertur, in hoc crimine deducendo,
ſimul eſſe ſupponendum, ac demonſtrandum tem-
porale commodum illius, à quo procedit ius ſpi-
rituale, quicquid illud ſit; nam licet ſpecies hæc
97 ſimoniaca pecuniam prætendat, tamen † appel-

Digitized by Google

latione pecuniæ, totum illud venit quod poſſide-
tur in terra, ſubijciturquè hominum dominio, vt
in propoſito declarat B. Auguſtinus, relatus in
*practt. can. totum, 6. vbi gloſſ. & Doctores om-
nes 1. quæſt. 3.* quicquid enim pro pecunia acci-
pitur, pecunia eſt, *l. 1. §. vlt. iuncta l. 2. ff. de
Calumniator.* quemadmodum in *eo. can. totum*
ſubijcit *Bellam. num. 2.* quantulumcunquè illud ſit
98 ſiuè † paruum, ſiue magnum, vt auctoritate B. Tho-
mæ firmat *Nauar. conſ. 52. num. 1. de Simon. &*
de ſumma ſex ſolidorum eſt *gloſſ. vlt. in §. vlt.
proœm. decretal. & in cap. etſi quæſtiones, in verb.
æquum, eod. tit. de ſimon. Menoch. conſ. 67. num. 9.*
99 Nequè enim rei † paruitas, ſed affectus & inten-
tio committentis, in his attenditur, inquit *gloſſ. in
præall. §. vlt.*

Et quemadmodum nõ conſideratur quantitas,
ità nec multo minus conſideratur qualitas; proin-
100 dequè non ſolum † pactum de permutando bene-
ficium cum beneficio dicetur ſimoniacum, vt cla-
rè deciditur per textum *in ſupracit. cap. quæſi-
101 tum, de rer. permut.* ſed multò magis † ipſa permu-
tatio, ſi non interuenerit Superioris auctoritas; eſt
enim aduertendum, in hac materia propriè non
cadere permutationem. Quippè permutatio ſup-
102 ponit dominium, vndè beneficium † verè non
dicitur permutari, ſed renuntiari, ad effectum vt
mox Superior, ad quẽ pertinet, illud conferat per-
mutanti; atquè ità videatur haberi per quandam
permutationem, vt ſubtilitèr, & elegantèr docuit
Bald. in l. 1. num. 2. ff. de rer. permut. & probatur
per *tex. in c. vn. ad fi. eo. tit. de rer. permut.* vt ſic ſit
103 de forma † permutationis renuntiatio, quod etiã
aduertit *Abb. in eo. cap. quæſitum, ſub num. 9. verſ.
nam cum in permutatione, & probat etiã text. in
Clem. vn. eo. tit. & benè etiã deducit Calder. conſ.
2. ſub nu. 2. verſ. quia vt dictum eſt, pariter eo. tit.*

Quapropter dum talis permutatio fit, licet
actus ex ſe ſit inualidus, tamen negari nequit, quin
permutantes de facto inuadant ius ſpirituale,
& illud commodum, ſiue maius, ſiue minus re-
ſpectu temporalitatis, eodem modo transferatur
de vno in alterum; in quo ſtat forma ſimoniæ, vt
propterea non ſit ab hac opinione recedendum, ſi
enim ſola pactio de permutãdo cauſat ſimoniam,
multo magis eam debet cauſare ipſa hæc permu-
tatio de facto, quæ continet eodem tempore, &
pactum, & illius exequutionem: & hoc eſt quod
determinat *Dec. in conſ. 641. ſub num. 1. verſ. &
ideò cùm in caſu iſto, Mandoſ. de ſignat. grat. tit. de
permutation. verſ. generalitèr notandum erit*, &
alij quos retulit, & ſequutus fuit *Garz. de benefic.
par. 11. cap. 4. num. 57.*

Vt ideò non poſſim accedere contrariæ ſentẽ-
tiæ, quã adnixus eſt nuper defendere *Franc. Rip.
in cita. tract. de ſimon. par. 2. art. 1. ex nu. 24.* negat
enim ſub *n. 27.* nihil tẽporale per ſe reperiri, quod
prætij nomen habere poſſit, quod eſt cõtra aſſum-
ptum ſuperius probatũ, & etiã eſt contra doctrinã
*Sot. de Iuſt. & iur. lib. 9. q. 7. in 3. art. 1. concl. verſ.
manifeſtum autem eſt*: vndè videmus, permuta-
104 tionem factam † ſub pactione futurarum nuptia-
rum, aut reconciliationis inimicorum, non ex alio
iudicati ſimoniacam, quàm quià iſtud commodũ
temporale habeatur loco prætij, vt benè etiam
aduertit *Tolet. lib. 5. q. 91. ſub num. 2. verſ. adde
permutationem*.

Id ipſum autem apertius experimur in confidẽ-
105 tia, quæ eſt ſpecies ſimoniæ † conuentionalis, in-
fertque eandem pœnam priuationis, & inhabili-
tatis, quam formalis ſimonia, *Verall. deciſ. 201.
num. 1. & 2. & deciſ. 205. num. 5. par. 1. & poſt
Vgolin. de ſimon. lib. 1. cap. 22. §. 4. num. 2.* & alios
adnotauit idem *Rip. par. 3. art. 4. num. 12.* & quæ
106 non minus quam † ipſa ſimonia, ex pacto conſici-
tur, *Pariſ. in tract. de confident. benefic. q. 26. ex
num. 4.* vbi de communi, *Rota in recen. par. 2.
deciſ. 166. ſub num. 2. verſ. nec etiam confidentia*,
cum alijs per *Gregor. & adden. ad ipſum dec. 238.
num. 7. & deciſ. 517. num. 30. & per to.*
107 Et tamen, quod † interuenit temporalis com-
modi, nullum eſt aliud, quàm interpoſitio fidei, in
qua alter confidit, *Pariſ. in eo. tract. q. 1. num. 150.*
108 nequè enim crimen iſtud alium † actum concer-
nit quàm conſequutionem iuris ſpiritualis ea in-
tentione, vt mox ad nutum alterius dimittatur, vt
poſt *Nauar. conſ. 33. ſub num. 5. verſ. ad tertium
reſpondeo, & conſ. 80. ex num. 1. de ſimon. & in
manua. cap. 23. ſub n. 109.* optimè declarat *Rota
apud Gregor. d. deciſ. 238. num. 3.* & nihilominus
109 inter ſpecies ſimoniæ iſtius ſimilitudinariæ, † ſi quę
poſſunt excogitari, hæc reputatur grauior, & ſce-
leſtior, ex *Conſt. Pij V. 85. vt ex ea notat Nauar.
qui illam præinſeruit, d. cap. 23. ſub num. 110.
in ſecundo notab.*
110 Ruſuſquè id experimur in ijs, qui alios ſe † ſimu-
lãtes examini ſe ſupponũt, vel ſic acquirũt benefi-
cia, vt illis mox renuntiẽt, quos tãquàm ſimonia-
cos ferit Conſtitutio Pauli IV. quam præinſeruit
Gonzal. ad reg. de menſ. gloſſ. 15. in prin. ſub n. 90.
111 Similitèr ſi is qui habet poteſtatẽ conferendi, † &
qui ideo prohibetur ſibimet conferre, *c. vlt. de inſt.
cap. relatum de praben. Gonzal. ad reg. de menſ.
gloſſ. 5. num. 14.* alium ſuo loco ponat, vel ſubſti-
tuat, & hic ſubſtitutus ei beneficiũ conferat, quan-
tumcunquè nullum appareat aliud commodum
temporarium, quàm quod fuerit facta iſta ſubſti-
tutio per conceſſionem poteſtatis, non ideo mi-
nus arguetur præcedens pactum ſimoniacum, vt
concludit Rota apud *Achill. deciſ. 340. alias 1. ex
num. 1. & per to. de Simon.* ità vt conceſſa argu-
112 mentatione pacti præambuli † ab effectu ſubſequu-
to, iuxta *text. in cap. officij tui, vbi gloſſ. in verb.
113 conuenti de elect.* quod admittitur † etiam ad præ-
ſumendum delictum, *Bart. in l. poſt contractum
num. 8. & ibi Paul. de Montepico, num. 36. verſ.
ego ſic dicerem, de donation. Specul. de præſumpt.
§. 2. ſub num. 7. verſ. præſumitur enim*, ſufficiat il-
lud cõmodum temporale, modò procedat ex pa-
cto imaginabili; vel quod conſequitur, ex eo quòd
114 quis ſatisfacit † voluntati ſuæ in gratificando ami-
co, *l. ſi pignore 56. ff. de furt. Rota deciſ. 33. ſub
num. 17. verſ. maximè quia ex naturali de præb.
in antiq.* cum alijs quos retulimus, & ſequuti fui-
mus *lib. 1. q. 1. num. 47.*

Et hi quidem, ſimileſquè caſus confidentiarij,

vt in

Digitized by Google

vt in ſubſtantia nil differunt à forma ſimoniæ, quæ
in pacto conſumitur, ità eiſdem regulis ſubijcitur, præterquam in articulo iuriſdictionis. Habet
115 enim confidentiæ crimen † in Romana Curia particularem Iudicem, quem Auditorem confidentiarum appellamus, ex *Conſtitutione Sixti V. quæ eſt 47.* is etenim, ſi de ſimonia (quà diſtinguitur à confidentia) cognoſcat, nullitèr ex iuriſdictionis defectu procedit, vt fuit reſponſum in *Calaguritana confidentia, 5. Iunij 1592. coram Penia, impreſſa apud Marcheſ. to. 1. pag. 130. & in recen. par. 2. decis. 6. num. 1.*

Licet enim pœnæ de quibus in dicta Conſtitu-
116 tione, † non afficiãt alios, quàm qui auctores fuerunt, & tractarunt confidentiam, & non porriguntur ad ignaros tractatus huiuſmodi, qui in illius exequutionem fuerunt prouiſi, *Rota in ſuperius cita. decis. 166. num. 2. ad fin. verſ. nec iis facienda eſt p. 2. in recen. Mantic. decis. 211. num. 12.* tamen eodem iure vtimur in formali ſimonia, in qua
117 etiamſi † obtinens beneficium per pactum ſimoniacum, cuius ipſe ſit inſcius, teneatur ad beneficij dimiſſionem, *cap. pen. vbi Abb. num. 2. & 3. de elect. cap. nobis 27. de Simon.* (niſi conſtaret id
118 malitioſè † in eius fraudem factitatum, vt ibi explicatur, vel eo reluctante, *c. ſicut tuis 33. eo. tit.*)
119 tamen interim dicitur † habere titulum coloratũ, *But. in cap. niſi cum pridem ſub n. 8. ad fin. verſ. ſi autem commiſit ſimoniam de renuntiat. Mil. in verb. ſimoniacus in princ. verſ. vel dic quod ſimo-*
120 *niacus in beneficio recepto,* ideoque † non ſecus ac confidentiarius, pro quo ſæpè fuit reſponſum, vt in *Calaguritana cõfidentia, 14. Decembris 1592. coram Penia, & apud Mantic. d. decis. 211. ſub n. 3.*
121 *verſ. & quamuis confidentia,* iuuatur regula † de triennali, prout in iſtis terminis diſputat, & concludit *Sarnen. ad ipſam regul. de trien. quæſt. 12. num 8. verſ. & iſta quæ dicta fuerunt, & ſequuta eſt Rota decis 319. nu. 1. par. 2. diuerſ.* Quod pro-
122 pterea non concludit, quin & iſte † confidentiarius eodem modo teneatur beneficium dimittere, vel
123 alitèr ſibi conſulere, cum per collationem † ſimoniacam non conferatur titulus aliquis, *Felyn. in cap. inſinuatum n. 5. & in cap. de ſimoniacè n. 6. de Simon. Menoch. de recuper. rem. 1. num. 135.* & circumſcripto hoc caſu ignorantiæ nequeat prætendi aliquod ſubſidium à ſupradicta Regula de
124 triennali, illa enim † vſquè adeo etiã in verbis excipit ſimoniacum ingreſſum, *Seraph. decis. 1448. num. 15.* & decurrit à poſſeſſione omnem colo-
125 rem, vt conſtituat † ſimoniacum in ſtatu meri furis, *Caſſad. decis. 2. num. 6. & per to. de ſimon* qui
126 ſi de facto † ſpolietur, fruſtra prætendat ſe in primis, & ante omnia reſtitui, vt in *l. naturalitèr §. nihil commune, de acquir. poſſeſſ.* docuerunt *Rip. num. 91. & Anton. de Matthe. num. 44.* & fuit de mente gloſſæ in *ſumm. ſuper verb. quidam Epiſcopus, verſ. item crimen ſimonia, 3. q. 1.* quicquid ibi in contrarium reluctetur Prępoſitus, & cum ea gloſſa tranſiuit *Franc. de March. decis. 497. n. 14. & ſequutus eſt etiam Menoch. de recuper. rem. 1. num. 134. & rurſus ex num. 335.*

Quartùm infertur, pro iuſtificatione iſtius ter-
127 minis, nec ſufficere ſimpliciter ſupponere † qualitercunquè ſpiritualitatem ex vna parte, & temporalitatem ex altera, ſed fore neceſſarium verificare, id temporale quod datum proponitur fuiſſe datum pro acquirendo, non pro tuendo iam acquiſito ſpirituali, *cap. dilectus 28. & ibi gloſſ. 1. verſ. Idem dicendum eſt, eo. tit. de ſimon.* & rurſus
128 non potuiſſe dari † ex cauſa diuerſa, & magis proportionata, hoc enim poſito excluderetur correſpectiuitas, & in conſequens ſimonia, *Gabr. conſ. 172. n. 15. lib. 2. Mareſcot. var. reſol. lib. 2. cap. 35. num. 25. Mohed. decis. 3. de ſimon. Put. decis. 167. lib. 2. Rota in recent. par. 1. decis. 418. num. 4. verſ. quia fuit dictum.*
129 Vndè, ſi poſſeſſor qui patitur † moleſtias, aliquid det pro illis redimendis, non incurrit ſimoniam, vt probat gloſſa eadem, & ad hos terminos venit reducendus *Gomeſ. ad reg. de annal. in 2. quæſt. in 3. col. verſ. & ſic videmus, Maiol. de Irregul. lib. 5. cap. 45. ſub num. 3. ad fin. verſ. aliquando tamen.*
130 Secus verò ſi det petitor, † qui propter illam temporalitatem, poſſeſſionẽ aſſequitur; cùm enim poſſeſſio rei ſpiritualis, ſit quid ſpiritnale, *clem. vn. de cauſ. poſſ. & propr. & clem. vn. de ſequeſt. poſſ. & fruct.* conſequens fit, eum non excuſari à ſimonia, quantumcunquè habeat titulum, ſi pro obtinenda poſſeſſione, aliquid temporale rependat, *Nauar. conſ. 1. num. 3. de ſimon.*
131 Idemquè dicitur de eo, qui pro repellenda contradictione, pactus † fuerat cum Beneficiatis de releuando eos indemnes ab omni damno, & intereſſe ob receptionem de ſe faciendam, vt pronunciauit Rota apud *Seraph dec. 767. nu. 4.* quod
132 procedit etiam reſpectu omnium annexorum, † vt latiſsimè probat *Nauarr.* loco proximè citato, & multipliciter exemplificat *Lambert. de Iur. pat. lib. 2. par. 1. quæſt. 9. art. 11. num. 2.*
133 Quintùm infertur, cùm dixerimus † ſimoniam hanc ſimilitudinariam puniri lege Eccleſiaſtica, quid ſtatuendum ſit in articulo priuationis per leges introductæ, contra huiuſmodi ſimoniacos beneficiarios? In qua diſputatione, vt diſtinctè procedatur, ſtrictè ad huiuſmodi pœnã, & propterea, omiſſa indagine de nudis mediatoribus, qui ſubij-
134 ciuntur † duntaxat excommunicationi, vt aduertit *Rip. in praecit. tract. p. 3. art. 3. num. 5.* diſtinguendi ſunt tres caſus.

Prior eſt, quandò contractum eſt pactum ſimoniacum inter collatorem, & prouiſum: nihil enim
135 eſt, quin † nedum ſic poſsit contrahi ſimonia, vt patet ferè ex tota *1. q. 1.* verùm etiam ſi fiat inter prouiſum, & alterum, qui ipſam collationem, ſeu prouiſionem facilius promouere poſsit, *Bellam. decis. 12. ſub nu. 2. verſ. ad ſecundum dico,* veluti cum quid datur vni ex pluribus electoribus, pro
136 redimendo eius ſuffragio, quo caſu electio † dicitur ſimoniaca, *cap. nobis, vbi Abb. nu. 2. de ſimon. Seraph. decis. 516. num. 2.* niſi tamen aliter con-
137 ſtaret, dantem † nihilominus omnino debuiſſe eligi, vt propterea quod dictũ eſt potius veniat referendum ad facilitandã, quàm ad extorquendã electionẽ, vt declarat eodẽ loco Abbas, cuius ſentẽtia videtur cõmunitèr recepta, vt teſtatur *Menoch.*

Digitized by Google

138 *conſ.67. nu.*13. Quamuis alioqui, id etiam † quod
datur pro remouendo impedimento iuridico, ſi-
moniam inducat; veluti, cum ex duobus electis,
vel concurrentibus, alter alterum corrumpit, vt
ſuo cedat loco; olent enim caſus hi ſimoniam, in-
quit *Maiol. de irregular. lib. 3. cap. 45. num. 3.*
139 Vel niſi rurſus quiſpiam † dediſſet, ipſo electo
inſcio; tunc enim concurrente bona fide tàm in
ipſo electo; quàm in electoribus, cum ſufficienti
numero ſuffragiorum pro electionis canonicæ
forma, illa non videretur ſimoniaca, ſed canoni-
ca, & valida, vt docet *Innoc. in cap. illa quotidia-
na nu. 3. de elect.* quem ſequuta eſt *Rota, diuerſ.
par. 4. deciſ. 550. ſub num. 1. verſ. quantum ad re-
uelationem, Garz. de benef. par. 8. cap. 1. num. 11.*
Dùm igitur, hoc caſu quæritur ſimpliciter, vtrū
ſic conferens, vel promouens alterum per ſimo-
niā, priuetur beneficijs, quæ obtinet, concluden-
140 dum eſt † negatiuè; quià poſito etiam quod iſte
conferēs receperit ex pacto id quod ſibi fuit pro-
miſſum, & in qua ſola receptione conſumitur eius
ſcelus, *cap. etſi quæſtiones, 18. cum duob. ſeq. de ſi-
141 mon.* vtcunquè † Canones diuerſis pœnis eum af-
ficiant, nimirum reſtitutionis eius quod recepit,
142 *can. ſi quis, il primo, 1. q. 3.* & quidē † in duplo, *c. au-
diuimus, 41. §. cum igitur, verſ. quod ſi quis, eo. tit.
143 de ſimon.* item ſuſpenſionis, † *cap. veniens 19. eo. tit.*
144 quinimo † deiectionis à proprio gradu, *can. ſi quis
Epiſcopus, 1. q. 1. can. ex multis, d. 1. q. 3. can. eos,
can. placuit, & can. nullus, qui in ordine eſt 100.
145 ca. 1. q. 1.* & iure † quidem merito, videlicet pro-
pter participationem non ſolùm cum Simone, ſed
etiam cum Gieſi, *cap. ſicut pro certo, 39. ad fin. eo.
tit. de ſimon. Diuus Thom. 2. 2. q. 100. art. 1. in re-
146 ſponſione ad quartum*; vndè & deponi † iubetur,
*gloſſ. in d. can. ſi quis Epiſcopus, in verb. ſuſpen-
147 datur 1. q. 3.* & hodiè † incurrit pœnam excommu-
nicationis ipſo iure, à qua per ſolum Papam poteſt
abſolui, per *Extrauag. 2. §. ſtatuentes, de ſimon.*
per quam in hac parte ampliata eſt diſpoſitio an-
tiquorum canonum, qui ſimpliciter excommuni-
cationem indicebant, abſquè tali reſeruatione, vt
legitur in *can. quicunque, qui in ordine eſt 12. ca.
1. q. 1. & in can. audiuimus, & in d. can. ex multis
148 §. vlt. ca. 1. q. 3.* ſubijciendo † eundem infamiæ, *can.
reperiuntur, qui in ordine eſt 7. ad fin. verſ. illi
149 verò ca. 1. quæſt. 3.* cum deputatione † ad ignes
æterni incendij, ex Nicæna ſinodo relata *in can.
peruenit 13. ad fin. verſ. & ſicut Nicæna, ca. 1.
quæſt. 3.*
150 Attamen, nullibi legitur † inducta vacatio ipſo
iure, ità vt quicunquè impetraret beneficium col-
latoris, ex hoc capite, meo iudicio, oleum perde-
ret & operam iuam, non ſolum teneretur iuſtifica-
re pactum, in quo ſubſtantiatur ſimonia, ſed etiam
(& ſanè manifeſtò) in executionem illius pacti
collatorem recepiſſe id quod ſibi promiſſum fuit
151 (quem actum receptionis noſtri † vocant ſimo-
niam realem) vt probat *text. in cap. de hoc autem,
11. eo. tit. de ſimon.* & nihilominus niſi ex forma
impetrationis eſſet ſibi intercisa hæc facultas, poſ-
152 ſet dum iudicium trahitur † Reus pœnitere, reſti-
tuendo, id quod recepit, Eccleſiæ, vt probat *tex. in
præcit. can. ſi quis, il primo, vbi gloſſ. in verb. reſti-
tuere, 1. q. 3.*
Neque exiſtimo ab hac regula recedi, ex decre-
to Sacri Tridentini Concilij *ſeſſ. 24. c. 18. de refor.*
153 dū ſtatuit, Examinatores, † qui occaſione exami-
nis habiti in cōcurſu ad Parochiales, antè vel poſt
aliquid receperint, ſimoniæ vitium incurrere, vnà
cum ipſis dantibus, à qua abſolui nequeāt, niſi di-
miſſis beneficijs, quæ quomodocunquè etiam an-
tea obtinebant, & ad alia in poſterum inhabiles
reddantur; tametſi enim ipſi incurrant veram ſi-
moniam, vt volunt *Nauarr. & Pariſ.* locis infe-
rius allegandis, & poſt alios *Barboſ. in Collect. ad
c. 1. num. 4. de ſimon. & Rip. in præcit. tract. de ſi-
mon. par. 1. art. 3. num. 29.* & ea forma abſolutioni
præſcribatur, quæ non poteſt præteriri: nihilomi-
154 nus ante dimiſſionem † non poteſt videri inducta
vacatio, quaſi ex ſententia dicti Canonis, qui hoc
in ſpecie non decernit, iuxta ea, quæ conſtituimus
155 *hoc lib. q. 18. num. 202. & 203.* quamuis † rema-
neant ſuſpenſi ipſo iure, ſecūdum *Nauar. conſ. 67.
ſub num. 1. verſ. tertio facit enim ſeq. & verſ. ad
quartum de ſimon. Pariſ. de confident. q. 48. nu. 5.*
Alter eſt caſus, quando dirigitur actio contra
156 prouiſum per ſimoniam, reſpectu beneficij † per
huiuſmodi ſcelus adepti: nec deſunt, qui etiam iu-
ſtificato hoc crimine, contendant, ante extraua-
gantes Martini V. Pauli II. Pij IV. & aliorum
Pontificū, quas refert *Pariſ. de reſign. benef. lib. 14.
in 2. q. ſub num. 7.* per antiquos Canones non fuiſ-
ſe introductam ſententiam priuationis ipſo iure,
ſed tantùm iuſſum priuari per ſententiam, quan-
doquidem, ita cenſuerunt *Rebuff. in prax. tit. de
ſimon. in reſign. ſub num 6. verſ. quod ſi iura de-
cretorum, Azor. moral. tom. 2. lib. 7. cap. 17. in 1. q.
verſ. olim crimen ſimoniacum, Rodoan. de ſimon.
par. 4. cap. 11. num. 10. & 21. Pariſ. de reſign. lib. 7.
q. 2. num. 12. Guttier. canon. quæſt. lib. 1. cap. 9. ſub
num. 3. verſ. quoniam ſimoniacus,* & prius docue-
rat *Abb. in cap. inter dilectos 11. ſub num. 12. verſ.
ſi verò opponitur exceptio, de exceſſ. Prælat.*
At longè aliter ego cenſeo; quia licet antiqui
Canones videantur ſimpliciter mandare, ſimonia-
157 cum hunc priuari beneficio adepto, vt † in *can.
Presbyter, 1. q. 1.* ibi, *Eccleſia priuetur, & in cap.
inſinuatum 13. de ſimon.* ibi, *eos amoueas ab Ec-
cleſiis taliter acquiſitis:* tamen eſt aduertendum
id referri ad priuationem de facto; quia ex ſuppo-
158 ſitione patrati delicti, lex ab initio † reſiſtit ac-
quiſitioni, *tex. eſt clarus, in can. ſanctorum, 10.* ibi
acquiſita prorſus careat dignitate, ca. 1. q. 1. vtra-
159 què enim † nota *prorſus, & careat,* latæ eſt ſenten-
tiæ, vt plenè deducit *Tiraq. ad l. ſi vnquam, in
verb. reuertatur, ſub num. 78. verſ. eſt item alia
gloſſa, & num. 86. cum ſeq. C. de reuo. donation.*
Quod non tàm in pœnam criminis poſitum
eſt, quàm intelligitur inſurgere ex natura ſubiectæ
160 materiæ, propter † ſcilicet ius naturale reſiſtens,
vt dixi, acquiſitioni beneficij vſque ab initio, vt ex
mente *B. Thom. optimè colligit Didac. in relect. c.
peccatū, in 2. p. §. 8. ſub n. 8. verſ. hactenus Thomas,
de reg. iur. in 6. Iacobat. de concil. lib. 7. ar. 1. n. 177.
& benè etiam aduertit Garz. de benef. p. 8. c. 1. n. 3.*

Tertius

Tertius eſt caſus, quandò retento eodem the-
mate, non iſtud quidem per ſimoniam acquiſitum,
161 ſed aliud prius † obtentum, impetratur, quaſi va-
cans ipſo iure: & hoc quidem caſu *Garz. lo. præcit.*
tenuit, etiam reſpectu huiuſmodi obtenti inductã
eſſe priuationem ipſo iure; quià licet olim non niſi
per ſentẽtiam immineret, nihilominus per *d. Ex-
trauag. 2. de ſimon.* omnes pœnæ quæ incurreban-
tur ex ſentẽtia, inflictæ fuerint ipſo iure. Cæterùm
non eſt recedendum à cõtraria opinione, quæ ha-
bet, reſpectu huiuſmodi beneficiorum prius obtẽ-
torum, nuſquam fuiſſe inductam priuationem ipſo
iure, vt docuit *Innoc. in cap. inter dilectos, ſub
nu. 1.* ibi, *vel ſimoniacus de alio beneficio, de exceſſ.
Prælat.* & ſcripſerunt etiam *Silu. de benef. par. 3.
q. 2. ex num. 34. Nauarr. conſ. 92. num. 2. de ſimon.*
plures adducit idem *Garz.* quamuis eos non ſe-
quatur, *d. cap. 1. num. 41.* & hanc ſententiam pro-
bauit Rota apud *Achil. deciſ. 341. aliàs 2. de ſimon.
num. 5. & diuerſ. par. 3. lib. 3. deciſ. 411. num. 2.*

Nequè obſtat motiuũ Garziæ; verius enim eſt,
in articulo priuationis beneficiorum ſine vitio ob-
tentorum, nihil vnquam decreuiſſe Canones an-
tiquos; ſed tantum reſpectu acquiſitorum per ſi-
moniam, vt patet ex lectura præcitatorum textuũ
162 in *can. Presbyter, & in c. inſinuatum.* Vix † enim
indicta fuerat pœna inhabilitatis ad alia obtinen-
dum in futurum, quod radicatur in eodem prin-
cipio pacti, ſiue conuentionis, vndè oriebatur in-
famia, *Vitalin. in Clement. vlt. n. 47. de pœn.* huc-
què tendũt tradita per *Veral. deciſ. 201. par. 1. ex
n. 2. & deciſ. 250. n. 3. par. 2. Creſcen. deciſ. 3. n. 1.
& 2. de ſimon. Pute. deciſ. 80. n. itidem 1. et 2. lib. 2.*
163 Et nihilominus permittebatur Epiſcopo † di-
ſpenſare ſuper huiuſmodi inhabilitate, modo per
ignorantiam quis recepiſſet beneficium, & illud
poſtmodum reſignaſſet, *cap. pen. §. quamuis circa
eum, vbi Butr. num. 4. de elect. Pute. deciſ. 80. n. 1.
lib. 2.* niſi fortè etiam Epiſcopus, ſimoniæ parti-
ceps fuiſſet, vt declarat *Ioan. Andr. in eo. c. penult.
ſub num. 3. ſuper verb. Epiſcopi, & Abb. in c. tan-
ta, 7. ſub num. 5. ad fin. verſ. ſed poteſt cum illo di-
ſpenſari, eo. tit.*

Quod exiſtimo etiam nunc vigere, ſi detur om-
164 nimoda † terminorum habilitas, iuxta diſpoſi-
tionem *text. in d. cap. penult.* qui ſunt, vt præ-
cedat ſatisfactio erga Deum, & Eccleſiam per di-
miſſionẽ beneficij; aliàs enim impoſſibile eſt, quã
tumcũquè piaculum fuerit occultum, Epiſcopum
diſpenſare ſuper retentione; & hoc eſt, quod ex
mente S. Congregationis retulit *Garz. in ſæpecit.*
165 *cap. 1. num. 74.* dum enim † ſimoniacus retinet, di-
citur perſeuerare in peccato, *Archid. in d. can. ſi
quis, il primo, ante nu. 1. ſuper verb. perſeuerans,
& ibi etiam Turrecrem. 1. q. 3.* Item vt ſimonia
non fuerit commiſſa circa prælaturam, ſed circa
ſimplex beneficium tantum, vt clarè diſtinguit
textus, & benè obſeruauit *Leſſ. de Iuſt. & iur.
lib. 2. cap. 35. num. 139.* Item deniquè, nè res ſit de-
ducta in iudicium, prout ex ſententia eiuſdem Sa-
cræ Congregationis adnotauit *Garz.* tunc enim
diceretur res effecta manifeſta; quod non ſatis ob-
ſeruauit Azorius, *moral. to. 3. lib. 12. c. 22. in princ.*

Horum ſi vel alterum deficiat, ceſſat hæc facul-
tas in Epiſcopo, aut alio inferiori à Papa, vt ad-
uertunt præcitati Doctores, & alij cumulati per
Rip. in d. tract. de ſimon. par. 3. ar. 7. num. 3. & 4.

Sextum deniquè infertur, cum ſuppoſuerimus,
hanc, quemadmodum alias pœnas inuectas fuiſſe
contra huiuſmodi ſimoniacos ex Conſtitutione
Eccleſiæ, & ſic ex iure poſitiuo; ſi proponatur, pa-
166 ctum † alioqui ſimoniacum initum fuiſſe ſub be-
neplacito Apoſtolico, & mox huiuſmodi bene pla-
citum fuiſſe obtentum, vel alias ipſius Papæ aucto-
ritatem interueniſſe, indè diffluere omnem ſpiri-
tum ſimoniæ; proptereà quòd, ius poſitiuum ſit in
manu Papæ, vt cenſuerunt ſuperius citati Docto-
res, & cùm alias ſæpiſſimè, reſpondit Rota apud
*Reuerendiſs. D. Coccin. deciſ. 40. num. 4. & in
Balneoregien. ſimoniæ 17. Maij 1624. coram eo-
dem.* Impoſſibile enim eſt committi ſimoniam, vbi
interuenit huiuſmodi authoritas, *Card. in cap. 1.
num. 2. de ſimon. gloſſ. in cap. cum pridem, in verb.
illicitè, & ibi Imol. num. 8. Butr. num. 16. de pact.
Felyn. in cap. ad audientiam, il ſecondo, ſub nu. 3.
verſ. quod autem dicta conuentio, de reſcript. Ro-
doan. de ſimon. 2. par. cap. 7. num. 52. & 53. Caſſad.
deciſ. 2. ex num. 4. de ſimon. Ioan. Caraff. in
tract. de ſimon. ment. num. 60. Sot. de Iuſt. & iur.
lib. 9. q. 51. art. 2.* quos ſequuta fuit *Rota d. deciſ.
40. num. 5. Menoch.* qui alios refert, in *conſ. 67.
ſub num. 22. verſ. è contra verò.*
167 Nequè recipienda eſt diſtinctio, † inter benefi-
cia habentia adminiſtrationem ordinis, vel exe-
quutionem clauium, & alia beneficia, quaſi quod
reſpectu priorum, deficiat hæc poteſtas in Papa,
quam diſtinctionem fecerunt *Abb. in cap. 1. nu. 6.*
& ibi eum ſequuti fuerunt *Io. de Anan. num. 5. &
Marian. Socin. num. 20. eo. tit. de Simon.* & indi-
ſcuſſum reliquit *Caſſad. lo. proximè cita.*

Eſt enim aduertendum, poſſe inferri ſcrupulum
hunc reſpectu non ſolum ordinis, & clauium pote-
168 ſtatis, ſed etiam reſpectu † cuiuſcunquè rei ſpiri-
tualis, vt ſic vniuerſalitèr videtur reſoluere *B. Th.
2. 2. q. 100. in 1. art. in reſponſione ad ſeptimum*,
verùm hoc intelligitur, quando nuncupatim, & ex-
preſsè id temporale quod accipitur, ſuccederet
loco pretij ipſius rei ſpiritualis ſic appretiatæ, &
æſtimatæ; vt retento propoſito exemplo ordinis,
& poteſtatis clauium, & ſic declarando eandem
doctrinam B. Thomæ, præ cæteris docet Felynus
*in præcit. cap. ad audientiam, il ſecondo, verſ. nec
obſtat, de reſcript.* Siquidem in conceſſione huiuſ-
modi rei ſpiritualis poſſunt cõcurrere duo moti-
ua, vnum occaſionale, & remotum, in quo cadit
talis æſtimatio; alterum propinquum, in quo nul-
latenus cadit: & propterea vbicunquè explicitè
non eſt facta æſtimatio ex hac poſteriori cauſa
propinqua, cenſetur facta ex cauſa remota, ex
qua potuit licitè fieri abſquè vllo Simoniæ ſcru-
pulo; vt propoſito exemplo Sacerdotis conducti
ad celebrandum, quo vtitur gloſſa in *can. Iudices
23. ſuper verb. in ſumptum 1. q. 1.* optimè ibi ex-
plicant *Archid. num. 6. Bellam. ſub num. 3. verſ.
non intelligas, quod iſta propoſitio, & Prapoſ. ſub*
169 *num. 4. ſuper ca. gloſſ. & nu. 5.* & cum pendeat † ex
intentione

intentione agentis,nihil eſt,quin (vt hæc duo motiua ſunt ſepatata , ex ſeparatione ſubiectæ materiæ , ſpiritualis videlicet , & materialis illi cohæſiuæ) ex eadem intentione, eadem ſegregatio fiat,& in illa actus iudicetur licitus, & abſque vlla ſimoniaca labe , vt docuit *Innoc. in cap. quoniam enormis, ſub num.3. verſ. ſed credimus , nè Pral. vices ſuas .*

Hinc, circa diſtinctionem præmiſſam, & poſita illius veritate; dicendū eſt, nullo pacto eſſe applicabilem huic noſtræ controuerſiæ,interpoſitæ au. ctoritatis Apoſtolicæ , ſuper pactis alioqui illicitis, & ſimoniacis priuatorum inter ſe ſic paciſcentium, vtcunquè agatur de beneficijs habētibus annexam aut poteſtatem clauium, aut ordinis admi. niſtrationem ; quià eodem modo † quo Sacerdos conductus ad celebrandum, ex ſola intentione ſeparat diuinum officium à temporali ſuo ſeruitio, & pro hoc tanquam pro cauſa remota,licitè recipit mercedem ; ita & multò magis Summus Pontifex, qui habet ius poſitiuum in abſoluta poteſtate,ſeparat, ex ſola ſua intentione,quicquid eſt ſpiritualis à temporali;& commodum temporale,cū ſimplici temporali adæquat,vt benè explicat *Prapoſ.in can. latorem, ex num.29.ca.1.q.1. & magis apertè Iacobat.de Concil.lib.4.in 4.art.ex nu.47.*

Quod autem ſcribitur † in *can.ſi quis obiecerit, 1 q.3.* penitus eum deſipere qui obijcit non conſecrationes emi , ſed res ipſas , quæ ex conſecratione proueniūt:quod eſt fundamentum ſupradictæ diſtinctionis, procedit reſpectu inferiorum à Papa, qui non habent facultatem ſeparandi , & ſegregandi ſpiritualia à temporalibus, vt benè aduertit *Prapoſ.in pracit.can. latorem, num.32. & Iacobat.in eo. art. 4. num.39.*

Idquè eò facilius procedit; quià † Summus Pō. tifex in huiuſmodi confirmationibus non mouetur aliquo prorſus proprio affectu , ſed iuſtiſſimis precibus,adeoquè cauſis ſibi per partes ſuggeſtis, puta nè reſignans beneficium,nimium patiatur incommodum,ni ſibi penſio aliqua reſeruetur,vel vt ſequatur extinctio alicuius litis ex inita concordia aut tranſactione, quæ & ipſa iuſtiſſima cauſa reputatur,*cap.diſpendia, de reſcript.in ſexto,Gonzal.ad regul.de menſ. in §.7. proœm. ex num.12. & notauimus in appar nu.8. & lib.2.q 20. n.11.*

Vbi autem vrget aliqua † iuſta,& honeſta cauſa,non ſolum ceſſat ſcrupulus hic in his confirmationibus , ſed etiam eo caſu quo ipſe Pontifex directò, & explicitè pro commodo temporali ſpiritualia concederet , vt admittunt *Prapoſ. & Iacobat.* locis ſuperius citatis: quamuis propter ſupremam Pontificis poteſtatem, cui ſubijcitur omne ius humanum,impoſſibile ſit,etiam ſi ceſſet huiuſmodi cauſa, formalem ſimoniam ei impingere,ſed ſimplex peccatum propter ſcandalum , ex defectu talis cauſæ, vt aduertit *Iacobat. ſub eod. num. 39. verſ. vnde ex his.* Et benè probatur hæc ſententia ex fontibus Sacrorum Canonum , vt enim ait B. Hieronymus in *pracit.can. Iudices 1.q. 1. poterat vtiquè Petrus Simoni Mago vldere quod petebat, immò poterat ſimulare vendentem ; ſpiritum enim Sanctum, nec venundari, nec emi poteſt ,ſed oblatam pecuniam eum offerētis damnauit.* Enimuero, nulla vnquam lex ab Eccleſia dicta fuit in Petrū, aut illius ſucceſſores , quæ illi ſimul non fuerit ſubiecta, *Rota de bigam.deciſ.vn.num.3.in non.et notauimus lib.1. q.46. num.58. & 59.* ſed nequè
174 vnquam auditum † fuit. aliquos Summos Pontifices pretio vendidiſſe aliquos titulos beneficiales, vt aliqui detractores iactitare videntur , vt obſeruauit *Nauarr.in manual. d.cap.23. ſub nu.108. verſ. octauo infertur ,* & nos quoquè præmonuimus *lib.2 q.9.ex num.80.* & licet non ignorem, in Synodo Baſilienſi *ſeſſ. 26.* Eugenium Quartum fuiſſe inſimulatum pro graui pecunia dignitates cōtuliſſe, tamē iam dudū ea Synodus de legitima, degenerauerat in illegitimā, reuocato Sedis Apoſtolicæ Legato, & Epiſcoporum multis abſcedentibus, & alijs reſiſtentibus , vt benè declarat *Coriolan.in ſumm.Cōcil.ſtatim ab initio,verſ.Oecu-*
175 *menica fuit* ; vt qui neget † illud fuiſſe merū conciliabulum, ſchiſmaticum, & ſeditioſum, iam ponat faciem ſuam contra faciem vniuerſalis Eccleſiæ repræſentatæ in Lateranenſi Concilio ſeſſ. 11. in quo ita fuit declaratum, quemadmodum etiam latiſſimè diſſeruit *Reuerendiſſ. D. Coccinus in Treueren. Abbatia , 24. Ianuarij 1625.*

Interim tamen qui in Romana Curia(ad quam confluunt & boni , & mali) Papa inſcio inter ſe paciſcerentur de beneficijs Eccleſiaſticis,aut alijs ſpiritualibus,in proprium quidem caput fabam
176 cuderēt;at hinc nuſquam ſequetur,ſi pacta † eadē per Papam confirmentur, per ipſum ſimoniam cōmitti: Papatus enim eſt Apoſtolatus , qui aut Sanctum facit, aut ſanctum recipit, vt penè his verbis ſic ratiocinatur *Bar. in l. Barbarius in 2 lectu.ſub n.1. verſ. tamen ſecundū quoſdam,de Off. Prætor.*

Vt autem ex confirmatione , vel approbatione Apoſtolica pacta huiuſmodi circa beneficialia,labe ſimoniæ expurgētur,duo hęc omninò exigūtur.

177 Primum,vt non ſimpliciter reſeruetur,ſed omninò obtineatur; dum enim non obtinetur,conuentio non eſt in ſtatu validitatis, qui non poteſt initiari in conſenſu paciſcentium , ſed tantum in ipſius Papæ auctoritate, *Io.de Anan.in cap. audiuimus,ſub num.2. circa fin. verſ. pondera ad hoc tamen,de colluſ.detegen.* quem ſequuta eſt Rota in *Calagurritana Penſionis,29. May 1595. coram Pena,* impreſſa apud *Garz.de benef.par.1.c.5.ſub num.343.* & fuit etiam nuper reſponſum in *Montiſfaliſci penſionis, 10. Iunij 1630. coram R.P.d. Pirouano.*

178 Et proptereà,non † attenditur ad iſtum effectū tempus tractatus aut pactionis, ſed tempus ipſius confirmationis, vt reſoluit *Rota apud Veral.deciſ. 205. ex num.1. par.1.*

179 Alterum , vt nihil poſſit † videri contra Papæ mentem extortum, ſed fuiſſe omnia benè explicata;quemadmodum in confirmatione permutationis, in qua fuerat ſub inuolucro verborum narrata permutatio quadrangularis, cuius termini ſignificatio non ſatis eſt peruia, reſpōdit Rota apud *Verall.deciſ.203.ex num.1.& per to.par.1.* & in confirmatione cuiuſdam concordiæ, in qua narratis aliquibus pactis illicitis, reliqua magis illicita

tacita

tacita fuerunt, & prætendebatur eorum narrati-
uam ſuppleri ex clauſula relatiua ad Inſtrumentũ
180 concordiæ, cum clauſula † *quorum tenores*, quæ
non trahitur ad maiora expreſſis, reſpondit apud
eundem *deeiſ. 204. per to. ea. par.* 1.

Hinc inoleuit vſus apponendi in literis decre-
tum, quo mandatur præſtari partibus Iuramen-
181 tum, † quod nulla ſimoniaca conuentio interue-
nerit; quod intelligitur de conuentione continen-
te plus in dando, vel promittendo, quàm conti-
neant ipſæ literæ, vt notauit *Felyn. in ſapeeis. cap. ad audientiam. ſub num. 2. verſ. hinc eſt quod in prouiſionibus de reſcript.*

182 Reputatur enim † materia hæc indiuidua pro-
pter correſpectiuitatem, *Verall. deeiſ. 206. num. 1. par.* 1. Quocirca ſi aliqua fierent pacta licita, &
183 quæ poſſent † ab inferiori à Papa approbari; alia
autem illicita, quorum validitas penderet à Papæ
auctoritate: indequè omnia conciperentur ſub
beneplacito Apoſtolico, paciſcentes autem omiſ-
ſa impetratione talis beneplaciti, obtinerent con-
firmationem ab inferiori, vtiquè tota conuentio
iudicaretur ſimoniaca, nequè ſuſtineretur quoad
licita, & confirmata per talem Inferiorem: vt in
caſu permutationis, quæ aliàs poterat fieri coram
Ordinario, cum pacto nè alter ex permutantibus
poſſet exinde moleſtare alterum ſuper quodam
beneficio, quod egebat cõfirmatione Apoſtolica,
reperitur deciſum apud *Mohed. deeiſ. 1. per to.* de
184 *Simon.* & idem in concordia, per quam † tertio
alicui reſeruaretur penſio, vt fuit reſponſum in *ſuperius cita. Montisfaliſci penſionis* 10. *Iun.* 1630.
coram Rpd. Pirouano, in qua iterum ſub die 31.
Martij 1631. *& 6. Februarij* 1632. fuit latiſſimè
deciſum, facultates Magni Magiſtri Hieroſolymi-
tani ex Conſtitutione Pauli IV. reſignationes be-
neficiorum recipiendi, illaquè reſignantibus in ti-
tulum ſiuè commendam, ac omnes illorum fru-
ctus, ſiue eorum partem, aut ſuper illis quaſcũquè
annuas penſiones, quæ etiam tranſirent ad ſucceſ-
ſores, reſeruandi, conſtituendi, & aſsignandi; mi-
nimè extendi ad facultatem reſeruandi penſionẽ
aliquam ad fauorem tertij, quantumcunquè ex
cauſa concordiæ, & bono pacis. Quamuis enim
videatur ſubeſſe eadem cauſa reducendi diſſidẽtes
ad concordiam, & inducendi bonum pacis, tamen
cùm materia ſit exorbitans, habeatquè reſiſtentiã
iuris communis, ita hærendum eſt literis faculta-
185 tis, vt non ſint † ad conſequentia trahendæ, nedum
ex identitate, ſed etiam ex maioritate rationis,
Verall. deeiſ. 8. nu. 6. & deeiſ. 274. num. 1. par. 1.
Surd. deeiſ. 268. num. 2. cum alijs quos adduxi-
mus, & ſequuti fuimus *lib. 1. q. 40. num.* 173.

186 Quandoquidem nimis à iure exorbitat, † vt in-
ferior à Papa reſeruet penſiones perpetuas, vt di-
ſputauimus *eo. lib. 1. q. 33. ex num.* 20. quicquid ſit
de temporali, in quibuſdam caſibus permiſsis,
quos ibidem expoſui, & tunc perpetuò, ſi citra
pactionem aliquam fiat, vt in *d. Montisfaliſci.*

SVMMARIVM.

1 *Maieſtas humana, quid.*
2 *Splendor, pro nitore.*
3 *Splendor imperij, in quo ſenſu.*
4 *Lex regia, quo nexu conſtricta.*
5 *Eiuſdem autographum.*
6 *Maieſtas Populi Romani, an fuerit extincta per Legem Regiam.*
7 *Principatus legitimi forma.*
8 *Principatus humanus, immediatè à Populo.*
9 *Maieſtatis humanæ radij, omnes directi ad ſecuritatem Populi.*
10 *Maieſtas, non in alio, quã in Principe ſupremo.*
11 *Princeps, refert imaginem Reipublicæ.*
12 *Imperij regimen, perpetuo creditum eſt Principi per Populum.*
13 *Princeps nulli magis, quàm ſibi ſalutem Reipublicæ conuenire profitetur.*
14 *Maieſtas, dicta principalis.*
15 *Item Imperatoria.*
16 *Item Regia.*
17 *Maieſtas, ex faſcibus.*
18 *Senatus, maieſtate Principis illuſtratur.*
19 *Leges humanæ, in quo ſummã perfectionẽ recipiãt.*
20 *Magiſtratus, qualiter Maieſtatem contrahant.*
21 *Obeliſcorum vſus, qui olim apud Aegyptios.*
22 *Fœdus ineundi formula, cum alijs Populis, apud Romanos.*
23 *Maieſtas Romanæ Reipublicæ, quæ olim fuit, in quo hodiè appareat mutata.*
24 *Populo Romano, inſpecto tenore legis Regiæ, quæ olim poteſtas fuerit, in reſumendo Imperio, ſublata è viuis Principis perſona.*
25 *Princeps Romanus, an fuerit ſolutus omnibus legibus Populi.*
26 *Relatiui,* qui, *vis.*
27 *Pacta, reciprocè ſeruanda.*
28 *Text.* in l. 1. de conſtit. Princip. *expenſus.*
29 *Populus Romanus, an per legem Regiam tranſtulerit Imperium extinctiuè in ſeipſo.*
30 *Lex Regia, ſub qua formula, reſpectu poteſtatis tranſlatæ fuerit concepta.*
31 Licere *verbum, quid importet.*
32 *Iuriſdictio cenſetur cumulatiuè, & non priuatiuè conceſſa.*
33 *Poteſtas Populi Romani, cum poteſtate Principis, olim vt concurreret.*
34 *Populus Romanus, vti & qua ratione olim Principes abiecerit.*
35 *Obſeruantia, legum interpres.*
36 *Populo Romano, hodie interciſa poteſtas, Imperium in ſe reſumendi.*
37 *Dignitas, nunquam moritur.*
38 *Papæ poteſtas, immediatè à Deo.*
39 *Imperij Romani adminiſtratio, qualitèr olim Carolo Magno demandata.*
40 *Imperator, defenſor, fidelis, & deuotus Eccleſiæ, ex iuramentorum formula.*
41 *Imperium Romanum, in quo moueatur.*
42 *Papa, obtinet Imperium Occidentale.*
43 *Imperatoris electio, à Pontifice, & Romana Eccleſia.*
44 *Et hinc eius recognitio.*
45 *Et qualitèr poteſtas hac transfuſa.*
46 *Imperio vacante, ad quem recurratur pro iuſtitia.*

47 *Im.*

47 *Imperatoris eligendi poteſtas, in ſeptem Germaniæ Principibus hodiè collocata.*

48 *Qualitèr in illis conſideretur.*

49 *Imperatoris deſtituendi poteſtas, non eſt apud ſeptem Electores.*

50 *Imperij Romani renunciatio, in quorum manibus fieri debeat.*

51 *Imperator, dum non deſtituitur per Papam, præſumitur optimus, maximuſq; Princeps.*

52 *Papæ poteſtas, circa inſtitutionem, & deſtitutionem Imperatoris, vnde.*

53 *Imperator profitetur ſe defenſorem, & Aduocatum Eccleſiæ.*

54 *Et quæ ſit vis iſtius iuratæ profeſsionis.*

55 *Imperator in terris Eccleſiæ, nec quidem voluntariam exercet iuriſdictionem.*

56 *Et vnde dicatur Rex Romanorum.*

57 *Iuramenti formula in adeptione Imperij, in quo fuerit mutata.*

58 *Et quæ olim fuerit ante annum 726.*

59 *Et quæ ab anno 800. vſquè in præſens.*

60 *Citatus coram Papa, non poteſt allegare impedimentum ex facto Imperatoris, & qua ratione.*

61 *Imperij Romani Occidentalis ſymmetria, vti conſiſtat.*

62 Text. in can. cum ad verum, diſt. 96. expenſus.

63 *Principes Catholici, qualitèr dicãtur confœderati Romanæ Eccleſiæ ratione debitæ defenſionis.*

64 *Maieſtatis crimen, quodnam Vlpiano.*

65 *Perduellionis crimen, quid?*

66 *Et qualitèr differat à ſimplici crimine Maieſtatis.*

67 *Perduellionis crimẽ, reſoluit omnia iura ab initio.*

68 *Infert damnationem memoriæ.*

69 *Et ſententia ſuper eo lata, etiam poſt mortem retrotrahitur.*

70 *Et in hoc, differt à crimine Maieſtatis.*

71 *Perduellis Clericus, ex commiſſo contra Romanum Pontificem, incurrit pœnam priuationis beneficiorum ipſo iure.*

72 *Etiam ex mente, & ratione legis Iuliæ.*

73 *Perduellio, an committatur tantum, cùm offenditur perſona Principis.*

74 *Perduellio, vndè aliquibus dictum.*

75 *Et quæ eius Ethimologia.*

76 *Perduellis tantum an ſit, qui machinatur contra perſonam Principis, ex particulari odio.*

77 *Alternatiua*, vel, *vis declaratiua.*

78 *Animus hoſtilis præſumitur in lædente, niſi validiori præſumptione aliud conſtet.*

79 *Perduellis vndè arguatur hoſtilis animi.*

80 *Perduellionis reus reputatur, turbans publicam tranquillitatem, per occupationem arcis vel territorij.*

81 *Præſcriptio omnis quotannis interrumpitur contra occupantes bona Romanæ Eccleſiæ, ex publicatione Bullæ Cœnæ Domini.*

82 *Romanæ Eccleſiæ loca inuadentes, vel occupantes, illiſuè adhærentes Maieſtatis rei declarantur ex Conſtitutione Leonis X.*

83 *Et hac de cauſa Clerici qui fuerint priuantur ipſo iure omni beneficio, & officio Eccleſiaſtico.*

84 *Caualcatas facientes in ditione Eccleſiaſtica, ſeu turbatores publicæ quietis, criminis maieſtatis rei ſicut in primo capite.*

85 *Contumelioſa verba in Principem, maledicti crimen, non item maieſtatis inferunt.*

86 *Principis imaginem corrumpens, læſæ Maieſtatis reus eſt.*

87 *Maieſtas Principis, qualitèr intelligatur lædi per ſimplicem obſcurationem.*

88 *Monetæ falſæ cuſſores, efficiuntur criminis Maieſtatis rei.*

89 *Itemquè tonſores, ſed non puniuntur tanquam perduelles.*

90 *Falſificantes literas Apoſtolicas, ipſo iure priuantur beneficijs Eccleſiaſticis.*

91 *Efficiuntur criminis Maieſtatis rei.*

92 *Etiam ex mente legis Iuliæ.*

93 *Subijciunturquè cenſuris Bullæ Cœnæ Domini.*

94 *Principis maieſtas, quo caſu ſummè lædatur.*

95 *Diuinatores, coniectoreſquè ex aſtris, ſeu verius impoſtores, quibus pœnis hodiè coercãtur ex Conſtitutione Vrbana.*

96 *Horum etiam antiquitus peſſimum inſtitutum, Seneca obſeruatum.*

97 *Diuerſis legibus profligatum.*

98 *Grauius in perſeuerantes animaduerſum.*

99 *Vaticinatores, de vita, vel ſalute* Principis *enunciantes, & eos conſulentes, olim pœna capitis coerciti.*

100 *Et qua ratione.*

101 *Mathematicorum nomine, propriè ſumpto vocabulo, qui? & eiuſdem vocabuli vſurpatores.*

102 *Aſtrologorum, ſiue Genethliacorum vanitas.*

103 *Homo liber, non patitur alienationem.*

104 *Princeps, ſubditos inuitos non diſtrahit.*

105 *Quod declaratur.*

106 *Conſtitutio Pij Quinti de non alienandis, vel infeudandis, quorſum, & eius tenor.*

107 *Eadem Ducatum Ferrariæ S.R.E. ſub Clemente Octauo reſtituit.*

108 *Eadem Ducatum Vrbini, ſub Sanctiſs. D.N. Vrbano VIII. ditioni temporali reincorporauit.*

109 *Cardinalis S.R.E. perſonam offendens, perduellis efficitur, & priuatur omni officio, & beneficio Eccleſiaſtico ipſo iure.*

110 *Etiam ex mente Legis Iuliæ.*

111 *Sacrilegium contrahitur, ex offenſa in perſonam Eccleſiaſticam.*

112 *Epiſcopi perſonam offendens, priuatur beneficijs ipſo iure.*

113 *Rectorem Eccleſiæ, vel Beneficiatum offendens Clericus priuatur ipſo iure beneficio, quod in eadem Eccleſia obtinet.*

114 Text. in c. in quibuſdam, de pœn. *continet ſententiam iuris.*

115 *Sententiam iuris importat dictio*, prorſus, *adiecto verbo* amittat.

116 *Rectorem Eccleſiæ interficiens, vel mutilans, non incurrit pœnam priuationis ipſo iure, reſpectu beneficiorum, quæ obtinet in alia Eccleſia.*

117 *Magiſtratũ offendẽs, efficitur Perduellionis reus.*

118 *Et quæ ſit ratio.*

119 *Duello prouocantes, & illud acceptantes, efficiuntur Maieſtatis Rei, ob idq; inducta priuatio beneficij ipſo iure.*

121 *Ar-*

121. *Arma ſicariorũ deferentes, veluti Maieſtatis Rei, priuantur beneficijs ipſo iure.*
122 *Clypeo ſub iuſto, multi ſæpè perierunt.*
123 *Alexandrina* Conſtitutio *contra offendentes collitigantes, vel Miniſtros Curiæ, infert crimen Maieſtatis, & pœnam priuationis beneficiorum ipſo iure.*
124 Præſumere, *verbũ, implicat dolum, & temeritatẽ.*
125 *Litis cauſa præſumitur illata iniuria collitigãti, niſi de alia quæ ſuperuenerit appareat.*
126 *Et diuerſitas cauſæ colligitur ex diuerſitate nouæ controuerſiæ.*
127 *Vel ex rixa ſuborta, quæ offenſus fuerit prouocatus.*
128 Prouocatus *in rixa, præſumitur ſine dolo offendiſſe.*
129 *Quod declaratur.*
130 *Et excuſatur etiam ab exceſſu.*
131 *Alexandrina, ceſſat in prouocato offendente.*
132 Prouocatus, *ſi ſit collitigans, & offendat collitigantem, offenſio præſumitur ex hac noua cauſa prouocationis.*
133 Prouocans *alium, ipſe prius offendit.*
134 *Et quæ ſit ratio.*
135 *Offenſa in articulo Alexandrinæ, præſumitur illata ex cauſa minoris delicti.*
136 *Ira ex prouocatione, excuſat à dolo.*
137 *Et ẽmollit pœnam iuris.*
138 *Ira, qualiter homini fiat.*
139 *Mẽs commota ex ira, ei deſeruit à quo expellitur.*
140 *Franchitiam acclamantes, et eos fouentes, efficiuntur rei Maieſtatis, priuanturquè beneficijs Eccleſiaſticis ipſo iure.*
141 *Bannitorum receptatores, & fautores, ſubijciuntur crimini Maieſtatis, & priuationem omnium beneficiorum ipſo iure incurrunt.*
142 *Imperatorem offendens efficitur Reus Maieſtatis Romani Pontificis, ratione fœderationis.*
143 *Subſequuta tamen declaratoria huiuſmodi delicti ab Eccleſia.*
144 *Clericus, vtrum ob offenſam Principis temporalis incurrat crimen eius Maieſtatis læſæ.*
145 Text. in can. ſi quis laicus, 22. q. 5. *vndè deſumptus.*
146 *Maieſtatis crimen, exigit ſubiectionẽ in offendẽte.*
147 *Clericatus, ſubducit Clericum à iuriſdictione, & Imperio temporali.*
148 *Et qua ratione.*
149 *Sed non à ſubiectione, reſpectu participationis Reipublicæ.*
150 *Clericus, per Clericatum non deſinit eſſe ciuis, & pars Populi, ac Reipublicæ.*
151 *Nec diſtrictualis.*
152 *Clerici, & laici ſimul, vnam Rempublicam conſtituunt.*
153 *Maieſtatis crimen, cum impingitur Clerico, iudicium pertinet ad Iudicem Eccleſiaſticum.*
154 *Egica, Hiſpaniæ Regis, ſumma pietas.*
155 Text. in can. ſi quis laicus, 22. q. 5. in verb. degradetur, *intelligitur de degradatione verbali.*
156 *Degradatio verbalis, vt differat à reali.*
157 *Degradationi reali non eſt locus, niſi certis caſibus à iure expreſſis.*
158 *Patronatus, an amittatur ex perduellionis crimine.*

QVÆSTIO XXX.

Maieſtatis humanæ crimen, an, & qualiter inducat priuationem beneficij ipſo iure.

CONTRAHENDO totam
hanc diſputationẽ, ad Romanam
maieſtatẽ, de qua
ſola noſtræ leges loquuntur,
ſic eã aut finiam, aut
deſcribam: Vt ſit *Romana*
1 *† Reipublicæ ſplendor,*
Principi ſuo circumfuſus,
ad ipſius Populi *ſecuritatem.*
2 *Splendor*, ſtat pro genere, dùm hæc vox † cu-
iuſquè rei nitorem ſignificat, *l. 1 neres, 18. verſ. ità*
enim ſplendor, C. *de oper. public. Reſpublica*, pro
ſpecie, vt non ſit cuiuſquè rei ſed Imperij ipſius
3 Reipublicæ Romanæ † ſplendor, ſic *Cicero pro Põ-*
peio. Nũc Imperij noſtri ſplẽdor, illis partibus lu-
cet, & pro L. Flacco. *Hæc enim ratio, & magnitu-*
do animorum in maioribus noſtris fuit, vt cùm in
priuatis rebus, ſuiſquè ſumptibus, minimo cõtenti,
tenuiſſimo cultu viuerent; in imperio, atquè in pu-
blica dignitate omnia ad gloriam, ſplendoremquè
reuocarent. Dixi. *Principi circumfuſus*; pro conſti-
tuenda differentia inter ſplendorem, quem ſibi ar-
rogant, tanquam in ſe ipſis connatum, qui inuitis
4 Populis, † in virga ferrea dominantur; & ſplendo-
rem hunc originatum in Republica, ad cuius con-
ſeruationem, Princeps Romanus, quacunquè ſibi
conceſſa poteſtate vtitur. Sic enim in lege Regia,
quæ de Imperio eius lata eſt, loquitur Vlpianus
in *l. 1. de Conſtit. Princ.* & Iuſtinianus in *§. ſed &*
quod Principi placuit. Inſtit. de iur. nat. gent. &
ciuil. diligentius, & ſubtilius compoſita, ſub ini-
tio Imperij Veſpaſiani, & quam ideò Alexander
Seuerus, legẽ Imperij vocat in *l. 3. C. de Teſtam.*
Sic (inquam) in ea ſcribitur: *Vtiquè, quæcunquè ex*
vſu, Reipublicæ Maieſtate, diuinarum, humana-
rum, publicarum, priuatarumque rerum eſſe cen-
ſebit, ei agere, facere, ius, poteſtasquè ſit; ità vti
Diuo Auguſto, Tiberioquè, Iulio Cæſari Augu-
ſto; Tiberioquè Claudio Cæſari Auguſto Germa-
5 *nico fuit*. Hæc † habet ænea originalis tabula, in
qua dicta lex eſt inciſa; patetquè cuiuis ſuperius
atriũ Capitolij aſcendẽti, parieti defixa, à Latera-
nẽſi Palatio, ſub Gregorio XIII. trãſportata; cuius,
etiã contextũ vtcunquè in aliqua parte mancum,
trãſcripſit Io. Kal. in enumeratione legum Roma-
narum poſt Lexicon iuridicũ; & ego ipſe, ex eadẽ
tabula, totam eius ſeriem diligẽtèr exſcripſi. Qui-
bus verbis, ad oculum demõſtratur, erroneũ eſſe,
6 quod viſum eſt aliquibus, Maieſtatem † Populi Ro-
mani, per legem Regiam, ex translata in Princi-
pem poteſtate, fuiſſe extinctam; vt in ſpecie exi-
ſtimauit *Gigas in tract. de crim. læſ. Maieſt. lib. 1.*
quid ſit crim. Maieſt. nu. 8. & 9. quem errorem
depræhendiſſe, ſed non refutaſſe (vt par fuerat)
aduerti Farinaccium *Crim. q. 112. in 1. inſpect.*
num. 8.

Verius ergò eſt, Reipublicæ Maieſtatem Princi-
pi circumfuſam, ſeu circumpoſitam pro ea tuẽda,
quam

Digitized by Google

quàm vnquam fuiſſe extinctiuè per Populum
trãslatam; cùm impoſſibile ſit id alitèr æſtimare,
quam ad notmam legis ſupradictæ, niſi quiſpiàm
à Tyrannide Arguat ad iuſtum, & legitimum Ptin-
7 cipatũ, qui† ſecundum ius gentium, fotmam ſuam
habet in conſenſu Populi, vt ptæter cæteros ſumi
mi nominis Iuriſconſultos, hoc benè explicant
Alciat. in l. bona Ciuitatis, 15. num. 2. 3. & 7. de verb. ſign. & Couarr. pract. quaſt. c. 1. ſub num. 2. verſ. huius vero tituli Societatis.
8 Quamuis enim omnis poteſtas, † ex qua pro-
fluit hæc de qua nunc agimus humana Maieſtas, à
Deo ſit, iuxta ſententiam B. Pauli ad Romanos
c. 13. id intelligitur non immediatè, ſed mediatè,
ex conſenſu videlicet Populi, vt optimè declarat
Sot. de Iuſt. & iur. lib. 4. in 4. q. art. 1. concl. 2. adeò
vt nec quidem deſpoticum illud Impetium in He-
btæos deſctiptum *Reg. 1. cap. 8.* alitèt conſtitutũ
fuerit, quàm ipſo Populo petente, & conſentien-
te, vt Sacer textus inſinuat, & declarat *Card. Bellarmin. in Apolog. lib. cui titulus, triplici nodo triplex cuneus cap. 13. non longè à princ. verſ. pergit deinde.*
Deniquè, ea vetba *ad ipſius Populi ſecuritatē,*
9 ſunt expræſſiua eius† quod eſt proprium illiuſmo-
di ſplendotis, ſeu Maieſtatis: eò enim collimant
eius radij vndequaquè diffuſi, ex Vlpiani reſpon-
ſo *in d. l. 1.*
Hinc perſpicitut, Populi ſecuritatem, quatuor
(vt ita dixerim) firmiſſimis Maieſtatis propugna-
culis defendi; & quidẽ prioti, ac præcipuo *Prin-*
10 *cipatu ipſo:* cùm enim † Populi Rector, ſiue Prin-
ceps ſupremus ſupponatur, vt omnino ſupponi de-
bet ex vocis ipſius ſignificatione, *Menoch. conſ. 99.*
11 *num. 66.* imaginem ipſius Reipublicæ ita † gerit,
vt ab ipſa quid diuerſum nõ æſtimetut, vt pulchrè
Bald. in cap. vn. num. 1. de feud. March. in vſib.
12 *feud.* Et ſanè, cum Populus regimen † Impetij ſui
illi crediderit, *l. vn. in princ. de Off. Praf. Prator.*
nimium à ptoprio officio recederet, ſi verſa vice
13 non atbitraretut, † nulli magis, quam ſibi conue-
nire ſalutem Reipublicæ tueri, *l. nam ſalutē 3. de Off. praf. Vigil.* Meritoquè ideò in ipſo tanquàm
in fonte ſuo, effulget Maieſtas, quæ propterea
14 dicta† eſt, *Principalis,* ideſt ipſius Ptincipis in *l. famoſi 9. hoc tamen ff. ad l. Iul. Maieſt.* & Impeta-
15 toris, ſiuè *Imperatoria*† in *l. meminiſſe C. eod. tit. & in l. vlt. C. vbi & apud quem, in l. benè à Zenone C. de quadr. praſcrip. in l. 1. C. de Silentiar. & in l. ſi quis ex grege. C. de Cohortal. lib. 12. & in*
16 *princ. proœm. Inſtit.* & deniquè Maieſtas †*Regia*
in l. 1. C. vt nem. priuat. tit. de quibus etiam no-
menclationibus, poſt alios loquitur *Decian. in tract. crimin. lib. 7. cap. 2. num. 3.*
Altero, ſuptemo illi contiguo, & penè inuiſce-
rato, Senatu videlicet, † & ipſius Ptincipis conſi-
17 lio. Quamuis enim in † Senatu, auctoritas magis
ſpectetut, cùm non habeat faſces, qui ſunt Maie-
ſtatis inſignia, vt ex Tullio alijſquè licet depræhẽ-
dere, quos adducit *Decian. eo. cap. 2. nu. 3.* tamen
18 negati haud poteſt, quin Otdo † ille ampliſſimus,
Maieſtate Principis illuſtretur, vt in *l. quiſquis, C. ad l. Iul. Maieſt.* tantoquè impenſius Populi ſa-
19 luti cooperatut, quòd leges, † quæ ad eius cõſulta-
tionem conſtituuntur, & quibus tota regitur Reſ-
publica, tunc perfectam habeant formam, ex de-
ſcriptione legis apud Papinianum, & Martianum
in *l. 1. & 2. ff. de legib.*
Huic aliud connectitur, nimirum *Magiſtratuū*
20 *ordo,* ac diſtributio. Quandoquidem, vt ij † pote-
ſtatem habent, & Imperium à Principe, ità pro
eiuſdẽ Imperij, ac Poteſtatis modo, dicuntur Ma-
ieſtatem obtinere, vt ex textu in *l. ius pluribus modis, qua eſt penult. ad fin. ff. de iuſt. & iur. l. ſi*
1 *familia 9 ff. de iuriſd. om. iud.* Nequè hi minus ci-
uilem ſocietatem ſplendore ſuo fouent, quàm
21 olim † apud Ægyptios nocte intempeſta vias illu-
ſtratent lumina Obeliſcis impoſita, vt hac compa-
ratione viſus eſt vti Atiſtoteles *polit. lib. 4. c. 15.*
Poſttemum deniquè eſt fœdus ſuper conſerua-
tione Maieſtatis; quod non ſolum infertur ex illa
ciuili ſocietate à iute gentium pronecta, quæ ſin-
gulos in vnum cogit corpus, vt in *1. offic.* benè
deducit Tull. & innuit text. in l. ex hoc iure, ff. de
22 *Iuſt. & iur.* verùm etiam, componitut † cum alijs,
vtcunquè liberis, tamen inferioribus populis, ea
exptеſſa lege, vt ij Maieſtatem ſuperioris Populi
comiter conſeruare teneantur: quæ fuit frequens
formula concipiendi fœdus apud Romanos, vt
apud Liuium legitut de fœdere cum Aetolis,
itemquè cum Gaditanis, quotum meminere Si-
gonius *de antiq. iur. Rom. lib. 1. cap. 5. & 9.* & do-
ctiſſimus Briſſonius *de formul. lib. 4. verſ. fœderis autem,* pag. mihi 381. in quem ſenſum habemus
textum quoquè clarum, in *l. non dubito, 7. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ.*
Nequè video, in quo alio Maieſtas hæc Roma-
23 næ† Reipublicæ, & forma illius cuſtodię, ſit immu-
tata, quàm in hoc vno, quòd cùm eo tẽpore, quo
eligebatur in Ptincipẽ perſona aliqua ſingularis,
defuncto Principe, (loquendo de iute, & non de
24 facto) poterat † populus in ſe reſumete Imperiũ,
& poteſtatem (lex enim regia, & illius formula nõ
egrediebatur perſonã Principis electi, vt patet ex
illius lectura, & hoc in dubium reuocare, nihil
aliud eſſet, quàm manifeſtam veritatem impugna-
re, & iuris principia) hancquè ideo ſentẽtiam poſt
Guillel. de Cun. probauit *Bart. in l. non ambigitur num. 1. ff. de legib. & Purpurat. in l. more maiorum num. 5. de Iuriſd. omn. iud.*
25 Quemadmodum ſi ipſe Ptinceps † degenetaſ-
ſet in Tytannum, vbi talis per Senatum fuiſſet iu-
dicatus, nihil eſt quin eo à culmine imperij de-
turbato, poſſet eandem poteſtatem itidem in ſe
reſumere, & alium ſibi Principem eligere; Quia
cùm ille, legem Regiam in ea parte non obſerua-
ret, qua cuncta tenebatur ex vſu, & Maieſtate Rei-
publicæ gerere, & adminiſtrare, vt patet ex ver-
bis ſuperius relatis, adeoquè viuere ſecundum le-
ges, cum non ab omnibus, vt aliqui perperam
cogitarunt ex *l. Princeps de legib.* (quæ loquitur
de legibus ſingularibus, Iulia ſcilicet, & Papia)
ſed à quibuſdam tantum, ex Populi indulto, ſolu-
tus eſſet, quemadmodum apertè demonſtratur
ex dicta legis Regiæ lectura, ibi. *Vtiquè quibus legibus, Plebiſcitis, ſcriptum fuit, nè Diuus Au-*

guſtus,

guſtus, Tiberiuſuè, Iulius Cæſar Auguſtus, Tibe-
riuſuè Claudius Auguſtus, Germanicus teneretur,
Imperator Cæſar Veſpaſianus ſolutus ſit. (nota
26 eſt enim, vel ex grammaticorum regulis, † vis illius
relatiui, *quibus*, reſtrictiua, vbi eſt poſita ſine co-
pula, vt in *l. omnes Populi, poſt Bart. n. 1. ff. de Iuſt.*
& iur. tradunt ſcriben. & alij paſſim.) Vtiquè ne-
27 què è conuerſo † teneretur Populus ſeruare quod
ex eadem lege promiſerat, *l. cum proponas, C. de*
pact. cap. fruſtra, 75. vbi optimà gloſſ. 1. de reg.
iur. in ſexto, cum ſimil.

In quem ſenſum tendunt etiam verba illa Vl-
piani in *ſupradicta l. 1. de Conſtit. Princip.* dum
28 refert, Populum † in Principem tranſtuliſſe Impe-
rium ſuum, & poteſtatem, nequè enim ita ſimpli-
citèr ſcripſit, ſed *ei & in eum*, quæ verba eius ſunt
energiæ, vt ſignificẽt translationem ſic moderatè
factam, quòd Princeps ex lege Regia obnoxius fo-
ret legibus Populi, perindè ac ſuis, vt aduertit
Cuiac. in interpret. l. ex hoc iure, in expoſitione
verborum, *diſcretas gentes, ac regna condita, ff. de*
Iuſt. & iu.

Quæ ſanè parum perpenſa fuerũt aliquibus, qui
argumentantes à confictò poſſibili ad factum, exi-
ſtimarũt, Populum per modũ ceſſionis ſic tranſtu-
29 liſſe † Imperium ſuum in Cæſarem, vt in ſeipſo il-
lud extinxerit; ſuper quo verius hæſiſſe quàm quic-
quam determinaſſe mihi videtur Baldus *in præcit.*
l. non ambigitur, ex nu. 7. ff. de legib. Nam & huic
diuinatiuo ſenſui repugnat manifeſta veritas, ex
lectura legis Regiæ, non ſolum in locis ſuperius ci-
30 tatis, ſed fermè in omnibus † eius capitibus, quæ
ſunt concepta per verbum *licere*, vt in primo, ac
principali capite indicendi belli & ineundi fœde-
ris, ibi, *fœduſuè, cum quibus volet facere liceat*;
& in ſecundo de prolatione Pomœrij, ibi, *Vtiquè*
ei fines Pomœrij proferre, promouere, cum ex Re-
publica cenſebit, liceat, vti licuit Tiberio, &c. & in
ſeptimo. *Quaquè quaquè lege, rogatione, Diuum*
Auguſtum Tiberium, Iulium Cæſarem Augu-
ſtum, Tiberiumuè Claudium Cæſarem Auguſtum
facere oportuit, ea omnia Imperatori Cæſari Ve-
ſpaſiano Auguſto facere liceat.

Qui enim, quod ſibi licet, alteri licere permit-
tit, in ſe poteſtatem non extinguit, ſed ſimplici-
31 tèr † cõmunicat permittendo, cùm hæc vox, *licere*
ſit expreſſiua ſimplicis permiſſionis, *Rebuff. ad l.*
licet 58. ex verſ. licet verbum de verb. ſignif. & re-
32 gula eſt, iuriſdictionẽ † in dubio cenſeri cumulati-
uè, non autem priuatiuè cõceſſam, ex his, quæ poſt
alios, longo ordine docet *Felyn. in cap. Paſtoralis*
ex n. 2. de Off. Ord. cũ multis congeſtis per Gonzal.
ad reg. de menſ. in §. 2. procem. n. 20. Et nè eamus
33 per mendicata ſuffragia, quod longè † poſt firma-
tum Imperium ex ſupradicta lege Regia concur-
rant iſtæ poteſtates Populo reſeruatæ in radice, &
Principi conceſſæ, videtur *text. in l. Barbarius ad*
fin. ff. de Offic. Prætor.

Idipſum verò, facto quoquè obſeruatum fuit,
34 nam tametſi † Populus Romanus à principio Re-
ges habuerit, eos tamen, cum matura fuit Tyran-
nis, eiecit, & ſe in plenam libertatem vindicauit.
Rurſus poſteaquàm Imperij habenas in vnum Mo-
narcham contulit, tàm ante legem Regiã ſub Ve-
ſpaſiano conditam, Neronem, & Caligulã, quàm
poſt illam, (& quidẽ immediatè) Flauium Domi-
tianum, ceù Hoſtes Patriæ, poteſtate conceſſa pri-
uatos, trucidauit; ac tãdem anno ſalutis 726. Leo-
ne Iſauto in Hæreſim prolapſo, & in eandem ſub-
ditos cogere adnitente, Populus idem, ſolutus Sa-
cramento, eandem reſumptam poteſtatem, in Ro-
mano Pontifice in perpetuum collocauit, vt ex
Anaſtaſio, Sigonio, Baronio, & alijs notaui *lib. 1.*
in vlt. quæſt. num. 28. Quæ obſeruantia (quando
35 verba † legis Regiæ forent aliquo modo obſcu-
ra) certam hanc illi interpretationem concilia-
uit, *vulg. l. minimè, ff. de legib.*

36 Hodiè verò, ex † natura rei, ideſt poſtremæ iſtius
translationis factæ de anno 726 interciſa eſt peni-
tus facultas hæc in Populo; cùm facta fuerit non
in perſonam aliquam ſingularem (cuius ius cum
perſona deinceps extingueretur) ſed in Pontifi-
37 ciam Dignitatem; † quæ, quemadmodum nunquã
moritur, *Bald. in l. vn. §. excepto, ſub num 4. verſ.*
vel ibi, C. de cadur. tollen. Silua. conſ. 1. num. 109.
verſ. tertio confirmatur, cum alijs per Menoch.
conſ. 943. nu. 37. ità iſtius recidiuæ poteſtatis ter-
minum habilem in perpetuum dimouet; præcipuè
38 ex ſingulari forma electionis, quæ † fit à Deo, à
quo, Papa poteſtatem immediatè recipit, *can. ſa-*
croſancta, 22. diſtinctio. Iacobat. de Concil. lib. 7.
art. 5. ſub nu. 137. verſ. quia eius poteſtas. Suarez
in Clyp. fid. Cathol. lib 3. cap. 2. ex nu. 15 & nota-
uimus lib. 1. q. 9. num 6. & q. 46. num 42.

Forma quoquè adminiſtrandi ipſum Romanum
39 Imperium innouata fuit; † nam à dicto anno 726.
Francorum armis, mandante Pontifice, defenſum
fuit, vſquè ad annum 801. quo Leo Tertius à Ca-
rolo Magno in ſuam reſtitutus Sedem, grati ani-
mi ergò, clamydem illi Auguſtalẽ, & coronam au-
ream impoſuit, Populo applaudente, & acclamã-
te, vt præter *Sigon. in d. anno 801. & Card Ba-*
ron. in anno 800. atteſtantur ex præcipuis Græco-
rum, & Latinorum triginta, & tres Hiſtorici, quos
ſigillatim recenſet *Card. Bellarmin. contr. to. 2. de*
translat. Rom. Imper. cap. 4.

Hæcquè eſt ſuprema Cæſaris, cum Populo Ro-
mano, ſeu veriùs, cum Romano Pontifice, qua
Pontifex huius Populi eſt Princeps, fœderatio, cu-
40 ius lege † tenetur ad eius defenſionem, vt in for-
mula iuramenti, de qua in *can. tibi Domino, qui*
in ordine eſt 33. diſt. 63. non quidem pro arbitrio
ipſius Cæſaris, ſed *deuotam*, vt ex profeſſione ip-
ſius Caroli, & alijs nuper in apertam lucem dedu-
xit *Alemannus in Lateranenſ. Parietin. cap. 11.*
pag. 95. idquè eſſe iuramentum fidelitatis, & pro-
feſſionem recognitionis ſuperioritatis declarauit
Viennenſe generale Concilium ſub Clemente V.
anno 1311. vt in *clem. vn. de iureiur. & in alia*
itidem vn. de ſent. & re iud. vt propterea non poſ-
ſit ipſe cognoſcere de iuſtitia cauſæ, ſed teneatur
omninò obſequi, *Bald. ſuper tit. hic finit. lex D.*
Feder. in princ. num 5.

Iamquè hinc ſequitur, Romanum Imperium, &
Imperatoris electionem hodie longè firmiori niti
fundamento, quàm ante dictã translationẽ nitete-

41 tur:quemadmodum enim illud † amplius in Popu-
lo non mouetur vt prius, ſed in Romano Pontifi-
ce, quod(alia tamen ratione)cenſuit etiã *Bart. in
Extranag. ad reprimendũ ſuper verſ. totius orbis*
42 *n.10.* itá vt ipſe Papa † dicatur in radice obtinere
Imperium Romanũ, ſaltim occidentale, vt videtur
de mente *Innocen. in c. quod ſuper ſub nu.7. verſ.
item terra ſancta, de Vot.* ſic neque Imperatoris
43 electio amplius vt prius procedit á † Populo, vel
ab exercitu, ſed ab ipſo Pontifice, ſeu Romana Ec-
cleſia, in quam fuit transfuſum Imperium, *Card.
Zabarel. in clem. præſenti, ſub nu.10. ad med. verſ.
ratio primi, de cenſib. Felyn. in c. cũ non liceat, ſub
nu.10. verſ. non obſtat iſte text. de præſcription.*
Et hoc eſt quod communitèr tradũt Canoniſtæ,
44 Imperatorẽ † recognoſcere Imperiũ á Papa, *Abb.
in c. venerabilem 34 ſub nu.18. verſ. & præcipuè
prædicta de electio. & in c. ex geſtis ſub n.2. verſ.
& facit hæc ratio de Cler. non reſiden.* quia ſcilicet
45 ea poteſtas † decernendi Imperatorem, quæ olim
fuerat penès antiquum Senatum Romanum, ho-
diè ſit in Romano Pontifice, quod ex modernio-
ribus ſcripſerunt *Boſſ. de ſign. Eccleſ. tom.1. lib.10.
ſign.42. cap. 12. verſ. verum poſtquam, & verſ.
hæc poteſtas, & Petrus Calliſto in tract. de leg.
Reg. §.2. num.42.* vt nil mirum ſit, ſi vacante Im-
46 perio, † recurratur pro iuſtitia ad ipſum Papam,
*cap. licet ex ſuſcepto, x. vbi gloſſ. in verb. vacante
Imperio,* & ibi *Innocen. num.1. de for. comp. c. vn.
§. ſanè, nè Sed. vac. in Extrauag. Ioannis* 22.
Et licet anno 996. Gregorius Quintus, conceſ-
47 ſerit ius eligendi Imperatorem ſeptem † Germa-
niæ Principibus, de qua conceſſione latiſſimè diſ-
ſerit *Bellarmin. in d. tract. de tranſlat. Imper. lib.
3. cap.3. & 4.* attamen iſtud ius eligendi (de quo
etiam agitur *in cap. ad Apoſtolicæ de re iud. in 6*)
48 habetur in dictis † Principibus auctoritate Papæ,
quæ illud tanquam quid accidentarium perpetuò
informat, vel confirmat, *Bald in proœm. Digeſt.
49 n.18.* Nec propterea, † etiã exiſtẽte cauſa legitima
poſſet alter quàm ipſe Papa Imperatorem depo-
nere, *Bar. in l. ſi Imperialis, n.4. C. de legib. Auth.
in repet. c.1. ſub n.6. verſ. iſta eſt æqua diſtinctio, de
Conſt. Purpur. in d.l. more, ſub n.7. verſ. ideò multi
tenent, de iuriſd. omn. Iudic. Anfrer. de poteſt. ſæ-
cul. in introduct. oper. num.5. Specul. de lega. §.6.
num.17. latiſſimè omnium Reſtaur. Caſtald. de
Imper. q.2 num.4. verſ. ex quibus, & nu.5. quibus
alij addi poſſunt, quos recenſet Bellarmin. in libell.
de Poteſt. Rom. Pont. contra Barclai. init. oper.*
Vndè ſi Imperator renuntiaret in manibus Ele-
50 ctorũ † nihil ageret, ſed benè ſi in manibus Papæ,
propter ſcilicet hanc poteſtatẽ deſtituendi, quæ in
ipſo ſolo eſt, *Bald. in præcit. l. Barbarius nu.44. &
45 de Offic. Prætor. Peregr. de iur. Fiſc. lib.1. tit.
habent iur. Fiſc. n.12.* & dum non deſtituitur † per
51 ipſum Papã, eſtquè in actu officij, præſumitur Opti-
mus Maximusq; Princeps, & pro tali eſt habẽdus,
Bald. in conſ 333. ſub nu 2 verſ. licet Papa lib.1.
52 Quod non prouenit ſimplicitèr vi † poteſtatis
ſpiritualis ſupremæ, quæ eſt in Papa, vt exiſtima-
runt aliqui, præcipuè *Couarr. de reſtit. 2 par. in §.
9. ſub num.7. verſ. primum an verum ſit,* ſed hac
præcipua vi temporalis poteſtatis, quam ipſe re-
53 cipit á Papa: tametſi, & hoc verum ſit, cum † pari
ratione ex prouidentia Pontificis conſtitui (vt di-
ctum eſt) defenſorẽ Eccleſiæ, & Aduocatum, qua-
lem ſe expreſsè profitetur in formula iuramenti,
de qua in *d. Clem. vn.* & tradit etiam *Io. Andr. in
cap. ſignificauit, ſub num.3. verſ. vndè & ipſe, de
54 pœnit. & remiſſ.* vſquè adeo, vt † ſi in præſtando
huiuſmodi officio remiſſus ſit, indè oriatur iuſta
depoſitionis cauſa, quaſi quod iſtud ſit officium,
propter quod ſibi eſt cõceſſum beneficium, vt ar-
guit *Abb. in cap. venerabilem, num. 9. de elect.*
Nec alia ratione poſſit ei congruere titulus Regis
Romanorum, quo inſignitur, niſi hanc poteſtatem
recognoſceret á Romano Pontifice, quod nõ vidẽ-
tur percepiſſe ij, qui exiſtimarũt illi magis cõgrue-
re titulum Regis Alemannorum, vt in ſpecie exi-
ſtimauit *Io. Andr. quem refert Abb. in præcit. cap.
venerabilem, ſub n.6 ſuper verb. electũ in Regem
de elect.* non aduertentes, dici Regem Romanorũ,
55 non † ratione electionis actiuæ, vel ratione Popu-
li ſubiecti, cum imò iuret ſe nec quidem volunta-
riam iuriſdictionem exercere in terris Eccleſiæ,
Felyn. in cap. per tuas, ſub nu.3. de maior. & obed.
& patet in *Clem.2. de ſent. & re iud. vbi Ancher.
num.24.* notat, non vnam, ſed duas diuerſas eſſe
ſuperioritates in Papa, alteram videlicet ratione
ipſius Imperij, & alterã ratione patrimonij Eccle-
ſiæ, in quo Imperator nullã habet iuriſdictionem,
56 ſed propter † dignitatẽ, ratione deriuationis, quia
inde deriuatum eſt Imperium, & ratione cõfirma-
tionis, & coronationis, vt aduertit *Triumph. de
poteſt. Eccleſ. q.37. ar.4. in reſponſ. ad tertium.*
57 Et fermè diuerſitas hæc eadem, † colligitur ex
diuerſitate formulæ profeſſionis ante dictum an-
num 726. & formulæ iuramenti vſitatæ poſt di-
58 ctum annum 801. Nam poſteaquam † Imperato-
res fidem Chriſti ſuſceperunt, conſueuerant qui
ad Imperium promouebantur illicò, literis manu
propria firmatis, de promotione ſua certiorem
facere ſummum Pontificem, in quibus quidem li-
teris quiſquè ſimplicitèr profitebatur ſe obſerua-
turum, & conſeruaturum in perpetuum omnes
Sanctorum Patrum, & Doctorum admonitiones,
emittebatquè confeſſionem inculpatæ, & ortho-
doxæ fidei, cum proteſtatione, eum fore execran-
dum, qui ſolueret, deſtrueretuè terminos Patrum;
quas literas Papa, præuia recognitione, reponebat
in limine Confeſſionis Beati Petri; prout morem
hunc explicat Gregorius Secundus in Epiſtola ad
Leonem Iſaurum, quam ad literam reſcribit, & ex
Græco in Latinũ vertit *Card. Baron. in anno 726.
ſub nu. 30.* Id verò non excedebat terminos pro-
feſsionis Fidei Catholicæ, & obſeruantiæ cuiuſdã
59 erga Eccleſiam in genere: At formula † iuramenti
præſtiti ex dicto anno 801. vſque in præſentem
diem, concernit iuramentum defenſionis, & fideli-
tatis, & ſic formalis obedientiæ, quemadmodum
etiam cenſuit *Bellarm. in can. futuram, num.37.
12. q.1. Rota apud eundem Bellam. deciſ. 171. n.2.*
60 vbi infert, citatum coram Papa, † non poſſe excu-
ſari, ſi alleget impedimentum ſibi propoſitum ex
facto Imperatoris, quia præſumatur Imperator
habere

habere deuotionem, & fidelitatem erga Romanã
61 Eccleſiam, adeo vt niſi quis † admittat iſtud ius
ſolidum in Romano Pontifice, reſpectu Occiden-
talis Imperij, tota ea ſtructura, quæ nunc conſpi-
citur, proditquè ex electione dictorum ſeptem
Principum in Germania, diſſoluatur, & dehiſcat, vt
aduertit *Prapoſ. in can. cum ad verum in 3. col. in
1. arg. pro parte Papa, diſt. 96. Reſtaur. Caſtald.
in pracit. tract. de Imp. q. 50. nu. 31.* Textus enim
62 in † *d. can. cũ ad verũ,* cũ alijs deſũptis ex epiſto-
la Nicolai ad Michaelem, non applicatur huic cõ-
trouerſiæ, cũ omnes tractẽt de Imperio Orientis.
Nequè verò Romani Imperij modica eſt in
hac parte prerogatiua, propter continuas oratio-
nes Eccleſiæ, quæ pro eo fiunt; illud namquè plus
huiuſmodi orationibus, quàm militari auxilio cõ-
ſiſtit, inquit *Archid. in can. ius publicũ, n. 1. diſt.* 1.
63 Hæcquè de Imperatore dicta, eadẽ ratione † mi-
litarent in quocunquè Principe, qui recognoſce-
ret Principatũ ab Eccleſia in feudum, *Abb. in cap.
cum vniuerſis 18. ſub num. 7. verſ. ſecundo poteſt
intelligi de elect.* quicquid ſit de alijs, qui non ra-
tione feudalitatis huiuſmodi ſimplicitèr, qua ſunt
Principes Catholici, tenentur ad eiuſdem Eccleſię
defenſionem, ſi cõtingat illam opprimi, *can. Prin-
cipes, qui in ordine eſt 20. 23. q. 5. Abb. in pracit.
cap. venerabilem, num. 9. eo. tit. de electio.*
Sic igitur expoſita maieſtate Romanæ Reipu-
blicæ, quam ſolam contemplata eſt lex Iulia, bre-
uitèr quoquè eſt exponendum ad eiuſdem legis
64 mentem, qualitèr in eam committatur. Et † ſanè
Vlpianus in *ſæpecita. l. 1. ad l. Iul. Maieſt.* pronun-
ciauit, Maieſtatis crimen illud eſſe, quod aduerſus
Populum Romanum, aut ſecuritatem eius com-
mittitur; ideſt quo læditur aut dignitas, aut ſecu-
ritas eius, vt ſubijcit *Sigonius de Iudic. lib. 2. cap.
29. in princ.*
65 Duplici autem modo crimen † iſtud patratur,
vtroquè tamen in idem tendente, ſed diuerſimo-
dè, directò nempè, & indirectò, & quidem dire-
ctò, cum quiſpiam hoſtili animo aduerſus Rempu-
blicam, vel Principem animatur, quo caſu ſortitũ
eſt ſingulare, & ſpecificum nomen Perduellionis,
*l. vlt. §. planè, ff. eo. tit. ad l. Iul. Maieſt. Bude. in
annot. ad d. l.* 1. *Decian. tract. crimin. lib. 7. cap. 6.
ſub num. 3. ad fin. & poſt alios, Farinac. q. 113. in
8. inſpect. num. 254.*
66 Indirectò autem, † cùm labefactatur in aliqua
parte eadẽ Reſpublica, aut Principis Maieſtas, ex
quadam neceſſaria conſequentia, citra animum
hoſtilem eò intenſum; quò reſpiciunt alia capita
eiuſdem legis Iuliæ. Et propterea crimen Perduel-
lionis, eſt quidẽ crimen Maieſtatis, ſed non è con-
uerſo omne crimen Maieſtatis dicitur Perduellio-
nis; quemadmodum benè aduertit poſt alios *Gig.
de crim. laſ. Maieſt. lib. 3. rubr. de var. & plurib.
quaſt. in 14. quaſt. num. 3. & 4. Decian. in pracit.
cap. 6. ſub num. 1. circa fin. verſ. omnia enim,* & re-
futata opinione nonnullorum crimina hæc con-
fundentium, per ipſum relatorum ſub *num. 248.*
in hac ſententia reſedit Farinacius *d. q. 113. in
praall. inſpect. 8. num. 254.*
67 Hocquè manifeſtè probatur ab effectu, † nam
vbi ſupponitur Perduellionis crimen, lex Iulia in
deteſtationem tanti ſceleris præuenit, nedum ſen-
tentiam, ſed etiam formalem cõſtitutionem Rea-
tus, reſoluendo, & irritando omnia iura ciuilia, &
humana in delinquente, vſquè à momento patrati
delicti, *l. donationes, 32. ff. de donation. l. cum fi-
68 lius, 73. §. vlt. de leg.* 2. & damnando † memoriam
defuncti, *l. vlt. ff. eo. tit. ad l. Iul. Maieſt.* ità vt quæ
69 fertur † ſententia, etiam poſt mortem cum omni
eius virtute retrotrahatur, vt per eum quoquè
*text. docet gloſſ. in §. interdum, verſ. per contrariũ
autem, in verb. damnata, Inſtit. de hared. qua ab
inteſt. defer. Ferret. conſ. 31. num. 8. 9. & 10.* quod
70 non † obtinet in ſimplici crimine Maieſtatis, vt
diſertè habet *text. in d. l. vlt.*
His poſitis, cùm quæritur, an Clericus propter
crimen læſæ Maieſtatis incurrat pœnã priuationis
beneficij, quod obtinet, ipſo iure; ex ſuppoſitio-
ne quod agatur de perduellione, nihil eſt, quin fiat
71 illa † retrotractio, & ſic inducatur talis pœna ipſo
iure, vt in his terminis latiſſimè conſuluit *Ferret.
loc. ſuperius cita.* & in hoc ſenſu accipiendi ſunt
Doctores, qui ſimplicitèr pronunciarunt, ob læ-
ſam Maieſtatem humanam ipſo iure pœnam hanc
per beneficiatum incurri, nimirum *Rebuff. in
prax. de mod. amitt. benef. nu. 32. Gonzal. qui plu-
res refert ad regul. de menſib. gloſſ. 15. num. 72. &
Mareſcot. variar. reſol. lib. 2. cap. 35. num. 51.*
72 Propterea † cùm I. C. *in d. l. vlt. ad l. Iul. Ma-
ieſt.* Perduellionis reum efformet ex hoſtili animo
aduerſus Rempublicam, vel Principem; & nos ſu-
pra demonſtrauerimus, Rempublicã non poſſe di-
ſtingui à Principe, ità vt ex læſione vnius, neceſſa-
riò non conſequatur læſio alterius, quò tendunt
ſcripta per *Menoch. d. conſ. 99. ex num. 58.* in
hoc crimino ſo Clerico, nihil aliud venit conſide-
randum, quam an hoſtili animo inſurgat in ip-
ſam Rempublicã, indèque eius ſecuritatẽ, aut læ-
73 dat, aut lædere nitatur. Quãuis enim † *Farinac. in
praal. q. 113 n. 253.* exiſtimauerit, eũ ſolũ perduel-
lẽ eſſe, qui offendit perſonã Principis, attamen, niſi
intelligatur de perſona Principis, prout in Princi-
pe ipſa Reſpublica repræſentatur, non poteſt ſuſti-
neri iſtud eius aſſumptum, nequè Gigas per ipſum
allegatus *de crim. laſ. Maieſt. lib. 1. ſub tit. qualı-
tèr, & à quibus, in 13. quaſt. num. 2. & 3. & in ſu-
perius cita. q. 14. num. 3. & 5.* iſtud dicit, ſed totũ
contrarium; vtcunquè enim aſſerat *ſub num. 4.*
eum perduellem eſſe, qui contra Imperatorem in-
74 ſurgit, quaſi eo duntaxat caſu permiſſum † ſit duel-
lum, ex *Turrecrem. in ſumm. 3. q. 4. num. 3.* tamen
non loquitur Gigas taxatiuè, foret enim hoc de
directo contra literam *d. l. vlt.* vltra quod ethimo-
75 logia † hæc perduellionis, à duello, quià pro pur-
gando hoc crimine lex permittat duellum, ſeu
monomachiam, vt ſomniauit *gloſſ. in d. §. interdũ
ſuper verb. Perduellionis Inſtit. de hared. qua ab
inteſt. defer.* nimis putida, & anilis eſt; quemadmo-
dum agnouit ipſemet *Turrecrem. in can. ſi quis §.
porrò num. 1. 6. q. 4.* & eam latiſſimè explodit De-
cianus, qui veriorem ethimologiam deducit, *d.
lib. 7. cap. 6. ſub num. 2. verſ. nam vt Varro.*
Et è conuerſo nequè eorum ſententia eſt reci-

pienda, qui extrahendo à Principe imaginem illã
76 Reipublicæ, negarunt † perduellionis crimen in-
curri per eum, qui in ipſius Principis odium ali-
quid contra eius perſonam machinaretur; quod
ſenſiſſe videtur *Decian.eo.cap.6.num.1.& 20.* Ex-
tractio enim hæc eſt impoſſibilis, vt ſupra deduxi,
ex doctrina *Bald. in cap.vn. n.1. de feud. Marcb.*
77 *in vſib. feud.* ità vt particula † illa, *vel*, de qua in
reſponſo Vlpiani in *d.l.vlt.* non ſtet ſimplicitèr di-
ſcretiuè inter perſonam fictæ Reipublicæ, & per-
ſonam veram Principis, ſed declaratiuè, vt in *rubr.
ſi ag. vectig.vel emphyt.petatur, & in l. ſecundum
§.c. qui ſatiſd.cogan. & in l. 1. vbi gloſſ. in verb.
vel à quibus C.de repud. Curt.Iun.conſ.145.n.12.
Rum.conſ.99.nu.11.vol.2. Bellon.conſ.53.nu.7.
quos retulit Cenéd. ſingul. 29.num. 3.*
78 Animus igitur † hoſtilis, non alitèr deprehendi-
tur, quàm ab euentu, & tũc, niſi purgetur validiori
cõtraria præſumptione, *l.qui actione 7.§.ſi in col-*
79 *luctatione, ff.ad l. Aquil.* diceturquè euẽtus † ſatis
comprobatus, ex directione, in qua conſiſtit ex-
trinſecum ſignum illius efferationis animi, vt rectè
videtur ſenſiſſe *Decian.eo.c.6.n.20.* ad quẽ ſimpli-
citer ſe retulit *Farinac.in praall.inſpect.8.n.247.*

Decurrendo igitur per ſingula ea propugnacu-
la Maieſtatis ad ſecuritatem Populi comparata.
80 Perduellionis Reus † cenſebitur ille, qui Rei-
publicæ lędet ſecuritatem, turbando eius trãquil-
litatem, ſiue immediatè per occupationem alicu-
ius arcis, Ciuitatis, aut territorij, vt poſt alios
tradit *Menocb d.conſ.99.num.28.* in quod, reſpe-
ctu temporalis ditionis Eccleſiaſticæ extat ſingu-
laris Conſtitutio Leonis X. Kal. Iunij 1515. in no-
uo Bullario *c3.in §.4.& 6.* vbi præter excommu-
nicationẽ, & anathema Bullæ, quæ quotannis legi-
81 tur in die cœnæ Domini, & quæ † ideo interrũpit
omnes præſcriptiones, *Felyn. in cap cũ non liceat,
ſub n. 19. verſ. quinto conſidera de praſcriptio.
Gratian. forens. diſcept. cap.52. num.6. Creſcen.*
82 *deciſ.4.num.5 de loc. & cond.* declarantur † læſæ
Maieſtatis Rei in hoc primo capite, quicunquè
etiam Reges, & Principes; Ciuitates, Terras, &
Loca ad Romanam Eccleſiam mediatè, vel imme-
diatè pertinentia, ſeu in quarum vel quorum, aut
cuiuslibet earum, vel eorum poſſeſſione quomo-
dolibet eadem S. R. E. per ſe, vel alium extiterit
inuadentes, aut alias cum gentibus armorum, aut
cum ſtipendiarijs equeſtribus, vel pedeſtribus, aut
ſine etiam, ad vocationem Populorum, ſeu factio-
nem, aut priuatarum perſonarum, aut alias quali-
tercunquè, aut quandocunquè, & quouis quæſito
colore, aut ingenio, abſquè Romani Pontificis
ſpeciali licentia occupantes; necnon ſtipendiarios
equeſtres, aut pedeſtres quomodolibetuè militã-
tes, aut conſilium, auxilium, vel fauorem præſtan-
tes; cum decreto perpetuæ inhabilitatis, & priua-
tionis &c. hoc etiam in ſpecie decreto ſubiecto,
83 *Etſi aliqui de † excommunicatis, anathematizatis,
et maledictis pradictis Clerici ſaculares, vel Pra-
lati, etiam Archiepiſcopali, vel Epiſcopali, vel alia
dignitate etiam Cardinalatus bonore, & benefi-
ciati fuerint; illos dignitate, ac titulo Cardinala-
tus, necnon Pralaturis, & adminiſtrationibus, re-
gimineque, ac omnibus, & ſingulis beneficijs, di-
gnitatibus, &c. abſquè alia citatione, aut declara-
tione priuamus, & ex nunc priuatos eſſe per pra-
ſentes decernimus.*
84 Quemadmodum, & per hoſtiles † incurſiones
quas caualcatas nuncupamus, vt meritò hi quo-
què eidem Maieſtatis crimini, ac pœnis ſubij-
ciantur, *ex Cõſtitutione 10. Ioannis XXII. in §.3.
& alia Sixti V.75.§.3.* quod itidem eſt ex mente
legis Iuliæ in ſuperius *cita l.1. ad l.Iul. Maieſt.
& ſuper bis latè ſcribit Farinac. d.q.113.in 4.
inſpect. per to.*

Siuè mediatè offendendo perſonam Principis,
vndè talis offenſa reflectat in eãdem ſecuritatem;
quò publica trãquillitas turbetur. Circa quod eſt
85 aduertendum, huius offenſæ † triplicem eſſe gra-
dum; Primum, & inſignem, quo quis calore iracũ-
diæ percitus contumelias, & probra in Principis
perſonam iactat, & hic quidem gradus, nullo mo-
do pertinet, aut ad primum, aut ad ſequens ali-
quod caput criminis huius Maieſtatis; ſed tantum
ad crimen maledicti, quod eſt penitus diuerſum,
vt benè conſuluit *Aldobr.conſ.122. ex num.1. &
per to. lib.2.*

Alter eſt, cùm offenſa quidem, fertur in ipſius
Principis perſonam, ſed citra turbationem tran-
quillitatis publicæ, quia talis ſit, vt nequè affe-
ctus, nequè effectus eò quoquè valeat ſe extende-
86 re; veluti ſi quis Principis imaginem † corrum-
pat, & hic quidem attingit crimen Maieſtatis, vt
in *l.qui ſtatuas 6.eo.tit.ad l.Iul.Maieſt* ſed prout
differt à perduellione; ſemota enim turbatione
87 publicæ quietis, dicitur læſa Maieſtas per † obſcu-
rationem tantum, vt rectè conſiderat *Menocb. in
prarit conſ.99.num.68.& 69.* Et hinc videmus, ra-
88 metſi cudentes † falſas monetas efficiantur Maie-
ſtatis rei, *l.2.C.de falſ.mon.Gig. in ſapecit. tract.
de crim laſ. Maieſt.lib.1. q.62. Gramm.conſ.6.
num.7.Farinac.conſ.48. nu.3. lib.1.* quemadmo-
89 dum monetarum † tonſores; vt ibi per eum *nu. 4.
20.& 36.* nullibi tamen eos pœna, qua coercentur
perduelles, puniri.

Quamuis enim durius agatur cum falſificanti-
bus literas Apoſtolicas, illisuè vtẽtibus, qui æquè
90 ſubijciuntur † huic pœnæ priuationis beneficiorũ
ipſo iure, *cap. ad falſariorum, de crim. falſ* & tra-
dunt *Tbolaſ.de benef.c.26.nu.12. Rebuff.de pacif.
poſſ.n.250.& in prax. de mo. amitt. benef.nu 43.
Gonzal.ſupecit.glo.15.n.73.Garz. de Benef p.11.
c.10.n.690.* cũ alijs per *Barboſ.de off.Epiſc.par.3.
alleg.57.n.234.& in collect.ad d.c.ad falſariorũ.*
91 *n.8.* nihilominus id ea ratione nititur † quod iſtud
nõ ſolum ſit crimen Maieſtatis, vt in *l.2. ad l.Iul.
Maieſt.* ſed inferat turbulentiam publicæ quieti,
92 dũ ſub fide publica, quis ità decipitur: quo † ten-
dũt verba textus in *d. l.2. ibi in tabulis publicis*, &
benè declarat *Farinac. d.q.113.ex nu.61.* vndè &
93 tales † criminoſi, ſubijciũtur alijs cẽſuris Bullæ cœ-
næ Domini. vt ad eam notat *Duard. lib. 2. can.6.
in 1.q.cum ſeq. Sayr.in Theſau. lib.2.c.10. per to.*
94 Supremus eſt, cùm ſic læditur † perſona Princi-
pis, vt non ſolum obſcuretur eius ſplendor, & de-
trahatur illius Maieſtati, ſed talis obſcuratio, &

læſio

læſio eodem tempore publicam tranquillitatem perturbet, propter illam connexionem, de qua ſupra: & hoc eſt, quod apertè ſenſit *Menoch. loc. proximè cita.* veluti non ſolum, cum palàm petitur vita Principis ferro, aut veneno, ſed apud vulgus
95 ſparguntur falſæ † diuinationes de illius inſtanti obitu; vt propterea nuper Sanctiſs. D. N. Vrbanus Octauus, declarauerit huius criminis reos, ſubieceritquè Clericos Beneficiatos, inter alias, huic pœnæ priuationis beneficiorũ ipſo iure, qui diuinationis prætextu, aut ex aſtris, aut ex alijs huiuſmodi impoſturis, de ſalute, vita, aut morte Principis, vel aliter de mutatione ſtatus Reipublicæ enunciauerint, aut enunciantibus adhæſerint, vt ex eius Conſtitutione, ſecundum nouum Bullarium 113. cuius hic eſt tenor.

Vrbanus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei,
Ad perpetuam rei memoriam.

INſcrutabilis Iudiciorum Dei altitudo, non patitur, vt humanus intellectus tenebroſo corporis carcere conſtrictus, ſuper aſtra ſe extollens, arcana in ſinu Diuino recondita, & ipſis beatiſſimis Spiritibus ignota, nefaria curioſitate, non ſolum explorare, ſed etiam tanquam explorata, in Dei contemptum, Reipublicæ perturbationem, & Principum periculum arroganti, & pernicioſo exemplo venditare præſumat.

§. 1. Hinc eſt, vt quamuis ciuilibus canoniciſquè ſanctionibus, ac nouiſſimè fel. recor. Sixti Papæ V. prædeceſſoris noſtri Conſtitutione deſuper edita, Aſtrologorum, Mathematicorum, Vaticinatorum, & aliorum qui euentura diuinare, ſeu prædicere audent, quoſquè vtè homicidas, & maleficos antiquitas æſtimauit, illorum potiſſimum, qui de ſumma Reipublicæ, vel Principis ſalute iudicia ferre præſumerent, ars, profeſsio, ſiue exercitiũ grauibus pœnis inhibita eſſe noſcantur. Attamen, ſicut accepimus, nõnulli iniquitatis filij propriæ puſillitatis obliti, ac lenitate forſan, vel conniuentia audentiores facti, vanamquè fatidicorũ æſtimationẽ aucupantes, in deplorandam animarum ſuarum perditionem, grauequè Chriſtifideliũ ſcandalum, etiam de Republica, & Principum incolumitate, illis ſollicitudinem, hominibus verò inquietis rerum nouandarum occaſionem ea ratione inferre ſatagentes, prognoſtica, & prædictiones verbo, vel etiam ſcripto edere non erubeſcunt.

§. 2. Nos itaquè, pernicioſis huiuſmodi auſibus, quantum nobis ex alto conceditur, obuiam ire; ac quos Dei reſpectus in officio non continet, pœnarũ grauitate ſuperioris diſciplinæ fræno coercere volentes; Motuproprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, dequè Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Conſtitutionem per præfatum Sixtum prædeceſſorem deſuper, vt præfertur, editam, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo approbamus, cõfirmamus, et innouamus.

§. 3. Et inſuper, omnibus, & quibuſcunque Laicis cuiuſcunquè ſexus, conditionis, ſtatus, gradus, qualitatis, & dignitatis, etiam Marchionalis, vel Ducalis exiſtentibus, qui de ſtatu Reipublicæ Chriſtianæ, vel Sedis Apoſtolicæ, ſiue de vita, aut morte Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, eiuſquè vſquè ad tertium gradum incluſiuè conſanguineorũ, Mathematicos, Ariolos, Aruſpices, Vaticinatoreſuè nũcupatos, vel alios Aſtrologiam iudiciariam exercentes, ſeu aliàs quomodolibet profitentes de cætero conſuluerint, ſiuè deſuper eorum iudicia, prognoſtica, prædictiones, ſeu præcognitiones, etiam ſibi oblatas receperint, illiſuè quomodolibet vſi fuerint, vel illas penes ſe ſcienter retinuerint, aut alicui oſtenderint, necnõ iiſdem Mathematicis, Ariolis, Aruſpicibus, Vaticinatoribus, ſiue alijs Aſtrologiam Iudiciariam, ſeu quamlibet artem diuinatoriam quomodolibet profitẽtibus, qui Iudicia, Prognoſtica, ſeu præcognitiones, et prædictiones ſuper præmiſſis, etiã ſi id non certo ſe affirmare proteſtentur, fecerint, ſiue à ſe, vel ab alijs iam facta, ſeu factas in poſterum penes ſe ſimiliter retinuerint, vel alicui dederint ſeu oſtenderint, aut de eis quouis modo etiam improbando ſcripto, vel verbis tractauerint, nedum excommunicationis maioris latæ ſententiæ, ſed etiam vti læſæ Maieſtatis reis, *vltimi ſupplicij, ac confiſcationis omnium bonorum ſuorum, etiam Romanæ Curiæ officiorum, ac deuolutionis quarumcunquè Ciuitatum, Caſtrorum, & Locorum Iuriſdictionalium, & feudalium.*

§. 4. Clericis quoquè, & presbyteris, alijſquè perſonis Eccleſiaſticis, tam ſæcularibus, quàm cuiuſuis Ordinis, Congregationis, Societatis, ſeu Inſtituti, vel Militiarum quarumcunque, etiã Hoſpitalis S. Io. Hieroſolymitani, alijſquè quomodolibet exemptis, ac Nobis, & Apoſtolicæ Sedi immediatè ſubiectis, Regularibus vtriuſquè ſexus, vltra prædictas, etiam priuationis beneficiorum, *& dignitatum, ac officiorum Eccleſiaſticorum, etiam Monaſteriorum, Prioratuum, & Præceptoriarũ, ac aliorum quorumcunquè & inhabilitatis perpetuæ ad illa in poſterum obtinenda: ità quod, perſonæ Eccleſiaſticæ, præuia illarum degradatione Curiæ ſæculari tradantur punienda; In Epiſcopali verò, Archiepiſcopali, Metropolitana, Primatiali, Patriarchali, aut quacunquè alia etiam ſuperiori Eccleſiaſtica, vel mundana, quantumuis ſublimi, excellente, & ſpeciali nota digna, etiã ſuprema conſtitutis dignitate, eaſdem excommunicationis,* ac priuationis *etiam regiminis, & adminiſtrationis Eccleſiarum, & aliorum quorumcunquè beneficiorum, et dignitatum, quantumuis ampliſſimarum, & Patriarchali maiorum, ac officiorum ſuorum, & inhabilitatis pœnas ipſo facto incurren. Apoſtolica auctoritate tenore præſentium infligimus, & imponimus.*

§. 5. Cognitionem autem cauſarum huiuſmodi quoad perſonas Eccleſiaſticas, tàm ſæculares, quã regulares, in Vrbe noſtra, & illius diſtrictu ad dilectos filios noſtrum in eis Vicarium in ſpiritualibus generalem, necnon eiuſdem Vrbis Gubernatorem, ac cauſarũ Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Auditorem Generalem, & eorum quemlibet inſolidũ, extra verò Vrbem, & diſtrictum prædictum in Prouincijs Nobis & Apoſtolicæ Sedi ſubiectis

ad S. R. E. Cardinales in eiſdem Prouincijs de latere Legatos, & Prolegatos, ac præſides in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutos pro tempore exiſtentes, in alijs verò omnibus, & ſingulis Prouincijs, Regnis, Ciuitatibus, Oppidis, Caſtris, & locis, tàm ſub noſtra, & dictæ Sedis, quam cuiuſuis alterius Principis ditione comprehenſis, priuatiuè quoad omnes etiam Superiores Religioſorum, ipſiſquè Superioribus penitus excluſis, ad Ordinarios locorum, vbilibet verò locorum etiam ad hæreticæ prauitatis Inquiſitores ſpectare volumus.

§. 6. Mandantes dilectis filijs noſtris, & dictæ Sedis de latere Legatis, & eorum Vicelegatis, & Præſidibus prædictis nunc, & pro tempore exiſtentibus, necnon Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis ſingulis, videlicet, in ſuis Ciuitate, & Diœceſi, & quoad loca intra fines alicuius Diœceſis, nō tamen de Diœceſi exiſtentia ipſarum Diœceſum, intra quarum fines eadem loca extiterint, quò vero ad ea, quæ extra fines alicuius Diœceſis conſiſtunt, vicinioribus eorundem locorum Ordinarijs, ac etiam Inquiſitoribus prædictis; quatenus ad inſtantiam cuiuſuis Fiſci, vel denunciatoris, ac etiam ex eorum officio cauſarum huiuſmodi cognitiones ſuſcipientes, præuia etiam auocatione à quibuſuis alijs ſupra non expreſſis, nec à Nobis ſpecialiter delegatis, in cauſis ipſis modo præmiſſo procedant, omnibus iuris, & facti remedijs opportunis, inuocato etiam auxilio brachij ſæcularis.

§. 7. Inhibentes inſuper Decanis, & Capitulis Eccleſiarum Cathedralium, Metropolitanarum, & Patriarchalium, necnon quorumuis Ordinum, & locorum Regularium, Societatum, & Inſtitutorum, ac etiam Hoſpitalis prædictorum Superioribus, Cōnentibus, & Fratribus quantumuis exēptis, nè ſub priuationis beneficiorum, & officiorū quorumcunquè per eos reſpectiuè obtentorum, ac ſimiliter inhabilitatis ad alia in futurum obtinenda, vociſquè actiuæ, & paſſiuæ, necnon excommunicationis latæ ſententiæ eo ipſo incurrendis pœnis, Ordinarios locorum, necnon Legatos, ſeu Vicelegatos, alioſquè prædictos in cauſis huiuſmodi procedentes quoquomodo impedire, moleſtare, ſeu perturbare audeant, vel præſumant, ac etiam mandantes, vt quoties ad id fuerint requiſiti, Religioſos ipſos, etiam ſi alicuius loci regularis Superiores actu fuerint, Ordinarijs, Legatis, ſeu Vicelegatis, ac alijs prædictis, ſeu quibus ijdem mandauerint, conſignent cum ſcripturis, & actis ſi quæ facta fuiſſe reperiantur.

§. 8. Sicquè & non aliter in præmiſſis per quoſcunquè Iudices Ordinarios, Delegatos, & Commiſſarios, ac etiam Cameræ Apoſtolicæ Clericos, Præſidentes, necnon cauſarum Palatij Apoſtolici, & Curiæ eiuſdem Cameræ generalem Auditorem, ac S. R. E. Camerarium, & alios Cardinales etiam de latere Legatos, necnon Vicecamerarium, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, vbiquè iudicari, & diffiniri debere, irritum quoquè, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

§. 9. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon noſtra in numero ſeptuageſima, & alijs Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis, ac Prouinciarum, Regnorum, Ciuitatum, Terrarum, Oppidorum, Locorum, Eccleſiarum, Monaſteriorum, Militiarum, Hoſpitalium, etiam S. Ioannis prædictorum, aliorumquè Religioſorum, & piorum locorum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoquè, indultis, & literis Apoſtolicis eiſdem Prouincijs, Regnis, Ciuitatibus, Terris, Oppidis, Locis, Eccleſiis, Monaſterijs, Hoſpitalibus, & Militijs prædictis, & alijs pijs locis, ac illorum Vniuerſitatibus, Capitulis, Superioribus, & perſonis in contrarium, forſan quomodolibet conceſſis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi de illis, eorumquè totis tenoribus ſpecialis ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quauis alia expreſſio, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, eorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſè harum ſerie derogamus, cæteriſquè contrarijs quibuſcunquè.

§. 10. Volumus autem, quod præſentes literæ in valuis Eccleſiæ Lateranenſis, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, ac Cancellariæ Apoſtolicæ, necnon in acie Campi Floræ publicentur, & affigantur, quæ poſtquam ſic affixæ, & publicatæ fuerint, quoſcunquè tam in Statu noſtro temporali, quam extra eum, vbiquè locorum, perindè arctent, & afficiant, ac ſi vnicuique nominatim, & perſonaliter intimatæ fuiſſent.

§. 11. Quodquè earū exemplis, etiam impreſſis, manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, munitis eadem prorſus fides in iudicio, & extra, vbiquè adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

§. 12. Nulli ergo omnino hominum liceat hāc paginam noſtræ approbationis, confirmationis, innouationis, inflictionis, impoſitionis, inhibitionis, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo ſeptenteſimo trigeſimoprimo, Kal. Aprilis, Pontificatus noſtri anno octauo.

96 Et ſanè horum hominum peſtilens † mos, per aliquot ſæcula ante perſtrictus fuerat Senecæ, in luſum Claudij Cæſaris, inducenti Mercurium ſic Clotho alloquentem; *Quid huic inuides? patere Mathematicos aliquandò verum dicere, qui illū*

ex quo

ex quo Princeps factus eſt, omnibus annis, omnibus menſibus efferunt; & tamen non eſt mirum ſi errant, horam eius nemo nouit; Nemo enim illũ vnquam natum putauit, &c. vt propterea Vati-
97 cinatores † qui ſe Deo plenos aſſimulant, & futura coniectãtur, fuſtibus caſi, ciuitate pellerentur, perſeuerantes in vincula conijcerentur, aut in Inſulam deportarentur, vel certè relegarentur, vt retulit Iulius Paulus *Sententiar. recept. lib. 5. tit.*
98 *21. de Vaticinat. & Mathemat. in princ.* & † grauiùs coercerentur, *l. capitalium, §. ſolent ff. de pœn. l. ſeruos, C. ad l. Iul. de vi publ.* Quiquè
99 adeo forent † improbi, vt de ſalute Principis, vel ſumma Reipublicæ, Mathematicos huiuſmodi, Ariolos, Auſpices, & Vaticinatores conſulebant, cum eo qui reſpondebat, capite puniebantur, vt paritèr eodem loco retulit Iulius Paulus, *in §.*
100 *qui de Salute*; non alia ratione, † quàm hac ipſa per nos indicata, & expreſſa in præfata ſanctione, quod *bine pulſari videatur Maieſtas Principis, vt in eo. §. qui de ſalute*, nuncupatim adnotauit Cuiacius referens dictum Tertulliani aduerſus gentes; *Cui*, inquit, *opus eſt perſcrutari ſuper Cæſaris ſalute, niſi à quo aliquid aduerſus illam cogitatur, vel optatur, aut poſt illam ſperatur, & ſuſtinetur? non enim ea mente de charis conſulitur, qua de Dominis; Aliter curioſa eſt ſollicitudo ſanguinis, aliter ſeruitutis*. Et Iulij firmici *lib. 2. Matheſ. cap. vlt. Caue, nè quando de ſtatu Reipublica, vel de vita Romani Imperatoris, aliquid interroganti reſpondeas; non enim oportet, nec licet, vt de ſtatu Republica aliquid, nefaria curioſitate dicamus*: cum quibus concordat *text. in l. nemo, 5. C. de Malef. & Mathemat.* quo Mathema-
101 ticorum † nomine, minimè intelliguntur comprehenſi, qui Geometriam, Arithmeticam, Muſicam, Aſtronomiamuè exercent; quæ artes ſunt liberaliſſimæ, ſed Chaldæi, vt vocabantur, & Genethliaci impoſtores quidam, Mathematicorum nomine adumbrantes ſuas ineptias; qui profitentur ſe fata cuiuſquè noſce, & natalitias ſyderũ obſeruationes: vndè omnes, & his ſimiles Arioli, Vaticinatores, & Magi pleriſquè Senatusconſultis, ſubijciuntur pœnis legis Corneliæ de Sicarijs, vt punctualitèr ita ſcribit *Cuiac. ad d. tit. C. de Malef. & Mathemat. verſ. maleficorum nomen*, & horum
102 omnium † eoſquè conſulentium vanitatem latius proſequitur Martinus Delrio *Magic. quaſt. lib. 4. c. 3. in 1. q. per to.* vanamquè, defectuoſam, & inanem, hac in cauſa, conſtitutionem neceſſitatis, & ipſos coniectores genethliacos, & perſonarum, & rerum publicarũ, exterminandos eſſe monuit quoquè *Tholoſ. in Repub. lib. 21. cap. 9. num 12.* hac eadem ratione, quod ex diſſeminatione prędictionum huiuſmodi, ingenia ad coniurationes, proditiones, defectiones, & rebelliones, concitẽtur, videanturquè inſtrui ad ea, de quibus anteà nihil cogitarunt, nec ad cogitãdum mentem applicaſſent.

At nihil magis eandem Maieſtatem Summi Romani Pontificis, quà temporalis eſt Princeps, offendit, eodemquè cõtextu labefactat ſecuritatem
103 Reipublicæ, quàm, cùm Gnatho aliquis † prætexẽdo cauſas apparentes, illi perſuadet alienationem alicuius partis temporalis ditionis, contra decretum Symmachi, in *can. non liceat, 12. q. 2. & ſcripſimus lib. 1. q. 46. n. 33.* Nam ſic redditur Princeps deſpectus Populo, & tùm maximè his, qui quaſi ſerui, & mancipia alienantur, contra naturalem rationem, de qua in *l. liberorum, 103. de verb. oblig. & in l. ſi emptione, 34. §. 1. de contrah. empt.* Vndè
104 Doctores tradunt, ſubditos † non poſſe inuitos per Principem diſtrahi, *l. inuitus, 34. vbi gloſſ. 1. de fideicommiſſ. libert. Felyn. in cap. dilecti, ſub nu. 1. verſ. hominibus inuitis, de maior. & obed.* vbi alios allegat, & in *cap. 1. nu. 4. de probat.* cum pluribus congeſtis per *Surd. conſ. 323. n. 1. & 2.* cenſuitquè Rota apud *Pute. deciſ. 29. ex num. 2. lib. 1.* ſaltim
105 dum † talis alienatio fit per diſmembrationem, vt declarat Rota apud eundem *Pute. deciſ. 37. nu. 6. & per to. eo. lib. 1.*
106 Quapropter S. mem. Pius Quintus, ſua † perpetua Conſtitutione, quæ ſecundum nouum Bullariũ eſt 35. ad reprimendum hominum nefariorum audaciam, ſimulquè pro exhaurienda omni vi pręteſæ cõſuetudinis, in qua poſſet ſuſtineri infeudatio, ſecundum aliquos, quorum opinionem (reſpectu tamen aliorum tantum Principum, ſequutus eſt *Surd. d. conſ. 323. nu. 26. & 27.*) non ſatis habens improbare, & deteſtari, quæ prius ſub hoc artificio in perniciem Reipublicæ ſic factitata fuerunt, eos qui in futurum id vel pertentauerint, declarauit criminis Maieſtatis Reos in primo capite, ac, ceù perduelles, inter alias pœnas hanc ipſam priuationis omnium beneficiorum incurrere, cuius tenorem, veluti Sanctiſſimi Principis incomparabilis virtutis teſtimonium, & Eccleſiaſtici Imperij maximum propugnaculum, hic inſerere placuit.

Pius Epiſcopus, Seruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

ADmonet nos ſuſcepti cura regiminis vniuerſalis Eccleſiæ, cui auctore domino, præſidemus, vt Ciuitates, Terræ, Oppida & Loca, nobis & Sedi Apoſtolicæ in temporalibus mediatè, & immediatè ſubiecta, perpetuo, in iure, dominio, & proprietate, ac poſſeſſione dictæ Sedis cõſeruentur.

§. 1. Sanè, licèt nonnulli Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, per eorum Conſtitutiones, rerum Eccleſiaſticarum alienationes prohibuerint, & iam factas reuocauerint, & annullauerint; nihilominus, cùm retroactis temporibus nonnulli nimium ambitioſi, & dominande cupidi, ſub varijs prætextibus coloribus, & cauſis, ſæpè etiam falſis (quod non ſine maximo animi noſtri mœrore referimus) aliquibus Romanis Pontificibus, ſuggeſtionibus, & inſinuationibus ſuis, conati ſint oſtendere, & perſuadere magis vtile, & expediẽs S. R. E. & Sedi præfatæ fore, ſi aliqua Ciuitates, Terræ, Oppida, Caſtra, Arces, & Loca, ad ius, & proprietatem eiuſdem Sedis pertinentia, in feudũ, gubernium, vicariatum, ducatum, aut quemuis alium titulum perpetuum, vel ad tertiam generationem, ſeu ad vitam, aut alias ad longum tempus concederentur: vel etiam ex eo, quod aliàs in feudum data, aut quouis alio titulo huiuſmodi

alienata

alienata fuerint, & propterea tanquam ad Sedē prædictam deuoluta, vel deuoluenda, poſſe & debere de iure iterum infeudari, & alienari, atque indè, nonnullas alienationes, infeudationes, & conceſſiones, à Sede Apoſtolica emanaſſe, ex quibus illa non mediocrem diminutionē non ſolum patrimonij, ſed etiam extimationis recepiſſe dignoſcitur.

§. 2. Hinc eſt, quòd nos, conſiderantes omnium Ciuitatum, & locorum prædictorum ſingularem fidem, & promptam deuotionem eidem Sedi exhibitam, omni tempore valdè vtilem, & ſalutarem fuiſſe, & eſſe; ac volentes non ſolum alienationes huiuſmodi (quas tempore noſtro omnino exulare intendimus) de medio tollere, & quod nobis licere non patimur, noſtris ſucceſſoribus indicamus, quos non immemores fore ſperamus ante Domini noſtri Ieſu Chriſti in examine diei magni aduentus tribunal, villicationis noſtræ rationem reddituros nos eſſe; ſed vt omnis alienationum huiuſmodi fiendarum occaſio penitus aboleatur, quantum cum Deo poſſumus; per amplius prouidere, conſtitutionibus prædeceſſorum noſtrorum huiuſmodi etiam inhærendo, illaſquè innouando, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, non ad alicuius ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera animi noſtri deliberatione, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, habita etiam ſuper his cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus in Conſiſtorio noſtro ſecreto conſultatione matura, de eorum conſilio, & vnanimi aſſenſu (qui etiam iurauerunt præſenti Conſtitutioni non contrauenire, nec Pontificibus alienationes contra tenorē præſentium attentantibus conſentire; & abſolutiones à iuramento huiuſmodi non petere, nec acceptare) hac noſtra perpetuò valitura Cōſtitutione decernimus, & declaramus, Ciuitates, & loca prædicta etiam hactenus in feudum, aut quemuis alienationis titulum dari ſolita, vel conſueta, ad nos & Sedem præfatam quomodolibet deuoluta, & pro tempore deuoluenda, abſquè alia vlteriori declaratione, & illorum poſſeſſionis apprehenſione, eo ipſo Sedi, & Cameræ Apoſtolicæ incorporata, ac ad ius, & proprietatem, & dominium priſtinum, ac poſſeſſionem rediſſe cenſeri, perindè ac, ſi per quadraginta annos, & vltra, Ciuitates, & Loca præfata, à nobis, & Sede præfata immediatè poſſeſſa, & nunquam in feudum, aut alium titulum conceſſa fuiſſent.

§. 3. Statuimuſquè, & decernimus, quod omnes, & ſinguli tàm Communitates, & Vniuerſitates, quàm Ciues, & incolæ Ciuitatum, Terrarū, & Locorum prædictorum, aliaquè quæcūquè perſona, tàm Eccleſiaſtica, quàm ſæculares, cuiuſuis dignitatis, & ordinis, etiam Epiſcopalis, vel maioris exiſtentes, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, tàm publicè in conſilijs Ciuitatum, & Locorum præfatorum, quàm priuatim alibi in quibuſuis locis, etiam Ciuitatum, & Terrarum earundem Gubernatores, aut & Sedis Apoſtolicæ Legati, vel Prolegati exiſtant; tractantes, conſulentes, aut alia verba facientes de infeudationibus, aut alienationibus, de Ciuitatibus, & Locis præfatis immediatè ad nos, & Sedem præfatam ſpectantibus, & pertinentibus, etiam deuolutis, etiam in feudum communiter, & pluriès dari ſolitis; etiam ex cauſa permutationis, vel ſub annuo cenſu, aut canone, aut aliàs quomodolibet, etiam contemplatione meritorum erga Sedem præfatam, aut ſub prætextu neceſſitatis, vel euidentis vtilitatis faciendis, ſeu de poſtulandis à nobis, & Sede præfata quibuſuis perſonis cuiuſuis dignitatis, ſtatus, gradus, etiam nobis, & ſucceſſoribus noſtris, ſecundum carnem coniunctis, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, aut quauis alia, temporali vel Eccleſiaſtica dignitate fungentibus, in Duces, Vicarios, Gubernatores, ſeu quemuis alium titulum, ad vitam, vel in perpetuum, vel longum tempus, aut etiam Sedis Apoſtolicæ beneplacitum, Ciuitatum, & Locorum præfatorum, ac propterea, de eligendis Oratoribus ad nos, & ſucceſſores noſtros ſuper præmiſſis, vel illorum occaſione mittendis proponentes; tàm ipſi, quàm Oratores munus huiuſmodi recipientes, aut alij quicunquè alienationes huiuſmodi Romano Pontifici pro tempore exiſtenti, per ſe vel alium, ſeu alios, inſinuantes, vel ſuadentes; eo ipſo, ſententiam excommunicationis incurrant, à qua niſi ab ipſo Pontifice, præterquam in mortis articulo, abſolui nequeant: & inſuper Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Sedis Apoſtolicæ præfatæ rebelles, etiam in primo capite læſæ maieſtatis, *& proditores Ciuitatum, & Locorum præfatorum, ac bona eorum Fiſco, & Cameræ noſtræ Apoſtolicæ ipſo iure deuoluta, & incorporata ſint, et eſſe cenſeantur,* omnibuſquè Eccleſijs, Monaſterijs, & alijs per eos quomodolibet obtentis beneficijs Eccleſiaſticis eo ipſo priuati exiſtant, *nequè ad Ciuitates, & Loca præfata vllo vnquam tempore remitti poſſint. Et ſi aliquandò eos reintegrari contigerit, nihilominus infames remaneant, illiſquè bonorum, & dignitatum porta, perpetuò claudantur.*

§. 4. Et quoniam intelleximus, aliquos etiam Cardinales, Ciuitates, Terras, Oppida, Caſtra, Arces, & Loca, ad vitam, ſeu tertiam, vel aliam generationem, aut aliàs à dicta Sede, etiam ex cauſa oneroſa, obtinere, habere, & poſſidere, cum facultate faciendi in illis melioramenta; ità quod ab eis amoueri non poſſint, niſi reſtitutis ſibi prius pecunijs in melioramenta huiuſmodi expoſitis, omnes, & ſingulas facultates faciendi melioramenta præfata quibuſuis perſonis, etiam Cardinalibus, per eoſdem prædeceſſores noſtros, aut alios ad id facultatem habentes quomodolibet conceſſas, harum ſerie reuocamus, & annullamus; & nemini deinceps ſuffragari poſſe, neque debere, ac cuicunque facultatem faciendi melioramenta huiuſmodi habenti, illa, etiam pro munitione, & tuitione, niſi ex cauſa neceſſaria conſeruationis Locorū eorundem facta fuerint, poſt publicationem præſentium facere omnino interdicimus, ac prohibemus, & ſi ſecus à quoquam factum, attentatumuè fuerit, melioramenta quæcunquè per eos cōtra tenorem præſentium facta, locis ipſis cedere, et Cameram ad illorum ſatisfactionem minimè teneri, & obligatam eſſe volumus, & declaramus.

§. 5. Decernentes, præſentes literas ſub quibuſuis reuo-

Digitized by Google

nis reuocationibus, caſſationibus, derogationibus, & alijs contrarijs diſpoſitionibus, ſub quibuſuis tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis pro tempore quomodolibet factis, minimè comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illa emanabunt, totiens in priſtinum ſtatum reſtitutas, & de nouo conceſſas eſſe, & cenſeri debere.

§. 6. Irritum quoquè, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Ciuitatum, et Locorum prædictorum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſquè contrarijs quibuſcunquè.

§. 8. Sic igitur deuotionis, & fidei conſtantia Ciuitatum, & Locorum præfatorum erga nos, & ſucceſſores noſtros, & eandem Romanam Eccleſiam perſeueret, vt merito integritatis virtus maiora beneficia ab eadem Sede conſequi mereatur.

§. 9. Volumus autem, quòd ſicut omnes, & ſinguli Cardinales præſentes Conſtitutionem huiuſmodi, quantum in eis erit, obſeruare, illiquè non contrauenire, nec Pontificibus contrafacientibus conſentire, aut abſolutionem à iuramento præſtito non petere, nec oblatam, aut conceſſam accipiare in Conſiſtorio noſtro ſecreto promiſerunt, & iurarunt, idem per abſentes Cardinales à Conſiſtorio, in habitatione eorum, & à Romana Curia, vt quandocunquè ad eandem Curiam ſe contulerint, ac per futuros pro tempore Cardinales in aſſumptione pilei promitti, & iurari debeat, ac promiſſionem, & iuramentum huiuſmodi in formula iuramenti per eoſdē Cardinales præſtari ſoliti adiūgi, & inſeri debere, ac contrafacientes pœnam periurij, & perpetua infamia iuris, & facti, eo ipſo incurrere decernimus. Præterea quod ipſi Cardinales, occurrente Apoſtolicæ Sedis vacatione, in Conclaui quando de obſeruandis literis Iulij Papæ II. prædeceſſoris noſtri ſuper electione Romani Pontificis, & alijs conſtitutionibus iuramentum præſtare ſolent, etiam de inuiolabiliter obſeruanda præſenti Conſtitutione noſtra per quēlibet eorum, qui in Romanum Pontificem electus fuerit, & poſtmodum idem ad Summi Pontificatus faſtigium aſſumptus, poſt eius aſſumptionem hoc ipſum promittere, ac iurare, & deinde poſt coronationem ſuam, promiſſionem, & iuramentum huiuſmodi per literas ſuas ſpeciales harum confirmatorias reiterare debeat. Quòd ſi illud à Pontifice (quod credendum non eſt) recuſabitur, aut differetur, tunc dicti Cardinales in primo Conſiſtorio ſecreto, & præcipuè eorum Decanus, & capita Ordinum apud eum omni cum inſtantia, & inſtantiſſimè pro præſentium obſeruatione petere, & rogare, ac obteſtari non ceſſent, idquè vt omnino efficiat, diligentiſſimè curare ſtudeant, ſtatuimus, & ordinamus.

§. 10. Quodquè præſentes literæ in libellum redigantur, & poſt prædictas Iulij literas, quæ in dicto Conclaui legi ſolent, inter alias Conſtitutiones noſtras adiungantur, & etiam in quinterno Cancellariæ Apoſtolicæ cum alijs extrauagātibus noſtris deſcribantur, ac ad valuas Baſilicæ Beati Petri Principis Apoſtolorum, & in Cancellaria noſtra Apoſtolica, ac acie Campi Floræ publicentur. Et quia difficile foret præſentes ad ſingula quæquè loca deferri, decernimus etiam, & declaramus, quod earum tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij ſubſcriptis, & ſigillo alicuius Prælati munitis eadem prorſus fides vbiquè, in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibita, vel oſtēſa.

§. 11. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis, reuocationis, decreti, ſtatuti, & interdicti, prohibitionis, ordinationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingenteſimo ſexageſimo ſeptimo, quarto Kal. Aprilis, Pontificatus noſtri Anno II.

Prætermittitur breuitatis gratia ſubſcriptio omnium Cardinalium.

Et ſanè, mirificos ex hac Conſtitutione fructus
S. Romana Eccleſia iam percipit: ſiquidem, poſt il-
107 lam editam, † Ferrariæ Ducatus, deuolutioni im-
minens, vt iterum cōcederetur, irritus fuit, ac pro-
iectus omnis labor; & cùm poſt deuolutionem, de
facto occuparetur, S. mem. Clemens VIII. eodem
tempore non minori pietatis, & fidei zelo, quàm
militari robore accinctus, illum eidem Eccleſiæ
reconſolidauit.

108 Nuper verò, Sanctionem eandem, † quàm reli-
gioſè cuſtodiuit Sanctiſſimus D. N. Vrbanus VIII.
qui feudo Vrbini ſibi aperto nonnullorum blan-
dientes voces, infracto aſpernatus animo, malluit
ſuos intra honeſti limites detineri, quàm S. R.
Eccleſiæ ditionem, vſquè ad Metaurum non auge-
ri. Tanti refert, Reipublicæ Patrem verius, quàm
Principem datum.

109 Sic, perduellionis Reus cēſebitur, † qui vel vnius
ex S. R. E. Cardinalibus perſonam fuerit hoſtilitèr
inſequutus, iuxta diſpoſitionē *cap. fælicis de pœn.
in ſexto*, inducentem hanc ipſam pœnam priuatio-
nis ipſo iure, & quæ per Leonem X. in eius Con-
ſtitutione 16. ſecundum nouum Bullarium ad eos
fuit producta, qui dum habentur comitia,
pro eligendo Romano Pontifice, prætextu aſ-
ſumptæ perſonæ alicuius Cardinalis in Pontifi-
cem, in illius ædes irruerent, vt antea per abuſum
fieri conſueuerat; necnon ad eos qui ſceleris hu-
iuſmodi eſſent quouis modo participes, aut fauto-
res: quod totum eſt fundatum in ratione iuris ci-
uilis, *d. l. quiſquis C. ad l. Iul. Maieſt.* & de his of-
fendentibus perſonas Cardinalium ſatis egimus
lib. 1. q. 8. ex num. 44.

110 Tantùm hic ſubijciam, pœnam hanc † priuatio-
nis ipſo iure habere relationem ad crimen per-
duellionis, & ſic læſæ Maieſtatis in primo capite,
cum Principis Conſiliarij, & eius lateri adhæren-
tes,

ces, dicantur vnum cum ipſo efficere ſpiritum, vt
benè deducit *Menoch. d. conſ. 99. num. 34. 35.
67. & 68.* non autem ad ſacrilegium, de quo fit
11 mentio in *d.c.fœlicis*, quod licet neceſſario † con-
trahatur, iuxta *can. ſi quis ſuadente Diabolo, 17.
q. 4.* nullibi tamen pœnam hanc priuationis ipſo
iure infert, præterquam certis caſibus, veluti cum
112 offenditur † Epiſcopus, *Clem. 1. §. à feudis, de pœn.
Rebuff. in prax. tit. de mod. amitt. benef. num. 39.
Tholoſ. de benef. cap. 26. num. 10. quos ſequutus eſt
Gonzal. gloſſ. 15. num. 75.*

113 Vel vbi Beneficiatus, in aliqua Eccleſia, † inter-
ficit, vel mutilat Rectorem, vel alium Beneficiatũ
eiuſdem Eccleſiæ, ex decreto generalis Concilij
in *cap. in quibuſdam, §. ſacri nihilominus, de pœn.*
114 qui textus † (quicquid aliter viſum fuerit *Azorio
moral. inſtit. tom. 2. lib. 7. cap. 18. in 1. quæſt. verſ.
deinde quæres, & Abbati in eo. cap. in quibuſdam
num. 7.*) eſt canon non ferendæ, ſed latæ ſenten-
tiæ, vt reſoluit *Sayr. in Clau. Reg. lib. 3. cap. 8. ſub
num. 21. verſ. fallit deinde*, propter ſcilicet dictio-
15 nem illam, *prorſus* adiectam verbo, *amittat*, † quæ
importat clauſulã ipſo iure, vt ex *Boer. deciſ. 344.
num. 4. Tiraq. ad l. ſi vnquam in verb. reuertatur
num. 71. & alijs, benè deducit Barboſ. in Collect.
ad d. cap. in quibuſdam ſub num. 3. ad fin* vicũquè
16 licet ex ceſſatione † eiuſdẽ rationis pœna illa ceſ-
ſet reſpectu beneficiorum in alia Eccleſia exiſtẽ-
tium, *Gabr. conſ. 196. n. 6. lib. 1. & conſ. 187. nu. 8.
lib. 2 quem ſequutus fuit Gonzal. d. gloſſ. 15. ſub
num. 79. verſ. mihi autem magis placet, cum alijs
collectis per Barboſ. ubi ſup. num. 2.*

Nec minus Perduellionis crimen incurret, qui
17 Magiſtratum † aliquem offender, quàm qui perſo-
nam ipſius Principis, aut vnius ex S. R. E. Cardina-
libus læſerit, vt in ſpecie ſcripſit *Menoch. in ſæpe-
cit. conſ. 99. num. 66* ea ratione, quam poſuit ſub
num. 34. & 35. & paulo ante perpendimus; nequit
18 enim † magis Populus ſine Magiſtratibus, quàm
nauis ſine gubernatore eſſe, vt ex Cicerone, &
alijs benè deducit *Io. Kal. in verb. Magiſtratus
Imperiaquè*, proindequè inde offenditur Reſpu-
blica, ſecundum *Prapoſ. in can. ius publicum, verſ.
nota vlterius diſt. 1.* ex doctrina *Bart.* qui tamen
videtur loqui ſub diſtinctione, in *l. hoſtes, num. 15.
de captiu. poſtlim. reuerſ.*

Contingit autem huiuſmodi offenſa in Magi-
19 ſtratus, ſi vel eorũ auctoritate ſpreta, † lites, & cõ-
trouerſias, ſiue criminales, ſiue ciuiles ferro quis
velit dirimere, aut prouocando ad ſingulare cer-
tamen aduerſarium ſuum, aut vindictam proprijs
manibus, etiam contra innocentes ſumendo; vndè
duæ emanarunt Conſtitutiones contra huiuſmodi
hominum genus, vna Pij Quarti, quæ in nouo Bul-
lario *eſt 21. in §. 3. & 4 verſ. etſi Eccleſiaſtici fue-
rint, & in §. 7.* per quam declarantur duellantes
omnes criminis Maieſtatis rei, & qui obtinuerint
beneficia Eccleſiaſtica, illis ideo priuari ipſo iure,
vt propter dictas Cõſtitutiones, qui ex hoc capite
impetraret, minimè teneatur probare formalitatẽ
duelli, de qua poſt alios tradit *Farinac. q. 119.
num. 24.* & altera Paulj Secundi, quæ eſt in nouo
0 Bullario 4. qua itidem † ſumentes vindictã, quam

vocant trãſuerſalem, eodem reatu, iiſdemquè pœ-
nis afficiuntur, ſic enim videntur hi per violentiam,
& factiones, turbare publicam quietẽ, & in conſe-
quens erigere altare cõtra altare. Hiſquè proximi
121 ſunt, qui arma † ſicariorũ deferunt, cuiuſmodi ſunt
patuula tormẽta, hos enim Conſtitutio Pij Quin-
ti 145. in §. 1. reos Maieſtatis in primo capite, &
ſi fuerint Clerici ipſo iure priuatos omni Officio,
& beneficio Eccleſiaſtico decernit. Nequè verò
122 negari poteſt, dum nequè † per duellũ poteſt edu-
ci alicuius rei veritas, cum ſæpè ſub iuſto clypeo
multi perierint, vt latiſſimè ſcripſit *Iaſ. conſ. 144.
ex num. 14. vol. 1.* nequè per huiuſmodi vindictas
tranſuerſales, & per delationem armorum, quæ nõ
niſi ſicarijs conueniunt, aliud reſultare poteſt, quã
trepidatio inter ciues, nè ſint tuti ſub auctorita-
te Magiſtratuum, omnem ſecuritatem Populi per-
turbari, in quo, vt dictum eſt, radicatur crimen
iſtud, vt in *d. l. 1. ad l. Iul. Maieſt.*

Similitèr, eadẽ offenſa cõtrahitur (& ſanè aper-
123 tius) ſi mota † iudiciali controuerſia, quiſpiam
Aduerſarium ſuum, aut alterum pro eo litem pro-
ſequendo, & procurando, ſiuè Aduocatum, aut
Procuratorem, Auditoremuè, aut alium quemuis
Iudicem, Teſtem, Notarium, vel ſcribam, minis af-
ficere, inuadere, verberare, mutilare, & occidere,
ſeu per alios talia procurare, & exequi quomodo-
libet præſumeret, etiam quod mutilatio, vel mors
indè non ſequatur: necnon qui eundem recepta-
ret, defenderet, ſeu occultaret, eiquè conſilium
auxilium, vel fauorem publicè, vel occultè, dire-
ctè, vel indirectè præſtaret; ſiue qui præmiſſa etiam
pro alijs quomodolibet committeret; hos enim
omnes Alexander VI. per ſuam Conſtitutionem
*ſub dat. Idib. Aprilis 1502. quæ eſt in nouo Bulla-
rio 11. in §. 4* decernit criminis Maieſtatis Reos, &
in conſequens etiam ſententiã depoſitionis à qua-
cunquè dignitate, honore, ordine, officio, & bene-
ficio ipſo facto incurrere. Quæ quidem conſtitu-
tio perpetuò habita fuit pro materia fauorabili,
vt quamuis loquatur de cauſis pendẽtibus in Ro-
mana Curia, complectatur nihilominus factum il-
latæ violantiæ, nedum extra Curiam, ſed etiam
extra Statum Eccleſiaſticũ, modò occaſione litis
pendẽtis in Curia, vt reſoluit Rota apud *Pute. de-
ciſ. 99. verſ. tamẽ Domini reſoluerũt, lib. 1 in nou.*

Circa quam Conſtitutionem, eſt aduertendum,
eam expreſsè loqui de præſumentibus, ibi, *quo-
124 modolibet præſumpſerint*, quæ dictio † notat do-
lum, & temeritatẽ; atquè ita qui inniteretur huic
Conſtitutioni, deberet talem dolum, & temeri ta-
tem probare, vt docet *Card. in Clem. 1. ſub n. 22.
verſ. contrarium conſului, de Priuileg. & in pun-
cto reſpondit Rota in vna Romana incurſus Ale-
xandrina 10. Nouembris 1581. coram Cardinale
Blanchetto, impreſſa poſt Farinac. conſ. 67. nu.
8. vol. 1.*

Excluditur autem dolus, & ſic illa præſumptio,
& temeritas, quam ponderat Conſtitutio, ſi ap-
125 pareat de alia cauſa quàm litis. Sicuti enim † alia
cauſa non apparente, præſumitur offenſio facta
cauſa ipſius litis, ità, alia apparente, hæc præſum-
ptio ceſſat, *Iaſ. in l. qui ſeruum, 96 ſub num. 2.
verſ. &*

Digitized by Google

verſ. & aduerte diligentèr, de verb. oblig. Roman. conſ. 183. ſub num. 2. verſ. vltimo nec præſumendum eſt, Pute. deciſ. 97. & 98. lib. 1. in nou.

126 Dicitur autem noua cauſa, ſiuè ſuper † re diuerſa orta fuerit contentio aliqua, vt in caſu *Pute. deciſ. 98. verſ. tamen iſtis non obſtantibus eo. lib. 1.*
127 ſiuè occaſione ipſiusmet † litis orta ſit rixa, & in qua offendens fuerit ab offenſo prouocatus, *Roman. in præcit. conſ. 183. num. 2.* nam data pro-
128 uocatione, † duo conſequuntur. Vnum videlicet, quod quicquid poſtea facit prouocatus, cenſeatur facere ſine dolo, *Cepoll. conſ. 51. num. 9. Marſil. conſ. 137. ex n. 21. & in pract. crimin. §. quoniam, ex num. 65. Nouell. in tract. de defenſio. in princ. num. 29. Roman. ſing. 3. Tiraq. de pœn. temper. cau. 1. n. 6. quos ſequutus fuit Farinacc. d. conſ. 67. num. 5. & ibi adden. in verb. prouocatus ſine dolo,* qui reſpondent difficultati, quæ poſſet fieri in cō-
129 trarium, quod videlicet † prouocatus delinquens non vacet dolo, licet excuſetur à præmeditatione, ex *Grammat. deciſ. 5. num. 28. Cepoll. conſ. 42. num. 5. Alex conſ. 76. ſub n. 1. lib. 1. Tiraq. loco ſuprà alleg. nu. 8. Boſſ. in tit. de homicid. num. 91.*
130 Reſpondent † inquam, dolum hunc cauſari à deteriori dolo prouocantis; & propterea dignum eſſe, vt ignoſcatur prouocato, etiam quod exceſſum fuerit in moderamine inculpatæ tutelæ, per *tex. in l. qui cum maior, § ſi libertus, ff. de bo. libert. Iaſ. in l. vt vim n. 11. de Iuſt. & iur. Felyn. in cap. ſignificaſti, il ſecondo, num. 14. de homicid. & in c. dilecti filij, num. 11. de except. vbi Abb. num. 17. & 18. cum multis alijs adductis per eoſdem ibidē.*
131 Quod tantum eſt dicere, quantum quod dolus † ille non eſt intenſus ad præuaricationem ſupradictæ Conſtitutionis, ſed ad retundendum cōtumeliam prouocantis; & propterea licet non poſſit ſeparari ab offenſione perſonæ, ſeparatur nihilominus à facto dictæ præuaricationis, vndè cum proponitur excuſatio Alexandrinæ ex hoc capite, tota controuerſia reducitur ad factum, videlicet an conſtet, vel ſecus de prouocatione huiuſmodi, quæ fuit mens Rotæ, *deciſ. 166. ſub num. 1. verſ. non obſtat quod Marcus, par. 2. diuerſ.*
132 Alterum eſt, quod ex prouocatione † huiuſmodi, noua cauſa cēſetur producta, *Philipp. de Vbald. int. crimin. diuerſ. conſ. 153 num. 2. lib. 1. Vulpell. in tract. de Pace, q. 48. num. 2. & 7. Herculan. in tract. de caut. non offend. cap. 34. nu. 18. quos pariter ſequutus eſt Farinac. d. conſ. 67. ſub nu. 5. verſ. ſecundum, quod ex prouocatione.*
133 Etenim, qui prouocat † ipſe prius offendit, *Roman. d. conſ. 183. nu. 2.* & ex mente *Ariſtot. docuit Bal. tit. hic finit. lex D. Feder. in princ. ſub nu. 5. verſ. dicit tamen, in vſib. feudo,* & ſic non poteſt noua cauſa, ſeparari à prouocatione; adeo vt iſta non ſit præſumptio, vt loquuntur præcitati, ſed ve-
134 ritatis demonſtratio; quicunquè enim † aliquem ad iuſtam prouocat iracundiā, dicitur ſimul eundem offendere, vt in *titulo de Pac. Conſtant. in princ. Bart. in l. licitatio, §. quod illicitè, num. 4 ff. de Publican.* vbi quod talis offenſa eſt punibilis, *ſequitur Surd. deciſ. 79. num. 1.*
135 Proindequè, ſuppoſita hac cauſa † noua, etiam quod præexiſtat alia cauſa ex lite, ſit præſumptio pro minuri delicto; videlicet quod offenſio ſit illata non ex prima, ſed ex ſecunda cauſa, quod clatè decidit *Rot. apud Put. d. deciſ. 98. verſ. tamen illis non obſtantibus.*
136 Talis autem prouocatio, debet eſſe † huiuſmodi, vt pro Iudicis arbitrio potuerit cauſare iuſtam iram. Quandoquidem, ira hęc pręceps, ipſa eſt, quę excuſat à dolo, *l. quicquid & ibi Cagnol. nu. 10. de reg. iur. can. Ira §. notandum 11. q. 3. Tiraq. vbi*
137 *ſup. ex n. 1.* & quamuis non † remoueat pœnam ex toto, illam tamen ſic emollit, vt nō irrogetur propter dolum, ſed propter culpam ſimplicitèr, *l. 2. C. de abolit. l. 1. §. pueri ad Turpill. quod latiſſimè poſt Farinac. d. conſ. 67. nu. 2. exornant ibi Add. in verb. dolum abeſſe,* vbi inter alia, quod difficilius eſt iram continere, quam miracula facere, ex *Boſſ. de homicid. num. 60.*
138 Vbi enim homo offenditur, illi † naturaliter efficitur odium in offendentē, & conſequutiuè appetitus vlciſcendi; Quaproptèr calore collecto circa cor, vbi ſedes animæ, & vis eſt; ibiquè ſanguine ebulliente, eius caloris impetus tranſmittitur ad partes extimas nocere aptas, quarum quæ promptior, eſt lingua, & manus: nec ille impetus, patitur metiri quanta ſit iniuria recepta, præterquam in frigidis natura, & mitis ingenij, vt optimè præ cæteris philoſophatur Hieronymus Fracaſtorius *de*
139 *ſympat. & antipat. cap 21.* indequè † ſemel mens commota ei ſeruit, à quo expellitur, vt ait *Senec. in libell. de Ira cap. 7.*

Vix enim in parricidio, ira à pœna ordinaria, propter ſingularem atrocitatem criminis non conſideratur, vt poſt alios adnotauit *Farinac. q. 120. num. 133.*

Longè quoquè apertiùs in Magiſtratus inſurgere videretur, qui eorum iuſſu appræhenſus, ſe in
140 alicuius † Potentis ædes proriperet, franchitiam acclamando; vnà cum defendentibus, & eximentibus; quippè, & hi omnes, ex Conſtitutione Iulij Tertij, 17. in *§. 2. verſ. ſi quis verò,* & plenius ex Conſtitutione Gregorij XIII. ſub dat. Non. Nouembris 1573. quæ eſt 12. declarantur criminis Maieſtatis in primo capite Rei, & ſi Clerici fuerint, inter alias ſubijciūtur huic pœnæ priuationis beneficiorum ipſo iure; quod nō eſt alienū, nequè à mente, nequè à verbis legis Iuliæ, vt in *d. l. 1.*
141 Quemadmodum, eadem ratione † ex Conſtitutione *Gregorij XIII. 65. ſub dat 4. Id. Iulij 1580. in 6. & 7. §.* innouatoria alterius Conſtitutionis Leonis X. *36. & Pij Quarti* 27. implicantur eiſdem reatu, & pœnis receptatores Bannitorum capitalium, vel receptari curantes, aut capturam impedientes, captoſuè eximentes; vel alitèr ipſis Iudicibus, eorumuè Miniſtris eos perſequentibus offendiculū aliquod obijcientes; id quoquè enim eſt ex mente dictæ legis, vt in *l. 1. & in l. Maieſtatis, eo. tit.* cuius materiæ fimbrias omnes, egregiè diſcutit *Farinac. in ſupraalleg. q. 113. ex n. 258. in 5. inſpect. per to.*

Deniquè, idem crimen, eaſdemquè pœnas pror-
142 ſus † incurreret, qui Imperatoris Maieſtatem offenderet, non quidem directò, ſed per quandam

conſe-

Digitized by Google

conſequentiam, vi ſcilicet confœderationis, de qua ſuprà dictum eſt, itàvt videatur ſic læſa Maieſtas Romani Pontificis, quæ fuit ſententia Bartoli *poſt Conſtit. ad reprimendum tit. qui ſint rebelles, ſuper verb. rebellando, nu. 7. & 8.* vbi ad hoc ponderat *text. in clem. Paſtoralis de re iud. cum alijs citatis per Menoch. d. conſ. 99 nu. 38. cum ſeq.* tota enim hæc vis ſtat in huiuſmodi fœderatione, vt in *l. non dubito, ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ.* & *latè oſtendit Lofred. conſ. 5. n. 30. cum duobus ſeqq.* & propterea ſententia declaratoria huius † delicti exigitur ab Eccleſia, nec ſufficit ſententia ipſius Imperatoris, vt videtur cenſuiſſe *Bald. in l. 1. ſub num. 34. verſ. & an qui prodit Imperatorem, de rer. diuiſ. Gig. in ſapeeit. tract. de crim. laeſ. Maieſt. lib. 1. q. 68. ſub num. 10. verſ. non tamen de dicto crimine*:

Hincquè de facili etiã reſoluitur articulus, quid dicendum ſit de Clerico, qui prætenditur reus Maieſtatis Principis ſæcularis, cui ab origine eſt ſubiectus: Nam ſi quæratur ſimplicitèr, an per † cũ, quaſi exemptum ab illius iuriſdictione, & Imperio, poſſit committi crimen iſtud; quicquid alij alitèr ſenſerint, ſententia affirmatiua eſt tenenda, per text. ſatis clarũ, *in can. ſi quis laicus, 22. q. 5.* quem etiam ad hoc põderat *Farinac. q. 112. in 7. inſpect. n. 232.* & quã neruosè defendit *Prepoſ. in can. in primis §. de perſona, ex num. 3. 2. q. 1. vbi ſub num. 14.* reſpondet obiecto, quod dictus canon, ſit palea; quod tamen nec eſt verum: deſumptus enim † eſt canon ille, ex generali Concilio Toletano 16. *cap. 9.* cuius integrum contextum reſcripſit *Baron. in anno 693. num. 4.*

Quamuis autẽ, pro incurrendo huiuſmodi crimine, † neceſſaria ſit ſubiectio, *Clem. Paſtoralis, §. rurſus nõ eſt ſilentio, vbi gloſ. in verb. non ſubfuit, de re iud. & paſſim tradunt Doctores, quos citat Farinac. d. q. 112. inſpect. 8. num. 249.*

Tamen, iſta ſubiectio non eſt referẽda ad ſubiectionem reſpectu iuriſdictionis, & Imperij, quorum † nexu ſoluitur quis per Clericatum, *cap. cum non ab homine, vbi Doctores omnes, de Iudic. gloſſ. in can. Imperator, in verb. diſcuti, 96. diſt. Couar. pract. quæſt. cap. 31. ex num. 1. cum propè innumeris relatis per Bellet. diſquiſ. Clerical. par. 1. ſub tit. de exempt. Cleric. §. 1. nu. 6. & Surd. conſ. 301. num. 16.* & quidem ratione naturali † quam expoſuit Suarez in *Clyp. fid. Cathol. lib. 4. ex cap. 3. per to. cum lib.* ſed ad ſubiectionem † reſpectu participationis Reipublicæ, & integritatis corporis illius, ſemelquè præſtiti iuramenti fidelitatis, cuius nexus nihil habet cõmune cum iuriſdictione, vt demonſtrat *Prepoſ. in præcit. §. de perſona, ex num. 1.*

Nequè enim † laicus effectus Clericus, per clericatum deſinit eſſe Ciuis, & pars Populi ac Reipublicæ, vt plenè notant *Bald. in l. 1. §. huius ſtudy num. 21. & ibi Caſtr. num. 10. de iuſt. & iur. Natt. conſ. 158. num. 8. Oldrad. conſ. 32. ex nu. 1. & per to.* nec † diſtrictualis, *Ioan. Andr. in cap. vlt. paulo ante num. 1. in verb. vel diſtrictu de offic. deleg. in 6. Barbat. conſ. 1. num. 65. lib. 3. Rota diuerſ. deciſ. 452. num. 2. par. 1. Felyn. in cap. Rodulphus, num. 18. de reſcript.* & ex lai-
152 cis, ac † Clericis vnam conſtitui Rempublicam pronunciauit *Caſtr. in l. omnes Populi, num. 8. de Iuſt. & iur. Cephal. conſ. 54. num. 12.*

153 Si autem quæratur, quis ſit Iudex competẽs † in cognoſcendo, & decidendo huiuſmodi delicto, dicendum eſt nullum alium, quam ipſum Iudicem Eccleſiaſticum, quod probatur per *text. in eo can. ſi quis laicus, Beſſ. de foro comp. num. 127. Gig. de crim. laeſ. Maieſt. rubr. quis de crim. laeſ. Maieſt. cognoſc. poſſ. num. 12. Rol. conſ. 4. ex nu. 6. lib. 1. Farinac. q. 8. num. 29. quos retulit, & ſequutus fuit Mart. de iuriſd. par. 4. cap. 153. num. 27. vbi ſub num. 28.* reſpuit quandam Conſtitutionem Regni Neapolitani in contrarium.

Et ſanè, qui contrarium opinati fuerunt, non vidẽtur ſatis perpendiſſe caſum deciſum per Concilium Toletanum 16. ſuperius citatum, à quo eſt
154 deſumptus *d. can. ſi quis laicus*, vbi detecta † perfida Archiepiſcopi Toletani aduerſus Regem Egicam molitione, Rex, non niſi ſacris legibus aduerſus eum agendum putauit, ſacra ſacris miniſtranda relinquens. Immò, tantæ modeſtiæ, atquè religionis ſpecimen præſetulit, vt duobus oblatis ab ipſo Rege libellis patribus in ſynodo conſidentibus, nulla in eis aduerſus auctorem coniurationis, Sisbertum videlicet, Archiepiſcopum fuerit ingeſta querela, quod piaculum eſſe putaret, ſi vtcunquè facinoroſum accuſaret Epiſcopum: adeo quòd, nec vellet per ſe ſciri, Toletanum Archiepiſcopum fuiſſe tanti criminis reum, vel quoquo modo ſuſpectum, niſi id ſententia eorundem expreſſiſſet Epiſcoporum, vt penè his verbis commemorat *Baron. in d. anno 693. num. 2.*

Deniquè ſi quæratur, an ob id, ſubeat huiuſmodi reus pœnam amiſſionis beneficiorum ipſo iure; omiſſo effectu confœderationis, cenſerem negatiuè reſpondendum; quia prædictus canon non
155 vtitur verbis, quæ iuris ſententiam importent; † & illud, *degradetur*, communitèr intelligitur de degradatione verbali, vt latè ad eum textum notat *Barboſ. poſt alios n. 4. & Marta loco præcita. n. 33.* patetquè ex integra eius ſerie relata per *Baron.* & expreſſa in *9. cap. eiuſdem Concilij*: longè ve-
156 rò diuerſus eſt effectus † verbalis degradationis, ab effectu actualis, vt declarant Doctores citati per *Carol. de Graſſ. de eff. Cleric. in 1. eff. ex*
157 *num. 814.* huic verò † nunquam eſt locus niſi certis caſibus relatis per *Reuerendiſſ. D. Coccinum deciſ. 351. num. 8.* inter quos non eſt caſus Maieſtatis Principis alicuius temporalis.

158 Hincquè, ſi Iudex laicus, † laicum condemnet Maieſtatis, non propterea ita condemnatus cenſebitur priuatus Iurepatronatus, nequè indè tale ius amittet, *gloſſ. in clem. 2. ſuper verb. ſubiecta de ſenten. & re iud. Collectar. in cap. in quibuſdam num. 10. de pœn. & fuit reſponſum in Agathen. Iuriſpatronatus 4. Martij 1602. coram Card. Hieronymo Pamphilio, & latiùs apud Reuerendiſſimum D. Coccinum deciſ. 232. nu. 1. & deciſ. 298. num. 9. & d. deciſ. 351. num. 3. de qua et etiam ſcripſimus lib. 2. q. 14. num. 24.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Apoſtaſia à natura, quæ.*
2 *Natura, pro naturæ auctore.*
3 *Dicta, natura naturans.*
4 *Sed an propriè.*
5 *Natura, pro primordio cuiuſcunquè entis.*
6 *Itemquè, pro intentione, & fini ipſius Dei.*
7 *Et denique, pro proprietate cuiuſcunquè rei in ſuo genere.*
8 *Natura, pro curſu rerum naturalium.*
9 *Natura hominis, vt intelligat ſe eſſe animal ſociabile.*
10 *Et huius Societatis fundamentum, Religionem eſſe.*
11 *Religione, natura hominis conſtat.*
12 *Societatis humanæ finis, eſt perpetuatio generis.*
13 *Et per quæ media.*
14 *Naturæ nexus finis, eſt ſimilium ex ſimilibus procreatio.*
15 *Miſſam celebrans, qui non eſt ordinatus, vel audiens confeſſiones, punitur.*
16 *Et tanquam Eccleſiæ miſericordia indignus, subetur degradare, & tradi Curiæ ſeculari, ex Conſtitutione Clementis VIII.*
17 *Degradatio actualis, auellit perſonam ab altari.*
18 *Clericus non ordinatus miniſtrans, olim ſimpliciter ſuſpendebatur, & circa beneficij retentionem, poterat cum eo diſpenſari per Epiſcopum.*
19 *Meſſam celebrans non ordinatus, vt degradetur, non expectatur, quod efficiatur incorrigibilis.*
20 *Homicida Clericus, illicò degradatur, non expectata correctione.*
21 *Confeſſarij, turpitèr ſollicitantes pœnitentes, Conſtitutione Pij IV. coerciti.*
22 *Et quouſquè.*
23 *Eadem Conſtitutio, per Gregorium Decimumquintum ampliata.*
24 *Clericus malè promotus, ſuſpenditur ab exequutione, & miniſterio, donec ſecum diſpenſetur.*
25 *Et inhabilitatur ad alios ordines.*
26 *Et miniſtrando, efficitur irregularis, incurritquè pœnam priuationis beneficiorum ipſo facto.*
27 *Quod declaratur.*
28 *Irregularitatis incurſus, non illicò concludit ad contemptum.*
29 *Irregularitas, poteſt incurri ſine dolo.*
30 *Irregularis, vt miniſtrando incidat in pœnas iuris, exigitur contemptus, & temeritas.*
31 *Temeritas, ex ſcientia operationis rei prohibitæ.*
32 *Aetas, probatur ex teſtimonio matris.*
33 *Diſpenſatio, præſumitur ex poſſeſſione longi temporis, & qua ratione.*
34 *Aſſaſſini, qui, & vndè dicti.*
35 *Aſſaſſinij ob crimen in Clerico, inducta eſt priuatio beneficij ipſo iure.*
36 *Aſſaſſinium, proximum eſt crimini Maieſtatis.*
37 *Nec minus Clericis, quàm laicis frequens.*
38 *Punitur, ex ſolo affectu.*
39 *Aſſaſſinium, ſecundum aliquos poteſt probari per teſtes, parte non citata.*
40 *Quod non obtinet ad effectū priuationis beneficij.*
41 *Iuſtificatur tamen ex probabilibus argumentis.*
42 *Aſſaſſinium, qualiter deducendum, vt intret ex hoc capite priuatio beneficij.*
43 *Aſſaſſinium, quod dicitur, probari argumentis, vti accipiendum.*
44 *Aſſaſſinium, vt indè dicatur incurſa pœna priuationis beneficij, debet declarari per Iudicem Eccleſiaſticum.*
45 *Aſſaſſinij cognitio, non niſi per abuſum, contra Clericos, laicis Magiſtratibus vſurpata.*
46 *Quorum ideo ſententia, in hac parte, eſt nulla.*
47 *Aſſaſſinij iudicium, contra Religioſos Hieroſolymitanos, qualitèr exercendum, ex Conſtitutione Clementis VIII.*
48 *Abortum procurantes, puniuntur lege Cornelia de Sicarijs.*
49 *Incurrunt irregularitatem.*
50 *Puniuntur pœna capitali, ſi partus animatus ſit.*
51 *Coercentur Conſtitutione Sixti V. hic relata.*
52 *Et quatenus Clerici ſint, priuantur beneficijs, quantumcunque ſimpliciſſimis, ex eadem Conſtitutione.*
53 *Etiamſi partus ſit inanimatus.*
54 *Nequè admittitur aliqua excuſatio.*
55 *Quod declaratur.*
56 *Abortus pœnæ, an trahantur ad impedientem conceptionem, vel ad caſum in id non ordinatū.*
57 *Sodomiæ crimen, implicat Apoſtaſiam à natura.*
58 *Et qualitèr.*
59 *Inducit priuationem beneficij ipſo iure, ex decreto Lateranenſis Concilij.*
60 *Itemquè, ex Conſtitutione Pij Quinti.*
61 *Et eſt caſus conceſſus Ordinario actualis degradationis.*
62 *Crimen deteſtabile.*
63 *Et ſceleſtius, quàm permixtio cū propria Matre.*
64 *Vergilio, iurenè, vel iniuria probro datum.*
65 *Vergilij Poetæ obitus, apud Brunduſium, quo tempore inciderit.*
66 *Sodomiæ crimen, vti cadit ſub Conſtitutione Pij Quinti, contra huiuſmodi nefarios homines edita.*
67 *Exigit notorietatem, circa vſum, & exercitium.*
68 *Et impetrationes ex hoc capite, impracticabiles.*

QVÆSTIO XXXI.

Qualitèr inducta ſit vacatio beneficij per Apoſtaſiam à Natura.

PRÆCEDENTIBVS Quæſtionibus, vidimus de effectu atrocitatis criminis ex Apoſtaſia, cùm ſuperioris, tùm inferioris gradus; vbi ſcilicet vel receditur à Deo per deflexum à Fide Catholica, vel à Principe per offenſam eius Maieſtatis; ſequitur nunc videre de eodem crimine
1 per receſſum à natura ipſa, in hoc † enim verſatur gradus medius Apoſtaſiæ, quæ inter atrociora delicta refertur, iuxta doctrinam *Luc. de Penn. in l. ſiut ex Prætoriano num. 16. & 17. C. de exa-*

Ctor. tribut. lib. 12. cuius meminimus hoc lib. q. 28. num. 14.

Conſtat autem naturā, (quod pertinet ad ma-
2 teriam ſubiectam) tripliciter † ſumi, nimirum
pro ipſo rerum omniū Creatore Deo, quod fre-
quentiſſimum eſt, tàm apud Stoicos, & Iuriſcon-
ſultos, vt oſtendimus *lib. 1. in 4. quaſt. num. 5.*
3 quàm etiam apud Theologos † omnes, qui hanc
vocant naturam naturantem, vt licet videre apud
*Diuum Tho. in 1. 2. q. 1. art. 2. in corp. q. 6. art. 1. in reſponſ. ad 3. q. 26. in 1. art. in corp. & q. 27. art. eiſdem 1. pariter in corp. & ex noſtris nota-
uit etiam Accurſ. in l. reſpiciendum, 38. in verb.*
4 *hominum. ff. ſi cer. pet.* licet magis † philoſophi-
cè, quàm latinè, vt aduertunt *Conimbricen. in Phyſic. Ariſtot. lib. 2. cap. 1. in 1. quaſt. art. 1. in princ.*

Item pro propria vi, vnicuiquè rei à mente di-
uina inſerta, qua quidem Deus ipſe, tanquam hu-
ius naturæ magiſter veluti inſtrumento quodam
vtitur, vt eiſdem locis explicat *Diuus Thom.* & ex
noſtris docuit *Bald. in l. vn. num. 13. C. de ſent.*
5 *qua pro eo quod inter.* conſideraturquè † veluti
primordium cuiuſcunquè entis, ſecundum *Bald. in l. vnic. §. libertatibus, num. 3. C. de caduc. tollen.*

6 Et deniquè pro intentione, † & fini ipſius Dei,
in hac vi inſerenda cuicunquè rei; nempè, vt res
corruptibiles, quæ nequeunt perpetuari reſpectu
indiuiduorum, perpetuentur in genere, per pro-
ductionem ſpecierum de ſpeciebus, vt explicat
*Ariſtot. in 2. de anima cap. 4. textu 34. & Diuus Thom. in 1. par. quaſt. 98. ar. 1. in corp. Turre-
crem. in can. ius autem, nu. 11. diſt. 1.* vnde in hoc
ſenſu ſumpta natura, dicitur vis inſita rebus, ex
ſimilibus ſimilia procreans, vt inquit *Andr. Si-
cul. in cap. 1. num. 144. de iud.* indequè huius
vocis proprietatem alij traduxerunt ad id quod
7 in vnoquoquè genere † eſſe intelligitur, vt *Di-
uus Auguſt. de morib. Manich. lib. 2.* & ad cur-
8 ſum rerum † naturalium, quemadmodum nota-
uit *Bald. in d. l. vn. §. libertatibus num. 5. C. de caduc. toll.*

Strictè igitur ad naturam hominis, prout eſt vis
9 illi inſita à Deo, ea tota in his conſiſtit; † primò,
vt intelligat ſe eſſe animal ſociabile, *Archid. in can. ius autem naturale num. 3. diſt. 1.* Secundò, vt
10 huius ſocietatis fundamentum † intelligat eſſe re-
ligionem, ſeu diuinum cultum, vt ex Cicerone
optimè deducit *Tholoſ. de Repub. lib. 12. cap. 4.*
11 *num. 1.* quandoquidem; ſine illa, † haudquaquam
vita hominis conſtare poteſt, *Plin. natur. lib. 14. cap. 19. Lipſ. in Polit. lib. 1. cap. 4. idem Tholoſ. ſyn-
tagm iur. lib. 9. cap. 4. n. 15.* tertiò, vt ſimul perci-
12 piat † finem huiuſmodi ſocietatis, quæ eſt perpe-
tuatio de qua ſuprà dictū eſt, eodemquè cōtextu
intelligat media quibus, & formari poſſit ſocie-
tas, nimirum in inquirendo Deum, euitandoquè
ignorantiam, & neminem offendendo, vt ratioci-
natur *Archid. in d. can. ius naturale, num. 2.* & præ
13 cæteris ſeruando fidem, † *l. 1. de pact. l. cum am-
plius, 85. de reg. iur.* & ſimul etiam non ignoret,
qualitèr efficiatur illa productio ſpecierum ex
coniunctione maris, & fœminæ, vt per *D. Thom. & Turrecrem. ac Ariſtot. locis ſuperius citat.* Ho-
14 rumquè nexum, naturam humanam † nuncupa-
mus, cuius finis eſt ſimilium ex ſimilibus procrea-
tio, vt docent prædicti, & etiam *Bal. in l. 1. §. ius naturale num. 1. de iuſt. & iur.*

15 Rebellat igitur, & apoſtatat à natura † humana,
Clericus, qui eam offendit in fundamento religio-
nis, non modo ſimplicitèr errando pertinacitèr
circa fidei dogmata, (quod pertinet ad hæreſim)
ſed etiam ex alia cauſa ſerio ludendo ſuper cultu
diuino, vel ipſa religione: veluti cùm non initia-
tus Sacro Presbyteratus ordine, audet nihilomi-
nus tanquam Mimus inſolens, miſſam celebrare,
aut pœnitentium confeſſiones audire, & eos ab-
ſoluere, *cap. 1. & 2. de Cler. non ordin. miniſtr.* cō-
16 tra igitur † huiuſmodi nefarios homines, Clemens
VIII. in eius Conſtit. 81. in § 3 ſic edixit. *Quicū-
què non promotus ad Sacrum Presbyteratus ordi-
nem, repertus fuerit miſſarum celebrationē vſur-
paſſe, vel ſacramentalem confeſſionem audiuiſſe, à Iudicibus S. Inquiſitionis, vel locorum Ordina-
rijs, tanquam Eccleſiæ miſericordia indignus, à foro Eccleſiaſtico abijciatur, & ab ordinibus Ec-
cleſiaſticis, ſi quos habuerit, rite degradatus, ſta-
tim Curiæ ſæculari tradatur, per Iudices ſæcula-
res, debitis pœnis plectendus.*

Per hanc enim Conſtitutionem, tametſi antè
degradationem non poſſit videri inducta vacatio
beneficij, tamen illa facta, non eſt de hoc dubi-
17 tandum, cùm † actualis degradatio implicet euul-
ſionem perſonæ ab Altari, *Ancher. conſ. 158. ſub num. 8. verſ. certum eſt etiam;* & in hoc ampliata
18 eſt pœna antiquorum Canonum, quæ non † egre-
diebatur ſuſpenſionem, permiſſa poteſtate Epiſco-
po, ſuper beneficio diſpenſandi, vt eſt textus in
d. cap. 2. vbi gloſſ. in verb. de beneficio, cum duob. ſeqq. & Abb. num. 2. de Cler. non ordin. miniſtr.

Rurſuſquè ex hac eadem, remora eſt diſputa-
19 tio, an ſit † expectanda corrigibilitas; Summus
enim Pōtifex hic expreſsè decernit huiuſmodi eſ-
ſe indignum miſericordia Eccleſiæ: quamuis ſatis
ſit iuſſam eſſe degradationem actualem, vt mini-
mè locus ſit corrigibilitatis expectationi, vt benè
poſt alios concludit *Farinac. q. 8. ex num. 81.*
20 qui † proptereà idem cenſet de parricidis, vt ibi
per eum, *& q. 120. num. 21.*

21 Mitius autem cū eo agitur, qui promotus, † &
habens poteſtatem confeſſiones audiendi, pœni-
tentes ad ſe accedentes, in ſuos, aut aliorum tur-
pes amplexus ſollicitat. Quamuis enim Pius IV.
Conſtitutione ſua 31. ad extirpandum aliquorum
abuſum in Hiſpanijs ſuccreſcentem, ſceleſtos hu-
iuſmodi, veluti de fide ſuſpectos ſubiecerit cogni-
tioni S. Officij Inquiſitionis, ea tamen Conſtitu-
tio videbatur in verbis reſtricta ad perſonas illa-
rum partium; & quidem ſollicitantes mulieres,
22 itáque non niſi † ex identitate rationis aliqui eam
extenderent ad ſollicitationem adoleſcentium,
quam interpretationem probaſſe videtur *Roder. de regular. to. 2. q. 27. art. 3.*

23 Propterea, Gregor. XV. ſua † Conſtitut. 34. ſub
dat. 30. Auguſt. 1622. in §. 3. poſt decretum exten-

ſionis

Digitized by Google

ſionis ſupradictæ Pianæ, ad omnes Chriſtiani Orbis partes in §. 4. ſic ſanciuit:

§. 4. Ac præterea, nè in futurum de pœna bis delinquentibus imponenda, & de modo contra eoſdem procedendi ab aliquo dubitari poſſit, ſtatuimus, decernimus, & declaramus, quod omnes & ſinguli Sacerdotes, tàm ſæculares, quam quorumuis, etiam quomodolibet exemptorum, ac Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectorum Ordinum, Inſtitutorum, Societatum, & Congregationum regulares, cuiuſcunquè dignitatis, & præeminentiæ, aut quouis priuilegio muniti exiſtant, qui perſonas, quæcunquè illæ ſint, ad inhoneſta, ſiuè inter ſe, ſiuè cum alijs quomodolibet perpetranda in actu Sacramentalis confeſſionis, ſiuè ante, vel poſt immediatè, ſeu occaſione, vel prætextu confeſſionis huiuſmodi, etiam ipſa confeſſione non ſecuta, ſicut extra occaſionem confeſſionis in confeſſionario, aut in loco quocunquè ubi confeſſiones Sacramentales audiantur, ſeù ad confeſſionem audiendam electo, ſimulantes ibidem confeſſiones audire; ſollicitare, vel prouocare tentauerint, aut cum eis illicitos, & inhoneſtos ſermones, ſiuè tractatus habuerint, in Officio Sanctæ Inquiſitionis ſeueriſſimè, vt infrà, puniantur. Et præterea omnes hæreticæ prauitatis Inquiſitores, & locorum Ordinarios omnium Regnorum, Prouinciarum, Ciuitatum, Dominiorum, & Locorum vniuerſi orbis Chriſtiani in ſuis quemquè Diœceſibus, & Territorijs per has noſtras literas, etiam priuatiuè quoad omnes alios ſpecialiter, ac perpetuò Iudices delegamus, vt ſuper his contra prædictos ſimul, vel ſeparatim in omnibus, prout in cauſis fidei, iuxta Sacrorum Canonum formam, necnon officij Inquiſitionis huiuſmodi Conſtitutiones, priuilegia, conſuetudines, & decreta diligenter inquirant, & procedant: & quos in aliquo ex huiuſmodi nefarijs exceſſibus culpabiles repererint, in eos pro criminum qualitate, & circumſtantijs, ſuſpenſionis ab executione ordinis, priuationis beneficiorum, dignitatum, & officiorum quorũcumquè, de perpetua inhabilitatis ad illa, necnon vocis actiuæ, & paſſiuæ, ſi regulares fuerint, exilij, damnationis ad triremes, & carceris etiam in perpetuum, abſquè vlla ſpe gratiæ, aliaſquè pœnas decernant, eos quoquè ſi pro delicti enormitate grauiores pœnas meruerint, debita præcedente degradatione, Curiæ ſæculari puniendos tradant.

Ex quibus verbis tàm pœna priuationis beneficiorum, quàm aliæ vſquè ad degradationem actualem, ſunt arbitrio iudicum remiſſæ.

24 His proximi ſunt qui ad ordines † furtiuè, per ſaltumuè, aut non ſeruatis interſtitijs temporum, vel alitèr malè promouentur, nam licet inde ſimplicitèr incurrant pœnam ſuſpenſionis ab exequutione, miniſterio, & exercitio ordinum ſuſceptorum, donèc ſecum de miſericordia diſpenſetur, *cap. vlt. ad fin. de Cler. per ſalt. promo. c. vlt. de eo qui furtiu. ordin. ſuſcep.* & ad ſuperiores
25 inhabilitentur, † ex Conſtitutione Sixti Quinti, ſub Datum Anno Incarnationis 1588. Non. Ian. quæ in nouo Bullario eſt 91. attamen ſi durante
26 huiuſmodi † ſuſpenſione, in ita ſuſceptis ordinibus miniſtrare præſumpſerint, illos ſic irregulares effectos omnibus, & quibuſcunquè per eos in titulum, commendam, aut alias obtentis Dignitatibus, officijs, & beneficijs Eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura, quomodocunquè qualificatis, ſæcularibus, vel cuiuſuis ordinis, aut Militiæ regularibus, ac etiam ſi ipſi Clerici Regulares fuerint, actiua, & paſſiua voce, *ipſo facto*, eadem Conſtitutio in §. 3. priuat, & ad illa vel ſimilia obtinenda inhabiles, & incapaces decernit.

Subeſt enim in hoc malè promoto, & nihilominus miniſtrante eadem fermè ſpecies hiſtrionica, index intrinſeci atheiſmi, niſi iuſta aliqua cau-
27 ſa eam dimoueat, vnde vt huic † Conſtitutioni locus ſit, requiritur dolus, & contemptus in ſic miniſtrante, quemadmodum innuit verbum *præſumpſerint*, cuius hęc eſt energia, *Card. in clem. 1. num. 22. de priuil. & determinat Nauarr. in Manual. cap. 27. num. 155. & 156.* quem in his terminis, me ſcribente, ſequuta eſt Rota apud *Card. Caual. deciſ. 1. num. 2.*

28 Nequè verò ex facto † præcedentis incurſæ irregularitatis, quæ poteſt etiam eſſe ignota ipſi promoto, ſtatim ad contemptum infertur, *Abb. in cap. paſtoralis 53. §. verum ſub num. 15. verſ. quædam ſunt quæ non concernunt de appell.* ideoquè, vt detur iſte contemptus, & temeritas, opus eſt conſtituere in iſto malè promoto miniſtrante duo hæc; primum quod doloſè fuerit promotus,
29 cùm ſine † dolo non poſſit incurri irregularitas, vt per eum *text. docet Gemin. in cap. is qui §. is verò num. 1. de ſent. excomm. in ſexto.* Secundum,
30 quod per † contemptum miniſtrauerit, vt probat *text. in cap. 2. de Cleric. excomm. miniſtr.* iuſtificando ſcilicet eum ſciuiſſe, ſe exercere actum
31 prohibitum, in quo † vera verſatur temeritas, *Gemin. in eo. cap. is qui in princ. num. 2. & 3.*

Proindequè, Rota in *d. deciſ. 1. Caualer.* excuſauit malè promotum contra impetrantem, tùm quia defectus ætatis, qui ſibi obijciebatur non eſſet ad iſtum effectum attendendus, cum mater ipſius ſuper ætate idonea, teſtificata
32 eſſet, propterea † iuſtè illi crediderat, iuxta *gloſſ. in l. de tutela ſuper verb. ignarum, C. de in integr. reſtit. Pariſ. conſ. 25. num. 8. lib. 3. & ſcripſi lib. 2. q. 49. num. 32.*

Tùm quià ex die incurſæ irregularitatis eſſent
33 lapſi viginti anni: ſufficit enim in poſſeſſore, † ſeù quaſi, longum tempus ad præſumendum ſecum fuiſſe diſpenſatum, cùm eius error aliàs non fuiſſet veriſimilitèr per Epiſcopum toleratus, *Ancharan. conſ. 117. ſub nu. 3. verſ. pro hoc facit præſumptio, Sarn. in reg. de trienn. q. 10. num. 18.*

Magis autem à natura hominis apoſtatant, qui
34 humanum † ſanguinem, aut mandãt effundi aut effundunt mediante pecunia, quos vocamus Aſſaſſinos, ab antiqua latina voce, *aſſir*, quæ ſanguinem ſignificabat, ità dictos, vt ex auctoritate *Feſt. lib. 1. de veter. verbor. ſignif. adſtruit Gambac. de im-*
35 *mun. Eccleſ. lib. 5. cap. 32. n. 1.* qui enim † aſſaſſinio hominem Chriſtianũ interfecerit, aut interfici iuſſerit, vnà cũ omnibus fautoribus, & adhærẽtibus,

etiamſi mors non fuerit ſequuta, eo ipſo ſi Clericus fuerit priuatur beneficio Eccleſiaſtico, ex decreto Lugdunenſis Concilij relato in *cap. 1. de homicid. in ſexto, vbi Geminianus in §. vlt. nu. 3. & 10. Azor. moral. par. 2. lib. 7. cap. 17. in 1. quaſt. verſ. octauum eſt, Maſobr. in prax. haben. concurſ. ad paroch. requiſ. 1. dub. 2. num. 34.* Atrociſſimum
36 enim eſt delictum, † & proximum crimini Maieſtatis, *Farinac. conſ. 4. ſub num. 7. verſ. quia huiuſmodi crimen lib. 1.* nequè minus quàm laicis,
37 clericis † quoquè vſu frequens, vt commemorat *Gambacurt. d. cap. 32. ſub num. 2. verſ. vtinam*
38 *non etiam*, vnde æquè, ac in crimine † Maieſtatis punitur affectus etiam non ſequuto effectu, vt conſiderat *Gemin. in d. §. vlt. ſub num. 10. verſ. & dicunt regulariter.*

Et quamuis eorum ſententia minimè ſit reci-
39 pienda † qui arbitrati ſunt, ad probandum aſſaſſinium non exigi teſtes parte citata, quos congerit
40 *Farinac. q. 72. num. 122.* præcipuè vbi de † hoc ageretur ad effectũ priuationis beneficij, quo caſu, ceſſante periculo moræ (ſuper quo videtur fundata quoad articulum probationis diſpoſitio *d. c. 1. de homicid. in ſexto*, in deferendo probabilibus argumentis, vt benè explicat *Rot. apud Creſcen. deciſ. 2. n. 7. & per to. de teſtib. quam etiam retulit Farinac. d. q. 72. n. 123. ad fi. vbi n. ſeq.*) hanc ſententiã negatiuam Idẽ Farinacius tenet; eſt tamen
41 vetum † ob immanitatẽ criminis, ſufficere probabilia argumenta, vt probat *text. idem vbi Gemin. num. 10. Archid. num. 2. ſuper verb. argumentis, & Franch. num. 15. Decian. tract. crimin. par. 2. lib. 9. c. 30. n. 22. cum latiſſimè adductis per adden. ad Farinac. conſ. 10. ſuper verb. aſſaſſinio lib. 1. & probat etiam idem Farinac. conſ. 168. n. 6. lib. 2.*

Qui autem impetraret ex hoc capite, circa
42 duo potiſſimùm premeretur: primum in † iuſtificanda formalitate aſſaſſinij, ex ſimultanea conuẽtione de occidendo hominem Chriſtianum pro pecunia data, vel promiſſa, nihil tale ab ipſo occiſore metuentem, quod pluribus exornat *Farinac. d. conſ. 10. ex num. 1.* alterum in conſtituen-
43 dis probationibus; quamuis enim, † vt dictum eſt, ſufficiant argumenta, tamen debent eſſe probabilia, vt loquitur textus prædictus, ideſt ex quibus oriatur indicium indubitatum, ex ſententia magis receptа, magiſquè in praxi obſeruata, de qua per eundem *Farinac. q. 86. num. 43. & 48. quod latè proſequuntur Adden. ad d. eius conſ. 10. verſ. his præmiſſis.*

Nequè vllatenus ſuffragatetur impetratori ſen-
44 tentia declaratoria † commiſſi aſſaſſinij per aliũ, quàm per Iudicem Eccleſiaſticũ lata, iuxta *Card. Alban.* conſilium 13. quod ſequitur *Farinac. in*
45 *q. 8. ex nu. 85.* Quidquid enim per † abuſum laici attentẽt, vt eſt videre apud *Capyc. dec. 112. et 155.*
46 certiſſimum eſt † ſentẽtiam laycorũ, in hac parte, nullam eſſe ex defectu iuriſdictionis: vndè & cum
47 huiuſmodi ſcelus † impingitur fratribus, militibus, religioſis, donatis, ſeruientibus, ſeruitoribuſuè, aut Presbyteris ſæcularibus in eorum Eccleſijs inſeruientibus, Religionis Hieroſolymitanæ, eius cognitionem ſpectare ad Iudices Eccleſiaſticos, nimirum ad Superiores eiuſdem Religionis, adiuncto Epiſcopo priuatiuè ad quoſcunquè alios, ſanciuit Clemens VIII. *Conſtit. 37. ſub dat. 18. Decemb. 1595.*

Huic ſceleri, valdè, ratione eſt contigua imma-
48 nitas eorum, qui † abortum procurant: nam vbi fœtus eſt animatus, & hi verè dicuntur homicidæ, tenenturquè lege Cornelia de ſicarijs, *gloſſ. in can. conſuluiſti ſuper verb. per abortum 2. q. 5.* &
49 efficiuntur eodem modo † irregulares, *cap. ſicut,*
50 *& ibi gloſſ. 1. de homicid.* & inſpecta † diſpoſitione iuris ciuilis pœna capitali puniuntur, *l. Cicero ff. de pœn.* modò partus ſit animatus, alias adhuc puniuntur pœna extraordinaria, *can. Moyſes 32. q. 2.* & id eſſe communitèr receptum tradit *Clar. in §. fin. q. 68. num. 2. Menoch. de arbitr. caſ. 357. num. 2. & 6. Theſaur. deciſ. 12. num. 3. & 4.* vbi per totam eam deciſionem diſtinguit plures caſus, & latiſſimè, & doctiſſimè, & fuſius poſt ipſum *Farinac. q. 122. ex num. 131.*

51 Contra hos igitur Sixtus Quintus, † anno 1588. 4. Kal. Nouembris, perpetuam edidit Conſtitutionem, in ordine noui Bullarij 87. Quæ, relata ſpecie adeo deteſtandæ contra naturam humanã rebellionis, & in aliqua parte ius commune ampliando ità ſe habet. *Omnes, & quoſcunquè, tàm viros, quàm mulieres, cuiuſcunquè ſtatus, gradus, ordinis, ac conditionis, etiam Clericos, ſæculares, vel cuiuſuis Ordinis regulares, quauis dignitate, & præeminentia, Eccleſiaſtica vel mundana fulgentes, qui de cætero per ſe, aut interpoſitas perſonas abortus, ſeu fœtus immaturi, tàm animati, quàm inanimati, formati, vel informis eiectionem procurauerint, percuſſionibus, venenis, medicamentis, potionibus, oneribus, laboribuſque mulieri prægnanti impoſitis, ac alijs etiam incognitis, vel maximè exquiſitis rationibus, itàvt re ipſa abortus inde ſecutus fuerit, ac etiam prægnantes ipſas mulieres, quæ ſcientes præmiſſa fecerint, pœnas, tam diuino, quàm humano iure, ac tàm per Canonicas ſanctiones, & Apoſtolicas conſtitutiones, quàm ciuilia iura aduerſus veros homicidas, qui homicidium voluntarium actu, & re ipſa patrauerint, propoſitas, & inflictas (quorum omnium tenores his noſtris literis pro expreſſis, & ad verbum inſertis habemus) eo ipſo incurrere, hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus, ipſaſquè pœnas, leges, & Conſtitutiones ad caſus præfatos extendimus.*

§. 2. Eos verò qui Clerici fuerint, omni priuilegio Clericali, Officijs, Dignitatibus, & Beneficijs Eccleſiaſticis, quæ ſit vacatura noſtra, & Sedis Apoſtolicæ diſpoſitioni perpetuò reſeruamus, ipſo facto priuamus, & in futurum inhabiles ad ea ſuſcipienda decernimus, adeò vt illi qui hoc delictum commiſerint, non ſecus atquè ij qui ſua voluntate homicidium perpetrauerint iuxta Concilij Tridentini decreta, etiamſi crimen id, nec ordine iudiciario probatum, nec alia ratione publicum, ſed occultum fuerit, ad ſacros ordines promoueri, aut in ſuſceptis ordinibus miniſtrare nullo modo poſſint, nec illis aliqua Eccleſiaſtica beneficia,

beneficia, etiamſi curam non habeant animarum, conferri liceat, ſed omni ordine, ac Beneficio, & Officio perpetuò careant.

52 Vt nequeat † dubitari, quin ſceleſti hi, & à natura apoſtatantes Clerici, ipſo iure ſint priuati ſuis beneficijs, quantumcunquè ſimpliciſſimis, cũ dicantur homicidæ voluntarij, vt benè aduertit *Graff. aurea. deciſ. par. 1. lib. 2. cap. 63. ſub nu. 27. verſ. ſed an poſſit habere.*

53 Et cùm Conſtitutio, in verbis † expreſsè implicet caſum fœtus inanimati, fruſtra diſtinctio inuehitur inter hunc, & eaſum animati, de qua, in terminis iuris communis, latè diſceptant Doctores ſuperius citati. Nec poteſt prætendi cauſa aliqua, quæ excuſet, etiam impudicitiæ regẽdæ, ex rationibus optimè ponderatis per *Theſ. d. deciſ. 12. num. 12. Graff. d. cap. 63. ſub n. 23. verſ. ſed nota,*

54 & de eo Clerico, † qui procurauerat abortum in Moniali, conſuluit *Io. de Anan. conſ. 1. n. 10.* quic-

55 quid ſit in eo, qui ant † Medicus, aut Medicorum conſilio adhibito, id tentaſſet pro ſeruanda vita matris, modò verè fœtus adhuc non ſit animatus anima ſenſitiua, & intellectiua, vt poſt *Io. de Neap in quodlibet. 10. tradit Couarr. in relect. Clem. ſi furioſus, in 2. par. §. 3. ſub num. 1. ad fin. verſ. hinc eſt omnino, de homicid. Graff. d. cap. 63. num. 24.* vbi in ſpecie ita intelligit Conſtitutionem hanc, *Nauar. in Manual. cap. 25. ſub n. 62. verſ. quartò, Sayrus in Clau. reg. lib. 7. cap. 12. ſub num. 19. verſ. ſecunda*, qui tamen diffuſius rem explicat ex *verſ. Tertia etiam ſententia, vſquè ad num. 24.*

56 Et rurſus, quicquid ſit de eo † qui dedit remedium impeditiuum cõceptionis, de quo per *Bellet. diſquiſ. Cleric. par. 1. tit. 1. de diſcip. Cleric. §. 5. num. 27. & 28.* Et quicquid ſit de eo rurſus, qui aliud agens, & præter intentionem, dedit cauſam abortui, vti, de Clerico adultero, qui fuit in cauſa, vt maritus ſic percuſſerit vxorem, vt inde diſperſus fuerit fœtus; ſuper quo caſu conſultus Nauarrus exiſtimauit incurſam eſſe irregularitatem, contra, ac poſtea cenſuerit Gregorius XIII. ad Sacræ Pœnitentiatiæ Conſultationem, vt in *appind. ad Nauar. conſ. 35. de homicid.*

57 At nullus à natura humana inſolentius † apoſtatat, quàm qui naturalibus inſtrumentis, quæ ad ſpecies propagandas, Deus ipſe conſtituit, nefanda libidine abutitur; hic enim, & à Deo recedere intelligitur, vt pronunciauit *text. in can. ſi gens Anglorum, qui in ordine eſt 10. diſt. 56.* & in

58 conſequens apoſtatare † à natura, ideſt ab intentione ipſius naturæ, vt latè explicat *Luc. de Penn. in præſt. l. ſiue ex Prætoriano, ex num. 17. C. de*

59 *exactor. lib. 12.* Ac proinde ita aberrantes, † ipſo iure eſſe priuatos omni Eccleſiaſtico beneficio, cenſuit *Rebuff. in prax. tit. de mod. amitt. benef. n. 38.* Quod videtur deſumi ex decreto Lateranẽſis Concilij, ſub Alexãdro Tertio, relato in *c. Clerici, 4. de exceſſ. Prælat.* Cæterùm, id, cùm apud

60 quoſdam † adhuc in dubium reuocaretur, S. mem. Pius V. ſua perpetua Conſtitutione, ſub dat. 3. Kal. Septemb. 1568. quę in nouo Bullario eſt 72. anſam deinceps ſuper hoc dubitandi ſuſtulit, cuius etiam Conſtitutionis meminit *Gonzal. ad reg. de menſ.*

61 *gloſſ. 15. num. 83.* Hicquè vnus eſt † ex præcipuis caſibus, quibus conceſſa eſt Ordinarijs facultas actualis degradationis, vt aduertit *Rueruediſſ. D. Coccinus deciſ. 351. ſub num. 8. verſ. & ex iure nouo*, deſumpta ratione ex *Leuit. cap. 20.* & ex Conſtitutione Conſtantij, & Conſtantis in *l. cum vir 31. C. ad l. Iul. de Adulter.* Plura hic, de hoc

62 nefando † crimine, etiam circa interpretationem Conſtitutionis Pij V. ſupracitatæ, dicenda forent, niſi laborem omnem ſuſtuliſſet *Proſper Farinac. q. 148. ex num. 1. vſquè ad 81.* tantum conſidero

63 idipſum, ſceleſtius † eſſe coitu cum propria matre, ex ſententia B. Auguſtini in *can. Adulterij, qui eſt 11. in ord. 32. q. 7.*

64 Prorſus indignè fero, † Virgilio, amorem Socraticũ, infamiam hanc apud quoſdam ità peperiſſe, vt nonnulli ex noſtris minimè dubitauerint, tanquàm veram hiſtoriam ſuis ſcriptis inſerere, putidam vulgi fabellã, propter ſcilicet crimen iſtud, Poetarum Principem, ea ipſa nocte, qua Saluator noſter natus, eſt, vita ceſſiſſe: ſic enim ſcriptum reliquerunt *Gugliel. de Benedict. in repet. cap. Raynutius, in verb. eidem Petro, num. 52. verſ. dicunt quidam, de Teſtam. Bermund. Choner. in concord. ſuper tit. de public. concubin. Rubr. de pece. Sodom. num. 30. Chaſſan. ad conſuetud. Burgund. rubr. 7. §. 3. in text. à faire teſtamẽto, ſub n. 6. verſ. de huiuſmodi Sodomitis, Eman. de Vall. de incautat. & Buſal. ſect. 3. cap. 4. num. 12. Ceuall. comm. cont. comm. q. 247. num. 10. & Barboſ. in Collect. ad d. cap. Clerici ex n. 2. de exceſſ. Prælat.*

65 Cum tamen exploratiſſimum ſit, Virgilium † ſecundum Chronicam Euſebij Cæſarienſis, Dino Hieronymo, (cui falsò id commẽti opponitur) interprete, defunctum fuiſſe Brunduſij, Cn. Sẽtio Saturnino, & Lucretio Cinna Conſ. ideſt ſecundum eandem Chronologiam, & communem Glareani, anno ab vrbe condita 735. atquè ità per 16. annos ante aduentum Domini; qui Mundo illuxit anno ab Vrbe condita 751. Conſ. Lentulo, & Meſſalino; in quo concordant omnes Chroniſtæ, & firmat Baronius; ſed nequè concurrit identitas mẽſis, vt ſaltim per coniecturas poſſit concipi identitas diei, ſiuè noctis; cùm Natiuitas Domini contigerit 25. Decembris, obitus autem Poetæ 10. Kal. Octobris.

Cæterùm nihil vltra de hoc nefando vitio; nam

66 aut quid † Conſtitutio prædicta reſtringitur ad exercentes, ideſt ex vſu eius continuo infames, vt poſt *Roder. de regular. to. 1. q. 30. ar. 19. Sayr. de cenſur. lib. 7. cap. 12. nu. 23. Azol. co. tract. par. 7. diſpu. 4. dub. 7. verſ. ſi petas quæ crimina, Suar. eo. tractat. de cenſur. diſput. 31. ſectio. 4. num. 20. Genuen. in prax. Cur. Archiep. Neap. c. 68. ex n. 1. & per to. Azor. moral. inſtit. par. 2. lib. 7. cap. 18. in 3. quæſt.* reprobata contraria ſententia, de qua per *Ceuall. comm. cont. comm. q. 248. ſub num. 4. concludit Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par. 2. alleg. 46. num. 25.*

67 Aut quid, adhuc exigitur † circa huiuſmodi qualitatem vſus, & exercitij notorietas, *Graff. aurea. deciſ. lib. 2. cap. 90. ſub nu. 13. Barboſ. d. alleg. 46. num. 27.*

num. 27. cum alijs quos ipſe refert in *Collect. ad d. cap. Clerici num. 9. de exceſſ. Prælat.* mos impetrandi aliorum beneficia ex hoc ſpurciſſimo capi-
68 te † non practicatur in Romana Curia, vt benè etiam obſeruauit loco proximè citato *Barboſ. ſub d. num. 7. verſ. & ideo in Curia.*

SVMMARIVM.

1 *Corrupti Iudicis crimen, ſimoniam implicat, ſi cauſa Eccleſiaſtica ſit.*
2 *Itemquè Crimen Maieſtatis.*
3 *Per quandam tamen æquiparationem.*
4 *Itemquè furti.*
5 *Itemquè aſſaſſinij.*
6 Text. in cap. 1. de ſent. & re iud. in 6. *refertur.*
7 *Corruptus Iudex, efficitur infamis.*
8 *Et alijs pœnis coercetur, remiſſiuè.*
9 *Corrupti Iudicis pœna, vi correlationis, manant in corruptores.*
10 *Corruptores Iudicum, excommunicantur, & anathematizantur.*
11 *Et hodiè, priuantur beneficijs ipſo iure, ex conſtitutione Gregorij XIII.*
12 *Gregorij XIII. Conſtitutio contra dantes, & recipientes pro obtinenda iuſtitia, vel gratia, refertur, & explicatur.*
13 *Eius deductio ad vſum forēſem difficilis, et vndè.*
14 *Procemialia verba, coarctantur ex verbis diſpoſitiuis.*
15 *Modus, præſupponit actum perfectū in ſubſtātia.*
16 *Iudicium, aliud ordinarium, aliud extraordinarium.*
17 *Cauſæ maiores, Sedi Apoſtolicæ reſeruatæ, & qualitèr apud eam agitentur.*
18 *Rotæ Auditores, in procedendo ſunt Iudices ordinarij, in pronunciando verò delegati.*
19 *Congregationes in Curia Romana inſtitutæ ſuper diuerſis negotijs.*
20 *Princeps ſolus, rigorem iuris remittit.*
21 *Iudex, non poteſt recedere à iure ſcripto, inconſulto Principe prætextu ſeruandæ Epicheiæ.*
22 *Signatura gratiæ, quod munus obeat.*
23 *Et in ea exigitur partis citatio, vbi tangitur ius tertij.*
24 *Gratioſa reputatur materia, vbi reſcribitur, aut citra, aut contra ius commune.*
25 *Gratia eſt minuere, vel remittere ius ſcriptum.*
26 *Gregorij* Conſtitutio, *contra dantes, in illis verbis,* ſeu alias per literas Apoſtolicas, *explicata.*
27 *Dictio* alijs, *intelligitur de ſimilibus.*
28 *Et dum ſignificat diuerſitatem in ſuppoſito, denotat identitatem in ſubſtantia.*
29 *Nauarri opinio circa intellectum Conſtitutionis Gregorianæ, contra dantes, notata.*
30 *Corruptor Iudicis in ſpiritualibus, incurrit Simoniam.*
31 *Iudex per odium, vel fauorem iudicans, incidit in pœnas* cap. 1. de ſent. & re iud. in ſexto, *ſed non incurrit pœnas Extrauag.* 1. de ſent. excomm. inter comm.
32 *Sordes, non contrahuntur in iudicijs, niſi mediante pecunia.*
33 *Nec refert, an pecunia ſoluatur Iudici, vel eius domeſticis.*
34 *Iudicis ambitioſi typus.*
35 *Sordes, non contrahuntur per eum, qui ex odio, vel gratia iudicat, reiecta opinione contraria.*
36 Text. in l. ſi filiusfamilias, de Iudic. *expenditur.*
37 *Dictio*, vel, *prout eſt alternatiua, ponitur inter diuerſa.*
38 *Doctoris ſine lege, vel ratione loquentis, nullius momenti eſt authoritas.*
39 *Sordes, poſſunt concurrere cum gratia.*
40 *Conſtitutio Gregorij contra dantes, &c. eos quoquè afficit, qui dant, vel promittunt pro obtinenda ſententia iuſta.*
41 *Barateria, quid ſit.*
42 *Cōſtitutio cōtra dātes, &c. nō obtinet in minimo.*
43 *Modica multa, faciunt vnum ſatis.*
44 *Quod declaratur.*
45 *Collegium Iudicum, non tam facilè eſt expoſitum corruptioni.*
46 *Conſtitutio Gregorij contra dantes, &c. non procedit interueniente licentia Summi Pontificis.*

QVÆSTIO XXXII.

Conſtitutio Gregorij XIII. contra dantes, &c. qualiter practicari poſſit in inducenda vacatione beneficij ipſo iure.

MIRABITVR quiſpiam, hunc vacationis modum per nos quaſi extra propoſitam methodum, in hunc poſtremum locum reiectum; in quod nos cōpulit criminis huius ſingularis natura. Quandoquidem atrociſſimorum ſcelerum, de quibus hactenus egimus, omnium
1 participat; nam ſi cauſa † Eccleſiaſtica ſit, corrupti Iudicis delictum, ſimoniam implicat, ſecundū *gloſſ. in can. vendentis, 10. ſuper verb. iuſtitiam, verſ. dicunt tamen quidam 1. quæſt. 3.* quam menti commendandam dixit *Abb. in cap. cum ab omni, 8. ſub num. 6. verſ. nunquid, de vit. & honeſt. Cler.* vel quaſi, vt ità proprius loquitur *Hoſtien. in cap. tua nos 34. n. 1. de Simon. et ibi quoquè Felyn. n. 4. & Marian. Socin. n. 12.* alijquè paſſim, *Hiero. Zanet. in tract. de for. conſcien. nu. 14. Decian. tract. crimin. lib. 8. cap. 35. num. 42. Ioann. Matien. in Dialog. de relat. par. 3. cap. 25. in §. 12. art. 9.* quos etiam ſequutus eſt *Bobadill. in polit. lib. 2. in c. 11. num. 60.* qui tamen non aliter ſpiritualem diſtinguit à materia profana *lib. 5. cap. 1. ſub nu. 228.* quemadmodum in aſſerenda opinione negatiua, confusè etiam loquutus eſt Pater Don Frāciſcus Ripa in *tracta. de Simon. par. 1. in 1. art. num. 34.* Nam ſub diſtinctione materiæ ſpiritualis, & profanæ, loquuntur ſupradicta gloſſa, & Doctores præcitati.

2 Implicat itidem † maieſtatis crimen, vt viſa eſt innuere *gloſſ. in Authen. nouo iure, ſuper verb. confiſcatis, C. de pœn. Iudic. qui malè iudic.* ſaltim per

3 per quandam † æquiparationẽ, vt aduertit *Grammat. in conſ. 35. ex num. 1.* cum alijs citatis per *Decian. d. lib. 8. cap. 36. num. 1.* & furti, vt ſæpius
4 inculcat † Iuſtinianus in *Nouell. 8. vt Præſid. abſquè vlla dat. pecun. ad offic. mittan. in princ. verſ quis enim abſquè metu, et in §. proinde, verſ.*
5 *abſurdum namquè*, quinimò † aſſaſſinij, *Grammat. eo. loc. num. 8. & Decian. d. cap. 36. num. 2.* ſequitur *Bobadill. lib. 5. cap. 1. num. 228. ad fin.*

Quapropter Sanctiſſimi Pontifices nuſquam ſatis illud deteſtati fuerunt; Etenim Innocentius
6 Quartus † in Concilio Lugdunenſi monuit *Eccleſiaſticos Iudices, vt prudenter attendant in cauſarum proceſſibus, nil vindicet odium, vel fauor vſurpet, timor exulet, præmium, aut expectatio præmij iuſtitiam non euertat, ſed ſtateram geſtent in manibus, lances appendant æquo libramine, vt in omnibus quæ in cauſis agenda fuerint, præſertim in concipiendis ſententijs, & ferendis, præ oculis habeant ſolum Deum; illius imitantes exemplum, qui querelas Populi tabernaculum ingreſſus ad Dominum referebat, vt ſecundum eius Imperium iudicarent.* Decreuitquè ideò, *ſi quis Iudex Eccleſiaſticus ordinarius, aut etiam delegatus famæ ſuæ prodigus, & proprij perſequutor honoris, contra conſcientiam, & contra iuſtitiam in grauamen partis alterius in iudicio quidquam fecerit per gratiam, vel per ſordes, ab exequutione Officij per annum nouerit ſe ſuſpenſum, ad æſtimationem litis parti, quam læſerit nihilominus condemnandũ ſciturus: Quòd ſi ſuſpenſione huiuſmodi durante, damnabiliter ingeſſerit ſe diuinis, irregularitatis laqueo ſe inuoluet ſecũdum Canonicas ſanctiones; à qua non niſi per Summum Pontificem poterit liberari, ſaluis alijs Conſtitutionibus quæ Iudicibus malè iudicãtibus, pœnas ingerunt, & infligunt, dignum eſt enim vt qui in tot præſumit offendere, pœna multiplici caſtigetur.* Hæc ſunt verba dicti Concilij, relata in *cap. c. de ſent. et re iud. in ſexto.* Ex quibus in effectu, (vt refertur in textu) multiplicata eſt pœna contra Iudices Eccleſiaſticos ita corruptos, vt nõ
7 ſolum infamia † notentur, & alijs ſubijciantur coercitionibus, de quibus in *d. authen. nouo iure*, & latè apud *Menoch. de arbitr. caſ. 342. ex n. 13. Farinac. crim. q. 111. ex nu. 27. Bobadill. d. lib. 2. cap. 11. ex num. 25.* qui alios citant, ſed etiam
8 ſuſpendantur † ab exequutione officij per annum, & ſi exerceant, efficiantur irregulares, nequè ab alio, quam à Romano Pontifice poſſint abſolui, quod latè proſequitur *Farinac. d. q. 111. ex n. 72. & quæſt. 138. ex num. 58.*

Nequè tamen malo huic ſatis hinc videbatur prouiſum, cùm in corruptos tantùm ſanctio hæc dirigeretur, nec aliter, quàm per interpretationẽ
9 videretur † corruptores afficere vi correlationis, vt pœna in vno conſtituta cenſeatur etiam conſtituta in altero, modo eadem concurrat ratio, ex cõmuni Doctorum ſententia, de qua teſtatur *Abb. in c. quia Clerici, 6. n. 7. de iur. patron. cum alijs citatis per Decian. practia. lib. 8. cap. 39. n. 23.* Vndè,
10 Bonifacius † Octauus, excommunicationis, vel anathematis ſententiam contra corruptores huiuſmodi tulit, quæ refertur in *c. 1. de ſent. excomm. inter*
11 *extrauag. comm.* Ac tandem, Sanctæ † Mem. Gregorius XIII. anno 1574. Non. Nouemb. in nouo Bullario eius Pontificis *Conſtit.* 24. eam innouando, & extendendo, nouam hanc pœnã priuationis
12 beneficiorũ ipſo iure, ſuperinduxit, in † hæc verba.

GREGORIVS EPISCOPVS
Seruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

AB ipſo Pontificatus noſtri principio quàm maximè poſſumus enitimur atquè contendimus, vt domus, & curia noſtra à ſordibus expurgetur.

§. 1. Qui ſalubri conſilio incumbens fel. rec. Bonifacius Papa VIII. excommunicauit, & anathematizauit omnes Clericos, Religioſos, & Laicos vtriuſque ſexus, ſiue familiares Curiæ, ſiue vndecunque alios, qui aliquod pactum facerent, ſeu quid paruum, vel magnum promitterent, &c.

§. 2. Sed hoc ſcelus ità hodie in mores inductum eſt, vt plerique cupiditate improbi quæſtus, potentiorum ſuffragationibus admixti, huiuſmodi negotiorum expeditiones, hac illac conquirẽtes, turpiſſimè nundinentur; alij alios, quos gratia præſtare arbitrantur, donis, pollicitationibus, ambiãt. Quidam etiam ſe ſalitum operam atquè induſtriam pretio, & muneribus quæſiſſe effingant. Quæ cum peſſima ſint, & Curiæ prædictæ exiſtimationem grauiſſimè offendant, in eos qui talia agunt animaduertendum fore arbitrati, Conſtitutionem prædictam cum ſuis cenſuris, & pœnis omnibus innouamus: eaſdemquè omnes extendimus ad audentes qualecunque horum facinorum quæ adſcripſimus, dantesquè illis, & alijs ſupradictis auxilium, conſilium, vel fauorem.

§. 3. Quin etiam, eos omnes omni beneficio, & officio Eccleſiaſtico, & ſæculari, ſiuè temporali ſiue perpetuo ipſo iure priuamus, ac priuatos eſſe declaramus, & præterea infamiæ ſubiectos perpetuò, ac inhabiles ad illa, & alia eſſe volumus. A quibus etiam, prout quaque res erit, tales pœnæ exigantur, quæ cæteris ſint exemplo.

§. 4. Illis tamen qui rem adhuc incognitam complicesquè fautores, & ſocios retexerint, impunitas concedatur.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimoquarto, Nonis Nouembris, Pontificatus noſtri Anno tertio.

Totum huius ſanctionis contextum, cum ipſa Bonifaciana præinſerta diligenti ſtudio cõmentauit, vir doctrina, & pietate inſignis, Martinus Nauarrus, cui vix eſt, vt boni quicquã ſuperaddi poſ-
13 ſit. Nequè tamen † memini alicuius impetrationis ex hoc capite, ſiuè ob immutatos mores in melius, ſiuè ob difficilẽ eius practicam, Nam (præter effectũ præſumptionis, quæ eſt pro Officialibus, in exigẽdo probationes euidẽtes contra ipſos, vt cẽſuit *Bald. in l. obſeruare, §. Proficiſci, in 10. q. ſub n. 14. ad fi. verſ. probationes ff. de off. Proconſ.* quã doctrinam

doctrinam in iſtis terminis ſic expendit *Menoch.*
de arb.Iud.caſ.c16.num.23. Vndè expedire Rei-
publicæ, complices ad iudicium impunitate pro-
uocare, vt hic in §. 4. monuit *Bart.in l. qui ea-*
mente 47. num.2. ad fi.verſ. ratio quia illa deli-
cta ff. de furt.) eſt aduertendum, Pontificem per
hanc Conſtitutionem intendiſſe, non tàm Roma-
nam Curiam,quàm domum propriam,ideſt fami-
liam ſuam,vt in *l.vlt.de offic. præſid.& in l.cum*
vnus 10.vbi gloſſ.in verb.domum, de alim. & ci-
bar.lega.Alcia.in l.pronunciatio 105. num.18.de
verb.ſignif. expurgare à ſordibus,proindeque ſen-
tentiæ prædictæ ſubieciſſe familiares ipſius Curiæ,
& complexũ ſuiſſe,quæ obtinentur ex iuſtitia, vel
ex gratia: Cæterũ in diſpoſitiua,coarctaſſe ſubie-
ctum tàm iuſtitiæ quam gratiæ, ad materias con-
tentioſas,iuxta Bonifacianã, ibi, *in cauſis,& iudi-*
14 *cijs*,vt iam illa verba procœmialia,† nõ poſſint tra-
hi in aliũ ſenſum qui dictã reſtrictiuã egrediatur,
Barbat.conſil.c6.ſub n.2. circa fin. verſ.nec obſtat
cum dicitur lib.1. Franc. Becc. conſ.2c. num.37.

Neque huic ſententiæ refragantur verba im-
mediatè ſequentia in eadem Bonifaciana, ibi, *ſeu*
alias per literas Apoſtolicas, & quibuſcũquè alijs
modis apud Sedem Apoſtolicam obtinẽda: vt enim
tota hæc clauſula reſpicit multiplicem modum
Romanæ Curiæ in expediendis cauſis, quæ in ea
promouentur, ità per eam nihil ſubducitur à ſub-
15 ſtantia, & forma ipſius diſpoſitionis, † quam mo-
dus perfectam ſupponit, *l. quibus diebus, §. Ter-*
tillius de condit.& demonſtrat.cum ſimil.& poſt
alios tradit Menoch.conſ. 78. num.16.

Quod vt plenius intelligatur,ſcire oportet, Iu-
16 diciorum † alia eſſe ordinaria in quibus ordo iu-
diciarius ſeruari debet; neque alibi exercetur,
quàm coram ordinarijs Iudicibus, aut delegatis;
alia eſſe extraordinaria, in quibus nulla iudicia-
ria ſcrupuloſa tela ſeruatur,ſed vel ex natura cau-
ſæ, aut prærogatiua iudicantis, ea prorſus omitti-
tur; veluti cùm ipſemet Princeps extra ordinem
iudicat, quemadmodum explicat *Cuiac.ad d.l.1.*
in 1.col.C.comm.de legat. & dicuntur extraiudicia-
les cognitiones,vt in *l.1.& to.tit.ff.de var.& ex-*
traordin. cognit.

17 Cùm itaquè plura ſint † negotia, quorum co-
gnitionem, & diſcuſſionem ſibi reſeruat Sedes
Apoſtolica,de quibus per *gloſ. in c.quod transla-*
tionem,ſuper verb. reſeruata,de Offic. lega. & per
Gabr.conſ.182. ex num. 2. lib.2. & conſueuerint
demandari, vel S.Palatij Auditoribus,alijſuè Præ-
latis Romanæ Curiæ, aut quandoquè etiam S.R.
E. Cardinalibus: hi, vtcunquè procedant ſerua-
to iuris ordine, tamen non excedunt poteſtatem
delegatam: quod expreſſius dignoſcitur in ipſis
18 Auditoribus, qui licèt † efforment iuſtum Magi-
ſtratum, dicanturquè ideo in procedendo Iudices
Ordinarij, tamen in iudicando dicuntur delega-
ti, vt reſoluit *Specul. de Offic. Ordin. §.1. num.3.*
Rota de re.iud. in nou. deciſ. 16.circa fin. verſ.
& licèt ſecundum opinionem.

19 Alia verò, ipſemet cognoſcit, † & determinat;
ad quem effectum pro diuerſitate negotiorum di-
uerſæ fuerunt inſtitutæ Congregationes S.R.E.
Cardinalium, in quibus ea exactè diſcutiuntur, &
vbi ſunt diſcuſſa, & reſoluta, referuntur ad ipſum
Summum Pontificem; quod ſi ſibi etiam videtur,
ea rata habet, probat, & per ſuas literas, vt pluri-
mum, in forma Breuis mandat exequi. Inſuper ſi
quid in cauſis corã Ordinarijs,vel Delegatis pen-
dentibus proponatur, quod iuris ſcripti rigore
ſeruato, æquitati aduerſari videatur, ad eundem
20 recurritur,tanquam eum qui ſolus † rigorem hu-
iuſmodi emollire poteſt,iuxta *text.in l.1.C.de le-*
21 *gib.* neque enim Iudex, † prætextu ſeruandæ epi-
cheiæ, poteſt à iure ſcripto, in iudicãdo recedere,
niſi aliud præciſa neceſſitas ſuadeat, caſu quo in-
ſtet periculum in mora, nec ſibi ſit conſulendi fa-
cultas, vt ita loquitur, & declarat *Sayr. in clau.*
Reg.lib.12. cap. 9. ſub num.6.

22 Qua in re, cùm Prudentum vtatur † conſilio,
Ordo ille nuncupatur Signatura gratiæ; quià in
effectu, quicquid inde depromitur, etiã in mate-
ria contentioſa, & in qua aliquo modo lædi vide-
tur ius partis, (quæ ideo ſemper citatur) verè
23 & † realitèr gratia eſt,vt benè per *Veſtr. in prax.*
24 *lib.1.cap.3. ex num.1.* ſufficit enim † reſcribi,aut
contra ius ſcriptum, aut citra illud;vt materia re-
putetur gratioſa, ad differentiam alterius Ordinis
Signaturæ Iuſtitiæ nuncupati, à quo non reſcribi-
tur niſi ſecundum ius, vt benè explicat *Gomeſ. in*
compend.vtr. Signat. ferè in princ.verſ.eſt in pri-
25 *mis notandum,ad fin.* & quod imminuere † vel re-
mittere ius ſtrictum, propriè ſit facere gratiam,
manifeſtè docet *Mandoſ.in tract.de Signa.Grat.*
in princ. verſ. gratiam facere.

26 Ex his vero ſtatim ſequitur,† reſtrictionem illã
ad cauſas,& ſic ad materias contentioſas,non dif-
fundi per verba ſequentia, *ſeu alias per literas*
Apoſtolicas, quaſi quod cauſæ, & iudicia non
etiam per literas Apoſtolicas expediri conſueue-
rint; Quià, vt demonſtratum eſt, immo plurimæ
ſic deciduntur,& expediuntur; & quæ ſubſequun-
tur, *& alijs quibuſcunque modis*, eum non ad-
mittunt ſenſum, vt complectantur abſolutiones,
indulgentias, & alia huiuſmodi merè gratioſa,
quæ ſolo verbo (vt opinatus fuit *Nauarr. in d.*
comment.in 13. notab.num.9.) expediuntur. In-
tellectus enim hic, eſt abſurdiſſimus,non ſolũ quia
repugnat ſubiectæ materiæ, & inſuper alium im-
plicat errorem,quòd iſtæ gratiæ ſolo verbo perfi-
ciantur, cum ſcripto conſtent, vt alibi explicaui-
mus *hoc eo.lib. in c. quæſt.num.6.* ſed refragatur
27 etiam verborum proprietati; terminus enim † il-
le, *alijs*, ſic qualificat illud vniuerſale, *quibuſcun-*
que modis, vt debeat intelligi de ſimilibus, *gloſſ.in*
l.1.ſuper verb. alio quocunque modo, ff. manda.
Calder. conſ. 2. ad fin. de Arbitr. cum ſimilibus
vulgatis, & latiſſimè congeſtis per Barboſam,
in nouiſſimo tractatu de diction. vſufrequen.di-
ctio. 26. num. 1. & 4. ità vt relationem habeat
ad quemcunque modum quo gratia conceſſa, ſiue
ex iuſtitia, ſiue ex gratia, æquè ac per literas po-
teſt iuſtificari, veluti ex ſolo reſcripto, cum ſuffi-
cienti derogatione regulæ,vt notauimus in *d.q.1.*
vel ex relatione Cardinalis, aut alterius habentis
viuæ vocis oraculum: qui omnes modi, vt recepti
ſunt

28 ſunt in his materijs contentioſis, itá ſemper † ea
dictio, *alijs*, diuerſitatem quidem ſignificet in ſup-
poſito, denotet tamen identitatem in ſubſtantia,
Felyn. in cap. Sedes, ſub num. 6. verſ. dictio alius,
de reſcript. Alex. conſ. 1. num. 10. lib. 4. Rota in
recen. par. 1. deciſ. 327. num. 7. cum alijs collectis
per Barboſ. loco præcit. num. 9.

29 Vt hinc nutet doctrina Nauarri, † quatenus exi-
ſtimauit, trahi hanc Conſtitutionē ad quaſcunquè
gratias extra materias contentioſas, expreſsè in-
cludendo abſolutiones, indulgentias, & cætera id
genus ſpiritualia, vt per ipſum *d. notab. 13.* quod
etiam fuiſſet ſuperfluum, cùm reſpectu iſtorum,
30 quæcunquè pactio, ſit † ſimoniaca, vt ipſe quo-
què fatetur in *eod. Comment. in 32. notab. ſub*
num. 45. in princ. verſ. quo ſuppoſito.

Hinc igitur reſultat (vt itá loquar) impracticabilitas iſtius Conſtitutionis; nam cùm id primum
conſtitui oporteat, materiam eſſe contentioſam,
31 non eſt ſatis iuſtificare latā † eſſe ſententiā iniquā,
per odium, aut per fauorē, vt in caſu *c. 1. de ſent. &*
re iud. in 6. quià Canon tūc quidē alijs pœnis affi-
cit Iudicem, ſed minimè hac, de qua agitur, priua-
tionis beneficiorum ipſo iure: hanc enim infert
Conſtitutio propter ſordes, vt in eius prohemio,
32 quæ ſordes non † contrahuntur, niſi mediante pe-
cunia, ſiuè ipſi Iudici, *vt in l. 3. §. vlt. de arbit. cum*
ſimilibus citatis per Decian. in præcit. lib. 8. c. 33.
num. 3. & Io. Kal. in verb. ſordes, ſiuè alicui ex
ſuis, aut Miniſtris, Officialibuſuè, aut etiam fa-
miliaribus, & domeſticis quippe hi porrecta; om-
33 nes reputantur ad iſtum effectum, manus propriæ
ipſius Iudicis, vt ex graui teſtimonio Ciceronis in
4. actio. in Verrem. & Caſſiod. varia. lib. 11. pul-
chrè deducit *Bobadill. d. lib. 2. cap. 11. num. 61.*

Proindequè, vt dixi, non ſatis eſſet probare la-
tam eſſe ſententiam propter odium, vel propter
fauorem, id namque habet aliam cauſam minus
annexam, propter ſcilicet malè inſtitutum animū
Iudicis, cuius hæc eſt deſcriptio apud Innocen-
tium in *tracta. de vtil. condit. human. Ambitio-*
34 *ſus, † ſtatim, vt eſt ad honorem promotus, in ſuper-*
biam extollitur, in iactātiam effranatur, nō curat
prodeſſe, ſed gloriatur præeſſe, præſumit ſe melio-
rem, quià cernit ſe Superiorē: priores dedignatur
amicos, notos ignorat, externos comitatur, con-
temnit antiquos, vultum auertit, ceruicem erigit,
faſtum oſtendit, grandia loquitur, ſublimia me-
ditatur, ſubeſſe non patitur, præeſſe molitur, ſubdi-
tis oneroſus, omnibus infeſtus, præceps, moleſtus,
arrogans, grauis, & importunus. hæc ex Innocen-
tio punctualitèr retulit *Bobadill. in polit. d. lib. 2.*
cap. 8. num. 1.

Vt meritò hinc veniat reijcienda opinio illo-
35 rum, † qui arbitrati ſunt ſordes cōtrahi, ſi ex odio
vel gratia iudicetur, quos retulit, & viſus eſt ſequi
Farinac. in præcit. quaſt. 111. num. 361. per text.
in l. ſi filiusfamilias, ad fin. de iudic. & in d. cap. 1.
de ſent. & re iud. in ſexto: nam iſti textus probant
36 totū oppoſitū; ſiquidē † *I. C. in d. l. ſi filiusfamilias*
æquiparat cauſam odij, & gratiæ, cauſæ ſordium,
non ſimpliciter, & abſolutè, ſed ad certū effectum,
vt videlicet dicatur Iudex dolo malo pronunciaſ-
ſe, & in conſequens feciſſe litem ſuam, at interim
iſtas cauſas non confundit, ſed conſiderat tanquā
diuerſas, ibi, *vel etiam ſordes;* alternatiua enim il-
37 la, † *vel*, diuerſitatem hîc ſignificat, *Alex. in rubr.*
nu. 4. de vulg. & pupill. ſubſtit. Zabar. in Clem. 2.
num. 8. de ætat. & qualit. Roman. conſ. 83. nu. 2.
cum alijs collectis per *Ciened. ſing. 29. num 8. &*
per Barboſ. in d. tract. de dictio. dict. 415. nu. 1.

Huncquè eundem apertiſſimum ſenſum habet
text. in d. c. 1. Ibi, *per gratiā, vel per ſordes,* vt parū
ſit curandum de gloſſa, quæ inaduertentèr loqu-
ta, in melius mox fuit repoſita per addentes ad eā;
Nequè hoc vllo modo dixit ibi *Hoſtienſ. aut n. 6.*
aut n. 13. aut vllibi ſed potius totum contrarium,
quemadmodum & *Decian. d. cap. 33. ex num. 3.* vt
38 propterea, nihili facienda † ſit opinio duorum mo-
derniorum per *Farinac. loco præcita.* allegatorum
loquentium ſine lege, & ſine ratione, prorſusquè
falſa ſpecie eluſorum, ſecundum ea quæ notauit
Gabr. conſ. 188. num. 2. lib. 1. qui alios allegat.

Fatendum eſt tamen, delictum geminari poſſe,
39 ſi quandò per gratiam † iudicetur, & ob gratio-
ſam huiuſmodi ſententiam, quidpiam donetur, vt
eſt caſus in *l. in bareaē, 5. in prin. ff. de Calumniat.*

40 Quemadmodum, & id quoquè eſt aduertendū,
Conſtitutionem Bonifacij, & hanc Gregorij XIII.
in verbis complecti eū quoquè caſum, quo quid-
quam datum, vel promiſſum fuit pro obtinenda
ſententia iuſta, quod non cauebatur ex decreto
Innocentij in *d. c. 1. de ſent. & re iud. in ſexto*, &
ſanè optima ratione, quia licet in hoc (vt ità lo-
41 quar) condicto tanta † non verſetur turpitudo,
quanta in priori, turpitudo tamen eſt, quatenus vi-
detur ipſa iuſtitia, quæ eſt res ſanctiſſima, prætio
emi; indequè faſcinus ſortitum eſt apud noſtros
vulgare nomen iſtud *baratarıa*, vt latè, & doctè
explicat *Bobadil. d. lib. 5. cap. 1. ex num. 227.* vbi
etiā agit de ſufficienti huius delicti iuſtificatione.

Similiter, nec ſat eſſet iuſtificare aliquid Iudici,
vel eius Miniſtris poſt ſententiam datum, ni ſimul
iuſtificetur, id ex pacto condicto proceſſiſſe, vt
ſupra In *q. 29* notauimus. Rurſuſquè, ſi probaretur
quid prius datum, vtcūquè Conſtitutio non diſtin-
guat modicum à magno, adhuc tamen admitte-
42 ret † interpretationem à iure communi: vtrum
id tale ſit quod veriſimiliter potuerit flectere ani-
mum Iudicis, vt concludit *Nauarr. in 10. notab.*
ſub n. 20. verſ. per quæ omnia. Nequè videtur hoc
43 caſu vrgere, † ſi pluries quid modicum datum ſup-
poneretur, quaſi quod multa † modica faciant
vnum ſatis. *Marc. Mantu. ſing. 19. num. 6.*
44 quia in † odioſis, & pœnalibus non fit coaceruatio ſummarum, & temporis, vt notant omnes in
l. ſi idem eum eodem, vbi in ſpecie Iaſ. ex num. 3.
Dec. num. 1. & Claud. de Seyſell. num 1. & 2. de
iuriſd. omn. iudic. & reſpondit Farinac. conſ. 78.
num. 3.

Et hæc ſanè, cùm de ſentētia vnius Iudicis agi-
tur, quod ſi tractetur de ſententia ipſius Principis,
vel alicuius Magiſtratus, qui ex ſuffragio plurimos
45 iudicet, propè deliraret qui † corruptelam in
iudicio effingeret, ex his quæ diximus in appara-
tu Operis *num. 116.* & quando de licentia Prin-
cipis

46 cipis quicquam ſingulis daretur,†vt fieri vidimus, ceſſaret etiam omne ſiniſtræ opinionis argumentum, vt poſt alios aduertit *Bobadill. d. lib. 2. cap. 11. num. 74.*

SVMMARIVM.

1 *Iudici ſæculari, nulla eſt poteſtas, cognoſcendi de delictis Clericorum.*
2 *Nec contrarium adſtrui poteſt, niſi negando aliquod principium fidei.*
3 *Nouella Iuſtiniani 83. in quo ſenſu aliquibus accepta.*
4 *An eadem videatur reuocata.*
5 *Eiuſdem verus ſenſus, & intellectus.*
6 *Iudex ſæcularis, olim conſequebatur facultatem cognoſcendi de delictis Clericorum ab Epiſcopo.*
7 *Nouella Iuſtiniani Conſtitutio 83. quid contineat fauore immunitatis Eccleſiaſticæ.*
8 *Leges Imperiales, ſubijciuntur Sacris Canonibus.*
9 *Schiſmaticus Clericus ſi delinquat, poteſt puniri per Iudicem laicum.*
10 *Iudex ſæcularis, non poteſt cognoſcere de delictis Clericorũ, prætextu cuiuſcunque cõſuetudinis.*
11 *Et quæ ſit ratio.*
12 *Neque poteſt excuſari prætextu conniuentiæ Papæ.*
13 *Vel immemorabilis conſuetudinis.*
14 *Exemptio Clericorum à iuriſdictione ſæculari, procedit ex diuino præcepto morali.*
15 *Et quorſum tendant leges humanæ deſuper latæ.*
16 *Exemptio eadem, qualitèr ex priuilegio Papæ poſſit elidi.*
17 *Iudex laicus eſt incapax poſſeſſionis, ſeu quaſi, in cognoſcendo de delictis Clericorum.*
18 *Immemorabilis, non poteſt prætendi, vbi deficit quadragenaria.*
19 *Præſcriptionem omnem interrumpit publicatio Bullæ in Cœna Domini.*
20 *Degradatio Clerici, debet fieri per Epiſcopum, ſi præceſſerit condemnatio facta per laicum ex Indulto Apoſtolico.*
21 *Iudex laicus, coercens Clericum ex facultate ſibi conceſſa per Papam, dicitur procedere tanquam delegatus Apoſtolicus.*
22 *Et in hoc, conſeruatur potius, quàm lædatur Eccleſiaſtica iuriſdictio.*
23 *Et qualitèr debeat ſe gerere Epiſcopus, pro degradatione, hoc caſu requiſitus.*
24 *Iudex laicus, dum procedit contra Clericum delinquentem in vim priuilegij Apoſtolici, debet præinſerere in proceſſu priuilegium huiuſmodi, vt poſſit diſcerni, an duret, & an fuerit circa illud exceſſum.*
25 *Iudex vnius Territorij, requiſitus per alium pro exequutione ſentẽtiæ, qualitèr ſe gerere debeat.*
26 *Iudex Eccleſiaſticus, non debet deferre proceſſui Iudicis ſæcularis circa delictum Clerici, etiamſi in eo ſupponatur confeſſio.*
27 *Vel apprahenſio in flagranti.*
28 *Iudex ſæcularis, deprahendens Clericum in flagranti, qualitèr excuſetur à cenſuris, ſi illum retineat.*
29 *Iudicis ſæcularis iuriſdictio circa delicta Clericorum, non eſt prorogabilis, ex conſenſu in eum, aut ex negatione ſtatus, & contraria profeſſione laicitatis.*
30 *Iudex ſæcularis, degradatione Clerici ſibi per Epiſcopum denegata, aliquibus viſus eſt excuſabilis, ſi ſententiæ exequutionem præcipitet.*
31 *Contrà alijs probatum.*
32 *Quid ſeruetur in Italia.*
33 *Delicta maiora, & minora, in quo ſenſu differre intelligantur.*
34 *Adulterium, grauiſſimum, & deteſtabile eſt delictum.*
35 *Qua pœna puniatur in Clerico.*
36 *Delicta carnis, mitiori pœna cur à Iure Canonico coerceantur.*
37 *Adulterium, cur non enumeretur per ius Canonicum inter grauiora delicta.*
38 Text. in cap. At ſi Clerici, in §. de Adulterijs, de Iudic. *cuius ſit ſenſus.*
39 *Adulterij appellatione, aliquando venit omnis fornicatio.*
40 *Depoſitionis ſententia lata in Clericum, an eo ipſo vacet beneficium.*
41 *Correctio, in Clerico depoſito propter graue delictum, adhuc expectatur.*
42 *Niſi delictum ſit de maioribus ſignatis.*
43 *Suſpenſio perpetua, habet vim depoſitionis.*
44 *Depoſitus Clericus, admittitur ad correctionem, nè laicus contra eum, tanquam in forum ſuum reiectum, procedat; ſed non ad effectum ſuſpendendi exequutionem ſententiæ.*
45 *Iudex Eccleſiaſticus, qualitèr procedat contra Clericũ, vbi pœna depoſitionis eſt ſibi arbitraria.*
46 *Delinquentes puniuntur, vt ſatisfiat Reipublicæ.*
47 *Degradatio actualis, eſt in ordine ad incorrigibilitatem.*
48 *Pœna priuationis beneficij, imminet Clerico, ex quocunque graui delicto.*
49 *Puta homicidij, vel detruncationis alicuius mẽbri.*
50 *Exigit tamen expreſſionem in ſententia.*
51 *Sententiæ verbis eſt inhærendum.*
52 *Et quicquid in ea non exprimitur, cenſetur in condemnatione omiſſum.*
53 *Carceris perpetui pœna, æquiparatur damnationi in metallum.*
54 *Pœna damnationis in metallum, quænam ſit.*
55 *Et an ſit diuerſa à damnatione perpetui carceris.*
56 Rotæ deciſ. 5. ſub num. 4. ad fin. de ſent. & re iudic. in antiquior. *declarata.*
57 *Sententiæ, non patiuntur illationes abſque neceſſitate.*
58 *Garziæ opinio, notata.*
59 *Infamia, incurritur propter grauiora delicta.*
60 *Infamis, non debet ſuſtineri in beneficio Eccleſiaſtico.*
61 *Infamia ſuperueniens, debet deijcere Clericum à beneficio.*
62 *Infamis, prohibetur promoueri.*
63 *Sic, debet remoueri vbi eſt promotus.*
64 *Quod declaratur.*
65 *Priuationis pœna, dum non applicatur perſonæ, beneficium licitè retinetur.*

66 *Priua-*

66 *Priuatio beneficij, vbi non eſt inducta à iure, pendet ab effectu ſententia.*

67 *Homicida voluntarius, ante ſententiam, & illius exequutionem, non priuatur beneficio, niſi ex qualitate ſuperinducta, puta aſſaſſinij.*

68 *Nec ideò, interim vacat beneficium.*

69 *Nequè deſtituitur aliquo remedio poſſeſſorio.*

70 *Poteſtquè renunciare.*

71 *Et ſequuta ſententia, non tenetur ad fructuum reſtitutionem.*

72 *Reiecta contraria opinione.*

73 *Quod tamen declaratur.*

74 *Clerici minorum ordinum, ad effectum incurrendi irregularitatem, æquiparantur laicis.*

75 *Fructus perceptos ante ſentẽtiam priuationis beneficij eſſe reſtituendos, quibus viſum fuerit.*

76 *Defenſa tamen contraria ſententia Felyni.*

77 *Doctores qui allegantur, debent inſpici in fonte.*

78 Text. in l. 1. de re milit *expenſus.*

79 *Incorrigibilitas, qualiter in Clerico conſtituatur.*

80 *Exigit detrectationem pœnitentia.*

81 *Vel deſpiciendo ab initio, vel in omittendo eam peragere, ſi fuit incboata.*

82 *Monitio qualitèr exigatur, pro inducenda incorrigibilitate.*

83 *Excommunicatio maior, ſeparat à fraterna ſocietate.*

84 *Anathematiſmus, dicitur perditio, & maledictio.*

85 *Anathematiſmus, aliquibus viſus non differre ab excommunicatione maiori, præterquam in ſolemnitate.*

86 *Hinc aliquandò terminus pro termino vſurpatus.*

87 *Anathematiſmus, fulminatur maiori ſolemnitate.*

88 *Et per eum excommunicatio aggrauatur, augeturquè maledictionibus, & execrationibus.*

89 *Anathematizatus, niſi redeat ad bonam frugem, degradatur actualitèr, vt relinquatur Iudici ſæculari, veluti ſi nunquam fuiſſet Clericus.*

90 *Contumacia eò maior, quò minor eſt res ex qua conſurgit.*

91 *Inſordeſcentia in cenſuris, an inducat priuationem beneficij ipſo iure.*

92 *Inſordeſcentia in excommunicatione illata in cauſa ciuili, ſufficit vt poſſit quis priuari beneficio, contra ſententiam Butrij.*

93 *Quod tamen declaratur.*

94 *Et an poſſit ferri huiuſmodi ſententia ſtatim elapſo anno.*

95 *Vel potius expectandum ſit triennium.*

96 *Inſordeſcentem in cenſuris, anno elapſo, tenetur Epiſcopus priuare beneficio, ſecundum Bonacinam.*

97 *Et incurri priuationem ipſo iure, voluerunt alij hic citati.*

98 *Alij ex diuerſo expectandum triennium.*

99 Text. in can. rurſus, qui in ordine eſt 36. 11. q. 3. *expenſus.*

100 *Qualitas, per quam augetur pœna, redditur magis certa.*

101 Text. in can. vlt. de pœn. *expenſus.*

102 *Regis ad exemplum totus componitur Orbis.*

103 *Cenſuris magis debent obſtringi Clerici, quàm Laici.*

104 *Inſordeſcentia in cenſuris ſi quandò ſubijcitur in impetrationibus, qualitèr narretur vacatio.*

105 *Probatio in criminalibus, requiritur exactiſſima.*

106 *Impetrans ob inſordeſcentiam tenetur iuſtificare validitatem excommunicationis.*

107 *Et innodationem, ex ſcientia vera, & non præſumpta, ideſt per intimationem.*

108 *Quod tamen declaratur.*

109 *Clauſula adijci conſueta in impetrationibus ob inſordeſcentiam,* Quod excommunicatus ſuorum ſalutis, &c. *qualiter concipiatur, & dicatur iuſtificata.*

110 *Contemptus excommunicationis, vnde arguatur.*

111 *Inſordeſcens in cenſuris, vt excuſetur à ſententia priuationis, an poſsit allegare, quod non fuerit citatus poſt annum ad ſe expurgandum.*

112 *Inſordeſcentia in cenſuris, dupliciter deduci poteſt, ad effectum priuationis beneficij.*

113 *Inſordeſcentia effectus, circa priuationem beneficij, qualitèr elidatur.*

114 *Triennium pro incurrenda priuationis pœna in inſordeſcente, ſi ſemel ſit interciſum, non reintegratur.*

115 *Inſordeſcentia, qualitèr non dicatur pertinax, ſeu ex pertinacia inducta.*

116 *Fornicationis crimen, non infert pœnam depoſitionis, niſi ſit notoria, vel ſcandaloſa.*

117 *Adeoquè incorrigibilis.*

118 *Et quæ ſit ratio.*

119 *Concubinarius Clericus, qualitèr coerceatur.*

120 *Et quo ordine contra eum procedatur ex diſpoſitione S. Tridentini Concilij.*

121 *Concubina, focaria, & meretrix qualitèr inter ſe differant.*

122 *Concubina non dicitur, quæ retinetur extra domum.*

123 *Concubinatus, ſecundum ius ciuile dicitur coniunctio legitima.*

124 *Et hinc dicitur Schema Concubinatus.*

125 *Concubina donari poteſt.*

126 *Concubinatus, exigit ſolutionem vtriuſquè perſonæ à quocunquè nexu impeditiuo matrimonij.*

127 *In vxorato, non cadit propriè Concubinatus.*

128 *Etiamſi mulier hoc ignoret.*

129 *Sed dicitur Adulterium, & inceſtus.*

130 *Concubina filij, non poteſt eſſe Concubina patris, nefaria enim eſt huiuſmodi coniunctio.*

131 *Concubina à lege reprobata, donari non poteſt.*

132 *Niſi iam receſſiſſet ab amplexu, vt ad meliorem frugem conuertatur.*

133 *Concubinatus in vxorato, an ſit de iure punibilis.*

134 *Muliercula in concubinatu illegitimo retineri ſolita per vxoratos, verius dicuntur pellices, quàm Concubinæ.*

135 *Focaria, quæ dicatur.*

136 *Et vnde dicta.*

137 *Focarias à foco dictas, quatenus ad inſtar foci denigrant animas, voluit Baldus.*

138 *Focaria nihil conſequitur à milite, aut ex Teſtamento, aut ex donatione.*

139 *Idemque eſt in focaria Clerici.*

140 *Etiamſi fuerit facta intuitu meritorum.*

141 *Et*

Digitized by Google

141 *Et eu m uramento.*
142 *Niſi tamen aliquid donetur, vel legetur pro dote ad effectum matrimonij, & conuerſione ad bonam frugem.*
143 *Vel à ſene decrepito, & anteacta vita penitente.*
144 *Focaria ſi quid fuerit promiſſum, ſiuè per Clericum, ſiuè per laicum, nulla eſt obligatio promittentis.*
145 *Focaria nomen, cum nomine concubina ſæpè confunditur.*
146 *Meretrix dicitur, qua multorum libidini patet.*
147 *Vnde dicta, moſquè antiquus merendi.*
148 *Concubinatus in Clerico, non iuſtificatur per ſolam cohabitationem.*
149 *Non exigit tamen probationem affectionis, & finis procreandorum liberorum.*
150 *Nec quod fuerit retēta mulier in proprijs ædibus.*
151 *Et quæ ſit ratio.*
152 *Concubinatus pœna, non tolluntur per Concilium, ſed potius augentur.*
153 *Concubinatus, vbi obijcitur ad effectum priuationis beneficij ex incorrigibilitate, exigit trinam monitionem.*
154 *Concubinatus, ſicut cætera carnis delicta, præſcribitur quinquennio.*
155 *Concubinatus, quando poſſit obijci Rectori Eccleſiæ per Parochianos, aut Patronum, vt indè dimoueatur.*
156 *Et qua ratione, huiuſmodi obiectus, vel accuſatio conſiſtat.*

QVÆSTIO XXXIII.

Quæ ſit vis ſententia priuationis beneficij in Clericum propter delictum.

QVÆSTIO hæc, quinque inuoluit articulos, ſigillatim, & qua maxima fieri poterit breuitate explicandos. Primus eſt, An cognitio de quibuſcunquè delictis Clericorum, ità competat Magiſtratibus Eccleſiaſticis, vt nullam prorſus ſibi vindicare poſſint Magiſtratus ſæculares? nam licet
1 Sacri † Canones, ſatis clarè negent, facultatem ſæcularibus vllam hac in re fore, vt in *cap. at ſi Clerici, 4. & in cap. cum non ab homine, 10. de Iudic.* & vſquè adeo hæc aſſertio certa ſit, & ab
2 omnibus Catholicis Scriptoribus recepta, vt † nō valeat reuocari in dubium, niſi negando aliquod principium fidei, vt ſic loquitur, & pergit demonſtrare *Suarez in lib. cui titulum fecit Clyp. fid. Cathol. lib. 4. cap. 15. num. 1.* nihilominus, vt ad-
3 uertit † *Suarez eo. loco ex num 9.* quædam Iuſtiniani Conſtitutio, quæ eſt Nouella 83. (cuius pars legitur regiſtrata in *can. ſi quis cum clerico. 45. 11. quæſt. 1.*) videtur inſinuare, iure Cæſareo alitèr quondam fuiſſe ſtatutū; vt videlicet pro criminibus Eccleſiaſticis, puta, Simonia, Sacrilegio, Periurio, & ſimilibus, adiretur omninò Epiſcopus, pro alijs verò, ciuilibus nūcupatis, veluti homicidio, furto, Maieſtatis, & reliquis huius generis, cognitio ad ſæculares pertineret. Hincquè data quandoquè anſa aliquibus, Sacrorum Canonum normam, in hoc, de facto (at cum animarum periculo) ſubuertendi.

Huic Nouellæ, *Suarez eo. cap. 15. nu. 7.* reſpon-
4 det, † eam fuiſſe non ſolum per iura Canonica, ſed etiam per Cōſtitutionem Federici in *Authen. ſtatuimus, C. de Epiſc. & Cleric.* reuocatā: quinimo à principio fuiſſe nullam, veluti contra ius diuinum, & Conſtitutiones piorum Principum, Iuſtiniani Præceſſorum, ad fauorem Eccleſiæ promulgatas, atquè ità iam effectas irreuocabiles.

Non improbo reſpōſionem, ſed aliam ſuggero,
5 quòd ea † non ſit Conſtitutio vniuerſalis, ſed priuilegium, ſeu pragmatica quædam, edita ſanè per Iuſtinianum, ſed ad petitionem Mēnæ Patriarchæ Conſtantinopolitani, nè pro defectu Iudicum Eccleſiaſticorū, qui nō callebant ius ciuile, Clericorū crimina impunita remanerent, vt proptereà nihil tūc per Iuſtinianum contra ius diuinum, vel cōtra prædeceſſorum ſuorum ſtatuta poſſet videri attētatum: nam quòd id ipſe ſtatuerit ad petitionem Mennæ Patriarchæ, teſtatur verbis diſertis, ibi, *petiti ſumus à Menna Deo amabili Archiepiſcopo huius fœliciſſimæ Ciuitatis, & vniuerſali Patriarcha hoc dare Priuilegium, &c.* nequè iſtud Priuilegium, fuit in articulo iuriſdictionis, ſed in forma cognoſcendi aliter quàm eſſet præſcriptum in alijs cauſis ſæcularium, nimirum per contractionem inſtantiæ ad duos menſes, ibi, *non tranſcendente lite, menſium duorum ſpatium*, cōtra ſuam Conſtitutionem in *l. properandum, C. de iudic.* Quo fit, vt facultas iſta Iudicum ſæculariū in cognoſcēdo de delictis ciuilibus, nō profluxerit à Iuſtiniano, niſi cooperatiuè, ſed à Patriarcha id petente, & expoſtulāte; & in conſequens, appareat verius conſeruatam fuiſſe, quàm vllo modo labefactatam poteſtatem Eccleſiaſticam, cùm tunc
6 Epiſcopi † poſſent facultatem huiuſmodi laicis cōcedere, vt reſpondendo ſimili decreto deſumpto ex Concilio Matiſconenſi *1. c. 7.* adnotauit Suarez *d. cap. 15. ad fin.* qui licet loquatur per verbum dubitatiuum, *fortè*, tamen hoc videtur ſatis apertum in *can. 1. 2. 3. & 4. & in can. Clericum nullus, 71. & alijs paſſim, 11. q. 1.*

Quinimò, ex ea Conſtitutione eſt obſeruandū,
7 Iuſtinianum, reſpectu † criminum Eccleſiaſticorū, pro indubitato habuiſſe, Iudices ſuos vſquè adeò eſſe incapaces cognitionis, vt nefas putarit eas, vel ex iudiciaria participatione aliqua Eccleſiaſticorum, introſpicere, ibi, *nihil communicantibus Clariſſimis Prouinciæ Iudicibus, nequè enim volumus talia negotia omninò ſcire Ciuiles Iudices.* Reſpectu autē delictorū Ciuiliū, Clericos, & perſonas eaſdē, non eſſe ſub norma legū Imperialiū, neque aliter fieri poſſe, quàm facta degradatione per Epiſcopū, ibi, *prius hūc ſpoliari à Deo amabili Epiſcopo, Sacerdotali dignitate, & ità ſub legum fieri manu.* Quapropter & id neceſſariò conſequitur, eū apertè ſenſiſſe, ratione iſtorum criminū ciuilium, non conſentiente Epiſcopo, ſe, nequè ſuos Magiſtratus, vllam habuiſſe legitimā poteſtatem.

Præterea

Digitized by Google

Prætetea eundem Imperatorem, ſatis apertè
8 ptoreſtatum † fuiſſe, leges eaſdem ſuas ſubijci Sa-
cris Canonibus, idquè ſe, & intendere, & velle,
ibi, *ſecundum ſacras, & diuinas Regulas, quas
etiam noſtra ſequi non dedignantur leges:* quod
alibi quoquè inculcauerat, videlicet in *l. ſacris, 45.
C. de Epiſc. & Cleric.* Hucquè apertè reſpexit Lu-
cius tertius, cùm reſcribẽs Strigonienſi Archiepi-
ſcopo, ſic cenſuit, *Cum Imperator dicat, quod le-
ges non dedignantur Sacros Canones imitari, in
quibus generaliter traditur, vt de omni crimine
Clericus debeat coram Iudice Eccleſiaſtico conue-
niri, non debet in hac parte, Canonibus ex aliqua
conſuetudine praiudicium generari, vt in cap.
Clerici, 8. eo. tit. de Iudic.* vbi hoc accuratè etiam
notauit Cuiacius.
9 Enimuerò, prætet caſum, cùm agitur † contra
ſchiſmaticum, ſecundum *Prapoſ. in can. 1. in 4.
col. verſ. nota quod contra Schiſmaticos, 23. diſtin-
ctio.* vſquè adeo vera eſt præmiſſa ſeuteutia re-
10 ſpectu † cuiuſuis delicti, vt nulla poſſit prætendi
couſuetudo in contrarium, quæ nullius eſt mo-
menti, veluti aduerſans Canonicis inſtitutis, vt ità
ratiocinatur textus in *cap. 2. de temp. ord.* & in
terminis exercitij Iuriſdictionis, in *cap. ad no-
ſtram 3. de conſuetud. Rota recen. par. 3. deciſ.
11 203. num. 2.* etiamſi talia inſtituta † proceſſiſ-
ent citra vllum factum, aut couſenſum cuiuſuis
ſæcularis Principis, ſed ex politica lege Papæ; quia
cùm Clerici res ſpirituales ſint, & ex toto cor-
pus, & animam dederint in ſeruitium, & ſortem
Chriſti, *can. Clericus, cũ duob. ſeq. 12. q. 1.* per con-
ſequens Papæ iudicio, & Conſtitutionibus ſub-
ſunt, vt his penè verbis concludit *Innocen. in c. 2.
ſub num. 2. verſ. vnde dicimus, de maior. & obed.*
12 & ſic non poteſt † talis conſuetudo ſumere robut
ex quantocunquè tempore, & ex qualicunque Pa-
pæ conniuentia, quominus dicatur merus abuſus,
veluti nutritiua peccati, & cenſeatur ab Eccleſia
condemnata, vt excuſſo articulo reſpondit *Rota
in antiq. dec. 10. nu. 4. & per to. de conſuetud. idem
docuit Marian. Socin. in cap. ſi quis Clericus nu.
43. in 19. fallent. de for. compet. Reſtaur. de Im-
perat. q. 101. num. 8. Rebuff. in concorda. ad fin.
ſuper rubr. de protectio. in 2. illatio. Aufrer. ad
Cappell. Tholoſ. deciſ. 126. num. 2.* ità vt conſtan-
ter tenendum ſit, exemptionem hanc clericorum,
non eſſe de humano, ſed de iure diuino, vt admit-
tunt Doctores præcitati, & pronunciauit etiam
*Rota in recent. par. 3. deciſ. 87. n. 10. & deciſ. 241.
nu. 3. & apud Reuerendiſſ. D. Coccin. deciſ. 351.
num. 4.* & alibi exactius oſtendetur.
13 Vt propterea vanum † prætendatur imme-
morabilis, *Gabr. de praſcriptio. concl. 1. num. 17.
Rebuff. loc. pracit. in 3. illat. Decian. crim. tract.
lib. 4. cap. 9. num. 14.* nam licet iuſtificata imme-
morabili poſſit allegari priuilegium Apoſtolicũ,
14 nec dubium ſit (vtcunquè hæc prærogatiua † Cle-
ricornm proficiſcatur ex diuino præcepto non
cæremoniali, aut iudiciali, quod poſſit videri ſub-
latum, ſed ex morali, quod Papa non poteſt in to-
tum tollere, vt rectè docuit *Cardin. in cap. per-
pendimus, ſub num. 6. circa fin. verſ. ſecundam
partem, de ſent. excomm. & ſequitur Felyn. in
pracit. cap. 2. num. 2. de maior. & obed. & clarè
decidit text. in can. ſi Imperator, vbi gloſſ. in verb.
& diſcuti, diſtinct. 96.* ità quod leges humanę ſu-
15 per hoc latæ, † cenſeantur iuris diuini relatiuæ, nõ
autem noui alicuius inductiuæ, vt voluit *Bald. in
l. de quibus num. 26. de legib. cum alijs per Ra-
lan. conſ. 4. num. 7. lib. 1.* & determinauit etiam
Sacrum Concilium Tridentinum *ſeſſ. 25. cap. 20.
de reform.*)
16 Quin ex Priuilegio Papæ † aliqnatenus poſſet
elidi, concedendo ob cauſam aliquam iuſtiſſimam
cuipiam Principi, vt de certis delictis Clericorum
pet ſuos Iudices cognoſcat, puta Maieſtatis, falſæ
monetæ, & vis publicæ, quæ propteteà dicta ſunt
crimina priuilegiata, vt notauit *Cuiac. in d. c. at
ſi Clerici poſt med. verſ. ad hoc non pratermitten-
dum* (ſuper quo priuilegio poteſt ſuſtineri ordina-
tio, cuius meminere *adden. in annot. ad Guid. Pa-
pa deciſ. 73.* indequè excuſari Iudices Regios ex-
preſsè notauit *Bernard. Laur. Praſ. Tholoſ. in
tractat. de caſib. in quib. ſecul. Iud. &c. ſub nu. 12.
verſ. & per hoc vt opinor.*)
Tamen difficultas ſtat in iuſtificanda huiuſmo-
di immemorabili, quæ in hac materia nullo mo-
do eſt deducibilis, tùm propter incapacitatem
17 perſonæ, † in qua non poteſt initiari aliqua poſſeſ-
ſio, & in conſequens aliqua præſcriptio, vt opti-
mè conſiderat *Io. Monach. in cap. 2. num. 5. de
praben.* quam doctrinam ſignandam eſſe, monet
*Felynus, in cap. cauſam, nu. 2. de praſcript. cum
alijs in his terminis cumulatis per Decian. crimin.
lib. 4. in pracit. cap. 9. ſub num. 14. verſ. nequè ob-
ſtat ſi diceretur.*
Tùm propter manifeſtum defectum quadrage-
18 nariæ, quæ eſt † baſis, & fundamentum immemo-
rabilis, vt notauimus *lib. 1. q. 24. n. 226.* hæc enim
ptopter naturam materiæ ſubiectæ, probatu im-
19 poſſibilis eſt, ex quo † ſingulis annis interrumpi-
tur per publicationem Conſtitutionis Apoſtoli-
cæ, quæ legitur in die Cænæ Domini, iuxta do-
ctrinam *Felyn. in cap. cum non liceat, ſub num. 12.
verſ. quinto conſidera, de praſcript.* & alibi etiam
notauimus.
Secundus articulus eſt, poſito quod Iudex lai-
20 cus † per ſuam ſententiam condemnet Clericum
de aliquo crimine, pro quo de iure ſit actualiter
degradandus, interpelletquè Epiſcopum pro de-
gradatione huiuſmodi; quænam ſint ipſius Epiſco-
pi partes; & breuitèr eſt diſtinguendum, vt ſi laicus
proceſſit contra Clericum ex indulto, ſeu priuile-
gio Apoſtolico, nihil ſit, quin Epiſcopus debeat
21 deuenire ad talem degradationem, cùm † laicus
alitèr non intelligatur proceſſiſſe, vel iudicaſſe,
quàm vti delegatus Apoſtolicus, vt aduertit *Card.
in d. cap. perpendimus, n. 8. in 16. oppoſit. de ſent.
excomm. Felyn. in d. cap. 2. num. 3. de maior. &
obed. Aufrer. in repet. cap. 1. in 4. q. num. 6. de offic.
Ord. Decian. crim. par. 1. lib. 4. cap. 9. num. 66. cum
alijs cumulatis per Carol. de Graſſ. in tract. de eff.
Cleric. eff. 1. num. 32.*
Vt propterea, non poſſit timeri offenſa liber-
22 tatis Eccleſiaſticæ, cùm non ſua, † ſed delegantis

Digitized by Google

dicatur vſus iuriſdictione, *l. 1. §. qui mandatam de Iuriſd. omn. Iudic.* & ita expreſsè declarant præcitati Doctores, & ſcribentes omnes in *præcita. cap. at ſi Clerici, de Iudic. cum alijs per eundem de Graſſ. d. eff. 1. num. 33.*

Id autem Epiſcopus, vti ſe habuerit, prius † de-
23 bet expendere, videlicet perfecto, & examinato
proceſſu, per quem prius ſibi conſtet de priuilegio, ſiue indulto Apoſtolico in actis regiſtrato, tanquam fundamento iuriſdictionis, vt latiſſimè deducit *eo. loco idem de Graſſ. ex num. 34.* accura-
24 tè ſimul conſiderato † vtrum priuilegium illud
duret, ſecundum *gloſſ. vn. in can. laicis, qui in ord. eſt 24. verſ. ita tamen, 16. q. 7.* & nè in eius vſu exceſſum appareat, tàm circa validitatem, quàm
25 circa iuſtitiam, vt dicitur de Ordinario † requiſi-
to in ſubſidium pro exequutione ſententiæ alterius Iudicis, cui imputatur, ſi ad eam procedat de bono, & æquo, & velo leuato, & non prius viſis actis, non quidem pro ferendo iudicio, ſed pro informatione ſuæ conſcientiæ, quemadmodum poſt *Cagnol. in l. cum quadam puella, ſub nu. 33. verſ. quinto colligitur, de Iuriſd. omn. Iud.* ſcripſit *Surd. conſ. 358. ſub num. 12. verſ. non etiam reſiſtit*, qui alia ſimilia adducit *ex num. 17.*

Porrò, ſi Iudex Eccleſiaſticus, his minimè aut le. uitèr perpenſis ad degradationẽ procederet, gra-
26 uiter erraret; circumſcripto enim † priuilegio hu-
iuſmodi, quicũquè ſibi oſtendatur confectus proceſſus per Laicum eſt nullus, nec poteſt ex eo cõfingi aliqua iuſtificatio delicti, aut ex probationibus conuincentibus, aut ex confeſſione Clerici, ſuper qua valeat Iudex Eccleſiaſticus iudicium ſuum firmare, vt eſt expreſſum in *d. cap. at ſi Clerici, vbi omnes ſcribentes*, etiamſi ſupponere-
27 tur † Clericum fuiſſe depræhenſum in flagranti
crimine, vt pariter eſt deciſum in *d. cap cum non ab homine, eo. tit. de Iudic.*
28 Tametſi enim, iſta depræhenſio † excuſet ab in.
curſu cenſurarum, *ex c. nuper, 29. de ſent. excomm.* ſecundum multiplicem declarationem, quam ponit *Guid. Pap. in ſupracit. decis. 73. ex num. 1. &
29 per to.* tamen nihil † poteſtatis tribuit laico, cu-
ius iuriſdictio nullatenus eſt prorogabilis ex conſenſu expreſſo ipſius Clerici, nec quidem ſi profiteatur ſe eſſe laicum, *Bald. in l. ſi qua per calumniam ſub num. 5. verſ. ſed ponamus C. de Epiſc. & Cleric. Lanfranc. de Oriano, in repet. cap. quoniam contra num. 214. de probat. Ioan. Andr. in cap. ſi Iudex laicus in princ. verſ. dixit Innocentius, de ſent. excomm. in ſexto, Germon. de ſacror. immun. lib. 3. cap. 15. num. 55. Pacian. de probat. par. 2. cap. 34. num. 74. cum alijs citatis per Farinac. q. 8. num. 11. & q. 81. num. 200.*
30 Quòd ſi laicus Iudex, degradatione † huiuſmo.
di non expectata, exequutionem ſententiæ in perſonam Clerici præcipitaret, vtiquè eſſet inexcuſabilis: licet enim Geminianus in *cap. 1. §. vlt. num. 12. de homicid. in ſexto*, opinatus fuerit, in crimine aſſaſſinij degradationem factam eſſe ipſo iure, à iure, vt ipſe loquitur per eum textum, & ideò Iudicem laicũ abſquè vlla degradatione poſſe procedere, tamen iſta opinio eſt erronea; Pœna
31 enim depoſitionis à dignitate, † ordine, officio, &
beneficio, quæ ibi ipſo iure Clerico aſſaſſino infligitur, nihil commune habet cum degradatione actuali, vt benè demonſtrat *Barboſ. in Collect. ad eum text. num. 13.* & propterea quicquid aliter
32 de facto alibi fiat, in Italia noſtra † in qua religio-
ſius cuſtoditur Eccleſiaſtica immunitas, quantumcunquè ſit ſcelus atrox, nõ proceditur ad exequutionem capitalis ſententiæ, niſi facta degradatione, vt aduertit *Petrus Matthæ. in annot. ad Guid. Pap. dec. 73. circa fin. verſ. Veruntamen Itali.*

Tertius articulus eſt; cum textus *in præcit. cap. at ſi Clerici* manifeſtam differentiam faciat inter maiora, ſeu grauiora delicta, & deli-
33 cta minora, quò † tendat differentia huiuſmodi?
& breuiter dicendum eſt, differentiam hanc alium non reſpicere ſcopum quàm ipſius modi iudicandi; ſi enim agitur de grauiori crimine, Epiſcopus præcisè ſententiam fert pro perpetua ſuſpenſione, ſiuè depoſitione, quæ ſecum trahit exequutionem; ſi verò pro minori, fere quidem ſententiam etiam ſuſpenſionis, & depoſitionis, at non præcisè, ideſt iuſſu legis; nequè quæ ſecum trahat exequutionem, ſed quæ potius ſit reſtituibilis ex diſpenſatione ipſius Epiſcopi mediante pœnitentia, & hoc eſt totum id quod deciditur in *d. cap. at ſi clerici*, nequè enim homicidiũ, furtũ, periuriũ, & huiuſmodi alia quæ inter grauiora recenſentur in *d. cap cum non ab homine, eo. tit.* in comparatione adulterij, & aliorum reputantur maiora, alia ratione, quàm quia lex illa in hoc præcisè ſignauerit, vt Clericus alicuius ex huiuſmodi criminibus reus, in perpetuum deponatur;
34 licet enim adulterium † referatur inter grauiſſi-
ma, & deteſtabilia, quemadmodum latiſſimè deducit *Farinac. q. 141. ex num. 3.* & ante eum *Menoch. de arbitr. Iud. caſ. 419. num. 2.* nequè alia
35 pœna † coerceri debeat, quàm depoſitionis, ni-
hilominus, quia lex pœnam hanc præcisè non imponit, nequè remouet facultatem ab Epiſcopo, peracta pœnitentia reſtituendi, non habetur inter crimina, (vt ità dicam) ſignata: cuius rei ea eſt
36 ratio, quod in delictis † carnis, mitius eſt agen-
dum, propter motum ad actum de iure naturæ, vt in *eo. cap. at ſi Clerici, notat Bald. ſub nu. 11. verſ. item nota quod in delictis carnis.*

Vtcunquè enim adulterium maximè ſit iniu-
37 rioſum, poteſt tamen † ſemper excuſari ex con-
ſpiratione mulieris, quæ Clericum pellexerit; nequè verò omnes ſunt Ioſeph, qui relicto pallio aufugit. Et propterea non ſolum in ſimplici fornicatione non eſt locus impoſitioni pœnæ depoſitionis præciſæ, cùm id poſitũ ſit in arbitrio Epiſcopi, vt in *eo. cap. at ſi Clerici, notat Dec. num. 223.* verũ etiam in adulterio formali eodem iure vtimur; quia ad hunc effectum, vt dixi, reputatur inter minora, vt in *eo. lo.* ſcripſit *Hoſtien. num. 11. & 12.* licet non ignorem, plures interpretes minora
38 delicta † de quibus in *cap. at ſi Clerici in d. §. de
adulterijs*, intellexiſſe, reſpectu ipſius adulterij, quemadmodum inter alios *Io. de Imol. ſub nu. 9. ad fi. verſ. ſi autem, & Bellam. n. 34. in 8. quæſt. &
39 num. 35.* nec fortè à recto ſenſu longè † abeant
qui te-

Digitized by Google

qui tenent, appellatione adulterij voluiſſe textum
complecti omnem fornicationem, vt in *can. de*
incettis, vbi gloſſ. in verb. cum adulterium 35.
q. 2. & 3.

Quartus articulus eſt, ſi Epiſcopus, vel alter
40 Iudex † competens, propter delictum, non dicam
atrox, ſed graue, & pro quo veniat Clericus de-
ponendus, in eum ferat ſententiam depoſitionis,
an illico vacet beneficium; Quamuis verò ex ſu-
pradictis videatur affirmatina opinio tenenda;
41 difficultatem tamen facit, quod etiam in † his cri-
minibus expectetur correctio, vt in *d. cap. cum*
non ab homine notauit Butr. num. 15. Cæterum,
42 lata ſententia † ad iuris præſcriptum ſuper vno ex
criminibus ſignatis, concludendum eſt indè indu-
ctam eſſe priuationem beneficij, vt eſt textus in
d. cap. cum non ab homine, & tradunt Abb. in
cap. tua 6. ſub num. 3. verſ. immo nec beneficio, &
ſub num. 4. verſ. aut committit grauia, de pœn.
Rebuff. in prax. tit. de mod. amitt. benef. num. 61.
Gonzal. ad regul. de menſib. gloſſ. 15. in princip.
num. 138.

Nequè refert, ſub qua forma concipiatur ſen-
tentia, ideſt per verbum, *priuamus*, vel per ver-
bum *deponimus*, aut turſus per verbum *ſuſpendi-*
43 *mus in perpetuum*, cùm perpetua † ſuſpenſio, æqui-
paretur depoſitioni, *Butr. in eo. cap. at ſi Clerici*
num. 10. à qua nec diſtat degradatio verbalis, vt
eo. loco, notauit Abb. num. 7.

Quòd autem ità depoſitus admittatur ad corre-
44 ctionem, † non implicat ſuſpenſionem exequutio-
nis, ſed duntaxat abnegationem poteſtatis Iudi-
cis laici, nè eum tanquam reiectum à foro Eccle-
ſiæ puniat, quod alitèr non contingit, quàm per
actualem degradationem, tàm ex diſpoſitione iu-
ris Canonici in *d. c. cum non ab homine, de iudic.*
quam ex diſpoſitione iuris ciuilis per dictam In-
ſtiniani *Nouell. 83.*

45 Quintus eſt articulus, quæ forma ſit † ſeruanda
per Iudicem Eccleſiaſticum tàm in procedendo
contra clericum, quàm in eo condemnando pro
delicto, pro quo pœna depoſitionis à canone non
ſit iuſſa, ſed in ipſius arbitrio poſita. Et quia Do-
ctores plurimum in hoc diſcordant, eſt aduerten-
dum, huic Clerico ſic delinquenti duas inſtare cō-
46 minationes, priorem pœnæ, † ratione ipſius deli-
cti, nō ſolū vt hinc ſatisfiat Reipublicæ, ſitquè alijs
exemplo nè delinquant, *l. ſi quis fortè, 6. §. ſi quos*
comitum, ff. de pœn. verùm etiā vt ipſe reſipiſcat;
47 poſteriorem, eiectionis à † foro Eccleſiæ, illiuſquè
protectione, ſi nolit reſipiſcere, corrigendo ſeip-
ſum, quæ dicitur deiectio, & actualis degradatio:
nequè enim ipſi proceſſus confundendi ſunt in
vnum, vt aliqui exiſtimarunt, ſatiſquè id inſinuat
textus in *d. cap. cùm non ab homine*, quod cum
aliqui non obſeruauerint, inutiles, & impractica-
biles quæſtiones ex eo excitarunt.

Itaquè cùm de puniēdo delicto ſimplicitèr agi-
tur, Clerico legitimè conuicto, vt ſequatur priua-
tio beneficij, cōcipienda eſt ſententia (ſi hoc exi-
gat qualitas criminis) ſuper hoc articulo priua-
tionis, aut explicitè, aut implicitè pronunciando
48 ſuper depoſitione: licet enim pœna hæc † priua-
tionis, immineat pro quocunquè graui delicto, vt
cenſuerunt Abbas, Rebuffus, & Gonzalez ſupe-
rius citati, nequè eſt qui id in dubium reuocet,
49 & de homicidio † vel etiam de truncatione ali-
cuius membri, per *text. in cap. 1. de cler. pugn.*
in duell. & in cap. vlt. de homicid. in ſexto, &
per gloſſ. in clem. vn. in verb. mutilet, per eum tex.
eo. tit. notauit Staphil. de var. mo. vacatio. §. conſi-
derandi modo eſſent num. 9.

Nihilominus, quantumcunquè hæc pœna iuſſa
ſit inferri à iure, nō cenſebitur illata per ſententiā,
50 ſi Iudex id in ea non expreſſerit; cùm † ſententia
ſic dicatur ſtricti iuris, vt non liceat egredi eius
verba, *l. ſi Iudex 10. de his qui ſunt ſui, vel alie.*
51 *iur.* & in ea † non datur extenſio, ſed inhærendum
eſt verbis, *Bart. in l. ſi expreſſim ſub nu. 2. ad fin.*
verſ. ſi vero erat nulla, ff. de appellation. cum
alijs adductis per *Surd. conſ. 340. num. 3.* indequè
52 formatur regula, cenſeri † omiſſum, quicquid in
condemnatione non eſt expreſſum, vt ſcribit *Dec.*
conſ. 442. nu. 8. & conſ. 607. nu. 7. ſequitur *Oſaſch.*
deciſ. 63. ſub num. 1. verſ. & facit.

Vt ideo, ſi Clericus reus homicidij condemne-
tur ad perpetui carceris pœnam, quæ æquipara-
53 tur † pœnæ damnationis in metallum, ſecundum
Innoc. in cap. qualitèr, & quando, il ſecondo. ſub
num. 6. verſ. ſecunda autem pœna, de accuſat. &
54 de damnatione † in metallum latè habetur per
text. & ſcribentes in l. aut damnum 8. §. eſt pœna,
ff. de pœn. & per alios cumulatos per *Farinac. in*
fragment. par. 2. in verb. mors num. 351. non pro-
pterea hinc cenſebitur condemnatus in pœnam
55 priuationis beneficij, iſtæ enim pœnæ † ſunt pror-
ſus diuerſæ, vt per *Innocen. loc. praecita. ſub eod.*
num. 6. verſ. tertia eſt dignitatis amiſſio, & ità
reſoluit *Rota deciſ. 5. ſub num. 4. ad fin. verſ.*
contrarium tamen obtinuit, de ſent. & re iud. in
antiquior.

56. Dùm enim poteſt dari inſtantia, † iudicem
prætermiſſa pœna depoſitionis, voluiſſe ſimplici-
tèr ſic punire Clericum per ſententiam priuatio-
nis, non abdicata à ſe poteſtate eum reſtituendi,
ceſſant rationes conſideratæ pro contraria ſen-
tentia, quas latè proſequitur eadem *deciſ. 5. ex*
num. 1. per to. vſquè ad d. verſ. contrarium ta-
men, ex ea regula, qua dicimus illationem non fie-
57 ri † in ſententijs abſquè neceſſitate, *Bald. in l. quæ*
non probaſſe num. 1. de Calumniator. Dec. conſ.
43. num. 3. & 4. Surd. deciſ. 261. num. 6. Mantic.
deciſ. 48. num. 10.

58. Quocircà, cauendum eſt ab opinione † Gar-
ziæ, qui in *tract. de benef. par. 1. cap. 3. num. 108.*
& 109. qui contrarium verius eſſe affirmauit, ex
auctoritate Nauarri in *cap. cùm contingat in 2.*
remed. num. 5. de reſcript. & Molin. de Iuſt. &
iur. tract. 3. diſput. 78. num. 2. cum tamen Na-
uarrus ibi nihil de hoc affirmet, vel neget, Molina
verò potius ſubuertat fundamentum, quo nititur
Garzias, videlicet, quod ſuppoſito homicidio, dū
non poteſt effugi irregularitas, id etiam ſequatur,
Clericum homicidam, non debere remanere cum
beneficio: aſſumptum enim illud vltimum, eſt fal-
ſum, nequè textus in *cap. fraternitati, 6. de Cler.*

excomm. miniſtr. illud probat; cum loquatur de Clerico anathematizato, & miniſtrante; Molina autem velit irregularitatem huiuſmodi, inducere quidem incapacitatem pro obtinendis beneficijs in futurum, immò pro obtinenda penſione, ex ſententia Nauarri in *cap. ſi quando in 10. except. ſub num. 10. de reſcript.* negat tamen ita effectum irregularem priuari beneficijs obtentis, etiamſi curam habeant animarum, ſed eſſe priuandū, *ex Nauarr. loc. præcit. Stapbil. & alijs præcipuè Couar. in Clem. ſi furioſus, §. 4. nu. 6. de homicid. & Clar. in §. homicidium num. 21.* Vndè dum talis priuatio educitur ex ſententia, quæ hoc non continet, ſtat firma, & inconcuſſa ſupradicta Rotæ opinio.

Neque obſtat, quod cùm ab huiuſmodi grauio-
59 ribus delictis nequeat † ſeparari infamia, *can. infames verſ. ſimiliter & inceſtuoſos 6. q. 1.* per ſententiam delicto canonizato, ſatis inde colligatur mens
60 iuris, nè ſuperior † Eccleſiaſticus patiatur huiuſmodi infamem in beneficio Eccleſiaſtico potiri, *gloſ. vn. in can. ſatis peruerſum, diſt. 56.* vt ab eo † quem
61 præueniens infamia, arcet ab obtinendo, ſuperueniens eundem ab obtento deijciat, *l. Iudices C. de*
62 *dignitat. lib. 12.* & quemadmodū prohibetur † infamis prouideri, *cap. infamibus, 87. de reg. iur. in*
63 *ſexto*, ità prouiſus, effectus † infamis, à beneficio remoueatur, vt in *eo. cap. infamibus* ratiocinatur *Io. Andr. ſub num. 1. verſ. & dicit.*

Nam hæc omnia, procedunt cum ſuppoſito, ſi feratur ſententia, per quam fiat huiuſmodi remotio; quamuis enim hæc pœna, quandocunque ap-
64 plicetur, † inoueatur in culpa, & facinore delinquentis, vt non poſſit alteri adſcribi, vt conſiderat *text. in d. can. ſatis peruerſum*, interim tamen
65 dum non † applicatur, is licitè beneficium retinet, & ſic expectatur quod renuntiet, vel deponatur, iuxta doctrinam *Innoc. in c. cum noſtris ſub num. verſ. & etiam ſine diſpēſatione, de conceſſ. præben.* quem ibi alij ſequuntur, præcipuè *Abb. ſub nu. 22.*
66 *verſ. ex quibus verbis*, adeò quòd tota vis in † hoc articulo priuationis attribuatur ſententiæ, quemadmodum ex eadem doctrina *Innoc.* cenſuit quoquè *Bald. per eum text. in l. 2. §. miles, ſub num. 2. verſ. & hoc poſt ſententiam, ff. de his qui notan. infam. Sil. de benef. par. 3. q. 2. nu. 48.* pro hoc eodē aſſumpto *Abbas lo. praall.* adducit duos textus ſingulares, videlicet in *cap. Clericus, nè Cler. vel Monac. & in cap. ex litteris, de exceſſibus Prælat.* & latè id reaſſumūt alij citati per *Farinac. q. 119. num. 63 inter quos Gabr. conſ. 197 num. 7. lib. 1. et conſ. 187. n. 2. lib. 2. Diaz. in pract. Crimin. c. 94. alias 88. num. 2. Clar. in pract. §. homicidium, ſub num. 16. verſ. de iure autem Canonico*, vbi atteſtatur de communi, & magis communi, & cum hi loquantur de homicidio, producunt etiam concluſionem † hanc ad homicidium voluntarium, & factum animo deliberato, vt aduertit *Farinac. tad. q. 119. num. 64.* niſi incurrat aliqua circumſtantia
67 maioris atrocitatis, quia ſcilicet agatur de aſſaſinio, aut de occiſione Rectoris Eccleſiæ, ſecundum ea, quæ ſuprà in 31. quæſtione attigimus, & declarat idem *Farinac. eo. loc. num. 66.*

68 Quocircà, neque interim † intelligitur vacare beneficium, *Felyn. in cap. inquiſitionis ſub num. 7. ad fin. verſ. ſed in fine dicit, de accuſat.* neque homicida, vel ſimili alio delicto notatus deſtituitur, 76
reſpectu beneficij prius obtenti, ſeu iuris in eo,
69 aliquo † remedio poſſeſſorio, *Putr. deciſ. 227. lib. 2.*
70 & quin poſſit renunciare, † quantumcunquè crimen ſupponatur notorium, vt concludit *Pariſ. de reſign.*
71 *lib. 3 q. 16 num. 31.* nec ſi ſequatur ſententia † ſuper priuatione, tenetur reſtituere fructus interim perceptos ex die cōmiſſi delicti, & multo minus, qui percipi potuerunt, quod licet viſum fuerit *Caſtrenſi, in l. 1. nu. 3. C. de his quib. vt indign. & alijs relatis per Farinac. d. q. 119. n. 70.* eſt in iure
72 intolerabile, non ſolum in hoc † quod dicitur de fructibus qui percipi potuerunt, quod nullo iure 77
probatur, ſed nec ſimpliciter: quia obligatio de reſtituēdis fructibus à die commiſſi delicti, vix ſuſtinetur in eo delicto, pro quo pœna priuationis 78
beneficij inducitur ipſo iure, vt expoſuimus *hoc lib. q. 18. n. 60. ex doctrina Geminiani, cui addi poſſunt Diaz. in prax. canon. cap. 131. iuxta vlt. impreſſ. alias 123. ſub num. 5. ad fin. & Couarr. in epit. de ſponſal. in 2 par. cap. 6. §. 8. num. 8. quo retulit, & ſequutus fuit Monet. de diſtribution. quotid. par. 2. q. 17. num. 8.*

73 Fatendum eſt nihilominus, ſi agatur † per viam ſolemnis accuſationis per impetrantem, cui veluti habenti aliquem titulum, iam poſſint tales fructus applicari, & delictum ſit huiuſmodi, vt quamuis propter illud non ſit inducta vacatio ipſo iure, inducta tamen ſit irregularitas, poſſe ſuſtineri ſententiam Caſtrenſis ità modificatā, ex diſtinctione quā facit *Henric. Botch in pract. cap. cum noſtris, num. 3. de conceſſ. præben.* à quo tamen videtur cauendum, dum id protulit reſpectu ſolius effectus irregularitatis ad Clericos minorum ordinum obtinentium ſimplex beneficium, cùm immò ta-
74 les Clerici † ad hunc effectum æquiparentur laicis, vt ait *Hoſtien.* quem ipſe allegat in *cap. 2. ſub num. 9. ſuper verb. de Clericis, de Cleric. excomm. miniſtr.* 79

Neque quempiam mouere debet numeroſitas Doctorum, quos in comprobationem ſententiæ *Caſtrenſis, cumulat Farenac. lo. praalleg.* nā *Ang. in l. prædonis, 49. in princ. verſ. & ſi caſus rotundus, ff. de petit. hæred.* dicit totum contrarium, ibi, *nam licet dominium habeat Prælatura, & faciat fructus ſuos, &c.* Baldus in *ea. l. prædonis, n. 2.* loquitur de Prælatis aſſaſſinis. Decius in *conſ. 118. num. 1. ad fin. verſ. & hoc intantum*, refert ſimpliciter auctoritatem Angeli, quam intelligit procedere, quando quis fuit ab initio intruſus cum vitio. Hyppolitus Marſilius *ſing. 268. & ſing. 525.* relata eadem doctrina Angeli, ex illa perperam infert ad obligationem de reſtituendo fructus, quod 80 81 82
75 nullo modo dixit Angelus. Antonius † Burgos in *repet. cap. ad noſtram, ex num. 35. de emptio. & vendit.* manifeſtè confundit terminos priuationis beneficij, cum reſolutione, & renunciatione tituli, indequè pergit reprehendere, & refellere doctrinam Felyni, quam certè non intellexit; vndè etiam ſub *num. 37.* ſatis audacter ait, non ſolum Felynum, ſed etiam erraſſe Rotam ipſam

in tit.

in tit.de reſtit.ſpol.in nou. deciſ.4. & Abbatem in cap. 1. circa fin. de celebrat. miſſar. & dum di-
76 cit † textum *in c.ex parte,de cler.non reſiden.* ſup-
ponere, reſtitutionem fructuum fieri ex eo tem-
pore, quo quis potuit priuari, vt ibi per eum, ſub
num.37.verſ.nec obſtat inductio, rectè quidem
loquitur, ſed non attingit, quando dicatur orta
iſta obligatio, quæ non eſt cauſata ex delicto, ſed
ex proceſſu, & ſententia lata, vt nihil inſtet aliud,
quā ipſa exequutio. Bermundus deniquè Chouer.
de public.Concubin.ſuper verb.priuet,n.9. ſimpli-
citèr trāſit cum dicto Angeli, & quidem in ſenſu,
in quo illum accepit Decius; vbi videlicet à prin-
cipio deficiebat titulus canonicus. Clarus verò, in
§.ſi q.73. mouetur ex ſimplici dicto Caſtrenſis.
77 I nunc lector, & † in rebus maximè ſerijs, con-
fide multitudini Doctorum, nec cures illos videre
in fonte, ſed ſtes, vt vulgo loquimur, in bona fide
parentum. Igitur interim non diſcedas à contra-
78 ria ſententia, quæ habet, † Gullielmum de Cuneo,
& Caſtrenſem illius auctoritati innitentem erraſ-
ſe, & malè argumentatos fuiſſe à diſpoſitione *text.*
in d.l.1.de re milit. vbi delictum à principio affi-
cit ipſam acquiſitionem, ad effectum delicti ſu-
peruenientis poſt acquiſitionem, vt aduertit *eo.*
loco Corneus nu. 2. quem ſequitur Felyn. in cap.
de quarta,num.33.de præſcript. vbi latiſſimè hanc
ſententiam contra Caſtrenſem firmat, & cum ip-
ſo tranſit *Boer.deciſ.98. ſub num. 3. ad fin. verſ.*
ſed in hoc tenet cōtrarium, fuitquè originalis opi-
nio *Innocētij in præall.c.cum noſtris,* quam etiam
amplexus fuit *Cardin. in clem. Conſtitutionem,*
§.cæterum,in 9.quæſt.nu.10.de electio. & ſequuti
ſunt alij relati per *Igneum in repet. l. neceſſarios,*
nu.14. ad Syllan.Couarr.de Sponſal.par.2. c.6.
§.8.num.7. licet videatur flecti in contrarium,
& poſſunt alij melius ſentientes addi, quos con-
geſſit idem *Farinac.ea q.119. num.69.*
Quandò verò agitur de cōſtituenda incorrigi-
79 bilitate, iam primum † id ſupponimus, Clerico im-
poſitā fuiſſe pœnitentiā, eaquè vel ſpreta, vel per-
acta in idē crimen eū eſſe relapſum, nā ſi detrectet
80 pœnitentiam agere, quamuis hinc colligatur † ani-
mus rebellis, & contumax, adeoquè inclinatus ad
deteriora, vt conſiderat *Abb. in præcit. cap. cum*
non ab homine,ſub num.30. circa med. verſ. item
81 *in quantum dicit,* attamen reſpectu † ordinis pro-
ceſſus neceſſarij ad conuincendam, & puniendam
huiuſmodi incorrigibilitatem, hoc nihil refert; &
propterea æquè procedit in eo, qui ſpreuit pœni-
tentiam peragere, ac in eo, qui illa peracta, in idē
crimen eſt relapſus; quod euidentèr ſenſit *Butr.*
num.22. & poſt eum Abb. in eo. cap. cum non ab
homine,ſub num.31. verſ. propter quod certè.
82 Hæc verò monitio, ideò † eſt neceſſaria, non vt
illicò poſſit haberi pro incorrigibili, ſed vt ſen-
ſim contra eum procedatur; nimirum, vt primum
excommunicetur excommunicatione maiori, &
ſi pergat malè agere, anathematizetur, prout
anathematiſmus reſcindit, & auellit ab ipſo cor-
pore Chriſti, ex decreto Iuonis *par. 14. cap. 51.*
relati in can. Engeltrudam, qui eſt vlt.4.quæſt.4.
adeòquè ſegregat ab ipſo Deo, tanquam impium,

c. certum eſt, 9.24.quæſt.3 differtquè à maiori ex-
83 communicatione, quæ † ſimplicitèr ſeparat à fra-
terna ſocietate, vt in *d. c. Engeltrudam, Barbat.*
in cap.1. nu.45. de Iudic. & proindè Anathema-
84 riſmus, † dicitur perditio, & maledictio, *gloſſ. in*
cap.1.in verb.anathematizantes,de ſent.excomm.
85 *inter comm.* Vt hinc nutet eorum ſententia, † qui
exiſtimarunt, nihil differre anathematiſmum ab
excommunicatione maiori prætequàm in ſolem-
nitate, quod videtur voluiſſe *Couarr. in cap. Al-*
ma mater,par.1.§.8.ſub num.6. de ſent. excomm.
Auil.de cenſur.par.2.cap.1.in 1.diſputat. Quam-
86 uis enim terminus † vnus pro altero plerunque
vſurpetur, vt aduertit *Sanch.de matrim. lib 4. di-*
ſput.22.ſud num.8.verſ. verum dicendum eſt, ve-
87 rius eſt, ne cum maiori † ſolemnitate fulminari ana-
thema, de qua in *can.debet 106.11.quæſt.3* ſed per
88 anathema † aggrauari excommunicationem, ideſt
augeri maledictionibus, & execrationibus, *Spino*
de Teſtam. ſuper gloſſ. rubr. par.11. ſub num. 11.
verſ. ex qua increpatione.
89 Quòd ſi nec poſt anathematiſmum † redeat ad
bonam frugem, tunc veluti deploratus, degrada-
tur, & ad Iudicem ſæcularē, perindè ac ſi nunquā
fuiſſet Clericus, remittitur, afficiendus extrema
pœna, ſiue extremo iudicio, veluti is, qui in pro-
fundum malorū deſcendēs, diſciplinā Eccleſiaſticā
contempſerit; prout ſic textum in *d.c. cum non ab*
homine, explicat, & benè declarat *Cuiacius*. Ne-
què hoc caſu attenditur, an crimen ſit de maiori-
bus, vel de minoribus; cùm id inductum ſit ad
coercēdum contumaciam non ſe corrigentis, quæ
90 eò maior † reputatur, quo minor eſt res ex qua
conſurgit, *can.duo,diſt.96. & poſt Io.Andr. notat*
Butr.in eo. cap. cum non ab homine,ſub num. 33.
in extremis verbis, & Bellam. num 9.
91 Hucquè trahi poteſt, quod dicitur de † effectu
inſordeſcentiæ in cenſuris, ex tolerantia excom-
municationis vltra annum; non vt hinc cenſeatur
inducta vacatio ipſo iure, quod per *Gonzalez in*
regul.de menſib.gloſſ.15.in princ.num.103. inad-
uertētèr attribuitur Præceptori meo Iacobo Me-
nochio, *de arbitr.Iudic.caſ.416.num.52.* qui hoc
92 non dicit, ſed benè, quòd hanc † ob cauſam poſſit
ſequi ſententia priuatoria, etiamſi excommuni-
catio fuerit illata ex ciuili cauſa; ea ratione, quòd
in perſeuerante non conſideretur cauſa excom-
municationis, ſed nouum delictum ex perſeueran-
tiā, & pertinacia, nimirum contemptus interpre-
tatiui clauis Petri, ità enim loquitur Menochius
num.53. contra ac cenſuerit *Butr. in cap. contin-*
git ſub num.10. verſ. nota magnam limitationem
de dol.et contumac.et Roman.ſingul.307.ſub n.1.
verſ.quod intellige, quæ cōtra Butriū ſententia ve-
rior eſt, & in curia magis recepta, quicquid aliter
viſum fuerit *Reuerendiſſ. D.meo Ricciullo de iu.*
93 *perſon.ext.Eccleſ.lib.4.c.8.n.18.* iuxta tamē † de-
clarationem, quam poſt alios longo ordine faciūt
Aufrer.ad Cappell.Tholoſ.deciſ.366. ex verſ. ſed
an perſeuerans, & Didac.in relectio.cap. Alma
mater, in 1.par.§.7.num.10. de ſenten. excomm.
quam ſequuta eſt Rota apud Seraph.dec.1285.n.1.
94 Eſt tamen in hoc difficultas, an † poteſtas pri-

uandi hunc beneficiarium, qui per annum, & vltrà
ſuſtinuit cenſuras, illicò aperiatur, vt elapſus eſt
annus; vel potius exigatur diuturnior perſeue-
rantia, quæ concludat ad contemptum. In quo
quidem articulo, alij ſentiunt ſufficere annum, per
text. in can. rurſus, qui in ord. eſt 36. c. c. q. 3. vbi in-
tra annum excommunicationis quis auditur: cæ-
terùm, eo elapſo, quaſi contemptor ab audientia
rejjcitur, & hanc ſententiam probarunt in *cap.
cum bona, quod eſt 8. de ætat. & qual. gloſſ. ſuper
verb. ſpoliari, Innocen. ſub num. 2. verſ. & licet*
95 *hic dicatur, Abb. num. 7.* qui volunt † quatenus in
d. c. cum bona, ſupponitur inſordeſcētia per trien-
nium, iſtud eſſe cōtingibile, proindequè ſuper hoc
nihil diſponi, ſed ſimplicitèr factum narrari, quæ
fuit mens *Hoſtien. ſub num. 6. ad fin. & Io. Andr.
in eo. text. ſuper verb. triennio ex num. 11. verſ. in
gloſſa vltima*, quos ſequutus fuit Reuerendiſs. D.
Ricciullus in *tract. de iur. perſon. ex Eccl. lib. 4.
cap. 7. nu. 1.* & hoc idem tradunt frequentius Do-
ctores in *cap. 1. de Iudic. præcipuè Abb. num. 29.
Barbat. nu. 134. verſ. fatetur tamen, Alciat. n. 37.*
& alij quos ibidem colligit *Barboſ. ſub num. 2.* &
96 elapſo anno † teneri Epiſcopum priuare hunc in-
ſordeſcentem, pronunciauit *Bonacin. de cenſur.
diſput. 2. punct. vlt. in 2. propoſit. num. 3. verſ. im-*
97 *mò Iudex*. Quinimò, † ipſo iure pœnam hanc in-
curri, voluiſſe videtur in *eod. cap. c. Felyn. num. 8.*
pro qua ſententia expēditur litera *text. in præall.
cap. cum bona, per Dec. in eod. cap. 1. de iudic. in 2.
lectu. ex num. 85.*

98 Ex diuerſo, nō deſunt qui velint † expectari triē-
nium, vt animaduertit *Abb.* licet non figat pedes,
in *cap. poſtulaſtis 7. ſub num. 4. & 7. de Cleric.
excomm. miniſtr. & Dec. in d. cap. c. in 2. lectu. &
ſecundum poſtremam impreſſ. num. 45. & ſub
nu. 83. verſ. nec obſtat quod poſt annum, de iudic.*
quod benè probatur *ex d. cap. cum bona*, cuius di-
ſpoſitione circumſcripta, nullibi iure cautum re-
peritur, ex perſeuerantia in excommunicatione,
incurri pœnam priuationis beneficij, aut per ſen-
tentiam iuris, aut per ſententiam hominis, vt pun-
ctualiter docuit *Card. in repet. cap. perpendimus,*
99 *ſub nu. 26. verſ. ego dico, de ſent. excomm.* vbi † re-
ſpondet ad *text. in præall. can. rurſus*, quòd loqua-
tur non in terminis ſimplicis excommunicationis,
ſed excommunicationis indictæ ad purgandum
delictum, pro quo imminebat priuationis pœna,
vndè etiam euacuatur reſponſio, quæ per *Innoc.
Io. Andr. & alios præall.* datur ad textū de trien-
nio loquentem in *d. cap. cum bona*. Quia licèt ibi
narretur ſimplex factum, tamen in articulo priua-
tionis, ex eo formatur circumſtantia qualificans
rationem fundamentalem priuationis, in illis ver-
bis, *vt eos pro tanta pertinacia, & cōtemptu Apo-*
100 *ſtolico, &c.* vt iam iſta qualitas, per quam † auge-
tur pœna, magis rèddatur certa, iuxta doctrinam,
*Bal. in l. Titius teſtamento, 25. §. Lucius ff. de lib.
& poſthum.* intelligaturquè plus operari, quàm
qualitas ſimplicis contemptus reſultantis ex per-
peſſione cenſurarum per annum, velut ſuper-
ueniens, & ſuperinducta, vt per eum *text.* di-
*cebat idem Bald. in l. non diſtinguemus, 37. in
princ. verſ. ſacerdotio, ff. de recep. arbitr.*

101 Nec quidquam in contrarium deſumitur † ex
textu in *c. vlt. de pœn.* dùm ex perpeſſione cenſu-
rarum per annum, infertur ad contemptum, & ad
priuationem feudi: quià ibi hoc determinatū fuit
contra laicum Principem, ſeu Rectorem Populi;
vndè etiā ſubiecta fuit alia pœna, videlicet abſo-
lutionis ſubiectorum à iuramento; quod habet in
ſe ſingularem rationem, nimirum euitandi pericu-
lum ipſius Populi, ni celerius occurratur, iuxta po-
102 liticum illud, & inconcuſſum dogma, *Regis † ad
exemplum totum componitur Orbis*, ſuper quo la-
tè diſſerit Marcus Antonius Pellilius *Exarch. lib.
8. cap. 6. per to.* proindequè minimè trahendum ad
alios caſus; vt ideo illatio, quæ fit ex diſpoſitione
d. cap. vlt. ad priuationem beneficij in Clerico, eo
quòd cenſuris magis ligentur Clerici, quàm laici,
103 prout † ratiocinatur *Salzed. ad Diaz in prax. c.
119. num. 3. ſecundum nouiſſimam impreſſ.* & cu-
ius præciſa verba reſcripſit *Barboſ. in Collect. ad
d. cap. cum bona, ſub num. 2. verſ. nec refragatur,*
fuitquè de mente *Alcia. in d. cap. 1. ſub n. 37. verſ.
vndè videmus*, & aliorum, non videatur ſatis apta.

104 Huicquè ſententiæ prorſus adhæret † vſus Ro-
manæ Curiæ, vbi enim prætēditur vacatio ex hoc
capite, cōcipitur narratiua ſupplicis, ſub hac for-
ma, *quod N. beneficium tale obtinens, & excom-
municationis ſententia rite innodatus exiſtens,
ſuorum ſalutis, & honoris immemor, Deiquè ti-
more poſtpoſito, in dicta excommunicatione per
triennium & vltra inſorduit.*

Quemadmodum obſeruatum fuit in vna *Oſcen.
Archidiaconatus, 10. Iunij 1602. coram bo. mem.
Card. Horatio Lancellotto*, quæ legitur inter im-
prèſſas per *Farinac. poſt ſecundum vol. ſuor. conſil.
deciſ.* 181. *num. c.* Pro cuius clauſulæ iuſtifica-
105 tione licet ea exactiſſima † probatio, quæ alias
eſt neceſſaria in criminalibus, *l. vlt. C. de probatio.
cum citatis per Rotam apud Accorambon. deciſ.
24.* non exigatur, ſed ſufficiat ordinaria, dum ta-
men ſit plena, & quæ obiectum benè concludat,
*Rota dec. vlt. de reſcript. in no. & deciſ. 189. nu. 1.
par. 2. diuerſ.* & fuit reſponſum in *Caſalen. Prapo-
ſitura 21. Aprilis 1597. coram Gypſio*, & in
Tridentina Can. 3. Martij 1606. coram Iullo;
nihilominus probatio huiuſmodi debet conclude-
re duo extrema, primum ſcilicet, excommunica-
tionis ſententiam fuiſſe ritè latam, ideſt validè, cū
106 alioqui † non liget, *can. non debet, 11. q. 3.* Et in
conſequens non poſſit dari contemptus, quidquid
ſit vbi prætenditur iniuſta, ſecundum diſtinctionē,
quam communitèr faciunt ſcribentes in *cap. per
tuas 40. & ibi præ cæteris Abb. num. 3. & 4. de
ſent. excommun. cum alijs tàm ex noſtris, quam
ex Theologis cumulatis per Menoch. de arbitr.
Iudic. caſ. 442. num. 1. & 15.*

Alterum eſt innodatio, quæ conſiſtit in ſcientia
ipſius excommunicati, de ſententia in eùm pro-
107 mulgata; pro qua † inducenda, tametſi cùm agitur
de incurrenda pœna, debeat concludenter, & non
præſumptiuè probari, & quidem per intimatio-
nem, vt videtur concludere Rota apud *Mohed.
deciſ. 4. num. 3. & per to. de probat.* ità vt non at-

tendatur

tendatur alia notitia, ſiuè ſcientia præſumpta, vt poſt *Ruin. conſ. 66. n. 19. lib. 3. & Aym. conſ. 193. num. 8. tradit Putr. deciſ. 42. num. 2. lib. 1. & deciſ. 6. de probat. Gregor. deciſ. 425. num. 5.* nihilominus, vbi darentur plurium præſumptionū, ac coniecturarum concurſus, ſatis hinc videretur conſtitui probatio ſufficiens, vt deducit *Aym. conſ. 73. n. 19. & conſ. 178. num. 2.* quem in his terminis ſequuta eſt *Rota, in præal. Oſcen. Archidiaconatus, ex n. 6.* in qua, quod dictum eſt de intimatione relatū fuit

108 ad eaſum quo † quis excommunicatur, niſi aliquid faciat, & ita declaratur dicta Mohedani deciſio.

109 Poſitis autem his duobus extremis, ſatis † hinc verificatetur circumſtantia, quod excommunicatus ſuorum ſalutis, & honoris immemor, Deiquè timore poſtpoſito, in excommunicatione inſorduit: totum id enim vel ex ſolo temporis lapſu neceſſariò conſequitur, vt in eadem *Oſcen. nu. 5. ad fin. verſ. cum igitur*, quippè, ex contumacia de-

110 ducitur † contemptus, qui conſiſtit in illa duritia, vt benè exponit *Abb. Antiq. in præall. c. cum bona, ſub nu. 2. in vltimis verbis, de ætat. & qualit.*

111 Nequè hoc caſu exigitur, quod poſt † annum fuerit citatus excommunicatus ad ſe expurgandum, iuxta terminos *text. in cap. cum contumacia, vbi gloſſ. & Doctores omnes, de hæret. in ſexto*, & concludit *Rota apud Seraph. deciſ. 1285. n. 3.*

112 Nam eſt aduertendum, priuationem † beneficij in inſordeſcente, dupliciter deduci poſſe, cōſequntiuè videlicet ad præſumptam hæreſim, & principaliter, propter ipſam inſordeſcentiā. Cum igitur verſamur in primo caſu, non eſt dubium exigi citationem illam ad ſe expurgandum, cùm nec tunc expectetur perpeſſio cenſurarum per triennium, in ſecundo verò caſu, hoc à iure non reperitur cōſtitutum, vt benè fuit diſtinctum in eadem *Oſcen. num. 9.* Conſtatquè aperta ratione, quià hinc nihil deperit huic excommunicato, & inſordeſcentiæ poſtulato; nam quemadmodum ſi citatus ad ſe

113 expurgandum † contra ſuſpicionem hæreſeos, per expurgationem liberatur, ità ſi poſt perpeſſionem cenſurarum per triennium, pulſetur pro priuatione beneficij, oſtendēdo ſe non ſpreuiſſe, ſeu contēpſiſſe cenſuras (vtcunquè durauerit innodatio) priuationis ſententiam euitabit, veluti ſi probauerit ſe petijſſe abſolutionem, & eam ad certum tempus obtinuiſſe cum reincidentia; quinimò ſi ſimpliciter iuſtificaret ſe pro illa inſtetiſſe, & quantum in ſe fuit fęciſſe pro illa obtinenda, vtcunquè ſibi fuerit denegata; vnumquodque enim horum ſufficit ad excludendum contemptum, vt optimè fuit concluſum in eadem *Oſcen. Archidiaconatus 16. May 1603. coram eodem Cardinali Lancellotto, impreſſa apud Farinac. eo. vol. deciſ. 196. ex n. 3. & per to.* niſi probetur, petitionē abſolutionis fuiſſe ſimulatam, quod fermè eſt impoſſibile, vt *ibi ſub num. 6.* vt ideò, & ipſe exiſtimem, eum qui impetraret ex hoc capite, leuiſſimè poſſe ſubmoueri, propter naturam materiæ odioſæ, & cuius deductio pendet à continuata illa, & vniformi cō-

114 tumacia per triennium integrum, adeò vt † illius curſu ſemel interciſo, aut per obtentam, aut per ſolummodò petitam abſolutionem, non detur coniunctio temporum ad illud integrandum, vt ex mente Sacræ Congregationis ſuper Concilio reſpondit *Rota in ea. deciſ. 196. n. 5. & prius apud Seraph. d. deciſ. 1285. num. 5.* eatenus enim præſu-

115 mitur † pertinacia ex tempore, quatenus intra illud nihil actum ſit, alias ſecus, veluti ſi inquiratur de Iudice, ſi inſtetur pro abſolutione, ſi offeratur ſatisfactio, aliquiduè ſimile intentetur, vnde colligatur animus aliò intenſus, quàm ad cenſurarum contemptum, vt benè *in d. cap. cum contumacia, declarant Io. Andr. paulò ante num. 1. ſuper verb. pertinacia; Franch. num. 2. & Gemin. nu. 10. Nauar. conſ. 9. nu. 3. de hæret. quos ſequuta eſt Rota ea. deciſ. 196. ſub eo. num. 5. ad fin.*

116 Diuerſo autem iure vtimur in crimine † fornicationis: nam, vt pro eo non eſt locus pœnæ depoſitionis, niſi ſit notoria, vel ſcandaloſa ex diutina continuatione, *c. quàm ſit, de excess. Prælat. Butr. in ſupracit. cap. ſi Clerici, ſub num. 13. verſ. per*

117 *hoc patet*. Quod fermè † conſumitur in incorrigibilitate, *cap. ſi autem 6.* & ibi benè declarat *Imol. num. 2. de Cohabit. Cleric. & mulier.* repugnat enim manifeſtæ rationi, Clericos concubi-

118 narios raptim, & feſtinanter ſententiam priuationis ſubitè oportere, † cùm propter fragilitatem humanam, viri etiam Sancti, Veneris aculeis vix reſiſtant, vt pronunciauit Rota in vna *Tullen. Monaſterij Sancti Manſueti 27. Ianuarij 1597. coram bon. mem. Penia impreſſa poſt Farinac. conſ. 80. num. 51. & 63.*

119 Ità pro inducēda † incorrigibilitate nulla eſt neceſſaria præexiſtens cōdemnatio, ſed à monitione ipſa inchoatur, & niſi Clericus, ſiuè in ſacris, ſiuè in inferioribus ordinibus conſtitutus, ad ſecundam, vel tertiam comminationem, fornicariam à ſe dimittat, eandē de cætero contempturus, licet Epiſcopo, cum appellatione poſtpoſita beneficijs ſpoliare, vt eſt *text. apertus, in d. cap. ſi autem 6. de cohabit. cleric. & mulier. Aym. conſ. 229. ſub nu. 2. verſ. tertiò principaliter, Dec. conſ. 32. paulò ante num. 1. verſ. præſupponendum eſt*, & hodie

120 habemus decretum † Sacri Tridentini Concilij, *ſeſſ. 25. cap. 14. de reform.* quo *Prohibet S. Synodus* (ſunt verba decreti) *quibuſcunquè Clericis, nè concubinas, aut alias mulieres, de quibus poſſit haberi ſuſpicio, in domo, vel extra detinere, aut cum ijs vllam conſuetudinem habere audeāt, alioqui pœnis à Sacris Canonibus, vel Statutis Eccleſiarum impoſitis puniantur; Quod ſi à Superioribus moniti, ab ijs ſe non abſtinuerint, tertia parte fructuum, obuentionum, ac prouentuum beneficiorum ſuorum quorumcunquè, & penſionum ipſo facto ſint priuati, quæ fabricæ Eccleſiæ, aut alteri pio loco arbitrio Epiſcopi applicetur, ſin verò in delicto eodem cum eadem, vel alia fœmina perſeuerantes, ſecunda monitioni adhuc non paruerint, non tantum fructus omnes, ac prouentus ſuorum beneficiorum, & penſionum, eo ipſo amittant, qui prædictis locis applicentur, ſed etiam beneficiorum ipſorum adminiſtratione, quoad Ordinarius, etiam vti Sedis Apoſtolicæ delegatus arbitrabitur, ſuſpendantur. Et ſi ita ſuſpenſi nihilominus eas non expellant, aut cum ijs etiam verſentur,* tunc

tune beneficijs, portionibus, ac officijs, & penſionibus quibuſcunquè Eccleſiaſticis perpetuò priuentur, atque inhabiles, ac indigni quibuſcunque honoribus, dignitatibus, beneficijs, ac officijs in poſterum reddantur, donec poſt manifeſtam vitæ emendationem, ab eorum ſuperioribus, cum ijs ex cauſa viſum fuerit, diſpenſandum. Sed ſi poſtquam eas ſemel dimiſerint, intermiſſum conſortium repetere, aut alias huiuſmodi ſcandaloſas mulieres ſibi adiungere auſi fuerint, præter prædictas pœnas, excõmunicationis gladio plectantur. Nec quæuis appellatio, aut exemptio prædictam exequutionem impediat, aut ſuſpendat, ſupradictorumquè omnium cognitio, non ad Archidiaconos, nec Decanos, aut alios inferiores, ſed ad Epiſcopos ipſos pertineat; qui ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & ſola facti veritate inſpecta procedere poſſint. Clerici verò beneficia Eccleſiaſtica, aut penſiones non habentes, iuxta delicti, & contumaciæ perſeuerantiam, et qualitatem, ab ipſo Epiſcopo carceris pœna, ſuſpenſione ab ordine, ac inhabilitate ad beneficia obtinenda, alijsuè modis iuxta ſacros Canones puniantur.

121 Pro cuius decreti intelligentia, quod in † hac parte confirmat diſpoſitionem iuris communis, in *d. cap. ſi autem*, illud præ cæteris eſt aduertendũ, longè inter ſe differre, Concubinam, Focariam, & Meretricẽ, Cõcubina enim, ea dicitur mulier, quæ retinetur domi, gratia procreandorum liberorum ex animi deſtinatione, *l. Concubinam, quæ eſt pe-*
122 *nult. ff. de concubin.* adeò vt ſi retineatur † extra domum, non dicatur concubina, vt ibi notat *Bart. ſub num. 1. verſ. non eſt ergo concubina, Præpoſ. in rub. ſub num. 5. ſuper verb. indiuiduam, de ſponſal. Aym. conſ. 368. num. 1.* Quod (vt inſpecta
123 diſpoſitione † legis Cæſareæ, nullam habet iuris repugnantiam) dicitur coniunctio legitima, *l. in concubinatu, ad fi. verſ. nã quia, ff. eod. tit.* ità inde
124 efformatur † ſchema quoddam; ſimile matrimonio, quod ſortitur nomen ſchematis concubinatus, vt declarat *Oldrad. conſ. 196. nu. 1.* vndè etiã quodammodò melioris conditionis in eo reputabatur concubina, quàm iuſta vxor, quod cum
125 vxori † donare maritus non poſſit, id omninò permitteretur concubinæ, *l. 3. §. videamus, ad fi. verſ. diuus tamen Seuerus, & l. ſi prædia, 59. in princ. ff. de donation. inter vir. & vxor. l. donationes, 32. ff. de donation. Roman conſ. 478. nu. 3. Ang. conſ. 171. ſub num. 1. verſ. de primo.*
126 Quo fit, vt de eſſentia concubinatus ſit † vtriuſquè perſonæ ſolutio neceſſaria ſit à quocũquè nexu, quo poſſit impediri matrimoniũ: Si enim extaret impedimentum reſpectu matrimonij, nõ eſſet, nec poſſet in huiuſmodi coniunctione conſiderari ſchema illud concubinatus, vt benè explicat *Bald.*
127 *conſ. 267. num. 1. lib. 1.* Indequè, † ſi vxoratus de facto retineat concubinam, iam lex ipſa concubitum hunc improbat, *l. vn. C. eod. tit. de Concubin. Port. de Imol. conſ. 21. ſub nu. 12. Ruin. conſ. 109.*
128 *n. 9. lib. 3.* vbi ſubdit nihil referre, † an mulier matrimonij ignoret, pleniùs hoc etiã explicat *Bal. in*
129 *conſ. 437. n. 1. lib. 5.* vbi † ait iſthanc coniunctionem nec mereri nomen concubinatus, ſed adulterij, vel inceſtus; quod etiã probat *text. in l. 1. §. ſi qua in patroni ff. eod. tit. de Concubin.* dum à concubinatus numero, mulierẽ quæ fuit concubina proprij filij, vel è conuerſo, ea ratione, (vt ibi exprimi-
130 tur) † quià illa coniunctio ſit nefaria, quod etiam probatur ex *Leuit. cap. 17. & ex can. de inceſtis, qui in ordine eſt 8. iuncto can. ſi vir, qui eſt 15. in ordine, 35. q. 2. & 3.* vt ideo quæ habẽtur mulie-
131 res ſub nomine † Concubinatus, ſi extet huiuſmodi impedimentũm, minimè ſint capaces alicuius donationis, aut legati à viro profecti, vt videtur concludere *Bald. in conſ. 334. ſub num. 5. verſ. ſed conſiderãdum eſt, lib. 3.* ſub diſtinctione tamẽ, quã
132 ibi facit, niſi iam mulier † receſſiſſet, & ad meliorem frugem conuerſa eſſet; Quamuis me non la-
133 teat † Tobiam Nonium *conſ. 53. ex n. 32.* à Baldo in hoc diſſenſiſſe, ea ratione, quòd de iure ciuili, huiuſmodi adulteriũ in viro non ſit accuſabile, aut punibile; quæ tamen ſententia ſubuertitur ex rationibus in contrarium adductis per eundẽ *Bald. in præcit. conſ. 457. num. 1. lib. 5.* & per *Crauett. in d. conſ. 229. nu. 12. per to.* qui latiſſimè probant falſitatem aſſumpti, quod huiuſmodi reprobatus cõcubinatus non ſit de iure punibilis, in idem conferunt tradita per *Celſ. Vgon. conſ. 73. ex nu. 4.* cum pluribus adductis per *Burſat. conſ. 203.* vbi de veriori ſentẽtia, & huiuſmodi donationes, vel legata non valere ad fauorem talium muliercularum, quę
134 veriùs † pellices, quàm concubinæ dici poſſunt, docuit etiam *Luc de Penn. in l. ſi cohortalis, quæ eſt 12. num. 13. C. de cohortal. lib. 12. Iaſ. in l. miles, ſub num. 18. verſ. reſpondet quod ille textus, ff. de re iudic. & in conſ. 37. ſub num. 7. verſ. quædam ſunt mulieres impudicæ, vol. 3.* cum alijs quos refert, & ſequitur *Vrſill. ad Afflict. deciſ. 102. nu. 3.*
135 Focaria, ad differentiam Concubinæ, ea † cenſetur, quæ non ex animi deſtinatione, gratia procreandorum liberorum, ſed ſimpliciter pro explẽda libidine retinetur, de qua habetur mentio in
136 *l. 2. C. de donat. inter vir. & vxor.* ſic dicta † à foco, quià prætextu, vt plurimum, artis coquinariæ, cuius principale Inſtrumentum eſt focus, mulierculæ huiuſmodi conſueuerint contra iuris prohibitionem haberi, vt cenſuit *Cuiac. ad Papinia. quæſt. lib. 33 ſuper interpret. l. mulierem, in 1. col. ff. de his quib. vt indign.* tametſi eo quòd per ea-
137 rum † illecebras, inficiantur animi perditorum, (vt loquitur *text. in l. 1. §. ipſas etiam C. de natural. liber.*) ita dictas, quod ad inſtar foci denigrẽt animas, cenſuerit *Bald. in ſuperius cita. conſ. 354. ſub num. 4. verſ. præterea iſtæ vulgares fæminæ, lib. 3.* Et hãc quidem focariam, ſi militis ſit, nihil ex eius liberalitate capere poſſe omnes conſentiunt, ſiuè
138 ex † teſtamento, vt in *præcit. l. mulierem quæ eſt 14. de his quib. vt indign.* ſiuè ex donatione, vt in *d. l. 2. C. de donation. inter vir. & vxor.*
139 quod paſſim Doctores ad † focariam Clerici, & ſic militis cæleſtis militiæ, eadem, vel maiori ratione trahunt, *Bar. in l. affectionis 5. n. 4. de re iudic. Ancher. conſ. 247. ſub n. 1. verſ. ſed idẽ et multo magis;* vbi, etiam ſi fuerit facta intuitu merito-
140 rum, concludit nihilominus non † valere, niſi probatis meritis, vt ibi *ſub num. 3.* id quoquè tenuit

Dec.conſ.132.ex num. 1. Natt. conſ.559. num.6.
141 proindequè non † obſtante iuramento, vt contra
Romanum, in conſ.43.poſt Rip.& Crauett. in d.
conſ.229. & Capyc.deciſ.102. latè tradit *Rolan.*
142 *conſ.98.ex num.37. lib.1.* niſi fortè donatio † vel
legatum factum eſſet pro dote, ad effectum
matrimonij ineundi, & ſic pro conuerſione ad
bonam frugem, vt declarat *Butr. in conſ. 14.*
ſub num. 2. verſ. quia ſi pro coitu extorquen-
143 *do*, vel niſi † ex qualitate perſonæ ipſius Cleri-
ci ceſſaret ſuſpicio, puta ex ſenio multùm pro-
uecto, & ex anteacta benè inſtituta vita, quem-
admodum latè conſuluit *Natt. in præcit. conſ.*
559. num.5.
144 Et quamuis exiſtimetur id eſſe ſpeciale † reſpe-
ctu Clerici, tanquàm militis cæleſtis militiæ, ad
exemplum militis armatæ militiæ; tamen ſpecia-
litas hæc reſtringitur ad effectum repetitionis, vt
videlicet miles, quod hac de cauſa dedit repetat,
quià ad effectũ, vt ſi quid promiſerit irrita ſit obli-
gatio, hoc ad omnes Chriſti fideles pertinet; vt
ità exponẽdo *text. in ſupracit. l.2.C.de donation.*
inter vir & uxor. benè aduertit *Connan. in com-*
ment.iur.ciuil.lib.5.cap.11. ſub num.2. verſ. non
minor eſt error eorum. Neque enim vlla ſubeſt ra-
tio, focarias iſtas mulieres, melioris eſſe conditio-
145 nis quàm ſint concubinæ, licet † nomina hæc con-
fundantur tàm apud Doctores, quam in Sacris
Canonibus, vt patet *ex 10. tit. de cohabit. cleric.*
& mulier.

Deniquè, Meretrix, ad differentiam & concu-
146 binæ & focariæ, ea dicitur, † quæ multorum libi-
dini patet, vt ait *text in can Vidua, qui eſt 16. in*
ord. diſt.24. ſic à merendo vocata, quaſi ſuam
mercede exercens militiam, vt putauit Valla, quẽ
retulit *Ioann.Kal in Lexic. iurid. in verb. mere-*
147 *tricem*: quæquè ideo olim, † plenam licentiã ſtupri
apud ædiles vulgabat, & in communi loco ſellam,
& titulum habebat inſcriptum, iuxta illud, *Titu-*
lum mentita Liciſca, & alterius Poetæ, *Intrabis*
quoties inſcripta limina ſella: quorum meminit
Cuiac.ad Papin.loco ſuperius cita. hucquè reſpe-
xit *Ouid.in Amorum primo, eleg.10.* cum cecinit,
Stat meretrix certo, cuiuis mercabilis ære, Et mi-
ſeras iuſto corpore quærit opes, Deuouet Impe-
rium tamen hæc lenonis auari, Et quod vos faci-
tis, ſponte coacta facit.

Cùm igitur tractatur de huiuſmodi crimine
impicto Clerico, licet Canones loquantur de
148 Concubinatu, nequè ſufficiat † pro iuſtificatione
obiectus, probare cohabitationẽ ſed debeat pro-
bari ipſe concubitus, quemadmodum reſpondit
Natt.d.conſ.559. num.3. nihilominus, quia hæc
loquutio recedit à proprietate termini, ſecundũ
ius ciuile, & intelligitur de focaria; iam nõ exigi-
149 tur † iuſtificatio illius circumſtantiæ, quod fuerit
retenta affectione quadam maritali, & gratia pro-
creandorum liberorũ, *Menoch.poſt alios conſ.60.*
150 *num.4.* & multo minus quod fuerit † retenta do-
mi propriæ: nam etiam in domo conducta, & in
ædibus alicuius vicini plerunquè conſueuerunt
retineri tales mulierculæ; nec propterea deficit
forma Concubinatus ad effectum punitionis, vt
benè declarat *Decian.tract. crimin. par. 2. c.21.*
nu.2. Diaz.in prax. cap.79. verſ. concubinarium
inſuper, & reſpondit Rota in *Meten. iuris corri-*
gendi 19. Aprilis 1627. coram Reuerendiſſ. D.
151 *Coccino.* Porrò, conſueuerunt fornicarij iſti, ami-
corum ædibus, aut cõductis pro latebra tanti fla-
gitij abuti, vt propterea nihil inde de ſubſtantia
criminis remittatur, *l. qui domum, 8 l et ſi amicus,*
9. ff. ad l. Iul. de Adulter. cum alijs adductis per
Decian. loco ſupracit.

Nequè tamen cõfundi oportet diſpoſitionẽ ſu-
pradicti decreti, cũ diſpoſitione iuris communis
in *d.cap.ſi autem*, & in conſequens nequè modum
152 procedendi ad exequutionem alterutrius, † nam
Concilium expreſsè præſeruat alias pœnas à Sacris
Canonibus impoſitas; & propterea cum poſitum
ſit in arbitrio Epiſcopi, procedete contra Cleri-
cum concubinarium, vel ad formam iuris com-
munis, vel ad formam Concilij gradatim, vt lo-
quitur dictum decretum; quemadmodum ſi eligat
procedere ſecundum formam decreti, vnica ſuffi-
ciet monitio, pro vnoquoquè gradu comminatæ
pœnæ, in quo ſenſu poteſt ſuſtineri id quod de vni-
ca monitione cenſuit *Zerol.in prax. Epiſc. par.1.*
in verb.concubinarij ad fin. verſ ſed quartum, de
quo alias dubitauit Rota in *præall. Metin*, atta-
153 men vbi eligeret procedere ad pœnam † inflictam
de iute communi, quæ eſt priuationis beneficio-
rum, propter incorrigibilitatem, iuxta terminos
d.cap.ſi autem, non eſt dubium exigi trinam mo-
nitionem, vt clarè in eo textu deciditur, & ibi
apertè docuit *Imol.ſub nu.1. verſ.item nota quod*
in proceſſu, & eſt text. etiam ſatis clarus, in c. 2.
eod. tit. de Cohabit. Cleric. & mulier. & docuit
etiam *Prapoſ.in can.nullus. ſub num. 3. verſ. &*
iſta monitio vbi requiritur diſt.32. Diaz.in prax.
cap.79. ſub num.3. verſ. vide tamen, cum pluribus
adductis per Rotam in præcit. Meten.iuris corri-
gendi, & latiſſimè conſuluit *Farinac. conſ.80. nu.*
13.47. & 51.

Qualitercunquè autem moueatur actio ſuper
Concubinatu, aut alio carnis delicto, etiam vbi
vigeret ius ſingulare deijci mandans Clericum à
beneficio, niſi ea proponatur in tempore, facilè
eliderctur præſcriptionis exceptione; cùm delicta
154 carnis † in foro exteriori quinquennio præſeribã-
tur, vt ſimilitèr fuit reſponſum in *præall. Meten.*
iuris corrigendi, 19. Aprilis 1627. per tex. in l.ma-
riti, 29. §. præterea, ff. ad l. Iul. de Adulter. & in l.
Adulter C.eo.tit. Clar. in §. adulterium, verſ. vnũ
tamen, Decian. loco ſuperius cita. num.36. & cap.
37. num. 6. & in his terminis concubinatus, *Fa-*
rinacius in conſ.80. n.58. lib.1. Nequè eſt præter-
155 mittendum, reſpectu iuris ſingularis, quo † cautũ
ſit, Rectorem Eccleſiæ propter concubinatum
ipſo iure deſtitutum eſſe beneficio, vt videtur præ-
ſeruari per decretum Concilij ſuperius relatum,
ita omnino ſeruandum eſſe, adeo vt Parochiani,
ratione ſui intereſſe, propter periculum animarũ,
in percipiendo Sacramenta, & Patronus laicus,
quià velit præſentare, omninò admittantur ad ac-
cuſandum, nequè eis refragetur, quod ſine laici,
aut viles perſonæ, iuxta *Lap. alleg. 51. ex num. 1.*
& per

Digitized by Google

156 *& per to.* dum enim ſuper alio † non inſiſtunt, quã vt remoueatur à beneficio, & ad id reſtringunt accuſationem, ſiue actionem ſuam, nihil eſt, quin legitima ſit huiuſmodi actio, & accuſatio, vt plenè declarat *Feder. de ſen. conſ. 23. nu. 4. verſ. nec obſtat eo. tit.* eſt enim actio Popularis, quæ dum ciuiliter intẽtatur, nititur ſoli intereſſe, vt propterea nedum cuilibet de Populo ſubiecto huiuſmodi Rectori, ſed etiam cuiuis habenti intereſſe ex vicinia, poſſit competere, vt concludit *Ferrett. conſ. 183. ſub nu. 2. verſ. vndè infero, & numeris ſeqq.* cum alijs citatis per Quinctilianum Mandoſium *ad d. Lap. allegat. 11.*

SVMMARIVM.

1 *Error in proprio nomine impetrantis, vitiat reſcriptum.*
2 *Nomina propria, ſunt inuenta, vt homo ab homine diſcernatur.*
3 *Nomen perſonæ, ſecundum priſcum morem, dicitur cognomen.*
4 *Nomen familiæ, ſecundum hodiernum vſum, dicitur cognomen.*
5 *Nominis proprij mutatio, citra alterius noxam eſt permiſſa.*
6 *Nominis proprij mutatio in facultatiuis, & in præiudicium mutantis, non conſideratur.*
7 *Nominis mutatio, non conficitur ex ſolis verbis, ſed facto.*
8 *Nominis proprij expreſſio, non recipit extenſionem ad aliam perſonam.*
9 *Nomen proprium, non eſt communicabile.*
10 *Error in nomine non attenditur, ſi certitudo perſonæ oſtendatur, ſaltim ex duabus demonſtrationibus.*
11 *Etiamſi agatur de errore in nomine perſonæ ex qua contigit vacatio.*
12 *Perſonæ certitudo, vbi eſt erratum in nomine, ex quibus demonſtrationibus conſtituatur.*
13 *Error in nomine proprio, non eſt allegabilis.*
14 *Ideoquè inficit totum reſcriptum.*
15 *Nominis proprij obliuio, in Meſſala Coruino, & Orbilio Beneuentano.*
16 *Error in proprio nomine Impetrantis, non poteſt corrigi per V. Cancellarium, aut Regentem Cancellariæ.*
17 *Sed remittitur Religioni Iudicis ſuſtentatio gratiæ.*
18 *Procuratoris ignorantia, excuſat Dominum à dolo.*
19 *Reſignationis publicatio, non inficitur ex errore Notarij, in nomine reſignantis.*
20 *Nomina plura ſi concurrant in eadem perſona, error in vno non nocet.*
21 *Nequè eadem nomina, ex iuris neceſſitate ſunt exprimenda.*
22 *Et quæ ſit ratio.*
23 *Certum, conſtituitur ex relatione.*
24 *Etiam reſpectu perſonæ.*
25 *Nominis proprij error, abijcitur ex relatione ad ſcripturam in qua verum nomen continetur.*
26 *Et quæ ſit ratio.*
27 *Nominis proprij error vbi apparet, indequè retardatur exequutio literarum, quid fieri oporteat ex parte prouiſi.*

QVÆSTIO XXXIV.

Quæ ſit neceſſitas exprimendi proprium nomen impetrantis, & quatenus error in proprio nomine gratiam vitiet.

PROPERANDO nũc ad ea, quæ reſpiciunt perſonam impetrantis beneficium, iuxta methodum præmiſſam hoc *lib. in 1. q. n. 34.* Nomẽ propriũ in ſupplicatione eſt exprimẽdum,
1 in quo † ſi ità erretur, vt nomẽ, pro nomine ponatur, vitiatur reſcriptum, iuxta *gloſſ. communiter receptam, in cap. ſignificante, 34. ſuper verb. non de Remenſi, de reſcript. & ibi præ cæteris Abb.*
2 *num. 1.* Cùm enim † nomina propria ſint inuenta, vt homo ab homine diſcernatur, *l. ad cognoſcendos 10. C. de ingen. manumiſſ. Benenen. Stracchæ de Mercat. p. 2. num. 75. Menoch. conſ. 173. nu. 5. & de arbitr. Iudic. caſ. 318. num. 2.* cum multis congeſtis per *Valenz. conſ. 90. nu. 155.* & ad magis reddendum perſonam certam, cumuletur nomen proprium familiæ, cum nomine proprio per-
3 ſonæ, ſiuè iſtud dicatur † cognomen, ſecundum priſcum Romanorum, & Græcorum vſum, de quo poſt alios loquitur *Briſſon. de verb. iur. ſignif. lib. 12. ſuper verb. nomen;* ſiuè è conuerſo, illud prius
4 dicatur † cognomen, iſtud verò nomen, ſecundũ noſtrum modum loquendi, vt declarat *gloſſ. 1. in §. ſi quis in nomine Inſtit. de legat.* & diſputat *Alciat. diſpunct. lib. 4. c. 1.* vtiquè ſi in eo erretur, neceſſe eſt nulli gratiam cenſeri factam: nam aut nomen expreſſum, nulli eſt proprium, ſed ſuppli-
5 cans intendit illud ſibi aſſumere, quaſi liceat † ſibi quandocunquè mutare nomen, citra alterius noxam, per textũ in *l. vn. C. de muta. nomin. Fely. in proem. Gregoria. nu. 37. cum alijs per Menoch. in pracit. caſ. 318. num. 2.* & cùm iſta mutatio non
6 præceſſerit, (quicquid ſit in alijs † actibus pendentibus à mera poteſtate, & voluntate agentis, in quibus non conſideratur apparentia extrinſeca, & qui ideo tenent in præiudicium mutantis, ne alteri noceant, *d. l. vn. & in cõtractu matrimonij. exemplificat Gemin. conſ. 52. ſub num. 3. verſ. ſecundo ſic vbi actum*) gratia non poteſt ei applica-
7 ri; nequè enim ſolis verbis ea † mutatio fieri poteſt, ſed factum exigitur, *Menoch. eo. loco num. 16. & 17.*

Aut nomen expreſſum alteri conuenit, & idem eſt dicendum, cùm reſpectu eius cui conuenit, non concurrat mens gratiam concedentis, ex his quæ ſcripſimus *hoc eo. lib. in 4. quæſt. num. 6.* reſpectu verò perſonæ eius, qui ſupplicationem porrexit, longè minus, etiamſi ille cui verè eſt tale nomen
8 contentaretur ei illud participare; quià cùm † expreſſio nominis proprij, non recipiat extenſionem

ad aliam

ad aliam perſonam, *l. Celſus, 20. §. quod alicuius,*
de lega. 2. Aym. conſ. 98. num. 9. Socin. ſen. conſ. 104.
num. 3. lib. 3. Gozadin. conſ. 20. nu. 14. Curt. Iun.
conſ. 57. n. 2. cum alijs citatis per Gratian. diſcept.
9 *forens. cap. 637. n. 24.* talis communicatio † eſt im-
poſſibilis, vt concludit idem *Gratian. c. 104. n. 45.*
Nequè de facili admitteretur excuſatio præ-
textu erroris, & certitudinis perſonæ ex demon-
ſtrationum concurſu; aliud enim eſt errare in no-
miue alterius (qui error regulariter nõ nocet no-
minato, ſi aliundè perſonæ certitudo conſtituatur,
vt in *d. §. ſi quis in nomine Inſtit. de lega.* vt de er-
rore nominis eius, cõtra quem impetratur reſcri-
ptum, eſt Rotæ *deciſ. 16. de reſcript. in no.* quæ
10 quidem † certitudo ex duabus ſaltim demonſtra-
tionibus ſufficienter educitur, *Alex. conſ. 108. n. 3.*
lib. 7. admittuntquè omnes Doctores in *præalleg.*
cap. ſignificante de reſcript. poſt Abb. num. 4. ad fi.
11 vt de errore in nomiue † perſonæ, ex qua contigit
vacatio, conſuluit *Pariſ. conſ. 15. nu. 8. lib. 4.* dum-
12 modò iſtæ demonſtrationes appareanr † ex eadẽ
ſcriptura, non aliunde, vt poſt *Ioan. Andr. in eod.*
cap. ſignificante declarat Bellam. ſub num. 8.) &
longè aliud eſt errare in nomiue ſuo proprio; nam
13 id nec † quidem eſt allegabile, ſeu deducibile, ex
quo nemo eſt adeò ſupinus, qui ſuum nomẽ igno-
ret, niſi magis ſtulrus ſit, iuquit textus in *l. vn. C.*
de hæred. inſtit. vbi præ cæteris Bald. nu. 11. tra-
duntquè paſſim Doctores ità diſtinguentes *Gul-*
lielm. de Benedict. in repet. cap. Raynutius ſuper
verb. cætera bona, ſub num. 49. verſ. quo caſu de
teſtam. Vital. de Camban. in tract. de Clauſ. verſ.
nunc videamus de errore nominis proprij num. 7.
14 Indequè ideò ex toto vitiari reſcriptum † con-
cludit Rota *deciſ. 16. num. 2. de reſcript. in nou.*
qnam ſequitur *Felyn. in præcit. cap. ſignificante*
ſub num. 2. verſ. ſecunda declaratio, Gullielm. de
Benedict. loco proximè cita. ſub num. 50.
Nequè audiretur, qui obliuionem prætexeret;
15 vix enim de † vno Meſſala Coruino Orarore pro-
ditum eſt, ex morbo ſui etiam uominis oblitum
fuiſſe, vt memoriæ tradidere *Plin. lib. 7. cap. 24.*
circa fi. Volaterran. in Philolog. lib. 34. de memor.
pariter ad fin. & Simon Maiol. in canicular. col-
loq. 4. pag. mihi 190. & de Orbilio Beneuentano
meminit *Crinit. de honeſt. diſcip. cap. 12.* & de
vtroquè, ex noſtris *Menoch. de arbitr. caſ. 26. n. 5.*
& de præſumpt. lib. 6. præſ. 45. nu. 31. & Valenz.
conſ. 90. num. 160. cum ſeq.
16 Hincquè eſt, licet per Regulam vltimam † Can-
cellariæ, concedatur Vicecancellario, & etiam
Regenti facultas corrigendi nomina, & cognomi-
na perſonarum, ſubiectam ramen eſſe huius pote-
ſtatis negationem his præciſis verbis, *non tamen*
eorum, quibus gratiæ, & conceſſiones fiunt. Proin-
17 dequè quotieſcunquè † in nomine proprio eius
cui gratia eſt facta, erratum eſt, religioni Iudi-
cis res tota cõmittirur, poteſt enim etiam hoc ca-
ſu dari aliqua circunſtanria facti, quæ in eo omnẽ
doli ſuſpicionem abſtergat, conuincatquè per me-
ram ignoranriam erratum fuiſſe, indequè gratia
non corruat, ſed ſuſtineatur in mente conceden-
tis, vt aduertit in *eo. cap. ſignificante, Bellam. ſub*
num. 2. ad fin. verſ. vel ad hanc opinionem, de re-
ſcript. Cuius fuit ſingulare exemplum, ſuper quo
ſcripſi, & obtinui iu vna *Mindonien. Archidiaco-*
natus de Viuero, 1. Iul. 1616. coram bo. me. Fran-
ciſco Vbaldo, iu qua cauſa, cùm eſſet ſignata ſup-
plicatio ſuper Coadiutoria cum futura ſucceſ-
ſione, & lireræ expeditæ, nominatim pro *Franci-*
ſco, cum tamen non *Franciſcus*, ſed *Ferdinandus*
ad hoc dediſſet mandatum; quià cauſa errotis de-
præhendebatur ex abbreuiatura, qua nomen Fer-
dinaudi in mãdato procuratorio fuerar ſcriptum,
& ex ipſius procuratoris oſcitantia; ſatis videba-
18 rur hinc dolum excludi: quià ſicuti † plus accuſat
ſcientia propria, quàm procuratoris, ità plus ex-
cuſet ignorautia propria, quàm ignorantia Pro-
curatoris, pro inducenda, vel arcenda præſum-
ptione doli, vt benè conſiderat *Ioann. Monach. in*
cap. gratia 7. num. 1. & 2. de reſcript. in ſexto,
Semoto antem huiuſmodi dolo iu ſupplicante, qui
in mandaro nec errauerat, iam non agebatur de
errore ipſius, ſed de errore Procuratoris, qui non
potuit ei nocere, vtcunquè teueretur ex officio
rem diligenrer, & caurè pertractare, vt in ſimili di-
19 citur † de Norario, qui in publicatione reſigna-
tionis, ſi erret in nomine reſignantis, ei non nocer,
vt inde poſſit videri nulla ipſa pnblicatio, *Pariſ.*
de reſignat. benef. lib. 11. q. 6. num. 53.
Pariter excluderetur idem dolus, ſi prouiſus
20 haberet plura nomina, † & error iu vno tantum
admiſſus proponeretur; vt in caſu, quo loco *Fran-*
ciſci Bernardini, expreſſum fuit nomen *Ioannis*
Bernardini, huiuſmodi errorem uou uocere re-
ſpondit *Rota in nouiſſimis diuerſ. par. 4. dec. 156.*
num. 3. vbi quod iſte error potius eſt in prænomi-
21 ne, quàm in nomine, uec reperitur † iure cautum,
omnia nomina eſſe exprimenda, quando certitu-
do perſonæ poteſt haberi per expreſſionem vuius,
vt benè diſtinguit *Gomeſ. ad regul. de anna. q. 31.*
verſ. ſolutio licet nominum, tunc enim demum di-
citur erratum in nomine, ad effectum diuerſifican-
di ſubſtantiam, quandò erratum eſt in nomine
proprio, & cognomine, vt couſiderat *Valenz. d.*
conſ. 90. num. 154. ad fi. & num. 156. itidem ad fi.
in alterutro enim ſuſtinetur perſonæ identitas; vn-
de *Seneca, lib. 4. de benef. cap. 8. Officium* (inquit)
ſi quod à Seneca accepiſſet, Annæo te diceret debe-
re, vel Lucio, non creditorem mutaret, ſed nomen.
Tametſi omnibus his caſibus; in quibus ſuppo-
nitur impetrata gratia pro abſenre in vim man-
dati procuratorij, in quo non fuit erratum, vix
couſiderari poſſit defectus hic propter relatio-
nem ueceſſariã ad inſtrumentum mandati, in quo
22 nou eſt erratum; hæc euim eſt vis relationis, † vt
certum cõſtituat, *l. certum ff. ſi cert. pet. l. ait Præ-*
tor. §. 1. vbi omnes notant de re iud. Rota deciſ. 5.
23 *num. 6. par. 2. diuerſ.* vt ideò dicatur † nominatim
perſoua expreſſa, quæ exprimitur in relato, *Me-*
24 *noch. conſ. 287. num. 29.* quod etiam in † propoſi-
to perpendit Rota in *dicta deciſ. 156. nu. 5. par. 4.*
diuerſ. & in præal. Mindonien. Archidiaconatus.
Et ſanè, hoc caſu, verè poteſt dici nullius mo-
25 meuti errorem eſſe, cùm † non aduerſetur meuti
cõcedentis gratiã, in quo ſenſu eſt *Creſcen. dec. 14.*
ſub

ſub nu.3.verſ. moti etiam ſunt aliqui de reſcript.

Vbicunquè autem, prætextu erroris huiuſmo-
27 di, † fit mora exequutioni literarum, vt hinc tollatur obex, nec quidquam imputari poſſit prouiſo, operæ prætium eſt errorem huiuſmodi, & illius cauſam benè, & dilucidè apud exequutorē deducere, & allegare, itá vt non ſatis ſit illum ex actis colligi, quemadmodum ex doctrina *Bart. in l. ſi adulterium 38. ſub nu. 13. verſ. ſecundo nota ff. ad l. Iul. de Adulte. cenſuit Bellam. deciſ. 489. & in his terminis adden. ad Rot. in præalleg. deciſ. 16. num. 4. de reſcript. in nou.*

SVMMARIVM.

1 *Clericatus, olim exprimebatur ſub clauſula* ſi idoneus ſit.
2 *Hodiè explicitè narrandus ex ſtylo Curiæ.*
3 *Nec aliter relaxatur per Officiales ſupplicatio.*
4 *Et ſi literæ expedirentur ſine hac expreſſione, eſſent ſuſpectæ de falſo.*
5 *Clericus, dum prouidetur de beneficio, ſi dicat ſe non eſſe Clericum, an nulla ſit prouiſio.*
6 *Subreptio non cauſatur ex taciturnitate qualitatis mouentis, ſed ex taciturnitate remouentis animum concedentis.*
7 *Subreptionem opponens ex taciturnitate, tenetur probare, quod tacitum eſt fuiſſe neceſſariò exprimendum.*
8 *Reſcriptum, vbi deuiat à ſtylo, infert ſuſpicionem falſi, debetquè Exequutor illud cum impetrante ad Principem remittere.*
9 *Niſi malit eum interim, dum Principem conſulit, in vinculis habere.*
10 *Clericus, vnde dicatur.*
11 Clericatus, *latioris ſignificationis vox, quam ſit Ordo.*
12 *Sub generaliori ſignificatione, comprahendi omnes perſonas Eccleſiaſticas.*
13 *Et etiam laicos Eccleſiæ ſeruitio addictos.*
14 *Conuerſus, vel Religioſus receptus ad habitum, largo modo poteſt dici Clericus.*
15 Clericus *vox, in genere ſubalterno ſumpta, non comprahendit Monachum, & quæ ſit ratio.*
16 *Comprahendit tamen quemcunquè ordinatum, ſiue maioribus, ſiue minoribus ordinibus.*
17 *Epiſcopus, an veniat appellatione Clerici.*
18 *Clericus, nomen generis.*
19 *Ordines, ſecundum Canoniſtas, nouem ponuntur.*
20 *Tonſura Clericalis, an ſit ordo.*
21 *Eadem, an ſit Sacramentum, vel imprimat characterem.*
22 *Ordo, pro ſimplici diſpoſitione graduum.*
23 *Item, pro ſtatu cuiuſcunquè perſonæ.*
24 *Item, pro eam perſonarum ab alijs diuerſarum.*
25 *Ordo, pro diſpoſitione parium, diſpariumquè rerum ſua cuiquè loca tribuente.*
26 *Character, pro forma ſigni alicuius extrinſeci.*
27 *Tonſura prima Clericalis, in quo ſenſu dicatur ordo.*
28 *Character, pro cauſa poteſtatis ſpiritualis.*
29 *Tonſura prima Eccleſiaſtica, quid conferat.*
30 *Eius forma.*
31 *Tonſura conuerſi, aut ad Religionis habitum recepti, quam vim obtineat.*
32 *Epiſcopalis ordinatio, an ſit Sacramentum.*
33 *Et qualitèr diuerſificetur, à Presbyteratu.*
34 *Epiſcopatus non eſt ordo, prout ordo ſumitur pro Sacramento, ſecus verò prout ſumitur pro officio, ex ſententia B. Thomæ.*
35 *Epiſcopalis poteſtas, in quibus excedat poteſtatem Presbyteralem.*
36 *Et vnde maior hæc poteſtas profluat.*
37 *Ordinis ſacerdotalis diffuſio, qualiter fiat in Epiſcopum.*
38 *Epiſcopatus dicitur ordo, quatenus ordo ſumitur pro dignitate.*
39 *Epiſcopalis ordinatio, per ſectarios perperam cauillata.*
40 *Epiſcopalis ordo, in quo ſenſu dicatur non diſtinctus à Presbyterali.*
41 *Diaconorum elatio in Epiſcopos, depreſſa.*
42 *Character Sacerdotalis, qualitèr æſtimetur minoris perfectionis charactere Epiſcopali.*
43 Text. in can. olim, diſt. 95. expenſus.
44 *Epiſcopi officium, qualitèr Chriſtus ipſe exercuerit.*
45 *Epiſcopalis poteſtas, reſpectu regiminis particularis Eccleſiæ, qualitèr introducta.*
46 *Eadem, cum primitus haberi cœperit.*
47 *Epiſcopus, quem quiſquè Populum Chriſtianum feciſſet, ſuo olim imperio habebat.*
48 *Epiſcopalis poteſtatis ſubiectum, eſt præſidentia.*
49 *Nequè huius vnquam participes fuerunt, aut Chorepiſcopi, aut Presbyteri.*
50 *Clericatus ſufficit pro obtinendo quocunquè beneficio Eccleſiaſtico etiam Sacerdotali, niſi ætas refragetur, aut ius aliquod ſingulare.*
51 *Epiſcopus, non poteſt promoueri, qui prius non ſit ſacerdos.*

QVÆSTIO XXXV.

Clericatus, an & qualitèr in impetratione beneficij exprimendus.

NOMINI proprio ea ſtatim ſubijcitur qualitas, quod ſupplex ſit Clericus,
1 vt quā olim † ſatis fuerat implicitè narrare, & non narrata, includebatur ſub Clauſula, *ſi idoneus ſit, cap. cum adeò, 17. de reſcr.*
2 iam ſit poſitiuè † & explicitè ex ſtylo Curiæ exprimenda, vt in *eo. cap. cum adeò notarunt Abb. num. 2. Io. Andr. num. 4. Dec. num. 10. verſ. quarto nota, Io. de Anan. num. 4. Io. Imol. num. 1. & alij paſſim, gloſſ. in cap. ſi proponente 42. ſuper verb. de hoc mentionem, eo. tit. de reſcript. Bero. in repet. cap. ſuper literis, ſub n. 72. verſ. vigeſimo ſecundo, eo. tit. Rebuff. in prax. de for. ſignat. ſimpl. prouiſ. ſuper verb. Clericus, Menoch. de Arbitr. Iudic. caſ. 201. num. 33.* nequè ali-
3 ter hodiè † ſignatur ſupplicatio, vel ſignata per Officiales relaxatur, *Pariſ. de reſignat. benef. lib. 4. quæſt. 2.*

Digitized by Google

4 quaſt.2.num.9.& ſi literæ † exhiberentur expedi-
tæ ſine hac narratiua, vtiquè veluti contra ſtylum
extortæ, ſuſpectæ eſſent de falſo, ex regula textus
in c.quàm graui, de crim.falſ.Rebuff.ad Reg.Con-
ſtit.to.3.de conſuet.ar.7.gloſſ.13.num.347.
5 Et quamuis † Butrius, in d.cap. cùm adeo, ſub
num.9.verſ.ſi non dixit ſe Clericum, de reſcript.
opinatus fuerit, eum qui non dixit ſe Clericum,
cùm tamen verè talis eſſet, eatenus cenſeri malè
prouiſum, quatenus eſſet beneficiatus, quaſi quod
ſi non eſſet beneficiatus, eius impetratio reputan-
da foret valida, & cum eo tranſierit Io. de Anan.
ſub nu.4. qui ſubdit, ad hoc facere textum in c.2.
de Inſtit. idquè eſſe menti tenendum pronun-
ciauerit Io. de Imol. ſub num.1. verſ. quod credit
Dominus Antonius; nihilominus iſthæc diſtinctio
inter prius beneficiatum, & non beneficiatum, ali-
quo iure aliquauè ratione non conſtat, neque (fa-
teor ingenij mei habetudinē) poſſum concipere,
qualitèr ad id pertineat textus in cap.2. de Inſtit.
quem citat Io. de Anan. neque quando eſſet vera,
aut eſt practicabilis, ex quo nuſquā ita expediun-
tur literæ, ex ſtylo, vt optimè obſeruauit Ioan. de
Imol.loc.praeit. aut ſufficeret ad purgādum obie-
ctum contra literas ita expeditas; licet enim ceſ-
6 ſet vitium ſurreptionis, quod non † infert tacitur-
nitas qualitatis minuētis, ſed ſola taciturnitas qua-
litatis remouētis animū cōcedētis, & ſufficiat ideò
expreſſio implicita, vt demonſtrauimus hoc eo.lib.
7 q.3.num.68.incumbatquè excipienti † onus iſtud
probandi, id quod ſtatutum fuit fuiſſe neceſſariò
exprimendum, Socin. ſen. conſ.64.num.6.lib.2.
quò tendunt adducta per Rotam ad ſaluandum
defectum huiuſmodi, in reſeruatione penſionis, in
vna Forolinien. Penſionis 2. Decembris 1592. co-
ram Penia; tamen hinc nequit euitari manifeſta
ſuſpicio falſi, ob inſuetum morem expediendi li-
teras, non facta expreſſa mentione Clericatus, ne-
8 què is cui † mādata eſt exequutio, ſi ſibi alitèr non
conſtet de mente Papæ, debet eas exequi, ſed im-
petrātem cū ipſis literis ad Papā remittere, vt per
text. in can. in memoriam diſt.19. notauit Abb. in
9 cap.2.n.4.de reſcript. niſi dum † negotiū ad Papam
refert, malit taliter ſuſpectum in carcerē, aut aliā
cuſtodiam detrudere. ſecundum eundem textum.
Poſita ergò neceſſitate exprimendi Clericatū
in impetrāte, tota controuerſia verſatur circa mo-
dum expreſſionis, qui cum regulari debeat ſecun-
dum qualitatem beneficij quod impetratur, pro
dimouendo omni æquiuoco eſt aduertēdum, qua-
10 tenus † Diuus Gregorius relatus in can. duo ſunt
genera 12.q.1. pronunciauit, Clericos dici à ver-
bo κλῆρος quod ſortem ſignificat, ſiuè quod ſor-
te, ſiue quod in ſortem, ſeù hæreditatem Domini
eligantur, vt exponit idem in can. Cleros, 21.diſt.
& Innocentius Tertius in cap. cum ſecundū Apo-
ſtolum 16. in princ. de praeben. Alciat. in l. in ſti-
pulationibus 54 ſub num.5. verſ. quo ſenſu, de
verb.oblig. & parerg. iur. lib.5. cap.22. Roderic.
Zamor. Epiſcopus, in ſpec. vit.human.lib.2. c.22.
Tolet.inſtruct. Sacerdot. lib.1. cap.1. ſub num.6.
verſ.dictus etiam eſt Clericus, Bellet.diſquiſ.Cler.
par.1.de diſcipli.Cler.§.1.num.75. plures conge-
rit Carol. de Graſſ. de Eff. Cleric. in prælud. ex
num.3. Eſt (inquam) aduertendum, terminum
11 hunc † latioris eſſe ſignificationis, quàm ſit vox,
Ordo, de cuius neceſſitate egimus lib.1. q.47. vt
meritò non ab re, Alexander Raudenſis, in tract.
de Analog.cap.15.num.223.cenſuerit eſſe termi-
num analogum.
12 Etenim quà † conſideratur in genere generaliſ-
ſimo, vt ratio nominis ſuadet, ſumiturquè pro ele-
cto in ſortem Domini, ideſt pro addicto ſeruitio
Eccleſiæ, non ſolum capit ordinatum Sacramen-
to ordinis, verum etiam eum qui citra ordinem
aliquem, eſt Eccleſiæ mancipatus, adeoquè om-
nes omnino Eccleſiaſticas perſonas, vt in cap.cùm
non ab homine vbi Abb.num.2. Dec.num.8. Ale.
num.9.& alij paſſim de Iudic. & ita quoquè vſur-
patur vox iſta in can. ſi quis ſuadente diabolo 17.
13 q.4.etiamſi ſint † laici conuerſi, Henrich. Boich. in
cap. cum tibi 18. num.5. & ibi etiam Hoſtien.
num.2. & alij de Verb.ſignif.
14 Vndè ſi laicus conuerſus † vel receptus ad habi-
tum, & Religionem, adhuc Clericali charactere
non inſignitus, vel etiam miles Hieroſolymitanus
nuncupauerit ſe Clericum pro obtinenda penſio-
ne Eccleſiaſtica, nō poterit redargui de mēdacio,
quia hi omnes, largo modo tales ſunt ex mente
iuris, in qua non habentur pro merè laicis, in can.
duo ſunt genera 12.q.1. Pariſ. qui loquitur de con-
uerſo, conſ.125.n.9. & 10. lib.4. & de Milite Hie-
roſolymitano, Rota apud Caſ. de Graſſ. deciſ.1.
num.15.& 16. de probatio.
15 Qua autem conſideratur † in genere ſubalter-
no, pro electo quidem in ſortem Domini, ſed ordi-
nato, non egreditur proprias ſpecies, nequè ideo
capiet aut conuerſos, aut etiam ſimplices Mona-
chos, cùm Monachatus eſſentia, non conſiſtat in
qualitate Clericatus, vt benè deducit Port. de
Imol.conſ.64.ex num.25.vſque ad 30.ſed tamen
16 iuxta † proprietatem generis complectetur om-
nes proprias ſpecies qualitercunquè ordinatorū,
cum de omnibus prædicetur, ſiuè initiatis prima
clericali tonſura, ſiuè ordinatis in minoribus, ſiuè
in ſacris maioribus, vt per Porc.de Imol d.nu 25.
17 quod † vſq; ad Epiſcopatum Doctores communi-
tèr euehunt, vt in d. cap. cum tibi, de Verb.ſignif.
docuit Abb.ſub num.4.verſ.ſed in materia larga,
Bero.conſ.3.ſub n.29.verſ & etiam lib.1.Franc.
18 de Marcb.deciſ 1124.n 4.par.1. Eſt enim † vt di-
xi nomen generis, Zabar.in d.c.cum tibi ſub nu.1.
verſ.ratio decidendi, proindequè comprehendens
tàm paruos, quàm magnos, & tàm maiores, quàm
minores, vt ità loquitur Feder.de Sen.cōſ.73. n.2.
Hinc fit, cùm vocem hanc ad ordinem referi-
mus, ſub ea comprehendi ordinatum nedum qua-
tuor minoribus, vel tribus maioribus ordinibus,
verum etiam initiatum prima Clericali tonſura,
quæ eſt ſimplex aditus, & promotum ad Epiſco-
patum, in quo Ordo Eccleſiaſticus perficitur: Vn-
19 de † noſtri, ordines nouem ponunt, ex can. cleros
diſt.21.can.perlectis, diſt.25.c.cum cōtingat, de æt.
& qualit. Nauar.in manual.c.22. n.18. Martin.
Fornar. in tract. de Ord. cap.1. ſub num.3. verſ.
ſecunda ſententia.

20 De initiato prima † Clericali tonſura, ægrius
hoc ferunt aliqui, quòd non imprimat Characte-
rem,& in cōſequens nō poſſit dici ordo,vt ideoex
noſtris Archidiaconus in *can. Pſalmiſta,ſub n.3.*
verſ.confertur tamen 23.diſt. profeſſus fuerit, ſe
nodum hunc ſoluere neſcire; hicquè eſt diſſenſus
inter Theologos, & Canoniſtas, qui tamen eſt fa-
cillimæ reductionis ad concordiam, nam cùm
21 Theologi in hac diſputatione † pro Ordine nihil
aliud intelligant,quàm Sacramentum,& pro Cha-
ractere nihil aliud etiam accipiant,quàm effectum
Sacramenti eiuſdem, iuſtiſſimè negant primam
tonſuram eſſe Sacramentum, & in conſequens vl-
lum imprimere characterem, vt poſt *Magiſtrum*
docet B.Thom.in 4.diſt. 24. art.1. quem ſequitur
Richar.in 4.art.Palud.& alij paſſim, Nauarr.
d.cap.22.ſub num.17.verſ.dixi Character. & de
Orat.cap.7.num.15.Ioan. Lup. in tract.de libert.
Eccleſ.par.2 q.5.num.2 & 3. Mandoſ. ad Reg.
Cancell.24.in 1.quæſt.num.5.
22 Cùm verò Canoniſtæ,aliter accipiant † ordinē,
videlicet pro ſimplici diſpoſitione graduum, vt in
can ad hoc diſt.89. adeoquè pro ſtatu cuiuſcūquè
23 perſonæ, † vt ſumitur apud *I.C.in l. Diuus Mar-*
24 *cus ff.de Off. Præſid.* & pro cœtu aliquo † perſo-
narum ab alijs diuerſarum, *vt in l.3.ff. quod cu-*
iuſquè Vniuerſ.nom.& in alijs cumulatis per *Kal.*
in ſuo lex.Iurid.in verb. Ordo, in quo ſenſu. Di-
25 uus Auguſtinus † de Ciuitate Dei *lib 19.cap.17.*
pronunciauit, ordinem eſſe parium diſpariumquè
rerum diſpoſitionem ſua cuiquè loca tribuentem,
vt etiam notauit *Nauarr.d cap.22. num.17.* Ne-
26 què iidem pro Charactere † intelligant effectum
Sacramenti (nimis enim ita deſipere viderentur)
ſed formam ſigni alicuius extrinſeci, vt in *l.ad te-*
ſtium §.ſignum autem.ff de teſtam & explicat idē
27 *Kal.in verb.Character;* Vtiquè & ipſi rectè † ſen-
tiunt Tonſuram conferre ordinem, ideſt gradum
aliquem, & ſtatum,& imprimere Characterem,
ideſt ſignum extrinſecum; & in hoc ſenſu nequè
eſt aliquis Theologorum, qui contradicat, con-
ſtatquè, diffinitum per Innocentium Tertium, in
prædicto cap.cùm contingat 11.de ætat. & qualit.
& huc pertinent quæ præ cæteris in *eo.cap.cum*
contingat,docuit Hoſtien.num.1.& Cardin.in
Clem.dudum,§.ſuper Cathedram nu.5. de ſepult.
Lap.Alleg.138 num.11.& 12.Mandoſ. ad d.reg.
24.quæſt.1.num.7.Surd.conſ.259. num.4. & 22.
Nauarr.de tempor.ordinat.cap.11.num.3. Præ-
poſ.in d can.cleros in prima col.ad fin.Guttier.de
Gabell.quæſt.91.nu 2.Neuiza.conſ.59.nu.5.plu-
res cumulat Valenz.conſ.5.num.66.

Porrò, vtcunquè tonſura hæc, ſit ſimplex deſi-
gnatio ad Clericalem ſtatum, & per eam nulla
conſeratur poteſtas, nullusuè imprimatur Chara-
28 cter, prout Character ſumitur † apud Theologos
pro cauſa illius poteſtatis, vt rectè conſiderat
Martin Fornar.d.cap.1. num.4.Syluest. in verb.
ordo, 2.q.4.§.4.Henrich.lib.10.c.9. ad fi.& prout
alij aliter Characterem definiunt,latiſſimequè ex-
plicat *Sayrus de Sacram.lib.4.cap.2.q.1 & 2 per*
29 *to.*Attamen per eam † fit tranſitus de ſtatu ad ſta-
tum, ideſt in ordinem, & numerum Clericorum,
& efficitur ita tranſiens capax beneficij Eccleſia-
ſtici, aliorumquè priuilegiorum, vt rectè ediſſerit
idem *Fornar.loco præcit.cap.7.num.1.*Quod me-
30 lius percipitur ex formula † qua vtitur Epiſcopus
dum eam confert, ſecundum Rituale Romanum,
monet enim initiatum, ex tunc effectum eſſe de 37
foro Eccleſiæ, & ſortitum eſſe priuilegia Clerica-
lia, vt aduertit Rota in *vna Veronen. penſionis 23.*
Februarij 600. coram Cardinali Lancellotto.
31 Quam propterea † vim non habet tonſura
illa conuerſi, aut ad Religionis habitum recepti,
de qua loquitur *gloſſ.vlt.in cap. 2. verſ.ſi enim*
conuerſus de Inſtit. Bero. in cap. in præſentia ex
num.48.de probat.Compoſtella. in ſupracit. cap.
tum adeo, ſub num. 2. verſ. item cum animi de-
ſtinatio, de reſcript. Pariſ. in præall. conſ.125.
num. 9.
32 De Epiſcopali autem ordinatione † ferè omnes
conueniunt eam eſſe Sacramentum, cuius aſſum-
pti rationem latiſſimè explicant *Præpoſ.in can.1.*
per quinquè integras colūnas diſt 21.& Bellarm.
lib.1.de Sacram Ordin. cap. 5.per to. quam opi-
nionem poſt alios ex recētioribus, ceù veriorem,
amplexus eſt *Sayrus de Sacram. lib 1.art.5. n.2.*
33 non vt hinc † diuerſificetur à Presbyteratu gene-
re, ſed ſpecie tantum, in vtroquè ſcilicet repræ-
ſentata maioria, & perfectione ordinis, nimirum
in Presbyteratu intenſiuè, in Epiſcopato verò ex-
tenſiuè,vt concludit *Bellarm.eo.c.5.ad fin.* Cōtra
34 ac ſenſerit † B.Thomas,qui in *3.par.q 4.art.5. in*
corp. quatenus ordo accipitur pro Sacramento,
negat Epiſcopatum eſſe ordinem, quatenus verò
pro officio, reſpectu quarundam actionum ſacra-
rum, ex poteſtate, quam reſpectu corporis myſti-
ci in actionibus Hierarchicis nanciſcitur ſuper Sa-
cerdotem, Epiſcopatum affirmat Ordinem eſſe,
ita Sapientiſſimus Doctor, & Catholicæ veritatis
ſplendor; adeo vt dicamus,non plures,quàm ſeptē
ordines eſſe;Tonſuram vero, & Epiſcopatum, ve-
luti vnius integri ordinis extremum, illud initia-
tionis, iſtud perfectionis cuiuſdam, per acceſſio-
nem Hierarchicæ poteſtatis: & hanc Diui Thomæ
doctrinam reaſſumit, & ſequitur *Turrecrem.in*
*præall can.Cleros ex n.15.21.diſt.*totuſquè ego in
eam feror,pro qua nonnulla ſtrictè tamen congeſ-
ſi *lib 1.quæſt 9 ex nu.70 vſquè ad num.77.*
35 Quæ enim contra † hanc B. Thomæ ſententiam
loco præcitato per quinque columnas promouēt
Præpoſ.& etiam Bellarm. ſi attentiùs perpendan-
tur,certè non refragātur, quia tametſi Epiſcopus
ſit ſuperior Presbytero, non ſolum ratione iuriſ-
dictionis, ſed etiam alia poteſtate, cum præter
poteſtatem conficiendi, catechizandi, baptizan-
di,prædicandi,ſoluendiquè, ac ligandi,ſimplici Sa-
cerdotio inhærentē,id amplius habeat Epiſcopus,
quod ordines conſerat, Chriſma conficiat, Ponti-
fices, veſtes vaſaquè conſecret, Virgines benedi-
cat,manus imponat,Baſilicas dedicet,degradādos
deponat, & ſolemnitèr anathematizet, *Duran. in*
ration.diui.lib.2.cap.11.num.13 quæ coincidunt
tribus illis de quibus per *Triumph de poteſt Eccl.*
quæſt.74 art.3.in reſol. hæc tamen poteſtas, qua
36 in † effectu excedit poteſtatem Presbyteri, nullo
modo

modo prouenit ab Ordiue, prout Ordo eſt Sacra-
mentum, ſed ab Ordine Hierarchico, vt ex *B.
Dionyſio Areopagita, Budeo, & alijs* colligit beuè
eruditus *Henricus Stephanus in ſuo Theſau. in
verb.* ἱεραρχία.

37 Neque tamen hinc † inſurgunt abſurda aliqua,
quorum euitandorum cauſa præmiſſi, & alij à ſen-
tentia B. Thomæ receſſerunt; nam quod tantope-
re efferunt, vim conſecrationis, ordinationis, & hu-
iuſmodi aliarum fruitionum procedere ex nouo
impreſſo Charactere in ipſa Epiſcopali ordinatio-
ne, petit illud ipſum principium, de quo ſupra in
prima tonſura, an ille character ſit Sacramentum,
veluti quid neceſſarium ad confectionē Sacramen-
ti Euchariſtiæ, aut potius ad diſponendum nouum
gradum iu perſona ordinata, conſtat autem non
eſſe ordinatum ad confectionem, nè alias dicamus
aut poteſtatem cōficiendi iu ſimplici Presbytero,
non eſſe abſolutam, & perfectam, quod non poteſt
citra errorem in fide aſſumi, aut perfecto quid-
piam adhuc deeſſe, contra prima naturæ princi-
pia; ſequitur ergò eſſe ordinatum ſimplicitèr pro
diſponendo gradu, per cuius aſſenſum, ordo ſiue
Character Sacerdotalis prius iu animā impreſſus,
ſe in eandem perſonam, ſeù in materiam benè di-
ſpoſitā diffuudit, & analogicè ampliatur; Vtcunquè
enim verum ſit diffuſſionē, & ampliationē hanc nō
prius fieri quàm eo momento, quo quis ordinatur
in Epiſcopū, tamen hæc ordinatio ſimpliciter di-
ſponit perſonā ordiuantis, vt in eam tota ſua acti-
uitate, ſe Ordo inſinuet, & ampliet eam quæ prius
erat tanquam in ſimplici Sacerdote reſtricta, quod
poſt alios tandem videtur quoquè agnouiſſe *Præ-
poſ. in d. can. 1. diſt. 21. in 5. col. verſ. ſi quæratur
an amplietur*, & ante eum *Gemin. in præall. can.
Cleros in 4. col. in reſp. ad ſecundum*.

38 Quapropter rectè Epiſcopatum † dicemus Or-
dinem, quatenus ordo refertur ad dignitatem,
non ad Sacrameutum, vt ibidem tradit etiam
Bellam. num. 6. & ante eum Archid. num. 16. &
pulchrè etiam ediſſerit, & in fine concludit *Soto
de iuſt. & iur. lib. 10. in 1. quæſt. art. 2. per to.*

39 Nequè tameu hinc † ſequitur Ordinationem
Epiſcopalem nou fuiſſe ab initio naſcentis Eccle-
ſiæ, verèque per ipſum Chriſtum inſtitutā, vt Se-
ctarij, vel maximè nituntur adſtruere ex auctori-
tate B. Hieronymi in *can. legimus qui in ordine
eſt 24. diſt. 93. & in can. olim 5. diſt. 95.* vbi ſcribit
olim fuiſſe eundem Presbyterum, & Epiſcopum,
adijciturquè in *d. can. olim ad fin. ſicut ergo Preſ-
byteri ſciunt ſe ex Eccleſiæ conſuetudine ei qui
ſibi præpoſitus fuerit eſſe ſubiectos, ita Epiſcopi
nouerint ſe magis conſuetudine, quàm diſpenſa-
tionis Dominicæ veritate, Presbyteris eſſe maio-
res, & in communi debere Eccleſiam regere*; adeò
quod Dominicus Soto ſententiæ B. Thomæ alio-
qui acerrimus oppugnator, hac lectione territus
d. art. 2. in reſp. ad primū, circa intellectū dictorū
decretorum vſque eò hæſerit, vt profeſſus fuerit ſe
nou intelligere, quid ibi ſibi Beatus ille ſenſerit, &
*Michael medina lib. 1. de Sacror. homin. orig. &
contin. c. 5.* in hac parte nō dubitauerit S. Doctorē
ſugillare, incōſideratè tamē, vt loquitur *Bellarm.
controuer. tom. 2. lib. 1. de Cleric. cap. 15. ſuper
6. obiect.*

40 Nam eſt aduertendum, quoad † Corpus Chri-
ſti verum, Ordinem Epiſcopalem nou eſſe diſtin-
ctum à Presbyterali, & in hoc ſenſu loquitur B.
Hieronymus, cuius dicta eò intenſa fuerunt, vt au-
daciam frangeret Diaconorum, qui prætextu mi-
niſterij circa perſonam Epiſcopi, & conceſſæ ſibi
adminiſtrationis, præferri nitebantur Presbyteris
41 ſimplicibus, ſuper qua † vaniſſima prætenſione
extant alia decreta in *can. Diaconi 10. cum ſeq. &
can Diaconi, il quinto, qui in ordine eſt 23. ead.
diſtin. 93.* ſed benè eſſe diſtinctum quoad corpus
Chriſti myſticum, ac proinde Characterem im-
preſſum Sacerdoti non eſſe diuerſum numero à
Charactere Epiſcopali, niſi per quandam relatio-
42 nem † ad id quod eſt in actu maioris, vel minoris
perfectionis, vt latè explicat *Triumph. de poteſt.
Eccleſ. d. q. 74. in 2. art. in reſolut. & in reſp. ad ſe-
cundum*, vbi affert exemplum de poteſtate geue-
randi in puero, & ex noſtris ità quoque docet
*Præpoſ. in can. quoniam diſt. 15. in 18. col. verſ. Sa-
cerdotalis ſiquidem poteſtas.*

Igitur malè ex locis præcitatis colligitur, Bea-
tum Hieronymum indicare voluiſſe, olim eundem
fuiſſe Ordinem Presbyteri, & Epiſcopi, relata idē-
titate hac ad apicem dignitatis; nam iſte ſenſus
non congruit, aut menti illius, aut etiam verbis,
in quibus potius expreſsè iſthæc ſeparat, vt in *d.
can. legimus ibi, quid enim facit, excepta Ordina-
tione, Epiſcopus, quod Presbyter non faciat*, vbi
gloſſa, ſub termino illo *Ordinatione*, ait omnia in-
cludi, quæ non niſi per Epiſcopum fiunt; Quod
43 verò † ſubijcit in *can. olim, ad fin. Epiſcopos ma-
gis conſuetudine, quam veritate Dominicæ diſpē-
ſationis Presbyteris eſſe maiores*, non debet, vel po-
teſt intelligi de maioria reſpectu, ipſius apicis Pō-
tificalis, ſibi enim apertè contradiceret, foretquè
44 id negare ipſum Chriſtum, qui apicem † hunc in
ſe ſatis expreſſit, quando poſt Reſurrectionem di-
ſcipulis ſuis inſufflando dixit, *Accipite Spiritum
ſanctum, quorum remiſeritis peccata remittuntur
eis, & quorum retinueritis retenta erunt, Ioann.
cap. 20. verſ. 22.* tunc enim formalitèr exercent
Epiſcopale munus, *Duard. in ration. d. lib. 2. c. 11.
ſub num. 16. ad fin. verſ. hoc Officium Chriſtus*, ſed
45 eſt intelligendum de maioria † reſpectu regiminis
cuiuſquè ſingularis Eccleſiæ, vt ſeipſum benè ex-
plicat in illis verbis, ibi, *& in communi debere
regere Eccleſiam*, quæ non ſatis fuerunt ab ali-
quibus perpenſa.

Et nec ità quidem ſimplicitèr, quaſi quod ab
initio non fuerit per ipſum Apoſtolorum Princi-
pem, maioria hæc inſtituta, vt de hac, vel ſuſpica-
tus poſſit videri B. Hieronymus, qui optimè ſciret
46 B. Petrum Eccleſiæ † Hieroſolymitanæ, in Epiſco-
pum ordinaſſe Iacobum maiorem fratrem, vt cō-
ſtat ex Epiſtola Anacleti ad Epiſcopos Italiæ rela-
ta in *can. porro diſt. 66.* idquè contigiſſe illicò poſt
aſſumptionem Domini, adhuc non euoluto anno
34. quo paſſus fuerat, vt ex *Euſeb. Cæſarien. Hi-
ſtor. Eccleſ. lib. 2. cap. 2. commemorat Baron. eo
anno ſub nu. 291. verſ. ſed quidem hoc anno*; Ve-

rum id intelligit de ſimilitudinaria, cui proceſſu
temporis cauſam dedit ſchiſma illud apud Co-
rinthios, *Ego ſum Pauli, ego Apollo, ego Cepha*, quo
tempore cum catenus vnaquæque Eccleſia guber-
naretur communi conſilio Presbyterorū, inde to-
to Orbe receptum eſt, vnum de Presbyteris ele-
ctum præferri cæteris, ad quem omnis Eccleſiæ
cura pertineret, vt Schiſmatum ſemina tollerētur,
qui Epiſcopus dictus eſt, cum prius nomina hæc
Epiſcopus, & Presbyter confunderentur; quod vt
fatendum eſt nō contigiſſe antè annū Domini 57.
cum Corinthijs Paulus non prędicauerit ante an-
num 52. Apollo ante annum 54. & Petrus ante di-
ctum annum 57. vt in eiſdem annis notarunt Ba-
ronius, & Spondanus; ità neque eſt negandum
contigiſſe ipſis Apoſtolis adhuc viuentibus, vt ad-
uertit *Bellarm. d. cap. 15. verſ. deinde quantum*
47 *ad poteſtatem*. Vnde & mos inualuit † vt quem
quiſque Epiſcopus Populum Chriſtianum feciſſet,
ei imperaret, vt ità loquitur de Eccleſiaſtica Hi-
ſtoria optimè meritus, & Vir inſignis *Ioann. Mo-
rin. exercit. Eccleſ. lib. 1. exercit. 6. circa fin.*
48 De hac igitur maioria † (vt ita loquar) ſimili-
tudinaria, & exemplari, ideſt ad ſimilitudinem,
& exemplum primordialis Eccleſiæ Hieroſoly-
mitanæ inſtituta, & cuius non apex Pontificalis,
ſed præſidentia ſubiectum eſt, vt benè aduertit
etiam *Archidiac. in eo. cap. olim ſub num. 3. verſ.
pro hoc inſtituit Epiſcopos*, loquitur B. Hiero-
49 nymus, quandoquidem Pontificali apici † nuſ-
quam participarunt aut Presbyterorum, aut Cho-
riepiſcoporum ordines, vtcunque iſti ad formam,
& exemplum ſeptuaginta duorum diſcipulorum
inſtituti forent, *can. quamuis diſt. 68.*
Ex his verò conſequitur, vt quemadmodum
50 narrato † ſimplici Clericatu pro obtinendo be-
neficio ſatisfit menti Canonum in explicanda
capacitate perſonæ, vt dictum eſt, etiamſi aga-
tur de beneficio Sacerdotali, dummodò ætas non
refragetur, quominus quis infra annum valeat
promoueri, *cap. commiſſa de electio. in ſexto*,
aliudvè ius ſingulare; Ità, & huic neceſſitati ſa-
tisfit, ſi quis narret ſe Epiſcopum, eum † ex ip-
51 ſius Eccleſiæ inſtituto nunquam ad Epiſcopatum
quiſpiam fuerit promotus, qui prius non eſſet
Presbyter, vt ſic videretur ex ordine diſcipulo-
rum electus, vt poſt *gloſſ. & Ioan. de Ligna. tra-
dit Turrecrem. in ſupracit. can. legimus ſub num.
2. verſ. nec obſtat quod Apoſtolus diſt. 93.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficium datur propter officium.*
2 *Beneficium pro recompenſatione Diuini officij.*
3 *Clerico duæ ſortitiones contingunt.*
4 *Subdiaconus, perpetuæ continentiæ obnoxius.*
5 *Et qua ratione.*
6 *Subdiaconatui implicitè ineſt Votum caſtitatis.*
7 *Votum caſtitatis à Regularibus emiſſum in Pro-
feſſione, diuerſum ab eo quod per Subdiaconum
promittitur.*
8 *Eodem tamen continentiæ vinculo vterquè ad-
ſtringitur, licèt in ipſo promotionis actu pro-
motus hoc non intenderet.*
9 *Officij Diuini recitatio æquè incumbit Subdiaco-
no, ac Diacono, & Presbytero.*
10 *Clericus, vtpotè Domino ſortitus, à muneribus ſe-
cularibus arcetur.*
11 *Chriſtianorum, alios ad materiam direxit, alios
ſibi ipſi Deus collocauit.*
12 *Clericalis ordinis maximum beneficium, quod
ſit?*
13 *Idem beneficium, reale, totiquè Eccleſiaſtico Col-
legio indultum.*
14 *Idem ex decreto ipſius Dei, non ex determinatio-
ne Eccleſiæ proceſſit.*
15 *Idquè comprobatum edicto Valentiniani, &
Theodoſii.*
16 *Clericus protrahens Clericum coram laicis, cau-
ſam amittit, & excommunicatur.*
17 *Et ſi de crimine agatur, degradatur.*
18 *Iudex laicus audens etiam Eccleſiæ ſeruientem
Clericum per ſe diſtringere, excommunica-
tur.*
19 *Clericorum exemptionis beneficium, à Iure Di-
uino.*
20 *Et qua ratione.*
21 *Petri locus in* prima epiſtola cap. 2. *conſuetus con-
tra Clericos adduci, explicatus.*
22 *Clericorum exemptio non tollitur per quancun-
que conſuetudinem, etiam prætextu grauita-
tis criminis.*
23 *Eadem ex conſenſu non eſt alterabilis.*
24 *Etiamſi accederet conſenſus Epiſcopi.*
25 *Iudex laicus in cauſis Clericorum eſt incapax,
præterquam per modum delegationis Apoſto-
licæ.*
26 *Iudici laico in criminalibus ſolus Papa, in pecu-
niarijs verò, & ciuilibus, Inferiores Prælati
cauſas Clericorum committere poſſunt.*
27 *Clericorum negotia, parciùs quam fieri poteſt,
deleganda ſunt laicis, & adducitur exemplum
Clem. VIII.*
28 *Præuentioni eſt locus in aliquibus cauſis miſti
fori.*
29 *Bonacinæ ſententia declarata.*
30 *Patrimonium, pro vniuerſis bonis, & ſubſtantia
cuiuſque.*
31 *Clerici patrimonialia, ratione perſonæ ſunt ſub
protectione Eccleſiæ.*
32 *Clericus tenetur ad onus reale, cui eſt affecta res
per eum poſſeſſa.*
33 *Iudex laicus poteſt adiri pro exactione oneris
realis ad quod tenetur Clericus, ſi agatur de
re feudali.*
34 *Extra verò hunc caſum, minimè, etiamſi inten-
tetur actio realis.*
35 *Exentiunturquè doctrinæ in contrarium addu-
ctæ*, & num. 36.
37 *Iudex rei de qua agitur, poteſt in actione reali
ius dicere, licet perſona ſit exempta ab eius Iu-
riſdictione.*
38 *Iudex laicus, rem ipſam non Clericum eam poſſi-
dentem, cogere dicitur pro onere reali, ſecun-
dum Salycetum;*

39 Poſ-

39 *Poſſeſſor citari debet etiam in reali.*
40 *Etiamſi procedatur ad exequutionem iudicati.*
41 *Reſecta diſtinctione inter realem, & perſonalem actionem.*
42 *Subdiacono imprimitur character indelebilis.*
43 *Subdiaconus degradatur antequam laicus in eum poteſtate vtatur.*
44 *Clericalis ordo nõ applicandus perſonis indignis.*
45 *Et in id plurimum inuigilandum.*
46 *Clerici promouendi requiſita.*
47 *Clericus ordinatus, & non confirmatus Sacramento Chriſmatis, validè nihilominus dicitur ordinatus.*
48 *Epiſcopus ordinans Clericum non confirmatum, dicitur delinquere in officio.*
49 *Sacramentum confirmationis perficit ætatem in baptiſmate regenerati.*
50 *Baptiſmus, omnium Sacramentorũ fundamentũ.*
51 *Clericus legere, et ſcribere ſcire debet, vt poſſit promoueri.*
52 *Baptiſmus, adultis non conceditur, priuſquam catechizentur.*
53 *Clericus, qui curat ſe ordinari, vt fraudulenter ſeculare iudicium effugiat, peccat mortaliter.*
54 *Eodemquè peccato inuoluitur Epiſcopus eum ordinans.*
55 *Thomæ Sanchez opinio reiecta.*
56 *Finis vltimus attenditur, non conſequutiuus.*
57 *Clericus eximitur à tributis, & vectigalibus, ac alijs oneribus erga Principem.*
58 *Etiamſi ſit prima tonſura.*
59 *Vectigalibus & tributis fraus fieri non poteſt abſquè peccato mortali.*
60 *Peccatum committitur, tàm in contraueniendo legi, quàm in omittendo.*
61 *Peccator, etiamſi rei ablatæ non ſit particeps, nihilominus ratione perfractæ charitatis ad reſtitutionem tenetur.*
62 *Damni cauſam dans, ad damnum tenetur.*
63 *Obnoxiuſquè eſt reſtitutioni.*
64 *Clericus initiandus, quomodo interrogandus circa propoſitum ſuum.*
65 *Mentiri qui ſuadetur, facillimè peierat.*
66 *Clerici officium, alios ſuis ſanctiſſimis moribus ædificandi.*
67 *Clericus cauere debet, nè ſortiatur potius in Infernum, quam in Domini hæreditatem.*
68 *Iudex Eccleſiaſticus ſolus, cognoſcit circa ſtatum perſonæ Clerici.*
69 *Clericus deprehenſus in habitu laicali poteſt diſtringi per laicum, donec de Clericatu conſtet, & ſi Clericus ſit coniugatus, doceat contractum matrimonij cum vnica, & Virgine, ac delationem habitus, & tonſuræ.*
70 *De his tamen cognoſcit Eccleſiaſticus, quamuis de ſolis veſtibus, & tonſura agatur.*
71 *Poteſtquè Clericus varias excuſationes adducere:*
72 *Ideoque Eccleſiaſtico ſpectat cognitio, reprobata contraria ſententia.*
73 *Clericus in habitu laicali deprehenſus, vbi prius erat notus Iudici laico, non poteſt per eum vllo modo detineri, ſed ad Eccleſiaſticum remittitur.*

74 *Clericalis habitus non in ſolis veſtibus, ſed in tonſura.*
75 *Clericus non gaudet priuilegio fori, niſi beneficium obtineat, aut Eccleſiæ ſeruiat.*
76 *Clericus qui dimiſit habitum, poteſt, ſi deliquerit, puniri per Epiſcopum.*
77 *Idemquè dicitur de Penſionario non incedente in habitu.*
78 *Sortiri, idem quod per ſortem nanciſci.*
79 *Sortitionis in Eccleſiam, tres gradus.*
80 *Sortiti ex dedicatione perſonæ Diuino cultui, quàm diuerſi ſint ab alijs ſortitis ſimpliciter per baptiſmum.*

QVÆSTIO XXXVI.

Clerici Officium, & Dignitas, in quibus conſtituantur.

QVOD paſſim in ore eſt
1 omnium; beneficium † dari propter officium, *cap. vlt. de reſcript. in ſexto, gloſſ. in Clemen. cupientes ſuper verb.* ſuſpenſi, longè *poſt medium verſ. nam beneficium, de pœn. & in cap. cum M. Ferrarien. §. verum, ſuper verb. receperunt de conſtit.* quemadmodum ità ſimpliciter enunciatum, veriſſimum eſt; ità vel leuitèr aliò diſtortum, maximorum malorum eſt cauſa; Proindequè vti intelligi oporteat, hoc loco explicandum eſt.
Aduertendum eſt igitur, quantum ad hanc rem
2 ſpectat, † & quatenus beneficium eſt recompenſatio ſuſcepti officij Diuini, ſecundum ea, quæ attigimus *lib. 1. q. 6. num. 28. & ex num. 31.* pro diuerſitate officij, diuerſimodè conſiderari. Quandoquidem, in hac militia Eccleſiaſtica, non vna, ſed duæ ſortitiones cadunt. Dum enim quis à ſtatu laicali, tranſit in ordinem Eccleſiaſticum, pri-
3 mam ſortitionem contrahit, cuius forma † intrinſeca nulla eſt alia, quàm ſolemnis ea dedicatio perſonæ cultui diuino ad certum miniſterium; neque ideo huic (vt ità loquar) ſortito character aliquis in animam indelebiliter imprimitur; ſi autẽ ad ſacros aſcendat ordines, iam ſubit nouam aliã ſortitionem, per impreſſionem characteris indelebilis in animam; vt in ſuperiori quæſtione expli-
4 cauimus ex *num. 20.* Etenim vt primum quis † initiatur ſubdiaconatu, obnoxius eſt perpetuæ continentiæ, *can. 1. cũ tribus ſeq. can. eos. & can. eru-*
5 *beſcant diſt. 32.* Quippè cum Subdiaconi † æquè ac alij ſuperiorum ordinum, templum, vaſa Domini, & ſacrarium Spiritus ſancti debeãt eſſe, & dici, indignum eſt eos cubilibus, & immunditijs deſeruire, *can. decernimus diſt. 28.* ideoquè ex decreto B. Gregorij inualuit vſus Eccleſiæ non alitèr promouendi quempiam ad ſubdiaconatum quàm ſub profeſſione perpetuæ caſtitatis, *can. 1. eo. diſt. 28. gloſ. 1. in can. Diaconus diſt. 27. cap. à multis §. verum cum hodie, verſ. & ad ſimilitudinem Dia-*
6 *coni, de æta. & qualit.* ideſt ſolemni voto, † quod

Digitized by Google

eo ipſo, & ſic implicitè cenſetur emiſſum, vt *in eo.can.1.*declarat *Turrecrem. ſub n.1. ſuper verb. nullum, niſi qui promiſerit*, cui poſſunt addi alij allegati per *Carol.de Graſſ.de eff.Cler.in prælud.*
7 *nu.41. & 42.* Vtcunque enim iſta promiſſio † diuerſa ſit à profeſsione caſtitatis, quam emittunt Regulares, vt conſiderat *Præpoſ. in can. quando, ad med.verſ. ego non credo,ca. diſt.28.* *Roder. de regular.to.2.q.31.art.2. Sanch. de matrim. lib.7.*
8 *diſput.27.in 2.quæſt.ex n.1.*eodem † tamen nexu obligat ad continentiam, etiamſi promotus in ipſo promotionis actu hoc non intenderet, vt docuit *Io.Andr.in cap. Ioannes, ſub num.17. ad fin. verſ.vndè recipiet, de Cleri. coniug.*

Duo hinc officia emergunt; vnum, quod nuncupatur Officium Clericatus, de quo in *can. defenſionis 2. diſt.87.* ex illa priori ſortitione, alterum, quod dicitur officium legationis, ex iniecto onere recitandi horas Canonicas, de quo dixi in *d. q.6.*
9 *num. 28.* quod quidem † onus vt ſimplici Clerico, vel etiam ordinato minoribus ordinibus, non intelligitur impoſitum ex ſimplici Clericatu, ità è conuerſo optimè intelligitur adiectum initiato ſacro ſubdiaconatus ordine, perinde ac Diaconatus, & Presbyteratus, vt benè docet *Nauarr. de Orat.& hor Canonic.cap.7.num.2.*

Priori ergo officio ſimplicis Clericatus, adeoquè ſeparatu ab officio legationis, Eccleſia ipſa nullum aliud retribuit, ſeu (vt proprius loquar) aperit Beneficium, quàm quod ſortito enaſcitur ex natura rei, ideſt ex ipſa ſortitione Domini: per
10 eam † enim fit quædam ſeparatio perſonæ à corpore ciuilis Reipublicæ, dum à ſæcularibus honoribus, & muneribus, quatenus eius ſtatui aduerſantur, procul arcetur, *cap.1. & 10. tit. Ne Cler.*
11 *vel Monach.* ità vt cenſeatur † Dominus ſuorum fidelium alios ad materiam direxiſſe, alios ſibi ipſi collocauiſſe, vt loquitur Syneſius relatus per *Baro. in anno 410.num.83.* cui ſeparationi (in ordine tamen ad iuriſdictionem, vt declarauimus ſupra hoc *cod.lib. q.30.ex n.147.*) eſt conſequutiua efformatio euiuſdam alterius Reipublicæ, nimirum Sacræ, & quaſi diuinæ, vt elegantèr ait *Sayr. in Theſ. lib. 3. cap.22. num.7.*

Et hoc eſt maximum beneficiũ totius Clericalis ordinis, quod vocamus exemptionis, & plenæ
12 immunitatis; Quandoquidẽ † vetat natura, negat ipſe Deus ſuos huiuſmodi ſortitos, ſeu delectos à poteſtatibus ſeculi, vt ordinari, ita iudicari, permiſſa hac poteſtate ſolis Pontificibus, & Sacerdotibus, vt conteſtatus fuit Ioannes Octauus *in can. ſi Imperator qui in ordine eſt 11. & ibi gloſſ. in verb. & diſcuti, cæteriſquè ſcribentes 96. diſtinct.*
13 Quo fit, vt dixi, beneficium iſtud ſummũ † è veſtigio aperiri, & connaſci ipſi ſortito, veluti beneficiũ reale, ideſt toti Collegio Eccleſiaſtico indultum, quemadmodũ ita nuncupatim explicauit Innocentius Tertius *in c.ſi diligenti 12.ad ſi. de for.*
14 *compet.* non quidẽ † ex determinatione Eccleſiæ, ſed ex decreto ipſius Dei, qui fuit ante omnẽ legẽ humanam, *gloſ.in d.c.ſi Imperator in verb.& diſcuti Rot. deciſ. 10. num.4. de conſuet.in antiq.& deciſ.87.n.10.& 241.n.3.par.3.recent.* & quaſuis humanas Conſtitutiones ſuper hac eadem re promulgatas, eſſe declaratiuas diuini, non autem alicuius noui humani iuris inductiuas, vt ità argumentatur *gloſ. in præall. can. ſi Imperator in verb.& diſcuti, Aufrer. in Clem.1. num 59. verſ. ex quo infert de Off. ordin.*
15 Idque ipſum agnouerunt † Principes Religioſiſſimi, Valentinianus, & Theodoſius, quando in edicto pro arcendis abuſibus ſuorum Iudicum attentantium cognoſcere cauſas Eccleſiaſticorũ, non dixerunt ſe ità cauere ſimpliciter, ſed cauſa adiecta, nimirum quia *illi ſuos habent Iudices, nec quidquam his publicis eſt cum legibus*, vt habetur in Codice Theodoſiano *lib.16.tit.de Epiſcop. audien.cap.vlt.refer turquè in can. continua qui eſt 5. in ordine 11. q. 1.*
16 Et quia nihilominus adhuc † aliqui ex hoc ordine, ſui obliti decoris, reperiebãtur, qui auderẽt ſuos coram Iudicibus laicis protrahere, Conciliũ Toletanum tertium *c.13.*determinauit, ſi id deinceps attentari cõtingeret, cauſam per huiuſmodi Eccleſiaſticæ iuriſdictionis temeratorem perdi, & excommunicationem incurri, *can. inoliſta 45. ca. 11. q.1.* quod firmauit Concilium Carthaginenſe
17 itidem tertium *c.9.*adijciẽdo, ſi de crimine † ageretur, degradãdum eſſe, eo quòd cùm Paulus Apoſtolus etiam priuatorum Chriſtianorum cauſas ad Eccleſiam deferri, atque ibi determinari præceperit, *1.ad Corinthios c.6.* de vniuerſa Eccleſia nimis malè ſentiret Clericus, qui de iudicio ſeculari poſcit auxilium, vt refertur in *can.placuit, il ſecondo, qui in ordine eſt 43. ca. 11. q. 1.* quod poſtremum dictum, latè ampliat, & exornat poſt multos à ſe congeſtos *Carol. de Graſſ. de eff. Cleric. eff. 1. ex num. 413.*
18 Sed, & laicũ † ipſum Iudicẽ, qui auderet nedùm Clericum, verum etiã minorem, ideſt ſeruientem Eccleſiæ, per ſe diſtringere, condemnareuè, tanquam Eccleſiæ Dei iniuriam inferentem, Pariſienſe Concilium *cap.1.alias 10.* tandiu excommunicatum cenſeri voluit, donec reatum ſuum cognoſcens peccatum emendet, vt in *c.2. de for. compet.*
19 Profluxit ergò iſtud beneficiũ † exemptionis à iure diuino, vt demonſtratum eſt, ac ad literã dicit *text.in c.quanquam §.cùm igitur de cenſib. in ſexto, & poſt gloſſ.in præcit. can. ſi Imperator, docuit Præpoſ. ibidem in c. not.* qui tacitè ſugillando Bellamerã, iſtius cõcluſionis adhuc clarius exigentem fundamentũ, ait, illum ipſum textum ſatis
20 perſpicuum fundamentũ inſinuare, quià † cũ ſpiritualis poteſtas ordinet temporalẽ, vt in *eo can.* refertur, & ſic ordine, & poteſtate præcedat, ſemper falſum ſit, perſonam Eccleſiaſticã poſſe ab alio iudicari, quam à Deo, à quo immediatè depẽdet, id ipſum verò eſſe diuini, & naturalis iuris; quã ſententiã, ceù veriſſimã, & receptiſſimam probarunt quoque ex recentioribus, *Nauarr. in c. nouit in tertio notab.n.30.de Iudic.Couarr. practic. quæſt. cap.31. ſub n.2.verſ. prima concluſio, Germon.de Sacror.immunit.lib.3.c.15.ex n.30. Farinac.q.8. num.8.Garz.de nobilit.gloſ.9. ex nu.2. Bobadill. in polit.lib.2.cap.18.num.17.Bellarm.in controu. de Cleric.lib.1.c.28. in 5 propoſit.* latèq; firmauit

Suarez

Suarez in defenſio. Fid. Cathol. lib. 4. cap. 2. & 8.
cū alijs tàm antiquis, quàm modernis, quos col-
legerunt *Carol. de Graſſ. d. eff. 1. num. 2. & 3. &*
Petrus Cened. par. 1. Collect. 37. num. 1. & nouiſſi-
mè Antoninus Diana reſol. moral. par. 1. tract. 2. de
immun. Eccleſ. in prima reſolut. vt aliquādo mira-
tus fuerim, per Germonium *loc. pracit.* contrariā
opinionem adſcribi Innocentio *in cap. 2. de ma-*
iorit. & obedien. qui in meo libro totum oppoſi-
tum ſcribit *ſub. num. 2.* ibi, *Vnde dicimus, quod*
exempti ſunt à Deo.

21 Et ſanè locus † Petri in *1. epiſt. cap. 2.* in illis
verbis, *Subiecti igitur eſtote omni humana Crea-*
tura, propter Deum, ſiue Regi, quaſi pracellenti, ſi-
ue Ducibus, tanquam ab eo miſſis ad vindictam
malefactorum, laudem verò bonorum, quia ſic eſt
voluntas Dei, &c.; ex quibus *Alciatus in repet. c.*
cum non ab homine ſub num. 3. verſ. ſed tu aduer-
te de iudic. veritus fuit poſſe in dubium reuocari
id quod tam clarè iam eſt demonſtratū; non facit
ad rem, præter id enim, quod B. Petrus, non loqui-
tur de hac ſubiectione iudiciaria, ſed de humilita-
te Chriſtiana reſpectu omnis creaturæ propter
Deum, vt ſe ipſum ſatis explicat, pergitquè in
ſubſequentibus clariùs enarrare, ibi, *quia hac eſt*
voluntas Dei, vt benè facientes, faciatis imprudenti-
tiam hominum ignorantiam, quaſi liberi, & non
quaſi velamen habentes malitia libertatem, ſed
ſicut ſerui Dei omnes honorate, nō, video qualitèr
dicta verba, poſſint referri ad Clericos, vel perſo-
nas Eccleſiaſticas, de quibus in ſpecie non loqui-
tur Petrus in tota ea Epiſtola, quæ vt habetur in
eius initio, directa legitur *electis Aduenis diſper-*
ſionis Ponti Galatia.

Quatenus autem iſtud exemptionis beneficiū
22 à † iure diuino profluit, vt eſt æternum, & immu-
tabile, *§. vlt. de iur. natur. gent. & ciuil.* cōſequi-
tur nullam in cōtrarium præualere cuiuſuis tem-
poris conſuetudinem, aut veriùs abuſum, etiam
prætextu grauitatis criminis, *cap. Clerici 8 & d.*
cap. cum non ab homine de Iudic. Rot. d. deciſ. 10.
n. 4. de Conſuet. in antiq. & deciſ. 305. n. 2. par. 3.
23 *rec.* Quatenus verò, vt iam dictum eſt, non † per-
ſonæ, ſed ordini indultum fuit, haudquaquam ex
ſolius perſonæ conſenſu alterabile eſſe, vt inde
poſſit iuriſdictio laicorum prorogari, vt in *d. cap.*
ſi diligenti deciditur, & ibi paſſim notant ſcribē-
tes, *Alciat. in d. cap. cum non ab homine, in prima*
lectu. ſub num. 10. verſ. eſt verum, quod ego dubi-
to de Iudic. quantumcunque etiam accederet cō-
24 ſenſus † proprij Epiſcopi, & ageretur de cauſa
mere ciuili, quidquid enim voluit fuerit *Archid.*
in cap. 1. num. 2. de Cler. coniug. in ſexto, non ſolū
Epiſcopus, ſed neque ipſe Pontifex Maximus, po-
teſt directò reddere laicum capacē iſtius poteſta-
tis, vt late diſputat, & cōcludit *Suarez in pracit.*
25 *lib. 4. c. 30. ex n. 18.* prætetquā † per modū delega-
tionis, vt iam nō laicus ex propria, vel participa-
ta quouis modo poteſtate, ſed Eccleſiaſticus ipſe
per laicum, tāquam per Inſtrumentum, & organū
ſuū intelligatur ius dicere, vt benè explicat *Abb.*
in c. Eccleſia S. Maria num. 10. ad fin. de Conſtit.
cum alijs per nos congeſtis hoc eod. lib. q. 33. nu. 21.

26 Et ſanè in criminalibus † ſolus Papa hoc efficere
poteſt, cum Epiſcopis, vel alijs inferioribus Præ-
latis vix permiſſum ſit in cauſis pecuniarijs, & me-
rè ciuilibus, vt aduertit *gloſ. in cap. 2. in verb. non*
praſumāt de Iudic. iuxta multiplicem declaratio-
nem, quam ibi præ cæteris faciūt *Butr. nu. 6. Abb.*
& Dec. vterque num. 7. & alij paſſim, quos cumu-
lat Carol. de Graſſ. d. eff. 1. ex num. 562.

27 Parciùs autem delegationes eæ debent † fieri,
nè detur occaſio laicis hac poteſtate abutēdi; vn-
de cum ſupponeretur tempore Clementis VIII.
atrociſſimū Maieſtatis, & humanæ & diuinæ cri-
men, Pontifex nunquam voluit (vt petebatur) per-
mittere cauſæ cognitionem laicorū Magiſtratui,
ſed eam Nuncio ſuo delegauit, qui eam cogno-
ſceret, & decideret, adhibito Officiali Regio,
Clerico tamen, vnà cum ſingulari in ea ipſa cauſa
Fiſci Patrono, quemadmodū commemorat *Ioan.*
Franciſcus de Ponte deciſ. 9. ſub num. 11. verſ.
quibus omnibus.

Sunt tamen aliquæ cauſæ, natura ſua miſti fori,
28 in quibus † locus eſt præuentioni, iuxta *text. in c.*
cum ſit generale 8 de for. compet. Anchar. conſ. 15.
n. 3. ad quos limites reſtringi debet id quod ſcri-
29 pſit Bonacina † nè videatur toto Cælo aberraſſe,
in tract. de legib. diſput. 10. in 2. q. 2 punct. §. 5. in
1. propoſ. ad fin. verſ hac tamen intelligenda ſunt.

Diffunditur verò beneficium iſtud, ad res, & bo-
na quæcunque ipſius Clerici, ideſt non ſolum ea
quæ obtinet ratione Eccleſiæ, de quibus nulla eſt
dubitatio, verùm etiam, quæ eius patrimonij ſunt
30 effecta, largiſſimè patrimonij ſumpto † vocabulo,
pro vniuerſis bonis, & ſubſtantia cuiuſquè, vt in
l. ſed ſi lege 28. in princ. ff. de petit. hared. l. cura 4.
verſ. nam ſi ex voto ff. de muner. & honorib. in l.
quantum 20. ff. de eo quod met. cau. in l. 1. ff. de
vſufr. ear. rer. in l. res appellatio 5. vbi Rebuff. in
vlt. char. ſuper verb. patrimonij, & in verſ. quaro
qua dicantur, de verb. ſignif. & in §. qui autem in
princ. inſtit. qua in fraud. credit. Luc. de Penn. in l.
ſi diuina ſub num. 3. verſ. & breuitèr C. de exact.
Tribut. lib. 10. licet enim hæc non gaudeant eodē
31 priuilegio, † quo gaudent bona Eccleſiaſtica, præ-
terquā in certis caſibus à iure expreſſis, attamen
interim ſunt ſub protectione Eccleſiæ ratione
perſonæ, ità vt Eccleſia debeat illa defendere, vt
docuit *Abb. in ſupracit. cap. Eccleſia S. Maria 10.*
n. 7. de conſtit. & ibi Adden. Quaproptèr etiamſi
32 res † aliqua poſſeſſa per Clericū, aut quouis modo
illi acquiſita, prætendatur affecta onere reali, &
ſupponatur pro indubitato, Clericū, ſiue etiā Ec-
cleſiam ad illud onus teneri, iuxta *text. in can. ſi*
quis laicus 40. 16. q. 1. quod eſt de ſumma ratione,
tàm inſpecta diſpoſitione iuris ciuilis *in l. inter*
emptorē 43. de pact. quàm iuris Canonici *in Clem.*
1. de cenſib. ſecundum tamen diſtinctionem quam
poſuimus *lib. 1. q. 2. nu. 37.* attamen pro exactione
33 huiuſmodi oneris (niſi ageretur † de re feudali,
iuxta ſententiam *Archid. in c. 1. ſub n. 3. verſ. nam*
Epiſcopi, & alij Clerici, de Cleric. coniug. in ſexto,
& adhuc citra cauſam delicti ſeu criminis, *Aufrer*
in repet. Clemen. 1. num. 77. verſ. & procedit de
34 *Offic. ordin.*) non poteſt † adiri Iudex laicus, non
ſolum

ſolum ſi intentetur actio perſonalis, quod nullus
negat, verum etiam ſi intentetur actio realis, vt re-
probata ſententia *Gulliel. de Cun.* docuit *Bald. in*
l. 3. num. 1. C. de Epiſc. & Cleric. & in Auth. ſed
& periculum ſub num. 3. verſ. etſi dicatur C. ſine
cenſ. vel reliq. fund. comp. non poſſ. Hoſtienſ. in
ſumm. de Immun. Eccleſ. ſub nu. 3. circa fin. verſ.
alij dicunt, quod non committitur, Aufrer. de po-
teſt. ſecul. ſuper Eccleſ. reg. 2. num. 27. & clarius
idem docuerunt *Ioann. Andr. in cap. non minus*
ſub num. 8. ad fin. verſ. ad hoc tamen de immun.
Eccleſ. & Abb. in cap. qualitèr 27. nu. 9. de Iudic.
& latiſſimè conſuluit *Oldra. conſ. 83. ex num. 3.*
vſque ad fin. Afflict. deciſ. 2. num. 5. & quidquid
de mero facto, & per abuſum alicubi vſurpetur,
ſententiam hanc de iure eſſe veram agnouit *Io.*
Faber in §. vlt. ſub num. 7. ad fin. verſ. quid in
realibus Inſtit. de Satiſdat. vt parum curandum ſit
de arreſtis cumulatis per *Tiraq. de retract. Li-*
gnager. §. 32. num. 81. ſemper reſiſtente iuris pro-
hibitione, quæ omnia conſeruat in terminis meri
abuſus, vt benè aduertit *Aufrer. in pracit. Clem. 1.*
num. 87. & ſub num. 88. ex verſ. item ad propoſi-
tum vſque ad num. 92.

35 Tametſi enim in contrarium allegetur † aucto-
ritas Baldi *in cap. cum veniſſent ſub nu. 6. verſ.*
aliter tamen, de eo qui mittit. in poſſeſſ. rei ſer. cauſ.
tamen Baldus ibi hoc non dicit, ſed ſimpliciter re-
fert opinionem *Gulliel. de Cun.* remittendo ſe ad
ea, quæ alibi ipſe docuerat, videlicet *in d. l. 3.*
vbi dictam opinionem *Gulhelm. de Cun.* expreſ-
sè reprobauit.

Similitèr quãuis pro eadem contraria ſentẽtia
36 afferatur doctrina † *Innoc. in cap. poſtulaſti verſ. ſi*
autem aliquis habet poſſeſſionẽ de for. compet. vbi
ſcripſit, ſi alicuius poſſeſſiones deberent aliqua
munera realia, ſiue ordinaria, ſiue alia, poſſe eas
occupari per eum, in cuius iuriſdictione ſunt, li-
cet nequeat diſtringi perſona, vt coram ſe iniudi-
cio compareat, quæ non eſt ſuæ iuriſdictionis; hoc
37 tamen caſu, ſi agatur in rem, coram Iudice † rei
de qua agitur, poſſeſſorem conueniendũ eſſe, *l. vn.*
C. Vbi de hered. agit. cũ simil. nihilominus ad ocu-
lum patet, doctrinam hanc nõ pertinere ad termi-
nos iſtius articuli, in quo agitur de poteſtate laici
in Clericum, ſiue Eccleſiaſticam perſonam, in quo
ſupponimus nedum perſonam eſſe exemptam, ſed
ſingulari ratione, bona ipſa eſſe ſub protectione
Eccleſiæ, cuios protectionis ratione, impeditur
laicus eadem bona occupare; neque Innocentius
38 de hoc ibi tractat, vtcunque † enim ſimplicitèr ve-
rum ſit quod quaſi ex mente eiuſdem Innocentij
ſcripſit Salycetus *in d. Auth. ſed & periculum ſub*
num. 2. verſ. & tantum per laicos C. ſine cenſ. vel
reliq. fund. comp. non poſſ. videlicet, hoc caſo non
tam Clericum, quam rem ipſam per laicum cogi,
interim tamen verũ eſt, perſonam ipſam cogi, cum
39 plus minuſuè non mutent ſubiectum; nec † quia
in rem agatur, ſit à iure remiſſa neceſſitas citandi
poſſeſſorem, *l. 1. C. vbi in rem act.* etiam ſi proce-
40 datur ad exequutionem iudicati, ſiuè † intentetur
ipſa actio iudicati, ſiue Iudicis officium, iuxta
doctrinam *Cyni in l. ab exequutione ſub num. 1.*
verſ. circa hoc videndum C. de exeq. re. iud. reie-
41 cta † Bartoli diſtinctione inter realem, & perſo-
nalem actionem, prout cõmuniter reijcitur, quem-
admodum docuit poſt alios *Iaſ. in l. à Diuo Pio*
§. in venditione num. 9. & ibi etiam Imola ſub
num. 12. verſ. extra gloſ. & Alex. num. 30. & 31.
ff. de re iud. cum alijs quos retulit, & ſequutus eſt
Aſin. in praxi §. 31. cap. 4. in prima ampliat.
num. 1.

Quemadmodum autem iſtud beneficium tena-
cius hæret perſonæ Clerici ſacro Subdiaconatus
ordine initiati, quàm adhæreat perſonæ Clerici
initiati prima tonſura, vel minorum Ordinum,
cùm ab iſto plerunquè ex multis contingentibus
42 auferatur, ab illo † verò prorſus ſit inſeparabile,
propter vim characteris indelebilis in animã im-
preſſi, & voti caſtitatis, *Abb. in ſupraall. cap. Ioan-*
nes num. 3. & 4. de Cleric. coniug. vndè exigitur
43 actualis degradatio, ante † quã impoſſibile eſt, lai-
cum in eũ habere aliquam poteſtatem, *Clar. in §.*
fin q. 36. n. 35. & alibi ſupra oſtẽdimus: Ità Sacrum
44 Tridentinum Concilium † *ſeſſ. 23. cap. 3. cum ſeq.*
optimè intelligens iſtius beneficij, dum non au-
fertur etiam à Clerico primæ tonſuræ, & minorũ
Ordinum, omnimodo ſummam eſſe prærogatiuã,
neque ideo congruere illud applicari perſonis im-
meritis, & indignis, multa præſcripſit Epiſcopis,
quæ in illius collatione obſeruare debẽt, & ob ſal-
tim in benè formanda hac Eccleſiaſtica militia
45 inuigilarent, nè quando † efficiantur Rei infideli-
tatis, & eorum qui ſcandalizantur, vt ait *text. in*
can. hi quoſcunque, qui in ordine eſt 44 prima q. 1.
& eorom ſimul, qui ſic indignè ordinantur, vt ibi-
dem ſubijcit *Turrecrem num. 1.*

Præ cæteris autem hoc monet S. Sancta Syno-
46 dus, nè prima † tonſura initientur, qui confirma-
tionis Sacramẽtum nõ ſuſceperint, qui fidei rudi-
menta non fuerint edocti, quique legere, & ſcri-
bere neſciunt, & denique, hi de quibus probabi-
lis coniectura non eſt eos nõ ſæcularis iudicij fu-
giendi cauſa, ſed vt Deo fidelitèr cultum præſtẽt,
hoc vitæ genus elegiſſe; Porrò illud primum de
confirmatione me quidem minimè fugit, vſquè
adeo illius præexiſtentiam non eſſe neceſſariam,
quominus valida ſit ordinatio, vt concludit *Sayr.*
de Sacram. lib. 4. cap. 3 q. vn. num 2. neque ipſum
47 ordinatum, † tametſi hoc non detexerit, mortali-
ter peccare, ſecundum *Nauar. in manual. cap. 22.*
ſub num 9. verſ. quinto peccat, at hinc non ſequi-
48 tur quin † Epiſcopus huiuſmodi rei veritate non
exprobata, ordinans, dicatur delinquere in offi-
cio, & ſcandalum excitare in Populo, quaſi par-
49 ui faciens confirmationis Sacramentum, in † quo
perficitur quodammodò ætas ex baptiſmate re-
generati, iuxta doctrinã *B. Thoma in 3. par. q. 72.*
in primo art. ad fin. cum alijs per Sayr. eod. tract.
de Sacram. lib 2. cap. 2. in 3. q. art. 3. num. 3.

Præcipuè, ſi neque curaret ſibi prius afferri te-
50 ſtimonium baptiſmi, ſine quo, vt eſt † omnium
Sacramentorum fundamentum, neque confirma-
tionis, neque ordinis, alteriuſuè Sacramẽti chara-
cter imprimi poteſt, *c. veniẽs de Presb. nõ baptiz.*
miniſt. c. 2. de cognat. ſpirit. in 6. Sayr. d. q. vn. n. 5.

Neque

Neque rurſus excuſari poſſet à manifeſto cir-
51 ca† proprium officium delicto,ſi aliquem promo-
ueret vſque adeo rudem & bardum, qui legere, &
ſcribere neſciret, de quo defectu ſatis egimus *lib.
2.q.50.ex num. 5.* & multò magis ſi eum qui fidei
rudimenta edoctus adhuc non eſſet, cùm adultis,
52 neque † ipſe baptiſmus concedatur, prius quam
cathechizentur,*can.ante baptiſmum 54.de conſe-
crat.diſt.4.& eſt quoque text.vbi gloſ.1. in preal.
cap. 2. de cognat.ſpir.*
53 Sed nihil magis eidem Epiſcopo † curæ debet
eſſe, quam vt ne eum Clericali militiæ adſcribat,
de quo,(vt habet in verbis decretũ Concilij)pro-
babilis coniectura nõ ſit eum elegiſſe hoc vitæ ge-
nus,vt Deo fidelem cultum præſtet,non vt fraudu-
lentèr ſeculare iudiciũ effugiat, ſicuti enim is qui
ità fraudulentèr initiatur, mortalitèr peccat ob
malum finem,vt cõcludit *Nauarr.de orat.& bor.
Canon.c.7.ſub n.15. verſ. tum quod nõ ſe ordinat,*
54 ita Epiſcopus † ordinãs, qui fraudi huic coopera-
tur,eodem peccato inuoluitur,vt cenſuit *Victoria
in ſumm.de Sacram.ordin. n.240* à quo non ſatis
aptè diſcedit Sanchez *de matrimon.lib.7. diſp.31.*
55 *ſub n.17.* ea ratione, quod † finis ità per fraudem
initiati,vel ordinati non ſit mortalis; quia aſſum-
ptum eſt erroneum, dum id adſtruitur ex leuitate
materiæ, ſecundum opinionem nonnullorum, quã
ipſe Sãchez ſuit ſequutus,*ad precept. Decal.lib.6.
c.4.ex n.30.* exiſtimans non inferri Eccleſiæ ſiue
ordini iniuriam grauem,ex quo neque tõſura, ne-
què ordines minores ſunt Sacramenta, ſed Sacra-
mentalia;Nequè enim aduertit, actum ordinatio-
nis huius non ferri in iniuriam ipſius ordinis, tan-
quam in ſuum finem, ſed mediante ordine ferri in
iniuriã poteſtatis ſæcularis,à qua ſubducitur per-
ſona cum rebus, ſecundum ea, quæ iam firmaui-
mus;quod Concilium,nedum non tolerat,ſed de-
56 teſtatur,finis ergo vltimus eſt †fraus,quæ fit pote-
ſtati laicæ,fraus verò, quæ fit Eccleſiæ, reputatur
medium, ſecundum doctrinam Philoſophi *meta-
phyſic. 5. cap. 2.*

Dum igitur ſupponimus,per traductionem per-
ſonæ de ſtatu laicali,ad ſtatum Clericalem,nedum
perſonam eandem, ſed & illius bona ſubduci de
57 poteſtate laicali, nequè deinceps † teneri erga
Principem,& ciuilem Rempublicam, ad tributa,
vectigalia.& huiuſmodi onera, *cap. quanquam de
cenſib.in ſexto,Clem.præſenti eo.tit. Abb.in c.1.ſub
num.6.ad fin.verſ. facit textus extra eo.tit. & in
cap. non minus num.1.de Immunit. Eccleſ.Dec.
conſ.496.nu.2.Io Bertachinus in tract. de gabell.
in 7.par.n.9.& 10. quos retulit, & ſequutus fuit
Guttier.eo.tract q.87.ex num.2.* nec quiſpiam du-
58 bitet immunitatem † hanc etiam Clericis primæ
tonſuræ competere, vt latè tradit: idem *Guttier.
eo.tract. q.91. ex num.1. & per,10.* & dum rurſus
59 ſupponimus his tributis, † & vectigalibus (quate-
nus iuſta ſint) fraudem fieri non poſſe abſquè pec-
cato mortali, & obligatione de reſtituẽdo,vt præ
cæteris latè tradit, & concludit *Couarr. in reg.
peccatum 2.par.§.5.ex nu.5 de reg. iur. in ſexto,*
non video,qualitèr Epiſcopus poſſit vacare maxi-
ma culpa, dùm ab initiando non exigit coniectu-
ram probabilem,iuſtæ iſtius vitæ electionis,& ex-
cluſiuã fraudis huius, ſecundũ legem ſibi præſcri-
60 ptã per Cõcilium,ſiue in eo cõſideretur, † tanquã
commiſſum in legem, quæ prohibet actum alitèr
fieri,ſiuè conſideretur,tãquam omiſſum, cum hæc
formalitèr non differant ſpecie, ex doctrina *B.
Thomæ in prima ſecũdæ q.72.ar.3.in corp.Azor.
moral.par.1.lib.4.cap.3.in princ.* & in conſequẽs
61 quin teneatur ad reſtitutionem †propter concur-
ſum perfractæ charitatis, & iniuſtitiæ, vtcunque
non ſit effectus particeps rei ablatæ, vt poſt Di-
uum Thomam 2. 2. *q. 62. ar.7.in corp.* pleuè do-
cuit *Sot. de iuſt.& iur. lib.4. quæſt.7.art.3.in 1.
& 2. concluſ.*

Nequè exiſtimo,eum poſſe excuſari eo prętex-
tu quod ſi ipſe talem fraudulentum nõ ordinaſſet,
nihilominus ab alio id extorſiſſet, nam regula,
62 quæ ſe habet † damni cauſam dantem, ad dam-
num teneri,*l.ait Prætor.§.vlt.ff.vi bonor. raptor.
l. videamus 12.ff.locat.cap.vlt.de homicid.in ſex-
to,cum ſimil.adductis per Surd. deciſ.94. num.2.*
non admittit hanc excuſationem, quominus, qui
63 cauſam † hanc dedit, obnoxius ſit reſtitutioni, vt
benè deducit *Couarr. in cap. peccatum 2. par.
§. 12. num. 2. de reg. iur. in ſexto.*
64 Quòd ſi quiſpiam à me perquirat, † in re ne-
dum abſtruſa, ſed adeò verſatili, quamnam exige-
rem probabilem coniecturam; reſpondeo illam
ipſam, quam D. N. Ieſus Chriſtus exemplo ſuo
nos docuit *Matthæi cap.20.* quando conuerſus ad
duos fratres, prima ſubſellia ambientes, ab eis
hoc prius ſibi explicari voluit, vtrum ſaltim ſci-
rent, quid peterent: Percontarer igitur initian-
dum, non vtrum habeat intentionem aſcendendi
ad alios ordines, & mihi reſponderet ſub iura-
mẽto,qui enim fraudi ſe inſtruxit facile eſt vt mẽ-
65 tiatur,& qui vt mentiatur † inducitur, facillimum
eſt vt peieret, vt dicebat *Tullius in Orat. pro
Roſcio Comœdo*;ſed percontarer,vtrum benè per-
cipiat, & intelligat Officium Clerici pro quo re-
cepturus eſt beneficium ſortitionis à Deo; Porrò
66 ſi aliud mihi comminiſceretur † officium,quàm
deinceps non vacandi, & implicandi ſe negotijs
ſæcularibus, & ex toto imbui Spiritu ſancto, in-
dequè Sanctiſſimis moribus alios, tàm de Clero,
quàm de Populo ædificandi, iuxta metaphoram
functionis ſtomachi in humano corpore, quam
expreſſit *Bellarmin.concio. 52.in col. antepenult.
verſ.ſed vbi ſtomachum*,idquè ex fronte alijsquè
extrinſecis ſignis ſetiò,adeoquè ex intimis viſce-
ribus proferri conijcerem, vereor nè omni alia
coniectura nihili penſa, illi dicerem, *fili neſcis
quid petas*,i, *prius diſce, quale officium Clerici ſit,
67 nè cùm † vox iſta,ſortitionem ſignificet, Mundus
ac ſæculum, quin te infernus verius ſortiatur*, vt
penè his verbis loquitur *Roder. Zamorenſis Epi-
ſcopus in Specul.vit.huma.par.2.cap.12.*

Abſit tamen, vt prætextu huius fraudis cõmiſ-
ſæ Iudex laicus,aut perſonã Clerici, aut illius bo-
68 na diſtringere audeat;nam qualitercunquè † inci-
dat quæſtio circa ſtatum perſonæ, vtrum ſit talis,
vt debeat exemptionis huius beneficio potiri,co-
gnitio, & deciſio ad ſolum Eccleſiaſticum Iudi-
cem

Digitized by Google

cem pertinet, *cap. ſi Iudex laicus de ſenten. excomm. in ſexto*, veluti in fortiori caſu ſi eſſet depræhenſus Clericus in habitu laicali, vtcunquè
69 enim † Iudex laicus non teneatur depræhenſum in delicto in habitu ſæculari, dimittere, donec ſibi conſtet de Clericatu; & ſi ſupponatur coniugatus, adhuc magis ſuperſedeat, donec captus iuſtificet ſe contraxiſſe cū vnica, & virgine, ſimulquè conſueuiſſe deſerre habitum, & tōſuram, iuxta diſpoſitionē *c. vn. de Cler. coniug. in ſexto, innouatā per S. Tridentinum Concilium d. ſeſſ. 23. de refor. c. 6. verſ. in Clericis verò coniugatis*, prout ita reſoluit *Rota de ſent. excom. deciſ. 3. in nou. Couarr. practic. quæſt. cap. 31. ſub nu. 7. verſ. tertio, Carol. de Graſſ. in ſapecit. eff. 1. n. 79.* de his tamen † nul-
70 lo modo ipſe cognoſcit; nam ſi de ſolis veſtibus, & tonſura tractetur, & res dubia ſit, videlicet an laicales, vel Clericales ſint, quidquid per abuſum alicubi ſeruari iactetur, vt in Ducatu Mediolanenſi ſcripſit *Clar. in §. fin. q. 36. ſub n. 14. verſ. & nota in hoc propoſito, poſt Guid. Pap. deciſ. 138. ex n. 2.* nihiluminus communis Doctorum ſentētia eſt in contrarium, vt eo loco fatetur ipſe Clarus, & paſſim ſeruatur, & in ſpecie apud Hiſpanos, vt teſtatur *Couarr. practic. quæſt. c. 33. ſub num. 1. verſ.*
71 *atquè ita apud Hiſpanos:* ſi verò etiam † ad oculū pateat veſtes eſſe merè laicales, adhuc idem eſt dicendum, quia tametſi factum iſtud poſſit videri notorium, veluti ſenſui expoſitum, poteſt tamen dari inſtātia iuſtæ excuſationis, puta ex paupertate, vel alia ſimili de cauſa, de quibus per *Farinac. q. 8. n. 67. cum alijs per Ricc. in Collect. canon. 956.* de hac autem cauſa nō poteſt pertinere iudicium ad alium, quàm ad Iudicem Eccleſiaſticum; & hoc eſt quod verè docuit *Bald. in l. ſi qua per calumniam, ſub nu. 4. verſ. ſed ponamus quod eſt captus C. de Epiſc. & Cleric.* ibi, *tamen interim donec cognoſcitur de Clericatu, debet Poteſtas ſuperſedere, primo quia pendet quæſtio præiudicialis ſuæ iuriſdictioni, ſecundo, quia interim neſcit ſe Iudi-*
72 *cem*, vt propterea non † parum ſit mirandū, quod hæc eadem doctrina adeo clara, & perſpicua torqueatur in contrariam ſententiam, prout torquetur per *Guid. Pap. in præall. deciſ. 138.* ideoquè eadem opinio communitèr reprobatur, quemadmodum etiam notauit *Bonacin. d. diſput. 10. q. 2. in 1. punct. §. 4. propoſ. vn. num. 8.*

Si verò etiam de receſſu ipſius perſonæ à ſtatu Clericali tractetur per matrimonium, idem prorſus eſt dicendum, modò ante capturam conſueuiſſet Clericus incedere in habitu, & tonſura, in quibus conſeruatur Clericalis ſtatus; nam ſuppoſito
73 quod id † ſit notum laico, vtique nec per momentum poſſet talis Clerici perſona abſque incurſu excommunicationis detineri, neque ad eum pertineret cognitio, an duxerit vnicam, & virginem, conſueuiſſetuè iugiter habitum, & tonſuram huiuſmodi deſerre, de his enim omnibus cognoſcit Eccleſiaſticus, *d. c. ſi Iudex laicus de ſent. excomm. in ſexto, vbi notat præ cæteris Ioan. Andr. nu. 1.* & hoc eſt, quod decidit Rota *in præall. deciſ. 3. ad fi. verſ. & de his de ſent. excomm. in nou. & benè explicant Gemin. in d. cap. vn. §. vlt. num. 9. de Cler. coniug. in 6. Alex. de Neu. conſ. 59. nu. 26. Bellug. in ſpecul. Princip. rubr. 11. §. videamus ſub nu. 4. verſ. & quod dictum extitulū*, licet *in verſ. tamen quod coniugatus*, non videatur benè percepiſſe doctrinā *Gemin.* qui in hoc articulo ſecus ac ipſe Belluga exiſtimauit, nō negat enim quin Clericus coniugatus, antequam remittatur debeat iuſtificare ſe talem eſſe, ſed id negat reſpectu incurſus cenſurarum per Iudicem Laicum, ſi ſibi compertum id alio quouis modo ſit, quod poſtmodum ipſe Belluga videtur etiam agnouiſſe *ſub num. 5.* dum vult poſſe laicum de his ignarum, vel dubitantem extraiudicialitèr de veritate informari, non per modum cognitionis, ſed ſimplicis inſtructionis, manifeſtè innuens cum interim repeti poſſe per Epiſcopum.

Porrò licet Clericus primæ tonſuræ, vel minorum ordinum, præcipuè ex noua diſpoſitione Concilij non gaudeat priuilegio fori, niſi deferar habi-
74 tum Clericalem, qui conſtituitur † non ex ſolis veſtibus, neque ex ſola tonſura clericali, ſed ex vtriſque ſimul, ideſt ex veſtibus, & tonſura, quod eſſe benè notandum docuit *Io. Andr. in d. c. ſi Iudex laicus ſub n. 1. ad med. ſuper verb. tonſurā de ſent. excomm. in 6. Bald. in d. l. ſi qua per calumniā 22. ſub num. 3. verſ. vlterius quæritur C. de Epiſc. & Cleric. Guid. Pap. in ſupracit. deciſ. 138. ſub nu. 1.*
75 *verſ. ſic quod propterea*, ſimulquè aut † beneficium obtineat, aut ad præſcriptum Concilij de mādato Epiſcopi Eccleſiæ deſeruiat, vt expreſsè cauetur in *præalleg. ſeſſ. 23. cap. 6. de reform.* cuius rationem benè expoſuit *Hieronymus Cened. can. q. 4. ſub num. 19. verſ. poteſt ſiquidem & num. 20.*
76 Attamen id ſemper intelligitur † reſpectu Clerici ipſius habitus deſertoris, nè deinceps valeat declinare forum laicale, ſed nō reſpectu Eccleſiæ, quominus ſi poſt deſertionem habitus deliquerit, poſſit Epiſcopus eū punire, vt ex mēte *S. Congreg. ſuper Concil. adnotauit Ricc. deciſ. 607. n. 3.* quem retulit, & ſequutus fuit *Bonacin. de legib. diſput. 10. in 2. q. in primo punct. §. 4. propoſ. vn. nu. 19.* & hoc modo venit explicandū, quod etiā ex mente eiuſdem Sacræ Congregationis traditur, non iuuari
77 eo decreto † beneficiarium Clericum, ſi non incedat in habitu, & tonſura, cuius reſolutionis meminere *Pariſ. de reſign. lib. 1. q. 10. n. 70. et lib. 2. q. 15. n. 15. Garz. de benef. p. 1. c. 1. n. 71. Gonzal. ad reg. de menſib. gloſſ. 5. §. 5. n. 6. Bonacin. præcit. diſp. 10. q. 2. punct. 1. in §. 4. propoſ. 1. n. 1. & latiſſimè firmat Cened. d. q. 4. ex nu. 32. verſ. elegans tamen.*

Præmiſſa autem procedunt, non ſolum reſpectu Clericorum ſæcularium, verum etiam quorumuis Regularium, ac diuino obſequio mancipatorū, æque enim omnes iſti videntur ſortiti, nam ſortitionis
78 (quatenus vox hæc ducitur † à verbo ſortiri, quod apud nos, eſt per ſortem nanciſci, *l. ſi quis cautionibus, & ibi gloſ. in verb. ſortiri ff. famil. erciſc.*)
79 tres † dantur gradus, quorum prior eſt ſeparationis partis à toto, dum per baptiſmū Dominus hominem ab hominibus ità ſeparat, vt eum Populo ſuo aggreget, non ſecus ac olim per circumciſionem, vt docet *B. Thomas in 3. par. q. 70. ar. 1. in corp.* Alter eſt electionis, dum ex ità ſeparatis ali-

quos

quos deligit, vt ſibi, omni alia depoſita cura, famulentur, quos B. Hieronymus in *can. duo ſunt 12. q. 1.* vocat mancipatos diuino officio: poſterior eſt ſigni, ſiue Characteris, dum rurſus ex his mancipatis aliquos ſpirituali ſtigmate nocat, vti ex *B. Io. Chryſoſt.* benè *notauit Sayr. d. tract. de Sacram. lib. 4. c. 1. in 1. q ar. 2. ſub n. 2. & in 2. q. n. 2. & 4.* In hac verò diſputatione de ſortitis per baptiſmũ ſimplicitèr non agimus, ſed tantùm de ſortitis ex dedicatione perſonæ diuino cultui, quos Hieronymus ſub generali termino vocat mancipatos, hos

80 enim in *d. can. duo ſunt* ponit † tanquam inter ſe oppoſita reſpectu munerum, quibus incumbunt, dum illi temporalibus, iſti ſpiritualibus dedunt ſe, quò duo tendunt Sacramenta Eccleſiæ, matrimonij videlicet laicis ipſis conceſſi, vt in *d. can. duo ſunt* expreſsè refertur, & ordinis, vt quemadmodũ in commune bonum Eccleſiæ Sacramentũ matrimonij illi generat filios temporales, ita Sacramẽtum ordinis generet ſpirituales, vt pulchrè diſcurrit *Sayr. eo. tract. de Sacram. lib. 6 cap. 2. quaeſt. vn: ſub num. 1. ad fin. verſ. intèr ea vero.*

FINIS LIBRI TERTII.

INDEX

Digitized by Google

I N D E X.

A

ABBATISSATVI *certa ætas ex Concilio præſcripta. q. 17 num. 252.*
in Abbatiſſam *poſtulatur ætatis defectū patiens. ibid. n. 253.*
Abbreuiatores, *vel officiales Cameræ, nequeunt dare clauſulas, per quas gratiæ ſubſtantia in præiudicium prouiſi deſtruatur. q. 1. num. 36.*
Abbreuiatorum *de Parco maiori, quæ ſint facultates, ibid. num. 34.*
Ablatiuus *abſolutus importat conditionē. q. 11. n. 126.*
Abortum procurantes *puniuntur lege Cornelia de ſicarijs. q. 31. num. 48.*
Incurrunt Irregularitatem. ibid. num. 49.
Puniuntur pœna capitali, ſi partus ſit animatus. ibid. num. 50.
Coercentur Conſtitutione Sixti V. hic relata. num. 51.
Clerici priuantur beneficijs. ibid. num. 52. Etiamſi partus ſit inanimatus. num. 53. neque admittitur aliqua excuſatio. num. 54. Declaratur. num. 55.
Abortus *pœna, an trahantur ad impedientem conceptionem, vel ad caſum in id non ordinatum. ibid. num. 56.*
Abſens *à beneficio cum licentia ad certum tempus limitata, ſi intra illud non reuertatur, cenſetur deſertor beneficij. q. 27. nu. 77. Et an hoc caſu requiratur monitio. ibid. num. 78.*
Quis dicatur. ibid. num. 86.
A reſidentia, ſi ignoretur locus in quo degit, vti debeat moneri. ibid. num. 95. Et quid ſi locus non ignoretur, ſed minus commodus ſit acceſſus. ibid. num. 96.
Vt ritè priuetur, ſi ignoretur locus poſt terminum edicti, debet per ſex menſes expectari. ibid. num. 102. Et qualiter contra eum debeat ſententia concipi. ibid. num. 103.
Vt priuetur, non exigitur ordo Iudiciarius. ibid. n. 105.
Si cauſa per ipſum propoſita, non ſint diſcuſſa, non reintegratur. ibid. num. 106.
Monitus ſuper reſidentia an teneatur mittere excuſatorem. ibid. num. 107. Interim tamen proceſſus eſt validus. num. 108. Sed adhuc ei ſubuenitur ope reſtitutionis, ibid. num. 109. Et qualiter per eum poſſit intentari aut nullitas, aut reſtitutio coram eodem Ordinario. ibid. num. 110. & 111.
Quo ordine plectatur ex diſpoſitione Tridentini Concilij. ibid. num. 115. Et quo ſecundum antiquos Canones. n. 116. Et an etiam prius per Cenſuras. n. 117.
A reſidentia, multiplicem incurrit pœnam, & ſemper arbitrariam Epiſcopo. ibid. num. 118.
Priuatus ob non reſidentiam cauſatiuam, vbicunque reuertitur, reintegratur ad beneficium. ibid. n. 119.
Si ex ſuppoſitione mortis ſpolietur beneficio, quandocunque compareat, illud recuperat. ibid. num. 120.
Ex iuſta cauſa & de licentia, conſequitur omnes fructus. ibid. num. 121. etiam diſtributiones quotidianas. ibid. num. 129. Modò ea duo concurrant. ibid. num. 122. & num. 126.
Sine cauſa, etiam cum licentia, non eſt tutus in cōſcientia. ibid. nu. 124. nec in foro exteriori pro conſequendis fructibus. ibid. num. 125.
Vbi habetur pro præſente, dicitur præſens fictè. ibidem num. 130.
Pro Eccleſiæ vtilitate, non conſequitur diſtributiones quotidianas, ſiuè vtilitas ſit principaliter, ſiuè conſequutiuè, ibid. num. 147. et 148. Defertur tamen conſuetudini. ibid. num. 149.
Cauſa ſtudij, conſequitur omnes fructus præter diſtributiones. ibid. nu. 152. Et quia ſi omnes reditus conſiſtunt in diſtributionibus. ibid. num. 153. Et qualiter ſit facienda diuiſio. ibid. num. 154.
Cauſa ſtudij, non tenetur dimittere Vicariū. ibid. n. 155.
Cauſa itineris, à beneficio curato, tenetur dimittere Vicarium cum congrua portione. ibid. num. 156.
Pro negotio proprio, iuſtam abſentiæ prætexit cauſam. ibid. num. 174. & num. 176. & 177. Quemadmodum peregrinans de mandato Epiſcopi. num. 175.
Pro ſeruitio Papæ, quatenus pro præſente habeatur. ibid. num. 182.
Quod habeatur pro præſente, eſt damnoſum Eccleſiæ. ibid. num. 186.
Abſentes *in electionibus conuocandi ſunt per ſonum Campanæ, vel alium modum vſu receptum. q. 17. num. 119.*
Abſentiæ *iuſta duplex cauſa, q. 27. num. 131.*
Cauſa, vbi deducitur ex neceſſitate vel vtilitate Eccleſiæ, intelligitur de magna, & euidenti. ibid. nu. 132.
Cauſa iuſta, eſt infirmitas. ibid. num. 133.
Cauſa iuſta, qualiter in vtilitate Eccleſiæ conſtituatur. ibid. num. 146.
Cauſa ex ſtudio, implicat vtilitatē Eccleſiæ. ibid. n. 150.
Licentia, ſolet omitti ex repentina neceſſitate diſcedendi. ibid. num. 208.
Licentia, ab Epiſcopo petenda, ibid. num. 209. Etiāmſi ius illam dandi ſit in Capitulo. ibid. num. 210.
Licentia, perpetuò petenda, etiamſi veriſimiliter Superior ſit eam negaturus. ibid. num. 211. Sufficitque eſſe petitam. ibid. num. 212. Decl. num. 213.
Licentia, nō eſt petenda, ſi neceſſitas vrgeat. ibid. n. 214.
Licentia, durat etiam mortuo eo qui illam conceſſit. ibid. num. 216.
Licentia eadem non eſt reuocabilis non ſuperueniente noua cauſa. num. 217.
Licētia ex cauſa ſtudij, qualiter reuocetur. ibid. n. 218.
Licentia eadem, non eſt neceſſaria prouiſo Apoſtolico præſenti in Vrbe, & in ea perſeueranti. ibid. n. 219.
Abſolutoria *ſententia, cui, & quādo detur. q. 19. n. 173.*
Nullam exigit probationem. ibid. num. 174.
Nullum Ius tribuit. ibid. n. 175. Declaratur. num. 176.

Perpe-

Digitized by Google

Perpetuò fertur contra petitorem, ex ſuppoſitione quòd nullum Ius ei competat, ibid. num. 178.
Continet impoſitionem perpetui ſilentij, cum condemnatione in expenſis, ibid. num. 179.
Non impeditur in petitorio prætextu poſſeſſorij, ſi illud non fuerit ſuſpenſum, ibid. n. 180. Minuſque prætextu mortis Actoris litigantis, ibid. nu. 181.
Nec denique ex cenſuris, ibid. num. 182.
Datur etiam Actori, ſi poſſideat, ibid. num. 183.
Abuſus ex inuerſione finis, q. 17. num. 263.
Propriè, quid, q. 18. num. 188.
Secundum vulgatiorem ſignificatum, quid, ibid. num. 189.
Aliquando in bonam partem, ibid. num. 191.
Aliquando verò in malam, ibid. num. 192.
Triplex eſt, ibid. num. 207.
Ac dictio, cuius ſit virtutis, q. 11. num. 4.
Acceptatio præſumitur ex ſola ſcientia in lucratiuis, q. 1. num. 29.
Accidens, vbi concurrit ex oppoſito natura actus, non attenditur, q. 14. num. 35.
Accurſius non ſatis idoneus verborum Iuris Interpres, q. 7. num. 209.
Accuſator debet carere vitio, quod alteri impingit, q. 20. num. 105.
Acta probatoria habent inſtar nauiculæ deducentis iudicium in portum, q. 12. num. 41.
Actor & Reus in fundanda ſua intentione non diſtinguuntur, q. 18. num. 184.
Actus imperfectus, pro nihilo reputatur, q. 1. num. 25.
Adiudicatoria vel etiam comminatoria ſententia, implicat victo nullum Ius competere, q. 18. nu. 177.
In quo differat ab abſolutoria, ibid. num. 172.
Adulterium grauiſſimum & deteſtabile eſt delictum, q. 33. num. 34.
Qua pœna puniatur in Clerico, ibid. num. 35.
Cur non enumeretur per Ius Canonicum inter grauiora delicta, ibid. num. 37.
Adulterij appellatione aliquando venit omnis fornicatio, ibid. num. 39.
Affatus Principis, qui dicatur, q. 1. num. 7.
Vox, etiam per Canones vſurpata. ibid. num. 8.
Affectio olim inducta ex manus appoſitione effectum non ſortita, reuocata ex quadam Regula Cancellariæ, q. 15. num. 63.
Alexandrina infert crimen Maieſtatis, & pœnam priuationis beneficiorum ipſo Iure, q. 30. nu. 123.
Ceſſat in prouocato offendente, ibid. num. 131.
Alienari bona eccleſiæ poſſunt ſine beneplacito Apoſtolico, ſi ſint ſolita alienari, q. 25. num. 18. & ſolita, quæ dicantur, ibid. num. 19.
Alienaſſe non videtur ad effectum incurrendi pœnam qui vendidit cum clauſula conſtituti, ibid. nu. 11.
Alienatio, vbi eſt prohibita, quando cenſeatur prohibita hypotheca, ibid. num. 13.
Terminus, explicatus, ibid. num. 3.
Strictè ſumitur, vbi agitur de incurſu pœnæ, ibid. num. 17.
Reputatur vnica, non plures, quando eſt facta iiſdem perſonis, ibid. num. 20.
Rei eccleſiæ, quibus caſibus fieri poſſit, non expectato beneplacito Papæ, ibid. num. 24.
Rei eccleſiæ, etiamſi vtilis ſit, abſque beneplacito fieri nequit, ibid. num. 30.
Eadem eſt prohibita, etiam his qui non iurarunt ſe inconſulto Pontifice non alienaturos, ibid nu. 31.
Alienationes rei eccleſiæ, debent eſſe vniformes, pro continuando curſu 40. annorum, ibid. num. 21.
Allegare non ſufficit id, de quo conſtare debet, q. 18. num. 45.
Altare erectum & dotatum in aliqua eccleſia dicitur beneficium ſimplex, q. 4. num. 29.
Altaris miniſterio, qui ſint applicandi, q. 17. num. 81.
Alternatiuæ Vel, vis declaratiua, q. 30. num. 77.
Ambigua Intentio in iudicijs explicatur ſecundum quod eſt vtilius ponenti, ſecus verò in gratijs ad beneficia, q. 3. num. 13.
Ambitio reddit indignum eum qui promoueri affectat, q. 17. num. 178.
Obſtat actui electionis, q. 17. num. 80.
Contra Charitatem intenditur, ibid. num. 179. & num. 283.
Quatenus dicatur actus inordinatus, ibid. num. 180.
Præſumitur in non vocato, & ſola hæc præſumptio repellit petentem ab electiuo, ibid. num. 182.
Debet oriri ex virtute, ibid. num. 279.
Lumine Intellectus hominem priuat, ibid. num. 282.
Et alios malos effectus parit, ibid. num. 281.
Analogum, vti deprehendatur, q. 29. num. 22.
Anathematiſmus, dicitur perditio & maledictio, q. 33. num. 84.
Aliquibus viſus non differre ab excommunicatione maiori, præterquam in ſolemnitate, ibid. num. 85. & 86.
Fulminatur maiori ſolemnitate, ibid. num. 87. & 88.
Anathematizatus, niſi redeat ad bonam frugem, degradatur actualiter, & Iudici ſeculari traditur, ibid. num. 89.
Animarum periculo occurrere, nihil magis conuenit Pontificis officio, q. 19. num. 23.
Animus hoſtilis præſumitur in lædente, niſi validiori præſumptione aliud conſtet, q. 30. num. 78.
Annata duplex, q. 20. num. 2.
Eius appellatione quid veniat, ibid. num. 1.
Hæredibus defuncti debita, qua ratione nitatur, ibid. num. 3. Et quando reprobetur conſuetudo eam ſoluendi, ibid. num. 4.
Pro extinguendo ære alieno Epiſcopi qualiter concedatur, ibid. num. 5.
Pro eccleſiæ aut fabrica, an poſſit conſtitui per Epiſcopum, ibid. num. 6.
Pro extinguendo ære alieno Epiſcopi, per ſolum Papam indulgetur, ibid. num. 7. Etiam de fructibus certi alicuius beneficij, ibid. num. 8.
Pro augumento cultus Diuini conceſſa, non cadit ſub clauſulis reuocatorijs, ibid. num. 11.
Seù eius onus tranſit cum beneficio vnito, ibid. nu. 15. Declar. num. 16.
Seù eius exactio, qualiter reſtringatur, dum conceditur Capitulo aut fabricæ, ibid. num. 17.
De quibus beneficijs non debetur, nec debetur de annexis, ibid. num. 18.
Soluitur Sedi Apoſtolicæ in ſignum vniuerſalis dominij, ibid. num. 19.
Subrogata loco decimæ, ibid. num. 23.
Qua ratione ſoluatur Sedi Apoſtolicæ, ibid. nu. 26.

Qualiter aliquibus defenſa à crimine Simonia, ibid. num. 32.

Eſt onus reale, ibid. num. 34. *Ideſt adiectum fructibus primi anni, ibid. num.* 35.

Exigitur ex momento Vacationis, ibid. num. 36.

Non perſoluitur à fructus non percipiente, ibid. num. 39.

Vt poſſit eius ſolutio differri, conceditur prouiſis ſub Intruſione, ibid. num. 41.

Non ſoluitur de beneficijs excedentibus xxiiij. Ducatos, ibid. num. 42. *Nulla habita ratione diſtributionum quotidianarum, ibid num.* 43. *Etiamſi fructus omnes in illis conſiſtant, ibid. num.* 44.

Vnica eſt perſoluenda, ſi eodem anno plures ſuccedant vacationes, ibid. num. 107.

Vbi eſt ſoluta, ſi eodem anno noua ſuccedat Vacatio, remittitur per officiales ſolutio, ibid. nu. 108.

Debita Inferioribus non debetur euicto beneficio per euincentem, ſi ſemel ſit ſoluta per Intruſum, ibid num. 109. *&* 110.

Annatæ *exactio ex diuerſis Conſtitutionibus Rom. Pontificum, quæ hic referuntur, iuſſa, q.* 20. *num.* 126.

Annatam *S. A. debitam ſubterfugientes, ſunt in continuo ſtatu damnationis, ibid. num.* 125.

Annatæ *quàm malè audiant apud nonnullos, ibid. n.* 20.

Vnde originem earum aliqui petierint, ibid. nu. 21.

Quàm leuiter per aliquos defenſa, ibid. num. 22.

Annatarum *Indultum fauore eccleſiæ, capit beneficia Iuriſpatronatus mixti, ibid. num.* 14.

Anni *correctio per Greg. XIII. habita in conſideratione, pro ſupputanda ætate legitima profeſſi, q.* 26. *num.* 33.

Apoſtaſia *à natura quæ, q.* 31. *num.* 1.

Appellatio *à delegato non emittitur ad alium, quam ad ipſum delegantem, q.* 12. *num.* 5.

Etiam ab Interloquutoria, totum negotium deuoluit ad Curiam, ibid num. 7.

Fieri poteſt, nè eligatur perſona aliqua propoſita ſiue nominata, ante ſcrutinium, iuſta ſubſiſtente cauſa, q. 17. *num.* 47.

Eſt antidotum & theriaca Iuris contra virus ſententiæ Iudicis, q. 18. *num.* 57.

Etiam temeraria ſuſpendit vim ſententiæ, ibid. num. 69.

Valida eſt, vbi non peccat in forma, neque aliter eſt prohibita, ibid. num. 70.

Multis caſibus à Iure prohibita, ibid. num. 72.

Nonnumquam Principis reſcripto interdicta, ibid. num. 73.

Vbi eſt prohibita, Iudex à quo quatenus valeat procedere ad exequutionem ſententiæ, ibid. num. 74.

Quod tertiò prohibetur, refertur ad ſententias diffinitiuas, ibid. num. 97.

De Iure canonico datur à quocumque grauamine, ibid. num. 98.

Dum à Principe remouetur, maximam de Iudice Princeps præſumit opinionem, ibid. num. 101.

Appellationi *qui non defert Iudex, multatur, q.* 18. *num.* 75.

Qui renunciauit, non cenſetur renunciaſſe facultati dandi de nullitate, ibid. num. 94.

Arbitrium *cenſetur collatum ex clauſula poteſtatiua, ſiue facultatiua, q.* 2. *num.* 39.

Arbores *fructiferas ſuccidens beneficiarius incidit in extrauag. Ambitioſæ, q.* 25. *num.* 26. *Declar. num.* 27.

Quo caſu, Vir poſſit ſuccidere in fundo dotali, ibid. num. 28. *Et quid in alijs, num.* 29.

Archidiaconatus, *quibus ſit prouidendus ex decreto Concilij, q.* 7. *num.* 41.

Archidiaconus *eſt oculus Epiſcopi, ibid. num.* 33.

Quod officium habeat, ibid. num. 34.

Eius Iuriſdictio alicubi veriùs eliſa ex conſuetudine, quam per eam introducta, ibid. num. 36.

Habet Iuriſdictionem ſecundum conſuetudinem cuiuſque eccleſiæ, ibid. num. 37.

Aliquando inferior eſt Archipresbytero, ibid. n. 39.

Eius Iuriſdictio aliquando in alterum transfuſa, ibid num. 40.

Archipresbyteratus *in eccleſia aliquibus pro ſimplici officio, q.* 6. *num.* 3.

Argumentum *à conſequenti ad neceſſarium antecedens, in ſententijs admittitur, q.* 27 *num.* 104.

De crimine hæreſis, ad crimen læſæ Maieſtatis, rectè procedit, q. 28. *num.* 20.

Ariſtotelis *ſententia de concurſu fœminæ in generatione, dubitabilis, q.* 28. *num.* 69.

Arma *carnalia tractare Chriſtus vetuit Petro, q.* 26. *num* 88.

Tractanti Clerico, imminet proprij gradus amiſſio, ibid. num. 89. *Declar. num.* 90

Sicariorum deferentes veluti Maieſtatis Rei priuantur beneficijs ipſo Iure, q. 30. *num.* 121.

Artes *liberales conſiderantur tamquàm anſa ad ſcientias, q.* 7. *num.* 94.

Aſſaſſini, *qui, & vndè dicti, q.* 31. *num.* 34.

Aſſaſſinium *in Clerico, priuat beneficio ipſo Iure, ibid. num* 35.

Proximum eſt crimini Maieſtatis, ibid. num. 36.

Nec minus Clericis, quàm laicis frequens, n. 37.

Punitur ex ſolo affectu, ibid. num. 38.

Secundum aliquos, poteſt probari per Teſtes, parte non citata, ibid. num. 39. *Quod non obtinet ad effectum priuationis beneficij. num.* 40. *Iuſtificatur tamen ex probabilibus argumentis, num.* 41.

Qualiter deducendum, vt intret priuatio beneficij, ibid. num. 42.

Quod dicitur probari argumentis, vti accipiendum, ibid. num. 43.

Vt ex eo incurſa dicatur pœna priuationis, debet declarari per Iudicem eccleſiaſticum, ibid. nu. 44.

Non niſi ex abuſu laicis Magiſtratibus, eius cognitio vſurpata, ibid. num. 45. *Quorum ideo ſententiæ ſunt nullæ, ibid. num.* 46.

Aſſaſſinij *Iudicium contra Hieroſolymitanos, qualiter exercendum ex Conſtitutione Clem. VIII. ibid. num.* 47.

Aſſecutio *operatur Vacationem etiam in ſimplicibus ex reſidentia incompatibilibus, q.* 23. *num.* 10.

Duplex implicat factum in ordine ad duplicem vacationem, ibid. num. 15.

Non poteſt iuſtificari aliter, quàm per plenas probationes, ibid. num 16.

Incompatibilis, non aduerſatur acquiſitioni ſecundi, ſed retentioni primi, ibid. num. 17.

Conſumi-

Conſumitur in perceptione fructuum, ibid. num. 18.
Vbi eſt facta de Incompatibili, datur bimeſtre ad dimittendum primum, ibid. num 19. Daturque excuſatio, ſi ignorat factum poſſeſſionis adepta per procuratorem, ibid num. 46.
Aſſeſſoris *officium non exigit gradum Doctoralem, modò concurrant peritia & practica, q. 7. nu. 69. Declara num. 70.*
Aſtrologorum, *ſiue genethliacorum vanitas, q. 30. num. 102.*
Aſtronomia *ars dicitur imperfecta, q. 1. num. 26.*
Attentatum *non cadit in gratiam Apoſtolicam lite pendente impetratam, q. 9 num. 44. Cadit tamen in eiuſdem gratia exequutionem, ibid. num. 45.*
Non datur ſine lite, q 17. num. 153. Etiam reſpectu conſequutiuorum, ibid. num. 154.
Auaritia *pro ſimplici tenacitate, peccatum veniale eſt. q. 17. num. 271. & qua ſit ratio, num. 272. Declara num. 273.*
Proprie quid? ibid. num 274.
Quatenus eſt peccatum mortale, non conſiſtit in ſimplici appetitione alieni, ſed in appetitione iniurioſa, ibid. num 275.
Nihil aliud quàm rapina, ibid. num. 276.
Et ambitio, vt ſibi ad inuicem opitulentur, ibid. num. 284. & num. 280.
Idolorum ſeruitus, q. 29. num. 3.
Dei templa tentat expugnare, ibid. num. 40.
Auaro *ebarior eſt lux auri, quàm ſolis, q. 17. num. 277.*
Ea eſt mentis cæcitas, vt Deum non videat, ibid. num. 278.
Auditor Rotæ, *ex commiſſione ſortitur Iuriſdictionem exequendi, etiam priuatiuè ad Exequutorem deputatum in literis, q. 11. num. 31.*
Auocatio *cauſa non ſit, niſi ex certa ſcientia Principis, ibid. num. 42. & 43.*
Auth. *habita C. nè fil. pro patr. expoſita, q. 7. num. 189.*
Authoris *filij duo, qua ætate promoti ad Doctoratum in vtroque Iure, q. 7. num. 191.*
Authoritas, *qualiter æſtimitur in electionibus, q. 17. num. 36.*

B

BACCALARIATVS, *an ſit gradus, q. 7. num. 56. Vnde dictus, ibid. num. 57.*
Bacalarius *non eſt capax Dignitatum exigentium Doctoratum, vel Licentiaturam, ibid. num. 58.*
Formatus vbi admittitur, cenſetur Bacalarius *currens excluſus, ibid. num. 59.*
Banniti *noſtri temporis, non æquiparantur deportatis, q. 10. num. 5.*
Banniti *filius natus pendente banno facit deficere Conditionem, ſi ſine filijs, etiamſi pater declaratus ſit hoſtis patria, poſſitq. impunè offendi, ibid. n. 6.*
Bannitorum *receptatores ſubijciuntur crimini Maieſtatis, & priuantur beneficijs ipſo Iure, q 30. nu. 141.*
Baptiſmus, *omnium Sacramentorum fundamentum, q. 36. num. 50.*
Adultis non conceditur, prius quàm cathecbizentur, ibid. num. 52.
Baratteria, *quid ſit, q. 32. n. 41.*
B. Thomæ *doctrina 2. 2. q. 100. art. 1. expenſa & declarata, q. 29. num. 168.*
Beneficium *datur propter officium, q. 36. num. 1.*
Pro recompenſatione Diuini officij, ibid. num. 2.
Simplex, ſolum retinet nomen beneficij, q. 4. num. 19.
Simplex poteſt conferri puero, ibid. num. 26.
Idem eſt illud quod caret dignitate, officio, & adminiſtratione, ibid. num. 27.
Idem aliquibus opponitur curato, ibid. num. 28.
Qua mixtura deſinat eſſe ſimplex. ibid. num. 30.
Qualificatum non venit appellatione beneficij, ibid. num. 33.
Simplex vbi impetratur, qualiter concipiatur ſupplicatio, ibid. num. 36.
Simplex & ſine cura, ſola præſumptione conſtitui poteſt, ibid. num. 42.
Simplex eſſe non deſinit, quod ſit ſeruitorium, nec hæc qualitas neceſſariò eſt exprimenda, ibid. n. 43.
Seruitorium minorem habilitatē exigit, quàm curatum. & poteſt per alterū in eo deſeruiri. ibid. n. 44.
Simplex, de iure communi exigit reſidentiam, ſecus de conſuetudine, ibid. num 46.
Simplex, cui ſit annexa reſidentia, exprimitur in impetratione, ibid. num. 45.
Simplex, poteſt eſſe curatum, ibid. num. 41.
Quod ſit perpetuum, explicatur in ſupplicatione pro ſimplici, & qua ratione, ibid. num. 49.
Manuale, ſi per Papam prouideatur, non poteſt reuocari per inferiorem, ibid. num. 50.
Non præſumitur manuale, ſed perpetuum, ibid. n 51.
Quatenus præſumatur perpetuum & collatiuum, ſitq. hæc qualitas poſitiuè iuſtificanda, ibid. num. 52.
Qualiter explicetur in ſupplicatione, ſi ignoretur titulus & locus, ibid. num. 58.
Non recedit à natura ſua, quia nuncupetur hoſpitale, q. 6. num. 48.
Poteſt erigi in hoſpitali, eritq. de Iurepatronatus hoſpitalarij. ibid. num 49.
Non arguitur ex Titulo quo confertur, ibid. num 55.
Vacaturum ſi conferatur, intelligitur collatum poſtquam vacauerit, q. 8. num. 3.
Vacans, opponitur pleno, ibid. num. 16.
Plenum efficitur ex titulo, ibid. nu. 17. Etiam non apprehenſa poſſeſſione, ibid. num. 18. Non tamen ſufficit quæcunque poſſeſſio, num. 23.
Seculare, ſi impetretur per Regularem, vel e. c. non facta de hoc mentione, gratia eſt nulla ipſo Iure, ibid. num 95. Et hoc caſu certus modus vacationis eſt exprimendus, num. 96.
Seculare, quando caſu prouideatur Regulari, ibid. num. 98.
Regulare, ſub qua forma prouideatur ſeculari, ibid. num. 99.
Idem, vbi conceditur ſub narratiua quod Conuentu & cura careat, talis narratiua eſt concludenter iuſtificanda, ibid. num. 109.
Non poteſt obtineri ſine titulo, q. 23. num. 4.
Vacans ob non reſidentiam, intelligitur reſeruatum Papæ, q. 27. num. 71. 72. & 73.
Vacat ex perſona criminoſi, vbi pœna priuationis ipſo iure non eſt impoſita, ſaluo tamen Iure illius qui medio tempore impetrauit, q. 18. num. 61.
Beneficij *ſubſtantia non ſtat in nomine, ſed in re, q. 4. num. 37.*

Identitas colligitur ex denominatione & loco, ibid. num. 54.
Erronea denominatio gratiam non vitiat, modo conſtet de corpore, ibid. num. 56.
Poſſeſſionem non cenſetur apprehendere, qui apprehendit poſſeſſionem prædij eius, ibid. num. 66.
Poſſeſſio rectè apprehenditur per adeptionem prædij, vbi non adeſt eccleſia vel altare, nec conſtat de deſtructione facta ſine ſpe reſtaurationis, ibid. n. 67.
Priuationis ipſo Iure plures caſus, q. 18 num. 208.
Beneficio *priuatus ipſo Iure propter delictum, paſſuſq. ſententiam, adhuc pro ſpoliatione beneficij eſtaudus eſt per Iudicem, ad quem pertinet priuatio, q. 18. num. 50.*
Priuatus per ſententiam latam in contumaciã, illud recuperat, comparens intra annum, & docens de ſua innocentia, ibid. num 163.
Non debet honorari, qui ob delictum puniri debet, ibid. num. 194.
Abutens, ſe ab illo ſeparat, ibid. num. 195.
Beneficiales *Tituli nunquam per Papam diſtracti, quicquid Baſilienſi Conciliabulo viſum fuerit, q. 29. n. 174 Quod fuit ſchiſmaticum & ſeditioſum, ibid. num. 175.*
Benefici*a omnia de Iure communi ſimplicia, q. 4 n. 40.*
Simplicia, ſola iuris præſumptione iuſtificantur libera a reſidentia, ibid. num. 48.
De menſa, non ſunt vacabilia, q 8 num. 83.
Secularia, ſecularibus, regularia Regularibus conferenda, ibid. num 94
In dubio præſumuntur ſecularia, ibid. num. 95.
Vacatura, in quo ſenſu dicãtur conferri per Papam, q. 9. num. 13
Vrbis cadunt ſub reſeruatione c. 2. de prab in 6 quatenus vacent per obitum Curialis, q 11. num. 133.
Vacantia propter hæreſim, ſunt Papæ reſeruata, q. 28. num. 56. Et an vacent in Curia, vel in loco ſententia, num 57.
Extorta a Sede Apoſtolica per ſanguine impuros contra ſtatuta eccleſiarum, ſunt reſeruata Sedi Apoſtolica, ibid. num. 58.
Beneficiorum *prouiſio, ex toto mouetur in benignitate Sedis Apoſtolica, q. 8. num 7.*
Pluralitati, ſacri Canones perpetuò reſtiterunt, q. 23. num. 2. Et quibus pœnis, num. 3.
Beneplacitum *Apoſtolicũ vbi requiritur, non præſumitur ex ſolo decennio, iuncta obſeruãtia, q. 25. n 33.*
Præſumitur lapſu 30. annorum ibid. num 34. Etiãſi non fuerit reſeruatum vel enunciatum, ibid. n. 35.
Modò concurrat obſeruantia, num. 36. & 37.
Blaſphemia *redolet crimen hæreſeos, q. 28. num. 105.*
Opponitur confeſſioni fidei, ibid. num. 108.
Blaſphemus *qualiter æquiparetur hæretico, ibid. n. 107.*
Dicitur reus maieſtatis Diuinæ, ibid. num. 109.
Quo caſu priuetur beneficijs ipſo Iure per diuerſas conſtitutiones, ibid num. 110. 111. 112. & 113.
Bononia *in Ciuitatem ampliſſimam creditur erecta per Theodoſium Iuniorem, q. 7. num. 155.*
Bononiæ, *quando credatur ſtudij Vniuerſitas introducta, ibid. num. 144.*
Qui & quo tempore Viri inſignes primum docuerunt, ibid. num. 151.
Archidiacono conceſſa facultas doctorandi per Honorium III. ibidem num. 152.
Breue *Apoſtolicum expeditur per prouiſos Apoſtolicos tanquam de reſeruato, q. 11. num. 1.*
Nullum aliud habet fundamentum, quàm reſeruationem, vel affectionem, ibid. num. 6. & 7.
Idem quo caſu excipiat prouiſos ab Ordinario, ibid. num. 27. Et quando prouiſos ab Indultario, n. 28.
Poteſt præueniri per commiſſionem cauſæ in Rota, ibid. num. 30.
Obtentum non facta mentione litis pendentis eſt nullum, ibid. num. 48.
Non poteſt impetrari per Prouiſum, vbi litteræ principales fuerũt declaratæ obreptitiæ, ibid. num. 54. Etiamſi fuiſſet pronunciatum ſine certo legitimo contradictore, ibid num. 55. & 56.
Conceditur Prouiſo Apoſtolico, nõ habita conſideratione extraiudicialis controuerſia, ibid num 58.
Nuſquam remittitur ad corrigendum, quaſi diſcordet à minuta, ibid. num. 68.
Vt ritè & rectè exequutioni mittatur, debet citari Intruſus, aliàs eidem Intruſo non denegatur manutentio, ibid. num. 74.
Vulneratur per ſententiam contra illius exequutionem latam, ibid. num. 114. nec euitatur vulnus prætextu manifeſtæ iniuſtitiæ, vel nullitatis, ibid. num 115.
Vbi non eſt exequibile, ob malè conceptam clauſulam cõſiſto, ſi tamen reſeruatio ſit clara, adiuuatur Papæ reſcripto, ibid. num. 149.
Breuis exquutio *non retardatur, prætextu poſſeſſionis, in vim vnionis habita à Legato de latere, q. 11. num. 21.*
Qualiter coram A. C. promoueatur, ibid. num. 76.
Quomodo impediatur per exceptionem reſultantem ex ventre ipſius Breuis, aut ſuppoſita reſeruationis, ibid. num. 102.
Quomodò impediatur per exceptionem dilatoriam, ibid. num. 106. Et quando ad eam procedatur, non obſtante fumo, aut alia probatione imperfecta, ibid. num. 107.
In Reſeruatis exigit ſeruationem quatuor terminorum, ad docendum, &c. ibid. n. 108. 109 & 110.
Requirit citationem ad declaratoriam, ibid. n 111
Nonnunquam redditur turbida ex forma malè concepta clauſula Conſiſto, ibid. num. 132.

C

CALVMNIÆ *Vox, in quo ſenſu, q. 12. num 35.*
Suſpicio, ob omni Iudicio arcenda, ibid num. 34.
Suſpicio qualiter poſſit dari etiam in exequutiuis, num. 36.
Eadem non eſt ſuſpicio contra habentem duas, quæ eſt contra habentem tres conformes, q. 18. num. 92. & quomodò id intelligatur, num. 99
Præſumptio, in victo per tres conformes, eſt iuris & de Iure, in victo per duas, vel vnam eſt de Iure tantum, ibid. num. 102.
Cameræ *Apoſtolica, quàm ampla ſit facultas in expediendis litteris Apoſtolicis, q. 1. num. 35.*
Canonicatus *reputantur beneficia ſimplicia, q 5. nu. 1.*
Impetrantur ſub diuerſa forma à ſimplicibus, ibid. num. 2.

Cum

Digitized by Google

Cum expectatione præbendæ, non veniunt appellatione ſimplicium, ibid. num. 3. Imò nec ſi habeant præbendam. ibid. num. 4.
Diſtinguitur ab officio, dignitate, & Cura, ibid. n. 5.
Veniũt appellatione beneficiorũ ſimplicium in expectatiua, ſi in eccleſia nulla ſint alia beneficia ſimplicia, præter Canonicatus, ibid. num. 17.
Cur non comprehendatur appellatione ſimplicis beneficij in ſupplicatione, ibid. num. 19.
Dum per Papam confertur, proſpicitur, nè lædatur ius receptionis in Capitulo, ibid. num. 25.
Cum prouidetur per Papam, iubetur prouiſum per Capitulum recipi, ibid. num. 26.
Poſſeſſio, ex conſuetudine generali apprehenditur per aſſignationem ſtalli in Choro & vocis in Capitulo, ibid. num. 29.
Vbi prouidetur per Papam, exequutoribus datis in Curia, ſi qui Canonici in eadem Curia reperiuntur, poſſunt compelli ad tradendum poſſeſſionem prouiſo, ibid. num. 32.
Ex annexione ordinis, non recipiunt differentiam conſiderabilem, ibid. num. 15.
Et Præbendæ Lectorales cadunt ſub Regula de menſibus q. 17. num 95. & 96. Declar. num. 97.
Et Portiones in Cathedralibus hodie habent annexũ ſacrum Ordinem, q. 27. num. 21.
Iidem habent onus reſidendi annexum, ibid. num. 22
In Collegiatis, an hodie exigant reſidentiam, ibid. num 24
Canonicus *Collegiatæ inferioris à Cathedrali nõ eſt capax delegationis Apoſtolicæ, etiam ſi peritior ſit Canonico Cathedralis, q. 5. num. 14.*
Siue in Cathedrali, ſiuè in Collegiata, dicitur ſimplex beneficiatus. ibid. num. 18.
Propriè dicitur recipi reſpectu Capituli, ibid. nu. 20.
Qui diu ſtetit in poſſeſſione, ſiue titulo valido, ſuperueniente valido, non eget noua inſtallatione, ibid. num. 22.
Vbi mandatur recipi in literis prouiſiuis, intelligitur de receptione de facto, poteſtq. fieri per ſingulos, ibid. num. 31.
in Canonicum *receptio, duplex, iuris & facti, ibid. num. 27.*
Receptionis Ius, in expectatiua, non cenſetur reſpectu Capituli alteratum, ibid. num. 28.
Canonici *Cathedralis, vocantur Clerici primi gradus, ibid. num. 6.*
Iidem non dicuntur conſtituti in Dignitate, ibid. n. 7.
Iidem æquiparantur obtinentibus Dignitatem, ibid. num. 8.
Iidem impropriè dicuntur Dignitates, ibid. num. 9.
Iidem cenſentur pars corporis Epiſcopi, ibid. num. 9.
Iidem impropriè dicuntur Dignitates, ibid. num. 10.
Inferioris eccleſiæ, non eadem potiuntur prærogatiua honoris, qua Canonici Cathedralis, ibid. num. 12.
Collegiatæ, diſtinguũtur ſpecie à Clericis ſimplicibus, ibid. num. 16.
Recipi, non eligi dicuntur, ibid. num. 21.
Duo poſſunt haberi per Epiſcopũ in ſuo ſeruitio, quibus debentur fructus in abſentia, q. 27. num. 183.
Iidem poſſunt haberi per Cardinalem Titularem. ibid. num 184. Et an hoc porrigatur ad Beneficiatos, ibid. num. 185.
Collegiatæ non poſſunt retineri in ſeruitio Epiſcopi, vt percipiant fructus in abſentia, ibid. num. 189
Contrarium tamen verius videtur, ibid. num. 190.
Recenti pro ſeruitio Epiſcopi, petentes fructus, non tenentur docere de vtilitate eccleſiæ, ibid. nu. 191. & 192.
Canoniſta *purus, ſi concurrat cum Theologo puro, quis debeat præferri, q. 7. num. 96.*
Canones *ex quibus fontibus deſumpti, ibid. num. 105.*
Canonum *ſcientia, non poteſt perfectè haberi ſine ſcientia Iuris ciuilis, ibid. nu. 88. & 89. & qua ratione coniuncta cum ſtudio Iuris Ciuilis, ibid. n. 109.*
Capituli *actus, minimè exigit expreſſionem, ſeu nomenclaturam Canonicorum, q. 17. num. 130.*
Capitulum, *ſtat in maiori parte, ibid. num. 170.*
Solidatur in legitimè vocatis venientibus, nulla aliorum habita ratione, etiamſi minor pars ſit, ibid. num. 174. Etiamſi vnus tantum venerit, nu. 175.
Carcerato *etiam in eodem oppido debentur diſtributiones, q. 27. num. 142.*
Carceris *perpetui pœna, æquiparatur damnationi in metallum, q. 33. num. 53.*
Cardinalium *Tituli ſunt ad inſtar Diœceſeon, q. 27. num. 54.*
Cardinalis *in eccleſia ſui Tituli, dicitur Prælatus, & quaſi* Epiſcopus, *ibid. num. 55.*
Reſidens apud ſuum Titulum, habetur pro præſente in eccleſia Cathedrali, ibid. num. 56.
Cardinalis *S.R.E. perſonam offendens, perduellis efficitur, & priuatur omni officio, & beneficio eccleſiaſtico ipſo Iure, q. 30. num. 109. Etiam ex mente l. Iuliæ, num. 110.*
Caſſatio *qualiter fiat in electionis de neceſſitate, q. 17. num. 112.*
In electionis vbi eſt neceſſaria, debet fieri poſitiuè per ſententiam, ibid. num. 126.
Caſtitas *coniugalis comparata Caſtitati requiſitæ in eccleſiaſticis, immunditia eſt, q. 26. num. 63.*
Caualcatas *facientes in Ditione eccleſiaſtica & c. criminis maieſtatis Rei ſunt in primo capite, q. 30. num. 84.*
Cauillatio, *quid, q. 17. num. 300.*
Cauſa *motus & finis agendorum, attendi debet in rebus agendis, q. 14 num. 70.*
Ceſſante, ceſſat effectus, q. 15. num. 7. Et è conuerſo, num. 8.
Cauſa *ad Curiam ſemel deuoluta, inde non extrahitur, niſi de certa ſcientia Papæ, etiam mortuo Delegato, q. 12. n. 6. Etiam deſerta appellatione, ibid. num. 8.*
Ad Curiam deuoluta, quodammodo afflatur maieſtate Sedis Apoſtolicæ, Itaut nec de conſenſu partium poſſit inde extrahi, ibid. num. 10. & 9.
Dictio, aliquando ſumitur pro inſtantia, ibid. nu. 11.
Cauſæ *maiores ſunt tractandæ apud ſedem, ibid. num. 44. & q. 32. num. 17.*
Super beneficijs reſeruatis, dum committuntur in Curia in prima Inſtantia, non læditur diſpoſitio Concilij. q. 12. num. 49.
Omnes in prima Inſtantia cognoſcendæ per Ordinarium, ibid. num. 2.
Cauſatum *non præualet cauſæ, q. 17. num. 45.*
Cautè *procedit, qui nihil ex parte ſua faciendum prætermittit, q. 9. num. 52.*
Cedere *beneficio, quid ſignificet, q. 9. num. 7.*

Reſignare, renunciare, abiurare, relata ad beneficium, ſunt ſynonyma, ibid. num. 8.
Quis dicitur bineficio, etiamſi coactus cedat, ibid. num. 9.
Cenſuris *magis debent obſtringi clerici, quàm laici, q. 33. num. 103.*
Certum *deducitur ex duabus demonſtrationibus, denominationis, & loci, q. 4. num. 53.*
Conſtituitur ex relatione, q. 34. num. 23. Etiam reſpectu perſona, ibid. num. 24.
Ceſſionarius *collitigans, non poteſt propria auctoritate poſſeſſionem apprehendere, q. 22. num. 30.*
Character, *pro forma ſigni alicuius extrinſeci, q. 35. num. 26.*
Pro cauſa poteſtatis ſpiritualis, ibid. num. 28.
Sacerdotalis, qualiter aſtimetur minoris perfectionis charactere Epiſcopali, ibid. num. 42.
Chriſtianorum *alios ad materiam direxit, alios ſibi ipſi Deus collocauit, q. 36 num. 11.*
Citatio *pro declaratoria incurſus Cenſurarum, an ſit neceſſaria de Iure, q. 18. num. 112.*
Non requiritur in notorijs, q. 18. num. 36.
Citatus *coram Papa, non poteſt allegare impedimentum ex facto Imperatoris, q. 30. num. 60.*
Ciuilis *ſapientia*, *Encyclopedia aliquibus dicta, q. 7. num. 115.*
Clauium *poteſtas non cadit in Abbatiſſam, q. 17. nu. 258*
Clauſula Arbitrio Rotæ *relaxat iuris rigorem, q. 11. num. 118.*
Eadem preſeruat viam exequutiuam à vulnere, ibid. num. 119.
Eadem non confert poteſtatem lædendi ius partis, ibid. num. 120.
Si quid exequendum, *preſeruat, non vulnerat viam exequutiuam, ibid. num. 121.*
Arbitrio *catenus relaxat iuris rigorem, quatenus id ſuadet æquitas, nec plus operatur, quàm clauſula* Prout de iure, *ibid. num. 122.*
Eadem preſefert neceſſitatem diſputandi in primis, & ante omnia, an intret arbitrium, ibid. nu. 123.
Parito literis, *abſolutè poſita, quid importet, ibid. num. 124.*
Parito *ſuſpẽdit Iuriſdictionem ante pariſicationem conditionis circa paritionem, ibid. nu. 127. Etiam reſpectu Tertij, ibid. num. 128. Et quomodò perſpectum ſit Reo, Actore negligente liquidare fructus, ibid. num. 129.*
Eadem non extenditur ad temporalia diſtincta à beneficio, ibid. num. 130. neque ad expenſas, num. 131.
Motu proprio *ad quid inuecta in Signatura Papæ, q. 1. num. 40.*
Fiat etiam motu proprio, *exprimit in Papa reſcribente duplicem motum, ibid. num. 41.*
Motu proprio *adiecta Principis reſcripto operatur, nè poſsit probari per teſtes gratiã eſſe factã ad preces, ibid. nu. 43.* Declara *n. 44. Et ſi probentur preces oblatæ, non dicitur Princeps argui de mendacio, ſed verius Impetrator de importunitate & dolo, ibid. num. 46.*
Fiat motu proprio, *cuius ſit vis, ibid. num. 47.*
Eadem implicat reiectionem precum, qualiterſ ſunt preces, ibid. num. 49.
Eadem patefacit Principis voluntatem enixam, ibid. num. 50.
Eadem qualiter extendatur in litteris, ibid. nu. 51.
Fiat vt petitur, *eneruat vim clauſula motus proprij, inducitq. neceſſitatem iuſtificandi narrata, ibid. num. 52. & 53.*
Motu proprio *vt operetur, debet eſſe ſcripta manu Papæ, ibid. num. 55. & 56.*
Eadem adiecta in literis procedit à forma Reſcripti, ibid. num. 57.
Eadem aliquando conſueuit adijci reſcripto manu aliena, de mandata tamen Papæ, ibid. num. 61.
Eadem quos effectus habeat, ibid. num. 63.
Eadem non amplitat gratiam, nec tollit Inhabilitatem perſonæ, ibid. num. 64.
Eadem remouet facultatem dandi de ſubreptione, & obreptione, ibid. num. 65.
Eadem non exigit ſcriptionem ipſius Papæ in literis, reiecta opinione Card. ibid. num. 60.
Cui imminet animarum cura, *quando apponatur in ſupplicatione, q. 7. num. 13.*
Amoto quolibet illicito, &c. *implicat mentionẽ coloratæ poſſeſsionis alterius, q 8. nu. 45.* Decl. *num. 46.*
Eadem non apponitur, niſi in literis exequutorialibus, aut partẽ exequutiua, ibid. num. 47.
In exequutiuis poſita non excludit ſubreptionem, num. 48.
Et dicti defuncti, & aliorum quorumcunq; prouiſiones, &c. *habet vim expreſſiuam coloratæ poſſeſsionis alterius, ibid. num. 50.*
Sinè præmiſſo, &c. *extendit gratiã ad quẽcunque modum non expreſſum, ibid. n. 61. Et ſaluat ab obreptione commiſſa in exprimendo certum modum, n. 62. Niſi modus datus eſſet diſpoſitiuè, num. 63. Et quæ ſit ratio, num. 64.*
Expreſſiua vacationis & illius modi, in impetrationibus certo modo conſueuit reſtringi, ibid. num. 65. In alijs verò ampliari, num. 66. Decl. *num. 67.*
Siue præmiſſo, &c. *quare fuerit introducta, ibid. n. 69*
Eadem non ſuffragatur, niſi iuſtificato modo expreſſo de facto, ibid. num. 70.
Eadẽ ſuffragatur prouiſo per Reſignationem, vt poſſit capere Vacationem per obitum poſt verificationem reſignationis de facto, ibid. nu. 72. Et è conuerſo, num. 73.
Eadem an extendat vacationem ad perſonam alterius, ibid. num. 74.
Eadem ampliata ſub his verbis, vel ex alterius cuiuſcunq. perſona, *cuius ſit vis, ibid. num. 75.*
Eadem non capit modum vacandi, vnde reſultet reſeruatio, præcipuè maior, ibid. num. 76. Niſi amplificata ſit per aliã clauſulam, Veruſq. & vltimus modus vacationis, &c. *ibid. num. 77 Vel niſi concurrat alia clauſula*, non obſtante quacunq. reſeruatione, etiam in corpore iuris &c. *ibid. n. 78.*
Eadem ampliata ad reſeruata, an ſubijciatur Regula de menſibus, ibid. num. 79. Et quid ſi appoſita ſit in Reſignatione, ibid. num 80.
Acceſſoria remanet inefficax, vbi gratia eſt obreptitia, ibid. num. 71.
Dũmodo tempore Datę &c. *non apponitur in literis prouiſionis de beneficio vacante per ceſſationem Commendæ, ibid. num. 130.*

Pe-

Perinde ac ſi &c. cuius ſit virtutis, q. 11. num. 151.

Sublata, operatur effectū ſuum, tàm reſpectu partis, quàm iudicis, q. 12. num. 61.

Quod literæ per viam gratioſæ ſurrogationis, quid importet, q. 13. num. 3.

Facultatis expediendi per viam gratioſæ ſubrogationis, ſtat in ordine ad ſubiectam reſeruationem, aut litem, ibid. num 31.

Suſpenſiua Vnionum datur in reſignationibus ad fauorem, q. 14. num. 48.

Quouis modo &c. cum Papa prouidet de vacante, vti dicatur ampliari ad reſeruata ſpecialiter, non autem ad reſeruata generaliter, q. 9. num. 16.

Generalem reſeruationem importans, nuſquam datur, niſi præponatur reſeruatio, ibid. num. 21.

Siuè præmiſſo &c. dum ampliatur ad ſpecialiter reſeruata, qualiter intelligatur dari, ibid. num. 23.

Et quatenus litigioſum, &c. explicata, ibid num. 35.

Litis ſtatum &c. habet vim expreſſiuam litis, etiam vbi de ea facienda eſt ſpecialis mentio, ibid. nu. 37.

Eiuſdem vſus ad quid inuentus, ibid. num. 38.

Eadem operatur, etiamſi cauſa ſit inſtructa ad ſententiam, ibid. num. 39.

Eadem nihil operatur in præiudicium iudicati, ibid. num. 41 Niſi iudicatum ſit ſuſpenſum, num. 42.

Eadem non tribuit facultatem apprehendendi poſſeſſionem lite pendente, ibid. num. 43.

Siuè decretū de apprehendendo poſſeſſionem ſine vitio ſpolij, qualiter in literis in forma Breuis conſueuerit extendi, q. 11. num. 8.

Non tamē à nobis prouiſis, qualiter in Breui de capienda poſſeſſione, ad fauorem prouiſi concedatur, ibid. num. 11.

Amotis, &c. in Breui diuerſimodè concipitur, ibid. num. 12.

Eadem in Breui, limitata ſub hac forma, non tamen à nobis prouiſis an includat prouiſum ab anteceſſore, ibid. num. 14.

Per nos, quid differat in Reſcripto Apoſtolico à clauſula, Per Romanum Pontificem, ibid. nu. 15.

Non tamen à nobis prouiſis, comprehēdit etiam prouiſos à præceſſore, ibid. num. 16. & 17.

Eadem non capit prouiſos à Legato de latere, ibid. num. 18. & 19.

Non tamen à nobiſmetipſis, in Breuibus, quarè ità concipiatur, ibid. num. 22.

Nō tamē à nobis prouiſis, adiecta in Breui de capiendo poſſeſſionem &c. intelligitur de prouiſis ante Datam ipſius Breuis, non de prouiſis poſt, ibid. num. 29.

Sine præiudicio exequutionis literarum, præſeruat facultatem exequendi, non obſtante iudicio ordinario, ibid. nu. 32. Neq. obſtante Inhibitione emanata vigore commiſſionis, ibid. num. 33. & 34.

Quatenus exequutioni locus ſit, adiecta in clauſula exequutionis præſeruatiua, cuinam applicet poteſtatem cognoſcendi, an ſit locus exequutionis, ibid. num. 35.

Sine præiudicio exequutionis literarum, an eadem ſit cum clauſula ſine præiudicio literarum, ibid. n. 36.

Eadem intelligitur de literis expeditis, non de expediendis, ibid. num. 37.

Eadem, cur adijciatur per Signaturam, ibid. num. 39.

Non obſtantibus Inhibitionibus decretis, non tamen exequutioni demandatis, apponi conſueta in Breuibus, cuius ſit vis, ibid num. 49.

Adiecta in Breui ad promouendam eius exequutionem, pendet à verificatione narratæ reſeruationis, niſi literæ ſint in forma motus proprij, aut cum clauſula, nè dari poſſit de obreptione, iuncta alia clauſula ſublata &c. ibid. num. 71.

Conſtito adiecta in Breui vbi eſt iuſtificata, dicitur iuſtificatum totum Breue, ibid. num. 73.

Eadem adiecta in Breui, plenam exigit iuſtificationem, etiam vbi non adeſt contradictor, ibid. n. 79.

Eadem qualiter concipiatur ex ſuppoſitione reſeruationis Reg. 2. Cancell. ibid. num. 90.

Eadem non coarctat aliquam ſpeciem probationis, ibid. num. 95.

Eadem quarè complectatur factum cōtinuatæ poſſeſſionis, vſque ad obitum, pro quo eſt iuris præſumptio, ibid. num. 100.

Eadem cur relatiuè aliquando concipiatur ad literas expediendas, ibid. num. 101.

Quatenus idoneus reperiatur, ſonat potius in monitionem, quàm in conditionem, q. 14. num. 67.

Ex nunc prout ex tunc cum Clericali &c. in Reſignatione ad fauorem, quid importet, ibid. nu. 73.

Parito iudicato, ſuſpendit exequutionem, q. 18. num. 127.

Eadem non omittitur, etiamſi proceſſum ſit per contradictas, ibid. num. 128. Declar. num. 129.

Eadem quid importet, ibid. num. 130.

Eadem poteſt per Iudicem impleri per æquipollens, vel etiam per partem compenſando, ibid. num. 131.

Eadem non datur vbi non adeſt niſi vna ſententia appellatione remota, ibid. num. 132.

Eadem modificata ex clauſula, Arbitrio, admittit audientiam, ibid, num. 146.

Sine præiudicio bonorum fiſco incorporatorum, etiam beneficia alteri collata præſeruat, ibid. num. 164.

Si & in quantum, quid operetur in admiſſione præſentationis facta per Patronum, q. 19. num. 50.

Augendi & minuendi, quid operetur in ſupplicationibus, q. 20. num. 65.

Generalis, quando reſtringatur ad proximiora, q. 27. num. 49.

Ex nunc priuamus in lege appoſita, eſt lata ſententia, q. 28. num. 29.

Quotū tenores, reſtringitur ad ſimilia, non maiora expreſſis, q. 29. num. 180.

Adijci conſueta in impetrationibus ob inſordeſcentiā, quod excōmunicatus ſuorum ſalutis, &c. qualiter concipiatur, & dicatur iuſtificata, q. 33. num. 109.

Clem. Vt calūnijs militat etiam vbi ex ſtatuto duæ conformes habent vim trium, q. 18. num. 88.

Eadem procedit in tribus conformibus contraria interpolatis, ibid. num. 108.

Vn. de ſeq. poſſ. & fruct. qualiter intelligatur, q. 22. num. 47. & 48.

Eadem à Iure exorbitat, neq; ideo extendenda, ibid. num 49. Et quando obtineat, ibid. num. 50.

Eadem non habet locum, quando proponitur rationabilis excuſatio, ibid. num. 51. Etiam ex opinione alicuius Doctoris, ibid. num. 52.

Clericalis *habitus, non in ſolis veſtibus, ſed in tonſura, q. 36. num. 74.*

Ordinis, maximum beneficium, quod ſit, ibid. nu. 12.

Idem beneficium, reale, totiq. eccleſiaſtico collegio indultum, ibid. num. 13. Proceſſit ex decreto ipſius Dei, non eccleſia determinatione, ibid. n. 14. Comprobatumque edicto Valentiniani & Theodoſij, ibid. num. 15.

Ordo, non applicandus indignis, ibid. num 44. & 45.

Clericatus *olim exprimebatur ſub clauſula, ſi idoneus ſit, q. 35. num. 1.*

Hodiè explicitè narrandus ex ſtylo Curiæ, ibid. num. 2. nec aliter relaxatur per officiales ſupplicatio, ibid. n. 3. Et ſi literæ expedirentur ſine hac expreſſione, eſſent ſuſpectæ de falſo, ibid. num. 4.

Latioris ſignificationis vox, quàm ſit ordo, ibid. n. 11.

Sub generali ſignificatione comprehenduntur omnes perſonæ eccleſiaſticæ, ibid. num. 12. Et etiam laici eccleſiæ ſeruitio addicti, ibid. num. 13.

Sufficit pro obtinẽdo quocumq. beneficio etiam ſacerdotali, niſi ætas, aut Ius ſingulare refragetur, ibid. num. 50.

Clericus *qui curat ſe ordinari, vt fraudulenter ſeculare iudicium effugiat, peccat mortaliter, q. 36. num 53. Eodemq. peccato inuoluitur Epiſcopus eum ordinans, ibid. num. 54.*

Eximitur à tributis & vectigalibus, ac alijs oneribus erga Principem, etiamſi ſit prima tonſura, ibid. num. 57 & 58.

Initiandus, quomodo interrogandus circa propoſitum ſuum, ibid. num. 64.

Eius officium, alios ſuis moribus ſanctiſſimis ædificare, ibid. num. 66.

Cauere debet, nè potius in Infernum, quàm in hæreditatem Domini ſortiatur, ibid. num. 67.

Deprehenſus in habitu laicali, poteſt diſtringi per laicum, donec de clericatu conſtet, & ſi coniugatus ſit, doceat contractum matrimonij cum vnica & Virgine, ac delationem habitus, & tonſuræ, ibid. num. 69. De his tamen cognoſcit eccleſiaſticus, quamuis de ſolis veſtibus & tonſura agatur, ibid. num. 70. Poteſtque clericus varias excuſationes adducere, ibid. num. 71. Ideoquè eccleſiaſtico ſpectat cognitio, reprobata contraria ſententia, ibid. num. 72.

In habitu laicali deprehenſus, vbi prius erat notus Iudici laico, non poteſt per eum detineri, ſed ad eccleſiaſticum remittitur, ibid. num. 73.

Non gaudet priuilegio fori, niſi beneficium obtineat, aut eccleſiæ ſeruiat, ibid. num. 75.

Qui dimiſit habitum, poteſt ſi deliquerit puniri per Epiſcopum, ibid. num. 76. Idemq. dicitur de Penſionario non incedente in habitu, ibid. num. 77.

Duas obtinet ſortitiones, ibid. num. 3.

Vtpote Deo ſortitus, à muneribus ſecularibus arcetur, ibid. num. 10.

Protrahens clericum coram laicis, cauſam amittit, & excommunicatur, ibid. num. 16. Et ſi de crimine agatur, degradatur, num. 17.

Ratione perſonæ, eius bona patrimonialia ſunt ſub protectione eccleſiæ, ibid. num. 31.

Tenetur ad onus reale, cui eſt affecta res per eum poſſeſſa, ibid. num. 32.

Promouendus, quæ requiſita habere debeat, ibid. num. 46.

Ordinatus & non confirmatus ſacramento Chriſmatis, validè nihilominus dicitur ordinatus, ibid. num. 47.

Legere & ſcribere ſcire debet, vt poſſit promoueri, ibid num 51.

Coniugatus retinet priuilegium fori & Canonis, q. 26. num. 61. ſed non retentionis beneficij, ibid. num. 62.

Vtrum ob offenſam Principis temporalis, incurrat crimen læſæ maieſtatis eius, q. 30. num. 144.

Subducitur à Iuriſdictione & Imperio temporali, ibid num. 147. & 148 Sed non à ſubiectione reſpectu participationis Reipublicæ, ibid. num. 149.

Non deſinit eſſe Ciuis, & pars Populi, ac Reipublicæ, ibid. num. 150. Nec diſtrictualis, ibid. num. 151.

Non ordinatus miniſtrans, olim ſimpliciter ſuſpendebatur, & circa beneficij retentionem poterat cum eo diſpenſari per Epiſcopum, q. 31. num. 18.

Malè promotus ſuſpẽditur ab exequutione & miniſterio, donec ſecum diſpenſetur, ibid. num. 24. Et inhabilitatur ad alios ordines, ibid. num. 25. Et miniſtrando efficitur Irregularis, priuaturq. beneficijs ipſo facto, ibid. num. 26. Declar. num. 27.

Depoſitus ob graue delictum, adhuc expectatur quod ſe corrigat, q. 33. num. 41. Niſi delictum ſit de maioribus ſignatis, ibid. num. 42. Idque, nè laicus contra eum tamquam in forum ſuum rejectum procedat, ſed non ad effectum ſuſpendendi exequutionem ſententiæ, ibid. num. 44.

Depoſitus, an ipſo Iure faciat vacare beneficium, ibid. num. 40.

Vox, in genere ſubalterno ſumpta, non comprehendit Monachum, q. 35. num. 15.

Comprehendit tamen quemcumque ordinatum, ſiuè maioribus, ſiue minoribus ordinibus, ibid. num. 16.

Nomen generis, ibid. num. 8.

Dum prouidetur de beneficio, ſi dicat ſe non eſſe Clericum, an ſit nulla prouiſio, ibid. num. 5.

Vnde dicatur, ibid. num. 10.

Clerici *Regulares, & alij quibus eſt vetitum ingredi ſcholas Legum, & Phyſicæ, poſſunt eas facultates priuatim audire, q. 27. num. 206.*

Et laici ſimul, vnam Rempub. conſtituunt, q. 30. num. 152.

Minorum ordinum, ad effectum incurrendi irregularitatem, æquiparantur laicis, q. 33. num. 74.

Clericorum *exemptionis beneficium, à Iure Diuino, q. 36. num. 19. & 20.*

Exemptio non tollitur per quãcumq. conſuetudinẽ, etiam prætextu grauitatis criminis, ibid. num. 22.

Eadem exemptio ex conſenſu non eſt alterabilis, ibid num. 23. Etiam ſi accederet conſenſus Epiſcopi, ibid. num. 24.

Negotia, parciùs quam fieri poteſt, deleganda ſunt laicis, ibid. num. 27.

Clypeo *ſub iuſto, multi periere, q. 30. num. 122.*

Collatio *facta abſenti qualiter efficiatur irretractabilis, q 14. num. 59. & 60.*

Beneficij in inferioribus à Papa, poteſt ſine literis expediri, q. 19. num. 26. Nequè exigit aliquam

ver-

Digitized by Google

verborum formulam, ibid. num. 27. & poteſt occultè fieri, q. 24. num. 33.
Retrotrahitur ad diem vacationis, ad effectum vt fructus debeantur prouiſo, q. 20. num. 617.
Collationis *actus, gratis fieri debet, q. 6. num. 3.*
Actus non dicitur perfectus, niſi poſt acceptationem, ibid. num. 23.
Actus pendet ab acceptatione, ibid. num. 27.
Acceptatio inducitur ex ſola ſcientia, ibid. num 28.
Pertinentia omnimoda ad Epiſcopum, ſubiecta clauſula conſtito, an ſola iuris præſumptione iuſtificetur, q. 61. num. 96.
Forma in habēte cōfirmare, non exigitur, q. 17. n. 259
Collator *prohibetur ſibi quidquam reſeruare de fructibus beneficij, q. 20. num. 60.*
Per ſimoniam, tenetur ad reſtitutionem recepti, q. 29. nu. 141. Etiam in duplo, ibid. nu. 142. Aliaſq. pœnas incurrit, de quibus nu. 143. vſque ad 150.
Idem poteſt pœnitere, reſtituendo eccleſiæ id quod recepit à prouiſo, ibid. num. 652.
Collegiata *datur eccleſia, abſque eo quod actu habeat Prælatum, q. 3. nu. 27. Semper enim datur habitu Prælatura in Collegiata, ibid. n. 28. & actu reſpectu perſonæ repræſentata in maiori parte Capituli, ibid. nu. 29.*
Collegium *eſt quadam ſocietas, q. 5. num. 23.*
Coloratæ *alterius poſſeſſionis taciturnitas in Impetratione cauſat obreptionem, q. 8. num. 38. & 39.*
Eiuſdem Poſſeſſionis, quarè debeat fieri mētio in impetratione, ibid. num. 40. hodie tamen non cauſatur nullitas gratiæ. num. 44.
Commenda *vbi ceſſat, beneficiū dicitur impetrabile tāquam vacans per mortē Cōmendatarij, q. 8. nu. 91. Quod tamen reſpectu ipſius Commendatarij intelligitur de vacatione de facto, ibid. num. 92.*
Perpetua non ſine cauſa conceditur, & vindicatus Rom. Cur. vſus, à quodam damnata memoria Doctore, ibid. num. 106.
Temporalis, non eſt aliud. quàm depoſitum, ibid num. 115. Et in ea ſubſtinetur vacatio iuris vt prius, num. 116.
Temporaria fraternizat cum Vnione temporaria, ibid. num. 118.
Eadem non eſt in vſu, ibid. num. 119.
Perpetua, confert liberam poteſtatem adminiſtrandi & facit verum Prælatum, ibid. num. 120.
Perpetua vbi ceſſat, non inducitur noua vacatio, ſed reuiuiſcit antiqua vt prius, ibid. num. 123. Declar. num. 124.
In quo ſenſu habeatur pro titulo imperfecto, ibid. num. 627.
Afficit beneficium, donec ſit plenius prouiſum, ibid. num. 628.
Afficit beneficium, ſiuè ſit perpetua, ſiuè ſit temporaria, ibid. num. 129.
Commendandi *neceſſitas ſæpè ex defectu perſonarum, ibid. num. 107.*
Vſus, origo, ibid. num. 608.
Commendatarius *temporarius ex fructibus percipit alimenta, ibid. num. 667.*
Perpetuus non poteſt alienare bona monaſterij, ibid. num. 621.
Commendata *beneficia ceſſante commenda, cadunt ſub Regula de menſibus, ibid. num. 125. & 626.*
Commiſsi *pœna, an ſpectet tempus ſententiæ, q. 18. n. 63*
Concilij *Tridentini decreta omnia ſubiecta auctoritati Papæ, q. 12. num. 53. & eorum Interpretatio ſoli Papæ reſeruata, ibid. num. 54.*
Concordia, *vt neceſſaria ſit Papæ auctoritas, pro excluſione ſimoniæ, reputatur indiuidua, q. 29. num. 182.*
Concubina *focaria, & meretrix, qualiter inter ſe differant, q. 33. num. 121.*
Non dicitur quæ retinetur extra domū, ibid n 122.
Poteſt ei donari, ibid. num. 625. Niſi ſit à lege reprobata. ibid. nu. 131. Excepto caſu, quo ad meliorem frugem conuerteretur. ibid. num. 132.
Filij non poteſt eſſe concubina patris, ibid. nu. 630.
Concubinæ *non dicuntur mulieres retinere ſolita per Vxoratos, ſed pellices, ibid. num. 134.*
Concubinarius *Clericus, qualiter coerceatur, ibid. num 119 & 120.*
Concubinatus *ſecundum Ius ciuile dicitur coniunctio legitima, ibid. num. 123. Et hinc dicitur ſchema concubinatus. ibid num. 124.*
Exigit ſolutionem vtriuſq. perſonæ à quocunq. nexu impeditiuo matrimonij, ibid. num. 126.
Non cadit in Vxorato, ibid num. 127. Etiamſi mulier hoc ignoret, ibid. num. 128. ſed dicitur Adulterium & inceſtus, ibid. num. 629.
In Vxorato, an ſit de Iure punibilis, ibid. num. 633.
In Clerico, non iuſtificatur per ſolam cohabitationem, ibid. num. 648. Non exigit tamen probationem affectionis, & finis procreandorum liberorum ibid. num. 649. nec quod fuerit retenta mulier in proprijs ædibus, ibid. num. 650. & 151.
Pœna, non tolluntur per Concilium, ſed potius augentur, ibid. num. 652.
Vbi obijcitur ad effectum priuationis beneficij ex incorrigibilitate, exigit trinam monitionem, ibid. num. 153.
Triennio præſcribitur, ibid. num. 154.
Quando poſſit obijci Rectori eccleſiæ per Parochianos, aut Patronum, vt inde dimoueatur, ibid num. 155. & 156.
Concurſus *non exigitur vbi cura eſt penes Collegium, q. 7. num. 8. Etiam reſpectu Vicarij qui inſtituitur in exercitio, ibid. num. 9.*
Conditio *importat formam, q. 2. num. 2.*
Habetur pro impleta, ſi ſtet per implere habentem, q. 8. n. 101. & q. 64. nu. 54. modò ſit conditio neceſſaria, non poteſtatiua, q 8. num. 102. Idq. tàm de Iure ciuili, quàm de Iure Canonico, num. 103.
Si ſine liberis &c. *iuſtificatur probata morte grauati, q. 66. num 99.*
Quando dicatur reſolutiua, non ſuſpenſiua, q. 14. num. 40.
Non ideò inducitur, quod actus ſit reſolubilis ab euentu, q. 65. num. 15.
Ei æquiparatur defectus cauſæ finalis, ibid. num. 67.
Dum pendet, quem effectum habeat, ibid. num. 68.
Confeſſarii *turpiter ſollicitantes, conſtitutione Pij IV. coerciti. q. 36. num. 26. & 22. & conſtitutione Greg. XV. ibid. num. 23.*
Confeſsio *cedentis ante ceſſionem, nocet Ceſſionario, q. 14. num. 8.*

Erro-

Errore detecto, non praiudicat confitenti, q. 21. num. 18. Etiamſi geminata, num. 19. Et deliberatò ac iuratò facta, ibid. num. 20.
Spontanea, etiam in atrociſſimis minuit poenam, q. 28. num. 74.
Procuratoris, reſpectu Domini dicitur ficta, neque principali praiudicat, q. 29. num. 70. Secus dicitur de Confeſſione Nuncij, ibid num. 71.
Cedentis poſt perfectum actum Ceſſionis, non praiudicat Ceſſionario, ibid. num. 74.
Confidentia eſt ſpecies ſimoniæ conuentionalis, eodemq. modo punitur, q. 29. num. 105. Eodemq. modo ex pacto efformatur, ibid. num. 106.
Eadem in alio non fouetur, quàm in interpoſitione fidei, ibid. num. 107. & qualiter, num. 108.
Eadem inter ſpecies ſimilitudinariæ ſimoniæ, reputatur deteſtabilior, ibid. num. 109.
Confidentiæ crimen, in Romana Curia habet particularem Iudicem, qui non poteſt cognoſcere de crimine ſimoniæ, ibid. num. 115.
Poena, non afficiunt ignaros ipſius confidentiæ, ad quos peruenerunt beneficia, ibid. num. 116.
Confidentiarius, vtcunquè ignarus tenetur dimittere beneficium, ibid. num. 122.
Confirmans nihil adijcit confirmata, q. 18. num. 90.
Confirmatio electionis canonicæ, reputatur actus iuſtitiæ, q. 17. num 74.
Non fit de eo, quod non eſt, ibid. num. 176.
Eſt neceſſariũ quoddã ad actũ electionis, ibid. n. 177.
Tempus ad eam petendam pro electo, eſt vtile, ibid. num. 203.
Electionis obtenta poſt lapſum tempus, eſt nulla, niſi proceſſerit à Papa ex eius certa ſcientia, ibid. num. 204. nec alias admittitur mora purgatio, ibid. num. 205 & 206.
Qualiter dicatur actus iudicialis, ibid. num. 314.
Congregationes in Ro. Cu. inſtituta ſuper diuerſis negotijs, q. 32. num 19.
Connexorum idem iudicium, q. 29. num. 87.
Conſenſus reſignationi præſtitus, præſumitur ex porrecta ſupplicatione, q. 16. num. 17.
Præſtitus parua Data, non excludit facultatem pœnitendi in Reſignante, ibid. num. 18. & 19.
Qui præſtatur ſupplicationi, eſt diuerſus ab eo, qui præſtatur paruæ Datæ, ibid. num. 29 & 30.
Qui in Reſignatione præſtatur, perpetuò ponitur ſub Data ſignata ſupplicationis, ibid. num. 31.
Qui præſtatur in vim Regulæ pro expeditione litterarum, ſemper retrahitur ad Datam ſupplicationis, ibid. num. 32.
Cauſalis in reſignatione, quid differat à formali, ibid. num. 46.
Formalis, quomodò intelligatur impedire facultatem pœnitendi, ibid. num. 53.
In Reſignationibus ſupplicationi præſtitus, dat Valorem gratiæ, & perficit reſignationem, ibid. n. 54.
Idem non annullatur ſi actus reſignationis patiatur defectum, ibid. num. 55. Et in eo ſemper remanet radicata ſubſtantia gratiæ, & noua prouiſio ſine alia nouo conſenſu, ibid. num. 56.
Qui præſtatur in vim Regulæ de conſenſu in Reſignationibus, &c. eſt quid ſuperinductum pro exequutione actus iam perfecti, ibid. num. 58. Et ideo illi paſſim derogatur, num. 59.
Conſenſus remouetur à recepto, q. 15. num. 43.
Conſiſtoriales prouiſiones fiunt cauſa cognita, q. 4. n. 11.
Conſtitutio Pij V. contra Blaſphemos, quid noui amplius contineat, q. 28. num. 113.
Contra dantes & promittentes, non habet locum, niſi ex ſuppoſitione prouiſionis præcisè obligatoriæ, q. 29. nu. 52. Eadem refertur, & explicatur, q. 32. num. 12. 13. & 26.
Pij V. de non alienandis & infeudandis, quorſum, & eius tenor, q. 30. num. 106.
Eadem Ducatum Ferrariæ S. R. E. ſub Clem. VIII. reſtituit, ibid. num. 107.
Eadem Ducatum Vrbini ſub S. D. N. Vrbano VIII. Ditioni reincorporauit, ibid. num. 108.
Contra dantes, &c. non procedit interueniente licentia Papæ, q. 32. num. 46.
Eadem afficit eos qui promittunt pro obtinenda ſententia iuſta, ibid. num. 40.
Eadem non obtinet in minimo, ibid. num. 42.
Iulij III. contra apprehendentes poſſeſſionem non expeditis litteris, quorſum tendat, q. 2. num 27.
Gregoriana ſuper expeditione litterarum in Forma Breuis pro prouiſis Apoſtolicis tanquam de reſeruato, adducitur & latiſſimè explicatur, q. 11. nu. 2. & num. 3.
Pij IV. contra Regulares, in fraudem Regulæ Cancellariæ ſe intrudentes in beneficijs electiuis adducitur & explicatur, q. 17. num. 317.
Eadem in quo diuerſificetur à cap. Auaritiæ, ibid. num 318.
Iulij. III. contra intrudentes literis non expeditis refertur, q. 19. num. 1.
Clem. VII. ſuper forma expediendi litteras diſpenſationis ſuper retensione, ibid. num 9.
Iulij III. contra diſpenſatos retinentes literis non expeditis, qualiter procedat, ibid. num. 12.
Eadem in priuando ipſo Iure, qua ratione nitatur, ibid. num. 19.
Eadem non euitatur prætextu obligationis de ſoluendo annatam, ibid. num 54.
Eadem paſſim vſu recepta, ibid. num. 60.
Eadẽ nõ euitatur prætextu iuſſus iudicis, ibid. n. 59.
Iulij II. contra Intruſos ante expeditionem litterarum ſub pœna priuationis &c. reſtricta ad Conſiſtoralia, ibid. num. 17.
Pij V. circa abrogationem priuilegiorũ de ſoluendo pro ingreſſu aliquid de fructibus, refertur; & explicatur, q. 20. num. 12. & 13.
Greg. XIII. de publican. in §. 5. refertur, q. 21. n. 1.
Eadem reſoluit ius reſignatarij, & ſuſtinet vacationem ex cauſa præexiſtentis reſignationis, ibid. num. 26. & 27.
Sixti V. contra clericos non incedentes in habitu, & tonſura, adducitur q. 26. num. 91.
Eadẽ non poteſt euitari prætextu nõ vſus, ibid. n. 92.
Nicolai III. contra hæreticos adducta, q. 28. nu. 28.
Pauli IV. contra hæreticos adducta, ibid. num. 34.
Conſtitutum habet vim traditionis, q. 25. num. 8. ſed per fictionem, ibid. num. 9. Et ideo non dicitur cõſumptus actus reſpectu exequutionis, ibid. n. 10.
Conſuetudo Ius commune facit etiam per abrogationem iuris ſcripti, q. 4. num. 47.

Con-

Conſuetum quid differat à ſolito, q. 8. num. 100.
Duos actus ad minus exigit, ibid. num. 101.
Conſultatio quatenus ſuſpendat electionem, q. 17. num. 220.
Contemptus legis ex ſpretu perſonæ, q. 19. num. 20. nec minus ex ſpretu præcepti ſub certa pœna, ibid. num. 21.
Idem auget peccatum, mutatq. illius ſpeciem, ibid. num. 22.
Pendet à voluntate contemnendi, non à ſimplici voluntate transgrediendi, ibid. num. 38.
Excommunicationis, undè arguatur, q. 33. nu. 110.
Contumacia, eò maior, quò minor eſt res, ex qua inſurgit, q. 33. num. 90.
Etiam punibilis, non concludit ad dolum, q. 19. n. 36.
In Pluribus caſibus dolo æquiparatur, ibid. num. 37.
Vnius, alteri non nocet, q. 28. num. 98.
Contumax contra quem ſunt factæ probationes, potius propter malam cauſam, quam propter contumaciam cenſetur condemnatus, ibid. num. 100.
Contumelioſa verba in Principem, maledicti crimen, non Maieſtatis inferunt, q. 30. num. 85.
Conuentionis vox generica, q. 29. num. 36.
Conuerſus, vel Religioſus receptus ad habitum, largo modo poteſt dici Clericus, q. 35. num. 14.
Per tranſitum ad Regularem eccleſiam, intelligitur vouiſſe, q. 26. num. 18. & 19.
Conuerſorum alij non profeſſi, alij profeſſi, ibid. nu. 21.
Profeſſio, in quo conſiſtat, ibid. num. 22.
Copulatorum concurſus ad qualificandum aliquod ſubiectum requiritur, q. 11. num. 5.
Correſpectiuorum vno ſublato remouetur & alterum, q. 15. num. 5.
Corrupti Iudicis crimen, ſimoniam implicat, q. 32. num. 1. Item crimen Maieſtatis, ibid. num. 2. Per quandam tamen æquiparationem, ibid. num. 3. Itemq. furti, ibid. num. 4. Itemque aſſaſſinij, ibid. n. 6. & hæ pœnæ manant in corruptores, ibid. n. 9.
Corruptus Iudex, efficitur Infamis, ibid. num. 7. & alijs pœnis coercetur, ibid. num. 8.
Corruptores Iudicum excommunicantur, & anathematizantur, ibid. num. 10. & hodie priuantur beneficijs ipſo Iure, ibid. num. 11.
In ſpiritualibus incurrunt ſimoniam, ibid. num. 30.
Crimina atrocia dicuntur omnia capitalia, q. 18. n. 199.
Capitalia, quæ, ibid. num. 200.
Cuiacius, in qua parte maximè inuerit doctrinam Iuris, q. 7. num. 208.
Eius artificium in docendo, ibid. num. 202.
Cura animarum, qualiter cenſeatur implicitè narrata, q. 3. num. 30.
Debet narrari in indiuiduo, & ſpecificè, ibid. nu. 31. & q. 4. num. 39.
Vbi incumbit beneficio, maior idoneitas in promouendo requiritur, q. 7. num. 10.
Si omittatur exprimi in Impetratione, non poteſt ſuppleri in litteris ex clauſula facultatis exprimendi qualitates, ibid. num. 11. Decl. num. 12.
Gregis cenſetur commiſſa cuius Prælato Collegialis eccleſiæ, ibid. num. 14. At non cura plebis, ſiuè Parochiæ, ibid. num. 15.
Collegij omnino exprimenda in Impetratione Dignitatis, ibid. num. 16. Niſi de Iure communi eam habeat, ibid. num. 17.
Plebis ſiuè Parochiæ, non eſt neceſſario exprimenda, quando adhæret Curæ Collegij, quæ in eadem ſupplicatione ſit narrata, ibid. num. 18. Decl. nu. 19.
Annexi, non eſt exprimenda, vbi exercetur per Vicarium perpetuum, ibid. num. 20. & 21.
Vt dicatur ſatisfactum Regulæ, poteſt exprimi per æquipollens, ibid. num. 22.
Curialitas non contrahitur niſi per actuale ſeruitium, q. 11. num. 135.
Curiales in libris noſtris, qui olim dicerentur, ibid. num. 136.
Aliquando dicti nerui & ſerui Reipublicæ, ibid. num. 137.
Prohibiti procurationes ſuſcipere, res alienas conducere, & pro alijs fideiubere, ibid. num. 138. Itemq. ordinari, ibid. num. 139.
Quinam hodiè dicantur, ibid. num. 140.
Cuſtodia, eſt quid diuerſum à poſſeſſione, q. 13. num. 21.
Vacantis beneficij pertinet ad eum qui habet abſolutum Ius prouidendi, ibid. num. 22.
Semper rem afficit, quominus eius poſſeſſio poſſit vnquam dici vacua, ibid. num. 24.

D

DAMNI cauſam dans, ad damnum tenetur, q. 36. nu. 62. Obnoxiusq. eſt reſtitutioni, ibid. num. 63.
Debitum ex teſtamento, transfuſa actione in actionem ex ſtipulatu, animo nouandi, non deſinit eſſe debitum, q. 6. num. 53.
Decedere verbum ſignificat mori, q. 9. num. 3. Et qua ratione ſumatur pro diſceſſu in hac ipſa ſignificatione, ibid. num. 4.
Deceſſus appellatione venit mors naturalis tantum, q. 10. num. 10.
Decima Papalis undè defluxerit, q. 20. num. 25.
Non ideo minus debetur, quia iis cui perſoluitur diues ſit, ibid. num. 28. Idemq. dicitur de decima, ſeu redecima Papali, ibid. num. 29.
Fundum ipſum ſequitur tamquam onus reale, ibid. num. 38.
Bis non debetur, ibid. num. 114.
Decretalium liber per Greg. IX. Vniuerſitati Bononien. ſtudij dirigitur, q. 7. num. 153.
Decretũ de dimittẽdo diffi. aliter liquidatur, q. 23. n. 34.
Irritans non intrat, niſi vbi eſt locus principali diſpoſitioni, ibid. num. 36.
Idem, ſubnexum decreto de dimittendo, quò reſeratur, ibid. num. 38. Et quò poſt Decretum de aſſumptione habitus in litteris Commendæ, ibid. nu. 39.
Conſuetum apponi in prouiſionibus de Regulari, pro perſona ſeculari, vt infra ſex menſes habitum ſuſcipiat, & profeſſionem emittat, qualiter intelligatur, q. 8. num. 100.
Idem poteſt apponi etiã per inferiores collatores, ibid. num. 104. Et an in huiuſmodi decreto conſtruetur ſtatus Regularitatis, etiamſi de facto illi non pareatur, ibid. num. 105.
De reſeruato, nuſquam datur in vacantibus non reſeruatis, q. 9. num. 20.
De expediendis litteris infra certum tempus, quorſum

Digitized by Google

ſum tendat, q. 19. num. 16. & qualiter differat à decreto de dimittendo, q. 23. num. 32.
Irritans operatur, nè poſſit allegari non vſus, aut vſus in contrarium, q. 19. num. 57. Itemq. nè poſſit allegari ignorantia, ibid. num. 58.
De expediendis litteris, &c. intelligitur ex die poſſeſſionis, & facultatis percipiendi fructus, q. 20. num. 40.
De dimittendo, implicat permiſſionem retinendi interim, & lapſo tempore eam reſoluit, q. 23. nu. 20.
Idem vnde ſumptum, ibid. num. 22.
Idem non impedit quin dimiſſio fiat ante tempus præſtitutum, ibid. nu 23. Et quando excuſetur illius incurſus, ibid. num. 24. 25. & 27.
Idem operatur ex die, quo quis poteſt adipiſci poſſeſſionem, ibid. num. 28.
Quando nihil operetur reſpectu primi, ibid. num. 33.
Degradatio *verbalis, vt differat à reali, q. 30. nu. 156.*
Realis, non fit niſi in caſibus à Iure expreſsis, ibid. num 157.
Clerici, debet fieri per Epiſcopum, ſi præceſſerit condemnatio facta per laicum ex Indulto Apoſtolico, q. 33. num. 20.
Actualis, eſt in ordine ad incorrigibilitatem, ibid. num. 47.
Delictum *probari debet per euidentiam facti pro conuincendo Reo, q. 29. num. 59.*
Delicta *carnis, cur per Ius Canonicum mitiori poena coerceantur, q. 33. num. 36.*
Maiora & minora, in quo ſenſu differre intelligantur, ibid. num. 33.
Puniuntur vt ſatisfiat Reipublicæ, ibid. num. 46.
Delinquendi *incentiuum ex veniæ facilitate, q. 18. num. 198.*
Deportatio *dicitur mors quædam, q. 10. num. 2.*
Derelictum *diſtinguitur à deperdito, q. 26. num. 1.*
Qualiter quid dicatur, ibid. num. 2.
Eius effectus, ibid. num. 4.
Vbi habetur beneficium, vacat ipſo Iure, ibid. nu. 5.
Ex non reſidentia contrahitur, ibid. num. 6.
Itemq. ob mutationem ſtatus cum beneficio incompatibili, ibid. num. 7.
Habetur beneficium ex negotiatione contraria ſtatui clericali, ibid. num. 87.
Deſcriptio *conſtituit intra ordinem, ſed non confert priuilegia ordinis, q. 11. num. 148.*
Deuolutio, *ſeù eius tempus currit ex die orta fama in loco mortis, q. 10. num. 55.*
In exemptis fit immediatè ad Papam, quemadmodum etiam fit per viam appellationis ad eum emiſſa in electiuis, q. 17. num. 104.
In electiuis, an fiat, ſi peccatum ſit in forma, ibid. num. 105.
Deuolutum *eſſe beneficium repugnat reſeruationi, vel affectioni eiuſdem, q. 8. num. 147.*
Deus *ſolus ex affectu interno hominem iudicat, q. 29. num. 14.*
Diaconorum *elatio in Epiſcopos depreſſa, q. 35. nu. 41.*
Dictio, alijs, *intelligitur de ſimilibus, q. 32. num. 27.*
Et dum ſignificat diuerſitatem in ſuppoſito, denotat identitatem in ſubſtantia, ibid. num 28.
Vel, *prout eſt alternatiua, ponitur inter diuerſa, ibid. num. 37.*
Diem *fungi, pro mori, q. 10. num. 18.*
Dignis *digna rependenda, q. 7. num. 43.*
Dignitas *vnica poſt Põtificalem in qualibet eccleſia datur, neq. multiplex ſecundum Ius commune, q. 6. num. 4.*
Perſonatus & officiũ, in quo cõueniãt, q. 7. n. 2. & 3.
Triplex ei eſt gradus, ibid. num. 4.
Subſtantia eius eſt gradus, ibid. num. 5.
Cui incumbit animarum Cura, non dicitur Parochialis, ibid. num. 6. neque per concurſum prouidetur, num. 7.
Sine cura, exigit in promouendo XXII. annum, ibid. num. 29. Et in hoc Concilium corrigit ius commune, ibid. num. 30.
Cum cura exigit in promouendo XXIIII. annum completum, ibid. num. 31.
Seù eius gradus, qua ratione explicandus ex Reg. Cancell. 57. ibid. num. 32.
Qui eam obtinet, eo eſt potior, qui ad illam adſpirat, ibid. num. 65.
Qui eam obtinet tamquam graduatus, ſi gradus fuerit per fraudem extortus, peccat, ibid. num. 49.
Eãdem impetrans, ſi narret eum Canonicatu obtineri conſueuiſſe, narratiua hæc non poteſt iuſtificari ex vnica prouiſione, q. 8. num. 112.
Eſt quid diuerſum à grauitate perſonæ, q. 17. nu. 37.
Nunquam moritur, q. 30. num. 37.
Dignitatis *ad Dignitatem collatio, qualiter fiat in electionibus, q. 17. num. 40.*
Dignitates *quibus conferenda ex diſpoſitione Concilij, q. 7. num. 42.*
Cùm prouidentur, qualiter concipiatur ſupplicatio pro non graduato, ibid. num. 44.
Dilatio *ad tempus, non ſoluit nexum præcedentis obligationis, q. 14. num. 39.*
Diſceſſus *pro mori, q. 9. num. 5.*
Diſpenſatio *contra Ius commune, non eſt permiſſa Epiſcopo, præterquam in expreſſis, q. 17. num. 298.*
Eadem eſt de reſeruatis Principi, ibid. num. 299. & ex toto dependet ab eius voluntate, q. 2. nu. 62.
Retentionis, literis non confectis, habetur pro non conceſſa, q. 19. num. 13.
In qua ſit expreſſum tempus certum præſens, ad aliud non profertur, ibid. num. 15.
Exigit literas ex ſtylo, q. 23. num. 8. Quin etiam ex Iure communi, ibid. num. 9. Etiam in foro conſcientiæ, q. 2. num. 61.
Super reſidentia in caſu c. cum ex eo de elect. in 6. eſt Iuriſdictionis Epiſcopalis, q. 27. num. 167. Ideoq. eius facultas ſede Epiſcopali vacante tranſit in Capitulum, ibid. n. 168. Quemadmodũ & in adminiſtratorem, & adminiſtratorem Apoſtolicum, ibid. num. 169.
Non eſt trahenda in conſequentiam, q. 29. num. 185.
Præſumitur ex poſſeſſione longi temporis, & qua ratione, q. 31. num. 33.
Diſpenſatus, *non poteſt vti diſpenſatione, ante confectas literas, propter reſiſtentiam Regulæ. q. 2. num. 75.*
Ad incompatibilia, dum vtrunque retinet literis non expeditis, non incidit in pœnam extrauagantis Execrabilis, *ibid. num. 70. & 71.*
Ad incompatibilia, dum retinet ante expeditionem literæ.

Digitized by Google

literarum, mortaliter peccat, ibid. num. 73.

Ad duo reſidentiam exigentia ſatisfacit, ſi in vno tantum reſideat, q. 27. num. 7.

Diſpoſitio, *ex qua alicui Ius quaritur in ſpe, tacitam habet conditionem, ſi diſponēs in eadem voluntate perſiſtat, q. 16. num. 24.*

Diſtributiones *non ſunt reſtituenda per Intruſum, qui non reſedit, niſi praceſſerit contra eum proteſtatio, q. 20. num. 123. Deci. num. 124.*

Debentur Canonico expulſo a Capitulo, q. 27. num. 143. Etiamſi non fuerit proteſtatus, ibid. nu. 144. Deci. num. 145.

Earum appellatione an includatur quidquid percipitur vltra prabendam, ibid. num. 173.

Diuinatores, *coniectoresq. ex aſtris, quibus pœnis hodie coerceantur, q. 30. num. 95. Horum etiam antiquitus peſſimum inſtitutum, Seneca obſeruatum ibi. n. 96. Et diuerſis legibus profligatū, ib n. 97. Et grauius in perſeuerātes animaduerſum, ibid. n. 98.*

Iidem de vita, vel ſalute Principis conſulentes, & eos conſulentes olim pœna capitis coerciti, ibid. num. 99. & 100.

Doctoratus *confert honorem perſona, q. 7. num. 50.*

Gradus qualiter expendatur in vtilitatem eccleſia, ibid. num. 52.

Dignitatem confert, ibid. num. 77. largo tamen modo Dignitatis voce accepta, ibid. num. 78.

A multis aſſumi omiſſus ob paupertatem, ibid. nu. 81.

De ſubſtantia eſt coronatio, ibid. num. 73.

Seu eius Dignitas pendet ex collatione Doctoralium inſignium, ibid. num. 72.

In Iure, magis ſplendet quàm prafocetur ex ſuperueniente Dignitate, ibid. num. 116.

Gradum aſſumens extra Vniuerſitates publicas generalis ſtudy praſumitur indoctus, ibid. nu. 126. Et dicitur Magiſter fictus, vel bullatus, ibid. num. 127. Vocaturq. aſinus, ibid. n. 128. In Hiſpania non reputatur pro graduato, ibid. num. 129. Neque exaquatur nobilibus, ibid. num. 130.

Prarogatiua, non conſideratur ex qualitate conferentis gradum in articulo pralationis, ſed ex qualitate examinis rigoroſi, ibid. num. 134.

Adeptus per ſaltum non conſequitur priuilegia Doctoralia, ibid. num 138.

Nulla habetur ratio in concurſu, ob malos, & incomptos mores, ibid. num. 160.

Non confertur Infamia notatis, ibid. num. 163. Veluti condemnato ad furcas, ibid. nu. 164. Vel Apoſtata, num. 165.

In Iure, non confertur Iudao, ibid. num. 166. Nec Neophyto, ibid. num. 167. Niſi bis diſpenſetur, ibid. num. 168.

In Iure, non confertur niſi qui ſtuduerit per quinquennium, ibid. num. 169.

Aeſtimatur ex rigore examinis, ibid. num. 170 & in quo iſtud examen conſiſtat, ibid. num. 172 & 173.

Gradus, propter malos mores denegatur, ibid. num. 176. Et deſtituitur, num. 177.

Si ab eo conſequendo quis repellatur, poteſt iterum examinari & approbari, ibid. num. 178.

An ei ſit praſtituta vlla atas, ibid. num. 180.

Vel magiſterium, in literis expreſſum, qualiter iuſtificetur, ibid. num. 195. & 196.

In beneficialibus maxima eſt prarogatiua, ibid. num. 197.

Ex quibus eius vilitas apud Vulgum, ibid. nu. 198.

Doctor *qui fieri petit, ſi habilis ſit, excuſatur à peccato ambitionis, ſi inhabilis, non excuſatur à peccato praſumptionis, q. 7. num. 47. Et peccat mortaliter, ibid. num. 48.*

Eximitur à plebeÿs, & exaquatur nobilibus, per traditionem inſignium Doctoralium, ibid. num. 74.

Vtriuſque Iuris praefertur Doctori in vno Iure tantum, ibid. num. 82.

Iuris, cui acceſſit gradus in Theologia, prafertur graduato in Theologia tantum, ibid n. 83. Etiam quod poſterius gradum ſit adeptus, ibid. num. 84.

Iuris Canonici qui non ſtuduit legibus, nihil valet, ibid. num. 90.

In vtroq. Iure, Papa illico vt aſſumitur ad Pontificatum, iuris ipſius auctoritate efficitur, ibid. n. 118

Non poteſt creari in Iure Canonico alia quàm auctoritate Papa, ibid. num. 131.

Creatus à Principe non prafertur illi, qui tranſiuit per viam ordinariam, ibid. nu. 135. Niſi adhibitum fuerit rigoroſum examen, ſecundum aliquos, ibid. num. 136. quod tamen reÿcitur num. 137.

Neceſſario debet habere ſummam peritiam, & facundiam, ſiuè doceat, ſiuè aduocet, ibidem num. 158.

Triplex habet munus, ibid. num. 179.

Iuriſdictionem habet in ſuos ſcholares, ibid. num. 183. Et inter eos videtur quidam Regulus, n. 184.

Iuriſdictionem eandem aliquibus viſum, quod in 17. anno habere poſſit, ibid. num. 188.

De facto promotus ante annum 17. non deÿcitur, ſed non recipitur inter Aduocatos, niſi impetrata ſit venia à Principe, ibid. num. 190.

Si ei Princeps indulgeat, vt ante annum XX. doceat, cenſetur habilitatus, vt poſſit eſſe Iudex in ſuos ſcholares, ibid. num. 193.

Qui non intelligit verba Iuris, neceſſe eſt, vt etiam ſit Iuris imperitus, ibid num. 211.

Doctoris *Iunioris ſententia praualet in adſtruenda communi, ibid. num. 206. Quemadmodum in pertinentibus ad verborum Iuris ſignificationem, ibid. num. 207.*

Auctoritas ſine textu, vel ratione non recipitur, q. 28 num. 53. & q. 32. num. 38.

Doctores *propriè dicuntur graduati in Iure, in alÿs verò ſcientÿs magiſtri, q. 7. num. 194.*

Notati, qui non intelligunt rubricas Iuris in quo graduantur, ibid. num. 199.

Antiqui in opinione cur tantum prauāleant, ibid. num. 201.

Iidem praferendi Iunioribus, ibid. num. 203. Niſi manifeſta ratio contrarium ſuadeat, ibid. num 204. Vel Doctor Iunior ſit excellentior, ibid. num. 205.

Iidem aliquibus viſi pura latinitatis hoſtes, ibid. num. 210.

Sunt intelligendi ſecundum leges quas allegant, q. 17. nu. 22. Et debent inſpici in fonte, q. 33. nu. 77

Doctorellorum *aliquo modo neceſſarius vſus in Republica, q. 7. num. 200.*

Doctorandi *priuilegia & Indulta Comitibus Palatinis,*

Digitized by Google

nis, & alijs authoritate Apoſtolica conceſſa, ex Conſtitutione Pij V. reuocata, ibid. num. 123.
Facultas in Romana Vniuerſitate, hodiè ex Conſtitutione Pij V. ſolidata apud Collegium Aduocatorum Conſiſtorialium, ibid. num. 124.
Licentia, cur hodie minus frequenter impetretur à Papa, ibid. num. 133.
Dolus *& fraus excluditur per iuramentum, q. 16. n. 10. cum in animo conſiſtant, ibid. num. 9.*
Doli *præſumptio ceſſat vbi nulla vtilitas conſequitur, q. 20. num. 66.*
Dominium *non niſi traditione transfertur, q. 25. nu. 5. Et debet cauſa praexiſtere, ibid. num. 6.*
Qualiter ex affectu dicatur transferri, ibid. num. 7.
Quadruplex eſt, q. 26. num. 3.
Donatio *eſt contractus, q. 1. num. 20.*
Exigit conſenſum donatarij, pro ſui perfectione, ibid. num. 21.
Facta abſenti antequam acceptetur, licet interuentu Notarij ſit irretractabilis, facilius tamen remittitur q. 17 num. 207.
Dubitatio *probabilis admittitur circa factum, q. 9. num. 51.*
Duellum *acceptantes, & prouocantes, ſunt Rei Maieſtatis, & priuantur beneficijs ipſo Iure, q. 30. num. 119.*

E

ECCLESIA *deſtructa an gaudeat Immunitate, & an cum ea deſtruatur Collegium, q. 4. num. 62.*
Deſtructa, quando nihilominus non cenſeatur deſtructum beneficium, ibid. num. 63.
Caſualiter deſtructa perinde eſt ac ſi eſſet deſtructa auctoritate ſuperioris, ibid. num. 61.
Indiget hominibus literatis, non aſinis ferratis, q. 7. num. 45.
Pro Epiſcopatu ſumpta, q. 27. num. 51.
Romana habet poteſtatem ſuper omnes alias eccleſias, q. 28. num. 6.
Eccleſiæ *Romana bona occupantes, non iuuantur præſcriptione, quæ interrumpitur per Bullam cœnæ Domini, q. 30. num. 81.*
Eiuſdem loca inuadentes, Maieſtatis Rei declarantur, ibid. num. 82. Et Clerici qui ſunt, priuantur ipſo Iure omni officio & beneficio eccleſiaſtico, ibid. num. 83.
Eccleſiaſticam *perſonam offendens, ſacrilegus eſt, q. 30. num. 111.*
Eccleſiaſticorum *affectus ad hæreditates, Hieronymo, Auguſtino, & Ambroſio deploratus, q. 8. num. 6.*
in Eccleſiaſticis *negotijs non permittitur illuſio, & variatio, q. 16. num. 39.*
Edicto *decernitur monitio, ſeu citatio contra impedientem acceſſum, q. 27. num. 92. nec eſt neceſſaria reiteratio, ibid. num. 93. Et qualiter probetur impedimentum, ibid. num. 94.*
Edicta *vbi contra abſentem decernuntur, ſummariè & extraiudicialiter deducenda eſt abſentia, ibid. num. 97.*
Eadem, vbi neſcitur locus, debent eſſe tria ad minus, ibid. num. 98. & 99.
Effectuatio *prouiſionis, conſtituitur ex ſucceſſiua vacatione ex perſona prouiſi, q. 14. num. 108. Siue per obitum, ſiuè per reſignationem, ibid. num. 109. Etiamſi aliter non probetur poſſeſſio reſignantis, ibid. num. 110.*
Effectus *iudicat cauſam, q. 29. num. 112. Etiam pro arguendo delicto, ibid. num. 113.*
Egicæ *Hiſpaniæ Regis ſumma pietas, q. 30. num. 154.*
Electio *exigit idoneitatem actu, q. 17. num. 258.*
Eſt caſſanda propter ſimplicem intruſionē ante confirmationem, ibid. num. 305. At minimè caſſatur ipſo Iure, niſi ſuperinductus ſit color, ibid. nu. 306. & 307.
Celebrata vltra montes, non caſſatur ex ſuperinductione coloris quæſiti ante adminiſtrationem, ibid. num. 308. & 309.
Per duas ſententias confirmata, adhuc eſt appellabilis, neq. ipſa auget numerum ſententiarum, ibid. num 95.
Eſt actus appellabilis ſeruata iuris forma, ibid. num. 96.
Non inijcit vinculum matrimoniale electo, niſi poſt acceptationem, q. 1. num. 22.
Siuè eius actus, vt diuerſimodè conſideretur, q. 17. num. 5.
Per compromiſſum, non eſt ſublata per Concilium generale, ibid. num. 8.
Officialis vltra tempus præfinitum, non ſuſtinetur intra tempus licitum, ibid. num. 14.
Quatenus vitietur ipſo Iure per adiectionē laicorum cœtus Canonicorum pro eligendo Epiſcopo congregatorum, ibid. num. 17.
De vno tantum non exigit neceſſitatem collationis Votorum, ibid. num. 32. & 33.
Sufficit de digno omiſſo digniori, ibid. num. 42. & 43
Attenditur magis an pluribus Votis ſit munita, quam circa auctoritatem & minorem zelum, ibid. num. 44.
Qualiter publicetur in communi, ibid. num. 59.
In communi non eſt neceſſaria vbi ad eam proceditur per viam compromiſſi, ibid. num 62. Et ea ſolemnitas vndè ſit deſumpta, ibid. num. 63.
In communi facta de abſente, et eſt denuncianda, ibid. num. 64. Et ex ea denunciatione applicatur ius electo, ibid. num 65. Etiam ſi facta ſit procuratori legitimo, ibid. num. 66. Citra tamen Prælaturam, ibid. num. 67. Etiam pendente tempore ad acceptandum, ibid. num. 68.
Vbi nondum eſt acceptata, ſi pendente tempore ad acceptandum Papa prouideat, prouiſio eſt nulla, ibid. num. 72.
Non debet fieri de eo qui ab initio non diſſentit, ibid. num. 82.
Qua formula acceptetur, ante, & poſt quam fiat, ibid. num. 83. & 84.
Vbi eſt facta de indigno, electores priuantur ea vice poteſtate eligendi, ibid. num. 98. modò perſtiterint vſque ad electionem in communi, ibid. num. 99.
Facta de indigno ad Cathedralem, ſolidā poteſtatem deuoluit ad Papam immediatè, modò omnes peccauerint, ibid. num. 100. Et vitium non ſit occultum, ibid. num. 101. Et ſi allegetur ignorantia, debet iuſtificari, ibid. num. 102.

Vbi

Vbi eſt facta de indigno ad inferiora, deuolutio fit ad Superiorem immediatum, ibid. num. 103.

Nullitèr facta ex defectu formæ, re integra, eſt irritabilis, etiam pendente appellatione, ibid. num. 106. & quando res deſinat eſſe integra ex ſententia, num. 107.

Poſitiuè caſſari non eſt neceſſe, vbi ſupponitur nulla ipſo Iure, ibid. num. 108. Siue poſterior fiat eodem contextu, ſiue ex interuallo, ibid. num. 109. Declar. num. 110.

Magis inficitur ex contemptu vnius abſentis, quàm ex plurium contradictione, ibid. num. 114.

Dum ex contemptu vnius abſentis non impugnatur, interim tamen eſt in ſtatu validitatis, ibid. num. 115. & ſi cauſa cognita confirmetur, efficitur irretractabilis, ibid. num. 116.

Eſt de eius iuſtitia, non de forma intrinſeca, abſentium vocatio, ibid. num. 117.

Vbi eſt caſſata ob cõtemptum abſentis, poteſt ad aliam deueniri per eoſdem Electores, ibid. n. 121. Declar. num. 122.

Non poteſt per Electores iterari lite pendente, ſi lis ſit cum electoribus, ibid. num. 123.

Debet fieri citra vllum ſcandalum, ibid. num. 125.

Impeditur per ſequentem, niſi caſſetur, vel irrita ſit ipſo Iure, ibid. num. 131. Vel electores ſint priuati facultate iterum eligendi ad eam vacationem, ibid. num. 132.

Non dicitur, cum facultas eligendi non eſt reſtricta ad vnum aliquod genus perſonarum, veluti ſi ad vnam tantum ſpectet perſonam, ibid. num. 133.

Vbi eſt facta per concuſſionem & metum, non impediuntur Electores iterum eligere, ibid. nu. 134.

Vbi eſt facta de indigno, ſolidatur tota poteſtas in cõtradictoribus, quæ adhuc eſt participabilis alijs, ibid. num. 135. Niſi lex inhabilitet Electores pro ea vice, ibid. num. 136. Et hæc participatio colligitur ex ſola admiſſione ad nouam electionem, ibid. num. 137.

Poteſt fieri per ſuſpenſum à beneficio, ſecus per ſuſpenſum ab officio, ibid. num. 138.

Poteſt fieri per ſuſpenſum ſimpliciter, ex participatione, ibid. num. 139.

Non ſuſpenditur ex lite ſuper Iure eligendi, in præiudicium poſſeſſoris, ibid. num. 140.

Vbi poteſt fieri non obſtante lite, confirmatio differtur ad finem litis, ibid. num. 141.

Quando impediatur ex lite ſuper ſubiecto, ad quod ea fit, ibid. num. 142. Siue lis ſit inter electos, num. 143. Siuè ſit inter electum & Capitulum, n. 144.

Impeditur caſſari & de nouo fieri pendente appellatione, ibid. num. 145.

Canonici ſupranumerarij, ex vnius contradictione & appellatione ſuſpenditur, ibid. num. 146. modo Eccleſia non ſit receptitia, ibid. num. 147.

Ad nouos Canonicatus, non poteſt dici attentata in eccleſia receptitia, lite ſuper alijs exiſtente, ibid. num. 155.

Non ſuſpenditur, ſi appelletur nè fiat, ſed benè ſi appelletur, nè aliter quàm Canonicè fiat, ibid. n. 156.

Reuocatur per viam attentati, ſi minus canonicè fiat, ibid. num. 157. Modò appellans in ſua appellatione perſiſtat, num. 158. & appellatio ſit iudicialiter interpoſita, ibid. num. 159.

Peccans in forma, ſubijcitur caſſationi Iuris, ibid. nu. 160. Nequè vllo modo eſt confirmabilis, ibid. num. 161. Nequè impedit ſequentem, ibid. n. 162.

Eſt actus ſpiritualis, & transfert ius ſpirituale, ibid. num. 165.

Si æqualiter, & ſic nulliter in duos feratur, & reiteretur, eodem modo deuoluitur poteſtas ad ſuperiorem, ibid. nu. 193. Quod declaratur n. 194. & 195.

Facta in diſcordia, remanet ſuſpenſa in Capitulo, facta formali relatione ad Papam, ibid. num. 215.

Poteſt fieri de Religioſo, ibid. num. 246.

Fit de obtinente incompatibile, ibid. num. 247. & 248.

Non impeditur à quacunque alligatione perſonæ, ſed ratione ſpiritualis coniugij duntaxat, ibid. n. 249.

Non fit de impedito exercere munus ad quod eligitur, niſi diſpenſetur, ibid. num. 251.

Simoniaca ex redemptione ſuffragij iudicatur, q. 29. num. 136. Decl. num. 137. & quo caſu ſoluetur à ſimonia, ibid. num. 139.

Electionis *ad Cathedralem tempus in articulo deuolutionis quodnam ſit, q. 17. num. 87. Et à quo momento currat, ibid. nu. 88. Et an attendatur tempus ſepulturæ, aut verius obitus, ibid. num. 89. Et quid in eccleſijs Regularibus, ibid. num. 90. Et an de omni Prælatura, ibid. num. 91.*

Paſſiua Ius conſeruatur per deuolutionem, ibid. n. 92

Interim tamen tenet mero Iure prouiſio aliter facta, niſi appelletur, ibid. num. 93.

Controuerſia non poteſt decidi per ſortes, ibid. n. 192.

Præſentatio, vt afficiat, non ſufficit, quod præſentetur coniuncta perſona, ibid. num. 200. Niſi ſequatur ratificatio, ibid. num. 201.

Actus reſpectu poſtulandi, non poteſt ſuſtineri tamquam electio, ibid. num. 240.

Electiua *Inferiora cadunt ſub reſeruatione Regulæ de menſibus, q. 17. num. 94.*

Beneficia, egent ſingulari expreſſione, q. 7. num. 25. Modò electio pertineat ad Capitulum, ibid. num. 26. & 27.

Si aſſeratur Dignitas in ſupplicatione, deletur illa dictio qualificatiua, ibid. num. 28.

Electorum *nominatio quæ fit ante ſcrutinium, quam vim obtineat, q. 17. num. 46.*

Eadem nominatio nihil applicat nominato, ibid. nu. 48. Impedit tamen variationem, & aperit viam ipſi nominato implorandi Iudicis officium pro apertione ſcrutinij, ibid. num. 49.

Variatio cur reprobetur, ibid. num. 57.

Votis in duos directis, vtraque electio caſſatur, ibid. num. 191.

Electus *ſi moriatur ante confirmationem in Curia, non intrat reſeruatio c. 2. de præb. in 6. q. 8. num. 133. nec alia reſeruatio, q. 17. num. 3. Reintegratur tamen electoribus tempus ad eligendum, q. 8. num. 134. Et ad hunc effectum poteſt dici noua Vacatio, num. 135. Verè tamen & re ipſa non adeſt vlla Vacatio, num. 136.*

Vbi habet pro ſe duas partes, ceſſat Votorum collatio, q. 17. num. 34.

Si abſens ſit, non ideo electores poſſunt variare, ibid. num. 56.

Digitized by Google

Quod nominetur in communi poſt ſerutinium publicatum, quid operetur, ibid. num. 60. Et pro facultate nominandi ſufficit tacitum mandatum Capituli ex praſentia, ibid. num. 61.

Et non currit tempus ad acceptandum, niſi ex die denunciationis, ibid. num 69.

An poſſit cogi acceptare electionem, ibid. num. 70. & 71.

Canonice debet de neceſſitate confirmari, ibid. nu. 73.

Eius officium in quibus conſiſtat, ibid. num. 75.

Nondum confirmatus, à quo tempore ius Pralatura ſaltem in habitu acquirat, ibid. num. 76.

Ante confirmationem, non habet officy Plenitudinem, ibid. num. 77. Decl. num. 78.

Qualiter debeat electioni conſentire, ibid. num. 79.

Quod ius acquirat in articulo reſolutionis, ibid. num. 86.

Si negligat intra terminū Iuris acceptare electionē, ius illius reſoluitur, ibid. nu. 196. Curritq; hic terminus ex momento praſentationis ſibi facta, ibid. num. 197. Nec ſufficit praſentatio facta Procuratori generali, ibid num. 198.

Intra tempus legitimum ſufficit quod confirmationem petat, licet non obtinuerit, ibid. num. 202.

Non excuſatur lapſu temporis ad petendum confirmationem, niſi probetur impedimentum, q. 17. nu. 208. Etiamſi probaret acceſſum ad Curiam, niſi probaret inſtetiſſe pro confirmatione, ibid. num. 209. & 210.

Quod differat proſequi electionem antequam Papa praſentetur, eſt diuerſum ab eius negligentia poſt praſentationem, ibid. num. 211.

Eius negligentia in petendo confirmationem, non extinguit facultatem conſeruandi electionem in Capitulo, niſi peccatum ſit in forma, aut in materia, ibid num. 212. ſecus, ſi commiſſa ſit poſt petitionem, ibid. num 213. Et qua ſit ratio, nu. 214.

Prohibetur adminiſtrare ante confirmationem, ibid. num. 289. Niſi electio ſit vltra montes, ibid. num. 290. Etiam in Inferioribus à Cathedrali, ibid. num. 291. Idquè ex diſpenſatione Papa, ibid. num. 292. Niſi exiſtet ibi Legatus Sedis Ap. qui valeat confirmare, ibid. num. 293.

Vt adminiſtret ante confirmationem, alter quam Papa non concedit, ibid. num. 294.

Ante confirmationem, qualiter valeat deputari œconomus & procurator, ibid. nu. 295. Etiam reſpectu Inferiorum a Cathedrali, ibid. num. 296.

Non poteſt alia, quam Papa auctoritate deputari œconomus vel Procurator, ibid. num. 297.

Qui prius fuit deputatus Oeconomus vel Procurator, poteſt continuare in adminiſtratione ante confirmationem, ibid. num. 310. & 311.

Adminiſtrans in vim confirmationis per appellationem ſuſpenſa, incidit in pœnas c. Auaritia, ibid. num. 312. Declar. num. 313.

Idem an attentet, ibid. num. 315.

Immiſcens ſe in vim confirmationis nulla, incidit in pœnas c. Auaritia, ibid. num. 316.

Adminiſtrans ante confirmationem efficitur inhabilis, ibid. num. 320.

Ad regulare, adminiſtrans ante confirmationem & literas expeditas, efficitur inhabilis reſpectu Dignitatis ad quam eſt electus, ibid. num. 322.

Ad ſecularia adminiſtrans ante confirmationem, nedum reſpectu ſubiecti ad quod eſt electus, ſed ad aliud etiam efficitur inhabilis. ibid. num. 323.

Confirmatus, ante adeptam poſſeſſionem, validè confert beneficia, qua ſunt ad ſuam collationem, q. 19. num. 28. Neq. huc ſe extendit prohibitio extrauagantie In uncta, ibid. num. 29.

Emancipatio *liberorum permiſſa patri, q. 28. num. 87.*

Inficitur, vbi fit in fraudem, ibid. num. 89.

Emphytheuta *alienans, non incidit in commiſſum, ſi remaneat in poſſeſſione, non obſtante clauſula conſtituti, q. 25. num. 12.*

Ens *conſeruatur in virtute informabili deliteſcente in habitu conſeruato in aliquibus reliquijs, q. 4. n. 65.*

Enunciatio *circa non neceſſaria ad actum, non probat etiam inter ipſos enunciantes, q. 14 num. 103.*

Epiſcopalis *ordinatio, an ſit ſacramentum, q. 35. num. 32. Et qualiter diuerſificetur à Presbyteratu, ibid. num. 33.*

Poteſtas in quibus excedat poteſtatem Presbyteralem ibid. nu. 35. Et unde maior hac poteſtas profluat, ibid. num. 36.

Ordinatio, per Sectarios perperam cauillata, ibid. num. 39.

Ordo, in quo ſenſu dicatur non diſtinctus à Presbyterali, ibid. num. 40.

Poteſtas reſpectu regiminis particularis eccleſia, qualiter introducta, ibid. num. 45. Eadem cum primitus haberi cœperit, ibid. num. 46.

Poteſtas habet pro ſubiecto praſidentiam, ibid. num. 48. Neque huius unquam participes fuerunt aut Chorepiſcopi, aut Presbyteri, ibid. num. 49.

Epiſcopatus *non eſt ordo, prout ordo ſumitur pro ſacramento, ſecus prout ſumitur pro officio, ex ſententia B. Thoma, ibid. num. 34.*

Dicitur ordo, quatenus ſumitur pro dignitate, ibid. num. 38.

Epiſcopus *an veniat appellatione Clerici, ibid. num. 17.*

Eius officium qualiter Chriſtus ipſe exercuerit, ibid. num. 44.

Quem quiſq. Chriſtianum Populum feciſſet, ſuo olim Imperio habebat, ibid. num. 47.

Non poteſt promoueri, qui prius non ſit ſacerdos, ibid. num. 51.

Ordinans Clericum non confirmatum, delinquit in officio, q. 36. num. 48.

Doctor pracedit non Doctorem, q. 7. num. 117.

Qui renunciauit Epiſcopatui, eſt eligibilis, q. 17. num. 250.

Dum promouetur, perdit beneficia obtenta, q. 26. nu. 50. Et à quo tempore, ibid. num. 51. Et qualiter illud tempus prorogetur, ibid. num. 52. Et in prorogatione, quod tempus computetur, ibid. num. 53.

Dum promouetur, videtur de membro tranſire in caput, ibid. num. 54.

Dum promouetur, cur non retineat beneficia prius obtenta, ibid. num. 55. Et an habeat locum in officijs, ibid. num. 56. Et an inducatur vacatio ante aſſequutionem poſſeſſionis, ibid. num. 57.

Maiorem habet communionem cum canonicis ſua eccleſia, quam cum alijs, q. 27. num. 187.

Poteſt habere in ſuo ſeruitio duos Beneficiatos, qui

non

non ſint Canonici, concurrente maxima neceſſitate, vel vtilitate eccleſiæ, ibid. num. 188.
Eum offendens priuatur ipſo Iure beneficijs, q. 30. num. 112.
Epiſcoporum electio aliquando Populo permiſſa, q. 17. num. 188. & 189.
Olim in quos Imperium, ibid. num. 190.
Equiuocum qualiter æſtimetur in iure, q. 29. num. 31.
Error admiſſus in denominatione beneficij, vel circa tēpus vacationis, ſi manifeſtus ſit, poteſt corrigi per Datarium, etiam lite pendente, q. 4. num. 57. V. Nomen.
Etiam dictio, cuius ſit natura, q. 1. num. 42.
Exceptio altioris indaginis, non dicitur, vbi partes in facto concordant, q. 11. num. 157. Decl. num. 158.
Defectus proprietatis cur non admittatur in Iudicio Adipiſcendæ contra prouiſum de beneficio, q. 13. num. 72.
Eadem reijcitur ad petitorium, ibid. num. 73.
Exceſſus modicus non eſt habendus in conſideratione, q. 20. num. 104.
Excommunicatio maior ſeparat à fraterna ſocietate, q. 33. num. 83.
Excommunicatus iniuſtè conſequitur fructus & diſtributiones, ſecus autem ſi iuſtè, q. 27. num. 139. Sed quid ſi adhuc non eſt detecta iniuſtitia, ibid. num. 140.
Iniuſtè, qui prius non conſueuerat reſidere, durante excommunicatione, non conſequitur fructus aut diſtributiones, ibid num. 141.
Exequendi facultas conſumitur per primum actum, q. 11. num. 150. Secus, quando non eſt ſatisfactum menti mandantis, ibid num. 152. Præcipuè vbi actus proceſſit ex probabili errore facti, aut Iuris, ibid. num. 153.
Exequutiuo proceſſui vulnus infertur, ſi recipiatur appellatio per Principem, ibid. num. 116.
Exequutio Iuris, quid differat ab exequutione facti, q. 27. num. 64.
Qualiter diſtinguatur ab actu, & qualiter ante illū actus dicatur ſortiri effectum q. 29. n. 27. & 28.
Exequutor Breuis Apoſtolici poſt Inhibitionem Rotæ dem obtentis, nulliter procedit ad Teſtium examen, hæcq. nullitas non eſt ſanabilis, q. 11. num. 50.
Exequutoris datio in literis Apoſtolicis, habet vim auocationis à quocunque alio, q. 12 num. 4. & 5.
Expreſſio narrandorum in Reſcriptis Apoſtolicis debet fieri verbis latinis & vſitatis, q. 3. num. 9.
Per æquipollens ſufficit pro ſuſtinenda gratia, ibid. num. 33.
Expreſſum dicitur, quod venit in neceſſariam conſequentiam expreſſi, q. 3. num. 18.
Quomodo aliquid intelligatur in ſcriptura, ibid. num. 19.
Dicitur quod ſequitur ex verbis expreſſis, tametſi expreſſio ſit de forma, ibid. num 22. Modò conſequentia ſit infallibilis, ibid. num. 23. & quæ ſit ratio num. 24. & quando ſufficiat iſta expreſſio, ibid. num. 32.
Magis nocet, q. 17. num. 321.
Exprimi quot modis quid dicatur, q. 3. num. 8.
Quæ debeant in Reſcriptis ad beneficia, ibid. nu. 34.
Extrauagans Iniuncta de prab. exigit literarum oſtenſionem, q. 19. nu. 5. Neq. impletur ex notitia aliunde habita, ibid. num. 6.
Ambitioſæ de reb. eccl. non alien. in articulo priuationis beneficij refertur, q. 25. num. 2.
Eadem eſt lata ſententia, ibid. num. 3.
Eadem non habet locum in hypotheca, ibid. num. 14. Et quid reſpectu pœnæ, ibid. num. 15.
Eadem an habeat locum reſpectu pœnæ, vbi non eſt vſu recepta, ibid. num. 38. Et quid in foro exteriori, ibid. num. 39.
Conſtitutio recipit interpretationem à Iure communi, q. 26. num. 96.

F

FABRICA ſiuè operaria eccleſiæ, quatenus eſt officium, regulatur eo modo quo hoſpitale, q. 6. n. 60.
Falſificantes litteras Apoſtolicas, ipſo Iure priuantur beneficijs, q. 30. num. 90.
Iidem ſubijciuntur crimini Maieſtatis, ibid. num. 91. Etiam ex mente Legis Iuliæ, ibid. n. 92. & ſubijciuntur Cenſuris Bullæ cœnæ Domini, ibid. n. 93
Fauore quod alicuius introductum eſt, non debet in eius odium retorqueri, q. 15. num. 60.
Fe[illegible]um dicitur gratia, q. 1. num. 2.
Fiat verbum, reſcripto adiectum conficit totam gratiam, q. 14. nu. 28. Nec expectat tempus futurum, ſed operatur de præſenti, ibid. num. 29.
Fictio, quid, q. 15. num. 10.
An admittat concurſum veritatis, ibid. num. 11.
Perpetuò ei aduerſatur veritas, ibid. num. 12.
An poſſit concurrere cum veritate reſpectu diuerſorum temporum, ibid. num. 13.
Verſatur circa poſſibilia, ibid. num. 14.
Principis, ſiuè legis circa ea quæ Iuris ſunt, operatur ſecundum veritatem, ibid. num. 31.
Propriè cadit circa factum, non circa Ius, ibid. n. 33.
Reſtringitur ad ſubiectum expreſſum, nec vltra extenditur, ibid. num. 40.
Quotuplex, & quæ dicatur fictio tranſlatiua, ibid. num. 45.
Poteſt cadere ſuper ſingulis prædicamentis, & inducta reſpectu vnius, non extenditur ad aliud, ibid. num. 46.
Exigit extrema habilia, ibid. num. 47. & quando dicantur habilia, ibid. num. 48.
Retrahit tempus, ibid. num. 51.
Fundatur in æquitate, ibid. num. 52.
In caſu ficto tantum operatur quantum veritas in caſu vero, ibid. num. 65.
Poſtliminij, vti procedat, ibid. num. 70.
Fideiuſſoris obligatio cur nequeat excedere vim principalis obligationis, q. 17. num. 19.
Filius non conſequitur pœnam pro delicto patris. q. 28. n. 63. Præterquam in atrociſſimis contra Rempublicam, ibid. num. 64. & 68.
Dicitur pars patris, ibid. num. 65. Non item matris ibid. num. 66. Nec in eum mater poteſtatem habet, ibid. num. 94.
Eius honor ſumma eſt affectio matri, ibid. num. 67.
Liberti ingrati reuocatur cum patre in ſeruitutem, ſi eſt natus poſt admiſſam ingratitudinem, ibid. nu. 84. & 85.

Matris hæreticæ nõ priuetur beneficijs ipſo Iure, ibid. num. 90.

Finis *attenditur vltimus, non conſequutiuus, q. 36. num. 49.*

Focaria *quæ dicta, & vnde. q. 33. n. 135. 136. & 137.*

Nihil conſequitur à milite, aut ex teſtamento, aut ex donatione, ibid. num. 138. Nec à clerico, ibid. num. 139. Etiamſi fuerit facta intuitu meritorum, ibid. nu. 140. Et cum Iuramento, ibid. num. 141. niſi tamen aliquid donetur, vel legetur pro dote ad effectum matrimonij, ibid. num. 142. Vel à ſene decrepito & pœnitente vita anteacta, ibid. num. 143.

Ei promiſſum, ſiuè per Clericum, ſiuè per laicum, non adſtringit promittentem, ibid. num. 144.

Sæpè vſurpatur pro concubina, ibid. num. 145.

Fœdus *ineundi formula cum alijs Populis apud Romanos, q. 30. num. 22.*

Forma *habet ſuam ſubſtantiam in materia ſubiecta, q. 29. num. 83.*

Vbi recedit, receditur quoque à nomine, ibid. nu. 23.

Poteſt adimpleri per æquipollens, vbi conſequitur finis, cuius cauſa fuit inducta, q. 12. num. 52.

Inducitur ex obſeruatia aliter introducta, quam ius commune diſponat, q. 16. num. 8.

Quando vitietur per adiectionem inutilis, vel ſuperflui, q. 17. num. 15. & 16.

Ex quacunque cauſa non poteſt præteriri, q. 21. n. 5.

Fornicatio *non infert pœnam depoſitionis, niſi ſit notoria, vel ſcandaloſa, q. 33. num. 116. & incorrigibilis, ibid. num. 117. & 118.*

Franchitiam *acclamantes, eoq. fouentes, Maieſtatis Rei ſunt, priuanturq. beneficijs ipſo Iure, q. 30. num. 140.*

Fraus, *vti arguatur, q. 15. num. 53.*

Perpetuò ſit per ſuppoſitionem, q. 17. num. 285.

Contra legem, vnde arguatur, ibid. num. 286. & 287. quæquè ſint eius extrema, ibid. num. 288.

Fructus *præſumuntur percepti per poſſeſſorem, niſi ipſe doceat, per quem fuerint percepti, q. 11. num. 125.*

Beneficij vacantis, ſpectant ad primum futurum legitimum ſucceſſorem, nulla habita conſideratione Intruſi, q. 20. num. 111.

Per intruſum percepti, debent reſtitui canonicè prouiſo, ibid. num. 112.

Debentur beneficio non ex die poſſeſſionis, ſed prouiſionis, ibid. nu. 120.

Perceptos ante ſententiam priuationis beneficij eſſe reſtituendos, quibus viſum, q. 33. num. 75. Defenſa contraria ſententia Pelyni, ibid. num. 76.

Fulgoſius *anno ætatis ſuæ 15. repetijt l. manifeſtæ ff. de Iureiur. q. 7. num. 192.*

G

GABELLA *pro eadem re bis non exigenda, q. 20. num. 113.*

Pro contractu ſemel ſoluta in loco contractus alibi ſolui non debet, ibid. num. 115. & 116.

Soluenda, intelligitur de valido non de nullo contractu, ibid. num. 121.

Gabellæ *fraudandæ animus in eo excluditur, qui iurat ſe deferre pro vſu proprio, q. 16. num. 11. Etiamſi poſtmodum illas diſtrahat, ibid. num. 12. Eademquè ſuſpicio purgatur, ſi Iuramentum poſtmodum præſtetur, ibid num. 13.*

Generis *nomen apud genus remanet, pro denotanda illius ſimplicitate, q. 4 num. 18.*

Graduati *ſi plures concurrant, præfertur magis graduatus, q. 7. num. 61.*

Gradus *reputatur ſignaculum internæ virtutis graduati, ibid. num. 80.*

Magiſtery in artibus, non habetur in conſideratione reſpectu eccleſiaſticarum dignitatum. ibid. num. 91.

Cur non in alijs ſcientijs quàm Theologia & canonica conſiderentur, ibid. num 93.

Gratia *Papæ ſolo verbo conficitur, q. 1. num. 4.*

Stat in eius lingua, ibid. num. 5. & quomodo procedat, num. 6.

Perficitur reſcripto, ibid. num. 15.

Poteſt impetrari à Papa ſine mandato, ibid. num. 32.

Sumit initium ex Reſcripto, exequibilitatem autem ex literis, ibid. num. 10.

An poſſit in foro conſcientiæ ſuffragari literis non expeditis, ibid. num. 60.

De vno beneficio non extenditur ad diuerſum, q. 4. num. 8.

In forma dignum, ſeù mandatum de prouidendo, ante verificationem & exequutionem, non conſumit Vacationem, q. 8. num. 138. & 139.

Eſt minuere, vel remittere Ius ſcriptum, q. 32. n. 25.

Non redditur ſubreptitia ex taciturnitate qualitatis mouentis, ſed ex taciturnitate remouentis animum concedentis, q. 35. num. 6. Et debet probari id quod tacitũ eſt fuiſſe neceſſariò exprimendum, ibid. n. 7.

Gratiæ *appellatione propriè venit prouiſio Apoſtolica de beneficio, quæſt. 1. num. 1.*

Subſtantia alia intrinſeca, alia extrinſeca, ſiuè probatoria, q. 2. num. 13.

Gratiam *amittere pœna eſt, q. 3. num 6.*

Gratiæ *beneficiales reputantur ambitioſæ, ibid. num. 14.*

Gratioſa *reputatur materia, vbi reſcribitur extra, aut contra Ius commune, q. 32. num. 24.*

Gratificatio *admittitur inter plures præſentatos, q. 17. nu. 163. Itemq. inter plures oppoſitores concurrentes, ibid. num. 164.*

Non eſt cui ſubeſt neceſſitas, ibid. num. 184.

Qualiter conſtituatur in collatione beneficij, ibid. num. 185.

Quædam impropriè dicta, ibid. num. 187.

Guido *Cardinalis Bentiuolus laudatur, q. 28. nu. 104.*

H

HABITVS *Religioſorum quotuplex, q. 26. num 41.*

Idem qualiter diſtinguatur, ibid. num. 42.

Clericalis non delati negatiua qualiter per teſtes probetur, ibid. num. 93.

Clericalis omiſſa delatio, vt pœnam irroget, qualiter deſideretur, ibid. num. 95. Et qualiter poſſit impunè dimitti, ibid. num. 97. 98. & 99.

Indicat qualitatem perſonæ, q. 9. num. 50.

Non ſe compatitur cum duratione impedimenti Iuris circa actum, q. 11. num. 144.

Hæres *adiens hæreditatem ad effectum reſtituendi, dum*

reſtituit

reſtituit, non videtur aliquid alienare, q.14.n.31.

Hæreſis *implicat apoſtaſiam à Deo, q. 28.num.14.*

Implicat crimen Maieſtatis humanæ & diuinæ, ibid. num.15.

Inducit pœnam priuationis beneficiorum ipſo Iure, ibid.num. 32.& 33.

Eius delictum non conſumitur in errore contra fidẽ, ſed in pertinacia, ibid. num.40.

An probetur ex ſententia contumaciali, ibid.num.97. 99.101.102.

Eſt primum caput læſæ Maieſtatis Diuinæ, ibid.n.23

Quid ſit q 29.num.5.

Simoniaca, vnde, ibid.num. 8.

Eadem omnia alia crimina ſcelere anteuertit, ibid. num.12.

in Hæreſim *relapſus, & reuerſus ad pœnitentiam, an habeatur pro hæretico, q. 28. num.77.*

Relapſo denegatur audientia, ibid. num. 78. Decl. num. 79.

Relapſo quæ imponitur pœna corporalis, non imponitur propter hæreſim, ſed propter relapſum, ibid. num.80.

Hæreticus *quantum in ſe eſt, facit Catholicam eccleſiam mendacem, ibid.num.16.*

Offendit Maieſtatem Populi, in quo eſt natus, ibid. num.17.

Impropriè dicitur Chriſtianus, ibid. num.18.

Eius bona qualiter repartiantur, remiſſiuè, ibid.n.19

Priuatur bonis temporalibus ipſo Iure, ibid.num.21.

Eius ordinatio, & promotio ad beneficia, habetur pro nulla & infecta, ibid.num.22.

An priuetur beneficijs ipſo Iure, ibid.num.24.& 25.

Vt ſpolietur de facto beneficijs, exigitur ſententia declaratoria, ibid. num.37. Poſſunt tamen ante declaratoriam eadem beneficia impetrari, ibid.n.38.

Vt ab eo auferatur beneficium, debet citari, & cum eo factum diſcuti, ibid.num.39.

Non eſt qui illicò ab errore ſuo ſe conuertit, ibid. num.41. & quæ ſint pro hoc neceſſaria, ibid.n 42.

Conuictus poteſt condemnari, etiãſi non confiteatur, & ideo debet errorem poſitiuè cognoſcere & fatiri, ibid. num.43.

Non appellat à condemnatione ſuper hæreſi, ibid.n. 44. Nec proceſſus ſuper condemnatione ſolet per Inquiſitores euulgari, ibid. num.45.

Non eſt, qui myſtico Eccleſiæ corpore eſt reintegratus, ibid. num.48.

Vtrum iuuetur Regula de annali, ibid.num.49.

Sponte confeſſus, potius pœnitentiam, quàm pœnam ſubire dicitur, ibid. num.75.

Non eſt qui eſt confeſſus & pœnitens, etiamſi obierit ante peractam pœnitentiam, ibid. num. 76.

Declaratus in contumaciam, qualiter moneri debeat, vt poſt annum habeatur pro conuicto, ibid. num. 103.

Abſolutus cum abiuratione ante ſentẽtiam condemnatoriam, recuperat beneficia interim ceu propter hæreſim vacantia tollata, ibid.num. 104.

Hæreticorum *receptatores & fautores, priuantur ipſo Iure beneficijs, q. 28. num.36.*

Filij, quatenus ſubijciantur eiſdem pœnis priuationis, & inhabilitatis, ibid.num.59. & 81.

Filij, ante extrauagantem Nicolai III. nullibi priuabantur beneficijs ipſo Iure, ibid.num.62.

Filij, ſunt inhabiles ad obtinenda beneficia & officia eccleſiaſtica perpetua, ibid.nu.70. Siuè legitimi, ſiuè illegitimi, ibid. num.71. Siuè nati ante delictum, ſiue poſt, ibid. num.72. Et qualiter factum iſtud liquidetur, ibid. num.73.

Filij, poſt emancipationem, olim non ſubijciebantur pœnæ inhabilitationis, ibid. num.88.

Homicida *Clericus, degradatur, non expectata correctione, q. 31. num.20.*

Voluntarius etiam ante ſentẽtiam & illius exequutionem, non priuatur beneficio, niſi ex qualitate ſuperinducta, puta aſſaſſinij, q. 33. num.67. Nec ideo interim vacat beneficium, ibid. num.68. Neque deſtituitur aliquo remedio poſſeſſorio, ibid.nu. 69. Poteſtq. renunciare. ibid.num.70. Et ſequuta ſententia non tenetur ad fructuum reſtitutionem, ibid.num.71.& 72. Declar.num.73.

Hoſpitale *eſt ſimplex officium, q. 6.num.6.*

Venit ſub generali appellatione officij, ibid.num. 7. Quod declaratur num.8.

Cadit ſub Conſtitutione Greg. de publicandis, ibid. nu.9. Etiamſi ſimpliciter committatur eius adminiſtratio, ibid.num.10.

Quando detur in titulum, vel adminiſtrationem, ibi. num. 11.

Non eſt beneficium eccleſiaſticum, ibid. nu.13.

Eſt titulus eccleſiaſticus, vel ſaltem permiſſibilis eccleſiaſtico, ibid. num.14.

Priuatum reputatur profanum, nec gaudet priuilegio Immunitatis, ibid.num.19.

Non aliter efficitur locus Religioſus quàm authoritate Epiſcopi, ibid. num. 23. Et quando talis authoritas præſumatur, ibid.num.24.

Propriè dicitur etiam priuata auctoritate erectum, ibid.num.25.

Intra proprias ædes conſtitui à quocumque poteſt, ib. num.26. Non tamen illicò erit eccleſiaſticum, ibid. num.27.

Non reputabitur erectum Epiſcopi auctoritate ex conſtitutione oratorij priuati, ibid. num.28.

Etiamſi ibi celebretur miſſa, ibid.nu.29.

Simplex non confertur, ſed committitur ſub ſolemni Iuramento, ibid. num. 37.

Non exigit Clericatum in Rectore ſuo, ibid. n.39. Poteſt tamen etiam Clerico committi, ibid.nu.40.

Etiam eccleſiaſticum poteſt committi merè laico, ibid. num. 42.

In quo per abuſum non ſeruatur hoſpitalitas, adhuc retinet naturam ſuam, ibid. num.44.

Debet conferri perſonæ qualificatæ ex lege fundationis, ibid.num. 45.

Poteſt committi per Epiſcopum, ibid. num.46.

Non cadit ſub generalibus reſeruationibus beneficiorum, ibid. num. 47.

Quod ex lege fundationis confertur in beneficium, non poteſt conferri niſi Clerico, ibid. num.50.

Idem non eſt beneficium, ſed eſt loco beneficij, nec deſinit eſſe hoſpitale, ibid. num. 52. præter actum collationis, ibid. num.56.

Non venit appellatione beneficij, etiamſi ſit collatiuum, vel electiuum, ibid. num.54.

Si reperiatur annexum beneficio, cenſetur annexum acceſſo-

acceſſoriè ad illud. ibid. num. 57. Nec hoc caſu eſt locus diſpoſitioni Clem. 2. de præb. ibid. num. 58.
Quarè non veniat appellatione beneficij in materia proviſiua, ibid. num. 59.
Hoſpitalis rector *debet ali ex reditu hoſpitalis, q. 6. nu. 31. Vna cum eius familia, ibid. num. 32.*
Si obierit contracto ære alieno cauſa alimentorum, non hæres ipſius, ſed Hoſpitale illud diſſoluere tenetur, ibid. num. 33.
Adminiſtrat & contrahit nomine hoſpitalis, ibid. num. 34.
Habet inſtar Tutoris & Curatoris, ibid. num. 36.
Non tenetur ſatiſdare, ibid. num. 38.
Hoſpitalia *cadunt ſub Regula de vacaturis per promotionem, q. 6. num. 12.*
Omnia ſunt ſubiecta viſitationi Epiſcoporum, ibid. num. 15. Etiamſi habeant certum Viſitatorem, niſi ſit datus priuatiuè ad Epiſcopum, ibid. nu. 16.
Non ſecus ac eccleſiæ potiuntur Immunitatis priuilegio, ibid. num. 17. Modo ſint fundata authoritate Epiſcopi, ibid. num. 18. Et ſint perpetua, ibid. num. 20.
Etiam perpetua non comprehenduntur appellatione beneficij in proviſiuis, ibid. num. 22.
Eorum reditus reſpectu finis, longè diuerſi à reditibus beneficiorum, ibid. num 30.
Cadūt ſub Conſtitutione de publicandis, q. 21. n. 28.
Hoſpitalitas *de facto non concludit ad formam hoſpitalis, q. 6 num. 21.*

I

IDENTITAS *conſtituitur ex certa denominatione. q. 4. num. 55.*
Immemorabilis *non poteſt prætendi, vbi deficit quadragenaria, q. 33. num. 18.*
Impedimentum, *quando excuſet, q. 23. num. 31.*
Imperator, *defenſor, fidelis, & deuotus Eccleſiæ, ex Iuramentorum formula, q. 30. num. 40. 53. & 54.*
Eligitur à Pontifice, & Romana eccleſia, ibid. num. 43. Et hinc eius recognitio, ibid num. 44. Et qualiter poteſtas hæc transfuſa, ibid. num. 45.
Hodie eligitur à vij. Germaniæ Principibus, ibid. num. 47. & qualiter in illis hæc poteſtas conſideretur, ibid. num 48.
Non poteſt deſtitui à vij. Electoribus, ibid. num. 49.
Dum non deſtituitur per Papam, præſumitur optimus, maximuſque Princeps, ibid. num. 50.
In terris eccleſiæ, nec quidem voluntariam exercet Iuriſdictionem, ibid. num. 55. Et vndè dicatur Rex Romanorum, ibid. num. 56.
Eum offendēs dicitur Reus Maieſtatis Papæ, ratione fœderationes, ibid. num. 142. ſubſequuta tamen declaratoria huiuſmodi delicti ab Eccleſia, ibid. num. 143.
Imperium *Romanum, in quo moueatur, q. 30. num. 41.*
Vbi vacat, ad quem recurratur pro iuſtitia, ibid. num 46.
In quorum manibus debeat renuntiari, ibid. nu. 50.
Imperij *ſplendor, in quo ſenſu, ibid. num. 3.*
Regimen, perpetuò creditum eſt Principi per Populum. ibid. num. 12.
Romani adminiſtratio, qualiter olim Carolo Magno demandata. ibid. num. 39.
In adeptione, iuramenti formula, in quo fuerit mutata, ibid. num. 57 Et qua olim fuerit ante annum 726. Et qua ab anno 806. vſque in præſens. ibid. num. 58. & 59.
Romani occidentalis ſymmetria, vti cōſiſtat, ib. n. 61.
Impetrans *tanquam vacans per Conſtitutionem execrabilis, durioris eſt conditionis, quam impetrans tanquam vacans ex decreto, q. 23 num. 40.*
Secundum per dimiſſionem primi, quid teneatur iuſtificare, ibid. num. 43.
Impetrantes *non dicuntur habere titulum, q. 19. nu. 53.*
Impetus *quid, q. 22. num. 14.*
Incompatibilitas *induci poteſt ex lege fundationis, q. 23. num. 1.*
Ad effectum aſſecutionis ex onere reſidentiæ conſtituitur, ibid. num. 13.
Incorporalia *quaſi poſſideri dicuntur, q. 13. num. 10.*
Quomodo intelligantur poſſideri, ibid. num. 11. & 12.
Incorporatio *rei deuolutæ, qualiter iuſtificetur, q. 25. num. 22.*
Incorrigibilitas *qualiter in Clerico conſtituatur, q. 33. num. 79.*
Exigit detrectationem pœnitentiæ, ibid. num. 80. Vel diſpiciendo ab initio, vel omittendo eam peragere, ſi fuit inchoata, ibid. num. 81.
Qualiter deducatur ex monitione, ibid. num. 82.
Indignus *dum promouetur ad beneficium contra mentem Papæ, & qui illi cooperatur, peccat mortaliter, q 7. num. 46.*
Indulgentia *nimia nocet, q. 9 num. 54.*
Indulgentiarum *promulgatio facta per Epiſcopum, vltra permiſſionem Concilij generalis, an in totum corruat, q. 17. num. 18.*
Indultum *de vniendo vacatura, quando conſumat vacationem, q. 8. num. 89.*
Idem excludit tunc temporis vacantia, ibi. num. 90.
Super abſentia, non implicat remiſſionem neceſſitatis obtinendæ licentiæ ab Epiſcopo, q. 27. num. 194.
De percipiendis fructibus in abſentia, cuius ſit energia, ibid. num. 200.
Infamia *incurritur propter grauiora delicta, q. 33. num. 59.*
Superueniens deijcit Clericum à beneficio, ibid. n. 61.
Infamis *prohibetur promoueri, ibid. num. 62. ſic remoueri debet vbi eſt promotus, ibid. num. 63. Declara num. 64.*
Non debet ſuſtineri in beneficio eccleſiaſtico, ibid. num. 60. Sed arceri, q. 18. num. 193.
Infirmus *ſatis ſeruire dicitur ad effectum conſequendi alimenta, q. 27. num. 134.*
Conſequitur diſtributiones quotidianas etiam circumſcripta quacunque conſuetudine, ibid. num. 135. Etiamſi propria culpa inciderit in infirmitatem, ibid. num. 136 Modò infirmitas non ſit leuis, ibid. num. 137. Et infirmus dum benè valebat, conſueuiſſet reſidere, ibid. num. 138.
V. Valetudo.
Inhibetur *nonnunquam ex æquitate, q. 18. num. 147.*
Iniuſtitia *notoria probanda eſt per excipientem, q. 18. num. 124. quæ dicatur, ibid. num. 125.*
Etiamſi reſultet ex eiſdem actis, eſt quid diuerſum à nulli-

Digitized by Google

nullitate, ibid. n.119. Niſi ſententia referat ſe ad acta, ibid. num.120. Aequiparatur tamen nullitati ad effectum impediendi exequutionem, ibid. num.121.
Oppoſita ſuſpendit exequutionem iudicati, dum ſuper ea cognoſcitur, ibid. num.155.
Inſordeſcentia in Cenſuris, an priuet ipſo Iure beneficio, q. 33. num. 91.
Eadē in cauſa ciuili ſufficit vt quis poſſit priuari beneficio, ibid. num.92. Decl. num. 93. Et an poſſit ferri huiuſmodi ſententia ſtatim lapſo anno, ibid. num.94. Vel potius expectandum triennium, ibid. num. 95. 96. 97. & 98.
Quando ſubijcitur in Impetrationibus, qualiter narretur Vacatio, q.33. num. 104. & debet iuſtificari validitas excommunicationis, ibid. num. 106. Et innodatio ex ſententia vera, non præſumpta, idest per Intimationem, ibid. num. 107. Declar. num. 108.
An excuſetur quod non fuerit citatus poſt annum ad ſe expurgandum, ibid. num. 111.
Dupliciter inducitur ad effectum priuationis beneficij, ibid. num. 112. Et qualiter elidatur, ibid. num. 113.
Qualiter non dicatur ex pertinacia inducta, ibid. num. 115.
Iuſtantia, vox, pro cauſa ipſa & iudiciali deductione, q. 12. num. 33.
Quid ſit, ibid num. 13.
Non cadit in iudicio ordinato pro obtinenda interlocutoria, ibid. num. 18.
Non cadit in exequutiuo, ibid. num. 19. Decl. nu. 20.
Perempta, non perimitur cauſa, ibid. num. 32.
Inſtitutio canonica, ſumitur pro titulo, q. 2. num.6.
Præſentati potius eſt de Iuſtitia quàm de gratia. q. 19. num. 47.
Eadem ſimplici conſenſu perficitur, ibid. num.48.
Eadem ſine prolatione verbi Inſtituo; adeoq. per ſimplicem admiſſionem, ibid. num.49
Inſtrumentum dicitur probatio prompta & clara, q. 21. num. 24. & 25.
Inſtrumenti exemplati error, detegitur ex lectura matricis, ſecundum quam iudicatur, abſque eo quòd exemplatum corrigatur, q.2. num. 42. & 43.
Interdicta omnia poſſeſſoria pendent à Prætoris edicto, q.2. num 30.
Interpretatio, non admittitur in claris, q.3. num. 17. & q. 12. num. 60. Et dicitur calumnioſa, q. 12. num. 62.
Legis facta per Legiſlatorem, vim Legis obtinet, q.12. num.55. Et qui contra eam nititur dicitur ſubtilizator vanus & ſacrilegus, ibid. num.56. & 57.
Quid ſit, ibid. num 59
Intruſio excuſat ab incurſu decreti de dimittendo, q. 23. num. 29. Decl. num. 30.
Intruſus ſi ſpolietur auctoritate Iudicis, arcetur ab audientia, q. 11. num. 9.
In beneficio ſine Titulo, dicitur fur & raptor, q. 24. num. 12.
In Parochiali, implicat periculum animarum Parochianorum, ibid. num. 13.
Dicitur paſſus ſententiam priuationis, aut caſſationis tituli, ibid. num. 18. Neque excuſatur prætextu ignorantia, vel tolerantia, num. 19. Idem dicitur de paſſo ſententiam depoſitionis, ibid. num. 17.
Ira qualiter homini fiat, & eius effectus, q. 30. nu. 138. & 139.
Irregularitas incurſa, illico non concludit ad contemptum, q. 31. num. 28.
Poteſt incurri ſine dolo, ibid. num. 29.
Vt miniſtrando incurratur in pœnas Iuris, exigitur contemptus & temeritas, ibid. num. 30.
Iudex non poteſt eſſe minor 20. annorum, q.7. num. 185. Et an poſſit Princeps cum Impubere diſpenſare, ibid. num. 186.
Poſt 18. annum poteſt eſſe Iudex de partium conſenſu, ibid. num. 187.
Eius factum reputatur factum partis, q. 9. num. 11.
Laicus poteſt adiri pro exactione oneris realis, ad quod tenetur Clericus, ſi agatur de re feudali, alias ſecus, q. 36. num. 33. 34. 35. & 36.
Rei de qua agitur, in actione reali poteſt ius dicere, licet perſona ſit exempta ab eius Iuriſdictione, ibid. num. 37.
Laicus, rem ipſam, non Clericum poſſidentem eam cogere dicitur pro onere reali, ſecundum Salicetum, ibid. num. 38.
Eccleſiaſticus ſolus cognoſcit circa ſtatum perſonæ Clerici, ibid. num. 68.
Prius cognoſcere, quàm pronunciare debet, q. 18. n. 7.
Poteſt decipi in ſenſu proprio, ibid. num. 8.
Veritati facti debet inniti, ibid. num. 13. Etiam aſſiſtendo partium allegationibus, ibid. num. 14.
Expoſitus eſt lapſui & deceptioni, ibid. num. 15.
Vbi ſpreta appellatione nititur exequi ſententiam, poteſt ei de facto reſiſti, ibid. num. 76. Declar. num. 77.
Nè de facto impunè ei reſiſti poſſit, ſufficit quodcunque iuſtitiæ velamen, ibid. num. 78. Neque admittitur huiuſmodi reſiſtentia, niſi pro tuenda perſona, ſecus verò pro tuenda poſſeſſione, ibid. nu. 79.
Quod quis fiat in cauſa propria, reputatur iniquum, q. 22. num. 11. Et qua pœna afficiatur ille Iudex, num. 12.
Vbi procedit tamquam priuatus, impunè ei reſiſtitur, ibid. num. 17.
Quando reputetur priuatus ratione notoriæ nullitatis, ibid. num. 18.
Non excedens limites ſuæ poteſtatis, non præſumitur doloſè agere, ibid. num. 20. & vnde dolus in Iudice arguatur, ibid. num. 21. & 22.
Non ſubijcitur interdicto Vnde vi, ibid. num. 26.
Vbi aliquid præcipit contra Deum, impunè ei reſiſtitur, ibid. num. 27.
Nullo modo infert vim, ibid. num. 15. Decl. num. 16.
Quatenus dicatur iniuriam inferre, ibid. num. 25.
Et nõ poteſt reſiſti prætextu vis illatæ, ibid. num. 36.
Non poteſt recedere à Iure ſcripto, inconſulto Principe prætextu ſeruandæ Epicheia, q. 32. num. 21.
Per odium vel fauorem iudicans, incidit in pœnas c. 1. de ſent. & re Iud. in 6. ſed non incurrit pœnas extr. c. de ſent. excomm. ibid. num. 31.
Ambitioſus, deſcribitur, ibid. num. 34.
Secularis non cognoſcit de delictis Clericorum, q. 33. num. 1. Nec contrarium poteſt adſtrui, niſi negando aliquod Fidei principium, ibid. num. 2.

Secula-

Secularis olim habebat facultatem cognoſcendi de delictis Clericorum ab Epiſcopo, q. 33. num. 6.

Idem non poteſt cognoſcere de delictis Clericorum prætextu cuiuſcunq; Cõſuetudinis, ibi. n. 10. & 11

Nequè poteſt excuſari prætextu conniuentia Papæ, ibid. num. 12. Vel conſuetudinis immemorabilis, ibid. num. 13. & vnde procedat hæc exemptio Clericorum, ibid. num. 14. 15. & 16.

Eſt incapax poſſeſſionis, ſeù quaſi cognoſcendi de delictis Clericorum, ibid. num. 17.

Idem coercens Clericum ex facultate ſibi cõceſſa per Papam, dicitur procedere tanquam delegatus Apoſtolicus, ibid. num. 20. Et in hoc potius conſeruatur, quàm lædatur Iurisdictio eccleſiaſtica, ibid. num. 22. Et qualiter debeat ſe gerere Epiſcopus pro degradatione hoc caſu requiſitus, ibid. nu. 23.

Laicus dum procedit contra clericum delinquentẽ in vim priuilegij Apoſtolici, debet inſerere in proceſſu priuilegium huiuſmodi, vt poſsit diſcerni, an duret, & fuerit circa illud exceſſum, ibid. num. 24.

Vnius territorij, requiſitus per alium pro exequutione ſententiæ, qualiter ſe gerere debeat, ibid. nu. 25.

Eccleſiaſticus nõ debet deferre proceſſus Iudicis ſecularis circa delictum Clerici, etiamſi in eo ſupponatur confeſſio, ibid. num. 26. Vel apprehenſio in flagranti, ibid. num. 27.

Secularis deprehendens Clericum in flagranti qualiter excuſetur à cenſuris, ſi illũ retineat, ib. n. 28.

Eiuſdem Iurisdictio non eſt prorogabilis ex conſenſu, aut ex negatione ſtatus, & contraria profeſſione laicitatis, ibid. num. 29.

Secularis degradatione Clerici ſibi per Epiſcopum denegata, aliquibus viſus eſt excuſabilis, ſi ſentententia exequutionem præcipitet, ibid. num. 30. Contrà alijs probatum, ibid. num. 31. Et quid ſeruetur in Italia, ibid. num. 32.

Eccleſiaſticus, qualiter procedat contra Clericum, vbi pœna depoſitionis eſt arbitraria, ibid. nu. 45.

Laicus punit Clericum ſchiſmaticum delinquentem, ibid. num. 9.

Laicus audens etiam eccleſiæ ſeruientem Clericum per ſe diſtringere, excommunicatur, q. 36. nu. 18.

Laicus in cauſis Clericorum eſt incapax, præterquam per modum delegationis Apoſtolicæ, ibid. num. 25.

Laicus in criminalibus à ſolo Papa, in pecuniarijs vero ab Inferioribus ſuper cauſis clericorum deputatur, ibid. num. 26.

Iudicium *eſt integrum, quod plurimorum ſententia confirmatur, q. 18. num. 100.*

Non poteſt ferri ſuper incerto, q. 2. num. 17.

Aliud ordinarium, aliud extraordinarium, q. 32. num. 16.

Iuramentum calumniæ *in omnibus cauſis præſtandum eſt, præterquam in ſummarijs. q. 12. nu. 21; etiamſi data ſit facultas procedendi manu Regia, ibid. num. 22.*

Præſtatur etiam in exequutiuis, ibid. num. 23.

Omiſſum præſtari, vitiat proceſſum, ibid. num. 24.

Etiam per fiſcum præſtatur, ibid num. 25. Niſi aliud ſeruetur de conſuetudine alicuius fori, ibid. n. 26.

Secundum aliquos, non præſtatur per Actorem, vbi eius Intentio eſt plenè probata, ibid num. 27 Quod hic expenditur, & reprobatur, num. 28.

Non eſt reſtrictum ad cauſas habentes inſtantiam, ibid. num 29. & 30.

Non præſtatur in his quæ ſunt voluntariæ Iuriſdictionis, ibid. num. 31.

Non eſt pars ſubſtantialis iudicij, ſed accidentaria, ibid. num. 37. Ideoque neque eius omiſſio ſimpliciter vitiat proceſſum, ibid. num. 38 Et qualiter per accidens efficiatur pars ſubſtantifica, ibid. num. 39.

Eius omiſſio an reddat proceſſum nullum, ſi non per partem, ſed per Iudicem tantum fuerit exactum, ibid. num. 40.

Eius omiſſio, veriùs eſt defectus Iuſtitiæ, quàm proceſſus iudiciarij, ibid. num. 43.

Iuramentum, *quod non interuenerit dolus &c. eſt de forma extenſionis, de qua in Regula 45. q. 16. num 16.*

Purgatorium in crimine ſimoniæ, qualiter concipiatur, q. 29. num. 46.

Quod non interuenerit ſimoniaca conuentio, ſolitum præſtari in Reſignationibus, quò referatur, ibid. num 181.

Iuriſconſultus *debet de omnibus reſpondere, q. 7. n. 111.*

Prius mores animi, quàm linguam erudire debet, ibid. num. 159.

Iuriſconſulti *per Antonomaſiam vocati Sapientes, q. 7. num. 113. & 114.*

Iuriſdictio *voluntaria excedit terminos ſuos in territorio alieno, dum remouetur inhabilitas perſonæ, q. 7. num 132.*

Cenſetur commiſſa cumulatiuè, non priuatiuè, q. 30. num. 32.

Iuriſprudentia *in quo ſenſu dicta fuerit ſcientia Diuinarum rerum, q. 7. num. 106.*

Communicat cum omnibus ſcientijs etiam cum medicina, ibid. num. 110.

Ex quibus fontibus ſit haurienda, ibid. num. 112.

Iuſpatronatus *eſt Ius incorporale & indiuiduum, q. 29. num. 78.*

Non poteſt ſeparari à Iure ſpirituali, ibid. num. 79.

An amittatur ex perduellionis crimine, q. 30. n. 158.

Iuriſpatronatus *exceptio ad obtinendum abſolutoriam contra Breue, exigit plenas & claras probationes, q. 11. num. 103. Et quando contentetur ſolo fumo, ibid. num. 104.*

Exceptio, quando admittatur ad retardandam exequutionem literarum Apoſtolicarum, contra prouiſum tanquam de reſeruato, q. 13. nu. 74.

Laicorũ Beneficia comprehenduntur ſub diſpoſitione de beneficijs indefinitè loquente, q. 19. num. 44.

Beneficia, dum cadunt ſub Conſtitutione de publicandis, remanent affecta, q. 21. num. 29. & 30.

Ius *publicum conſiſtit in ſacris, ſacerdotibus, & magiſtratibus, q. 7. num. 107.*

Semper eſt certum & immutabile, q. 11. num. 155. Niſi incidat mixtura quæſtionis facti, ibid num. 156.

Iuris *ſtudium olim non permittebatur, niſi Viris magnæ dignationis, q. 7. num. 161. Et ab eo arcebantur homines cohortalis conditionis, ibid. n. 162.*

Ignorantia, an excuſet, q. 17. num. 267.

Iuſtum, *quod vtile potentiori, qualiter Platoni acceptum, q. 28. num. 1.*

L

LEGATI de latere factum, non poteſt dici factum à Sede Apoſtolica, niſi interpretatiuè, q. 11. num. 20.
Legiſta purus malè audit, ibid. num. 119.
Legiſtæ puri, ſiuè Legules cur boues & aſini nuncupentur, ibid. num. 122.
Lex abligat etiam in conſcientia, q. 2. num. 65. Præcipuè lex eccleſiaſtica, ibid. num. 66. Niſi appareat de contraria mente legislatoris, ibid. n. 67 & 77.
Generaliter loquens, generaliter intelligenda, q. 7. num. 139.
Virorum prudentum conſultum eſt, q. 18. num. 4.
Eius virtus in quibus conſiſtat, ibid num. 2.
Nunquam intendit punire eum qui nō deliquit, ibid. num. 9.
Si mandet priuari, perperam agit Iudex qui declarat priuatum, & è conuerſo, ibid. num. 23. & 24.
Ipſa, ſeù eius mens promouet legis exequutionem, ibid. num 52.
Non factum, ſed ſententiam notat, etiamſi lata contra notorium, ibid. num. 123.
Eius virtus, alia qua prohibet, & alia qua punit, q. 25. num. 16.
Romani Pontificis in rebus eccleſiaſticis, non admittit exceptionem, quod non ſit vſu recepta, vel vſu contrario abragata, ibid. num. 40.
Eius non vſus, prodeſt ad effectum euitandi pœnam, ibid. num 42.
Puniens per verba futuri temporis, non eſt lata ſententia, q. 28. num. 114. Decl. num. 115.
Regia, quo nexu conſtructa, q. 30. num. 4. Et eius autographum, ibid num. 5.
Eadem quam poteſtatem tribuerit Populo Romano in reſumendo Imperio mortuo Principe, ibid. n. 24
Eadem ſub qua formula, reſpectu poteſtatis tranſlatæ fuerit concepta, ibid. num. 30.
Legem contemnens, mortaliter peccat, etiamſi alias non obligaret in conſcientia, q. 2. num. 78.
Leges priores ad poſteriores trahuntur, & è conuerſo, niſi manifeſtè ſint contraria, q. 12. num. 47.
Humana, in quo ſummam perfectionem recipiant, q. 30. num. 19.
Imperiales ſubyciuntur ſacris Canonibus, q. 33. n. 8.
Legum auctoritate Diuina & humana res benè diſponuntur, q. 7 num. 108.
Licentia ſupponit impedimentum. q. 27. num. 193.
Epiſcopi pro abſentia, non eſt neceſſaria in Indultaria Apoſtolico de ſe abſentanda in indiuiduo, alias ſecus, ibid. num. 198. & 199.
Licentiæ vox, cuius ſit energia, q. 27. n. 123.
Licentiatura, quid præſtet, q. 7. num. 63.
Concludit ad dignitatem perſonæ, ibid. num. 75.
Licentiatus, in fauorabilibus pro Doctore, ſecundum aliquos, q. 7. num. 62.
Indiſtinctè non venit appellatione Doctoris, ibid. num. 64.
Qualiter æſtimetur minor Doctore, ibid num. 66.
In concernentibus adminiſtrationem, nunquam reputatur vt Doctor, ibid. num. 67.
Si aſſumatur in Aſſeſſorem, non ſatisfit ſtatuto requirenti Doctorem, ibid. num. 68.
Secundum Baldum, videtur habere Dignitatem Doctoralem, ſed hæc opinio reyicitur, ibi. n. 59. & 71.
Et poſtmodum graduatus, an præferatur medio tempore graduato, ibid. num. 76.
Habet gradum proprium, & in Iure cognitum, ibid. num. 79.
Licere verbum, quid importet, q. 30. num. 31.
Lis reddit ſubiectum incertum & turbidum, q. 9. n. 24.
Specificè exprimenda in reſcripto ſi neutri, vel perinde valere, ibid. num. 29.
Aliquando obiectum retractiuum, aliquando motiuum, pro impetratione Reſcripti, ibid. num. 30.
Purè & ſpecificè narranda, vbi conſideratur tanquā fundamentum gratiæ, ibid. num. 46.
Inchoata cum præceſſore, efficit, vt ſucceſſor in beneficio non reputetur Tertius, q. 14. num. 99.
Eius ſubiectum quando dicatur idem vel diuerſum, q. 17. num. 152.
An & quando ſit iuſta cauſa abſentiæ à reſidentia, q. 27. num. 178.
Super præeminētys & huiuſmodi, quæ poteſt tractari per procuratorem, non præſtat iuſtam cauſam abſentiæ à reſidentia, ibid. num 179.
Eatenus debet exerceri per ipſummet Clericum beneficiatum, quatenus concurrit magnum præiudicium eccleſiæ. ibid. num. 180.
Litis cauſa præſumitur illata iniuria collitiganti, niſi de alia quæ ſuperuenerit appareat, q. 30 num. 125 & diuerſitas cauſæ colligitur ex diuerſitate nouæ controuerſiæ, ibid. n. 126. Vel ex rixa ſuborta, quæ offenſus fuerit prouocatus, ibid. num. 127.
Literati, qualiter intelligantur ſplendere in eccleſia, q 7 num. 53.
Literæ quando remittendæ correctioni, q. 2. num. 36.
Non ſunt de ſubſtantia intrinſeca gratiæ, ibid. n. 8.
Vbi diſcordant à ſupplicatione, diſcordia inconciliabili, remittuntur ad officiales pro correctione, ibid. num. 48.
Sunt exhibendæ in poſſeſſorio adipiſcendæ, ibid. n. 28 & 29.
Apoſtolicæ tacitè mandantur confici ex Papæ reſcripto, ibid. num. 1.
Priuſquam expediantur, gratia dicitur informis, ibid. num. 3.
Ad vſum verius & exequutionem pertinent, quam ad gratiæ ſubſtantiam, ibid. num. 12.
Sunt loco tituli, ibid. num. 7.
Obſcura interpretantur à ſupplicatione, q. 4. num. 1.
Si impetrētur lite pēdēte, non poſſunt mitti exequutioni per exequutorem deputatum in litteris, q. 11. n. 40. Etiamſi facta ſit mentio litis cū deputatione certi Exequutoris, ibid. num. 41. Alias exequutio foret attentata, ibid. num. 44.
In forma Breuis, dicuntur ac ſunt verè, & propriè literæ Apoſtolicæ, ibid. num. 59.
Eadem cur ita vocata, ibid. num. 60.
Eadem qualiter expediantur, ibid. num. 62.
Earum exequutio regulatur iuxta terminos l. fi. C. de ed. D. Adr. toll. ibid. num. 63.
Habent paratam exequutionem, imo magis præciſam ibid. num. 64. & 65.
Eadem qualiter expediantur iuxta ſtylum modernum, ibid. num. 66.

Exhiben-

Exhibenda originaliter coram Exequutore,*vt Iuriſdictio firmetur, ibid. num.75.*
In forma Breuis, ſunt ſimplicia mãdata exequutiua, q. 12. num. 14. & 15.
Haud quaquam neceſſaria pro acceptatione beneficij, q.19.num.4.
Quod non exigantur in gratijs conſiſtorialibus, quàm malè aliqui opinati ſint, ibid.num.8.
In conſiſtorialibus, ſi non expediantur intra tempus in Breui *præſtitutum, reſoluitur gratia prouiſiua, ſed non diſpenſatiua, ibid num.14.*
Litetatum *diſcordia à ſupplicatione, pertinet ad Officiales earum expeditores, q.2.num.40.& declaratur num. 41.*
Correctio quam exigat diſcordantiam à ſupplicatione, ibid. num.37.
Eadem Correctio non ſemper neceſſaria, ibid.nu.38.
Expeditio non impeditur per litis pendentiam, ibid. num.72.
In forma Breuis, exequutioni, vti mora conſueuerit fieri prætextu primæ inſtantiæ, q. 12. num.1.
Non expeditionis negatiua probanda per Impetrantem *ex hoc capite, q.19.num.33.*
Intempeſtiua expeditio nè detegatur, quæ cautela, ibi. num. 35.
Expeditio præſumitur in tempore, ibid.num.34.
Litetis *expeditis adhuc conſiderantur duo actus diſtincti reſpectu gratiæ, q. 2. num.11.*
Non confectis, gratia æquiparatur homini adhuc elanſo in vtero matris, ibid. num. 19.
Locus *honoratur ex perſona, q.7. num. 51.*
Loci non eſt neceſſarius in inſtrumentis confectis ſuper procuratorijs, q. 16 num.36. Et quid in contractibus, ibid.num.37.
Idem non eſt de ſubſtantia inſtrumenti, niſi vbi actus non poteſt fieri in alio loco, ibid.num.38.
Lytæ *& Prolytæ gradus, quinam in Iure, q.7.num.60.*

M

MAIESTAS *vnde dicta, & eius deſcriptio, q. 28. num. 2.& 3.*
Diuina læditur per hæreſim, ibid. num.13.
Humana quid. q.30.num.1.
Populi Romani, an extincta fuerit per legem Regiam, ibid. num.6.
Humana directa ad ſecuritatem Populi, ibid. nu. 9.
Non in alio, quam in Principe ſupremo, ibid n.10.
Dicta principalis, ibid. num. 14. Item Imperatoria, ibid. num.15. Item Regia, ibid. num.16. Ex faſcibus, ibid. num. 17.
Qualiter in Magiſtratibus contrahatur, ibid.n.20.
Reſp. Romanæ quæ olim fuit, in quo hodie appareat mutata, ibid. num.23.
Principis, qualiter intelligatur lædi per ſimplicem obſcurationem, ibid. num.87.
Principis, quo caſu ſummè lædatur, ibid. num. 94.
Maieſtatis *crimen, quodnam Vlpiano, q.30.num.64.*
Crimen exigit ſubiectionem in offendente, ibid.n.146
Crimen, cùm impingitur Clerico, Iudicium pertinet ad Iudicem eccleſiaſticum, ibid. num.153.
Reus eſt, corrumpens Principis imaginem, ibid.n.86.
Mandatum *de prouidendo, non conſumit vacationem, antequàm ſit exequutum, q. 17. num.4.*
Manus *appoſitio, quando afficiat beneficium, q. 15. num. 23.*
Manutentio *in poſſeſſione, vel quaſi, non poteſt denegari poſſeſſori, dum diſcutitur, an ſit ipſo Iure priuatus, vel ſecus, q. 18. num. 28. Idemq. dicitur ſi prætendatur capta poſſeſſio contra præceptum ſuperioris, adeoq; cum vitio, ibid.num.29.*
Datur detentatori ſaltem officio Iudicis, q.11.nu.81.
Maritus *malè verſans circa res dotales, illis abuti videtur, q.18.nu.190.*
Maſculinum *concipit fœmininum, q.28.nu.91. Etiam in materia ſtricta & pœnali, ibid. nu.92. Niſi ſubſit diuerſa ratio, ibid.nu.93.*
Mathematici, *propriè, qui ſint, q. 30. num.101.*
Matrimonium *carnale inducit vacationem beneficij, q.26. num. 64. Et cuiuſuis dignitatis eccleſiaſticæ, ibid. num.65. Penſionis, num. 66. Cuiuſuis Magiſtratus, ibid. num. 67. Cuiuſque feudi, num. 68. Quemadmodum regreſſus vel acceſſus, ibid. num. 69. Itemquè cuiuſuis expectatiuæ, quæ non conualeſcit ſoluto matrimonio, ibidem num. 70. Secus verò ſi agatur de diſpenſatione, ibid. num.71.*
Etiam nulliter contractum, alia nullitate quam defectus conſenſus, inducit vacationem beneficij ipſo Iure, ibid. num.75. Adducta ſententia in contrarium, ibid. num.76.
Contrahens in gradu prohibito, potius videtur illudere voluiſſe quàm contrahere, ibid. num. 77. Et quæ ſit ratio, num.78.
Nullum propter impedimentum, ex veriori ſententia inducit vacationem beneficij ipſo Iure, ibid. num. 79.& 80.
Cur inducat priuationem beneficij ipſo Iure, ibid. num.81.
Contrahere impeditus, ſi ſupplicet pro diſpenſatione, inde ius non quæritur alteri, ſed ſimplex ſpes, q. 16. num.21.
Matrimonij *ex ſuppoſitione impetrans beneficium, non tenetur probare copulam, q. 26.num. 72. Et quid probare teneatur, ibid. num.73.*
Non tam factum quam Iuris effectus conſideratur pro inducenda beneficij vacatione, ibid.num.82.
Medici *per Legiſtas paruipenduntur, q. 7. num.121.*
Iis, vel alijs quam Legiſtis, non poteſt tutò committi regimen Reſp. ibid. num.120.
Mendacium *non facilè præſumitur, vbi ex eo plurimum detrimenti poteſt ſequi, q. 20.num 74.*
Menſis, *de quo in c. ſtatutum de præb. in. 6. an currat ex die vacationis, q. 11.num.160.*
An ſit exprimendus in caſu Regulæ de xx. q.15. num. 22.
Mentiri *qui ſuadetur facilè eſt vt peieret, q.36.nu.65.*
Merettix *dicitur quæ multorum libidini paret, q. 33. num.146.*
Vndè dicta, moſque antiquus merendi, ibid.nu.147.
Met, *dictio, per ſe nihil ſignificat, q.11 num.23.*
Militia *armata, inducit priuationem beneficij, ipſo Iure, q. 26. num.84.*
Militiæ *deſertor habetur, qui non redijt expectatus per ſex menſes à commeatu, q.27.num.80. Reintegratur tamen docto de impedimento, ibid. num. 81.*

Idem-

Digitized by Google

Idemquè dicitur de deſertore beneficij, ibid. n. 82.
Miſſam celebrans non ordinatus, quibus pœnis puniatur, q. 30. num. 15. & 16. nec expectatur, quod efficiatur incorrigibilis, ibid. num. 19.
Miſtum nunquam venit appellatione ſimplicis, q. 4. nu. 34 præſertim vbi miſtio eſt talis vt nequeat ſecerni ſimplex, ibid. num. 35.
Monachus non poteſt ſine licentia ſuperioris ergere forenſe negotium monaſterij, q. 27. num. 127.
Monaſterij bona, non poſſunt alienari per Superiorem Regularem, q. 8 num. 122.
Monetæ falſæ Cuſſores efficiuntur Rei criminis Maieſtatis, q 30. num. 88. Itemque tonſores, ſed non puniuntur tamquam perduelles, ibid. num. 89.
Monitio abſentis in articulo priuationis ob non reſidentiam cur ſit neceſſaria, q. 27. num. 61. 62 & 65.
Eadem quo caſu poſſit omitti, ibid. num. 67. Et an debeat eſſe trina, & expectari lapſus ſex menſium, ibid. num. 68. & 69.
Abſentis cum licentia ad tempus, non eſt neceſſaria, ſed expectatur lapſus ſex menſium, ibid. num. 79. Contra temere abſentem, ſi locus non ignoretur, neque intus ſit, qua & qualis exigatur, ibid. n. 83.
Temerè abſentis & ſpoliatio ſuceſſiua, non exigit formam iudicialem, ibid num. 84.
Prorſus neceſſaria, pro priuatione ob non reſidentiam, ibid. n. 87. Et debet continere tempus congruũ, ibid. n. 88 Neq; hac aliud tempus expectat, ibid. num. 89. Et pro illius exequutione ſufficit notitia, ibid num 90. Neque ei ſatisfit per ſimplicem reatum, ibid. num. 91.
Vnica pro tribus nusquam ſufficit, vbi agitur de priuationis pœna, ibid n. 100 Præterquam ſi agatur contra Parochum, ibid. num. 101.
Mors ciuilis, non datur in Iure & eſt nomen magiſtrale, q. 10 nu 7. Et dicitur mors ficta, nu. 8. & 9.
Ex qua ducitur Vacatio, qualiter in ſupplicatione narretur. ibid. num 64.
Naturalis largo modo dicitur etiam illata ab extrinſeco, ibid. num. 26.
Narrata in prouiſione Apoſtolica, omnino iuſtificanda, ibid num. 37.
Narrata, ſi minus vera ſit, nullum infert præiudicium viuent. ex prouiſione alterius, ibid num. 38.
Probatur ſufficienter ex fama, vbi agitur de leui præiudicio, ibid num. 39 Alias ſecus, ibid. n 40.
Etiam ad effectum reſeruationis probatur ſufficienter per famam, aut aliam ſemiplenam probationem, vbi non adeſt contradictor cum titulo ordinarij, ibid. num. 41.
Narrata proobtinendo beneficio plene probatur ex confeſſione partis nitentis eadem vacatione, ibid. n. 42. Etiamſi confeſſio deducatur ex titulo inutili, ibid. n. 43. Vel ex ſolo inſtrumento poſſeſſionis, ibid. num. 44.
Plenè iuſtificatur ex libro Parochi, ibid. nu. 45. Decl. num. 46.
Qualiter plenè probetur ex teſtibus, ibid. num. 47.
Probatur ex lugubri veſtitu propinquorum, ibid. num 53.
Probatur per famam publicam, ibid. num 54.
Eius qui fuit in bello quomodò probetur, ibid. nu. 56.
Poteſt verificari ex teſtibus receptis ex officio parte non citata, ibid. num. 58. & ad effectum iuſtificationis gratia, debent teſtes examinari citata parte, ibid. num. 59.
Poſt 100. annos non præſumitur ad effectum, vt qui mortem tenetur probare, ab eo onere releuetur, ibid. num. 71. 72. & 76. Licet tempus iſtud maximam faciat præſumptionem, ibid. num. 77.
Defuncti eo ipſo iuſtificatur quod hæres exhibet teſtamentum, ibid. num. 78. ſaltim accedente Iuramento, ibid num. 79 Decl. num. 80.
Violentia non infertur ex vltimo ſupplicio delato ex ſententia, ad effectum vt committatur ſtipulatio de reſtituendis pecunijs in caſu &c. ibid. num. 36.
Sine liberis à lege præſumitur, q. 11. num. 98.
Mortis narratiua in ſupplicatione facta, qualiter in literis exprimatur, q. 10. num. 21.
Sententiam paſſus iudicio Magiſtratus, dicitur mortuus naturaliter non violenter, ibid. n. 33. & 34.
Probatio vbi non eſt integra, mandatur coadiuuari, ibid. num. 49.
Probatio ſemiplena per vnum teſtem, poteſt integrari per famam, ibid. num. 50.
Probatio ſemiplena qualiter poſſit integrari ex adminiculis, ibid. num. 52.
Probatio ex teſtibus, in concurſu cum teſtibus deponentibus de vita, deficit, ibid. n. 61. Decl. n 62.
Tempus, vbi eſt fundamentum gratiæ, debet præcisè probari, ibid. num. 63.
Tempus, dum iuſtificatur, coniunguntur teſtes deponentes de anno, cum teſtibus deponentibus de menſe, ibid. num. 64.
Captandæ votũ, Legibus vbique improbatũ, q. 8 n. 1.
Condemnatus, non dicitur mortuus, q 10. n 3.
Motus proprius colligitur ex Signatura Papæ, non ex forma libelli ei porrecti, q. 1. num. 54.
Motu proprio conceſſa gratia qualiter ſit conditionalis, veris exiſtentibus narratis q 1. num. 62.
Reſcribendi, vſus aliquibus improbatus, ibid. nu. 66.

N

NARRARI quæ oporteat, vt tacita gratiam annullent, q. 3. num 1.
Debet, beneficium eſſe electiuum, ibid num. 25. & an ſufficiat narrare, eccleſiam habere Collegium, vel Conuentum. ibid. num. 26.
Negatiua qualiter per Teſtes probetur, q. 26. num. 94.
Neophyti hæretici qui, & vndè dicti, q. 29 nu. 11.
Nomen perſonæ ſecundum priſcum morem, dicitur cognomen, q. 34. num 3.
Familiæ, ſecundum hodiernum vſum, dicitur cognomen, ibid num 4.
Non curatur vbi eſt certa ſubſtantia, q. 4. nu. 38.
Nominis Impetrantis error vitiat Reſcriptum, q. 34. nu. 1. nec eſt allegabilis, ibid num. 13.
Error non attenditur ſi certitudo perſonæ oſtendatur ſaltim ex duabus demonſtrationibus, ibid. n. 10. & 12. Etiamſi agatur de errore in nomine perſonæ ex qua contigit vacatio, ibid. num. 11.
Obliuio in Meſſala Coruino, & Orbilio Beneuentano, ibid. num. 15.
Impetrãtis error, non poteſt corrigi per ViceCancellarium, aut Regentem, ibid. num. 16. Sed remitti-

tur Religioni Iudicis ſuſtentatio gratiæ, ibid n.17

Nomina *plura ſi concurrant in eadem perſona, error in vno non nocet, q.34. num.20. Neque eadem ex Iuris neceſſitate exprimenda, ibid. n.21. & 22.*

Notario *ſine teſtibus in extraiudicialibus non adhibetur fides, q.16. n.43. Etiamſi vnum & non plures teſtes adhibuiſſet, ibid. n.44. Declar. num.45.*

Notorium *an exigat ſingularem Iudicis pronunciationem, q.18. num 49.*

Vbi eſt factum, propter quod ipſo Iure irrogatur pœna, ſufficit aſſignatio termini ad excuſandum factum, q 18. n.33 Quæ neceſſitas adhuc remittitur, vbi præiudicium eſt irretractabile, ibid. num.34.

Non releuat ab onere proponendi, licet releuet ab onere probandi, ibid. num.35.

Qualiter conſtituatur, ibid num.38.

Non eſt quod verum eſt ſimpliciter, ſed quod patet maiori parti Populi, ibid. nu.39. Et cuius ipſe Populus eſt teſtis. num.40.

Dicitur geſtum coram decem hominibus, ibid. nu.41.

Ex ſola negatione diffluit, ibid. num.43.

Sufficit allegari, quatenus non reuocetur in dubium, ibid. num.44.

Conſideratur reſpectu Iudicis, ibid. num.46.

Vt cõcludat Iudices, neceſſaria eſt cauſa cognitio præuia citatione, niſi agatur de notorio facti permanentis, ibid. num. 47. Et illud etiam fit ad cautelam, ibid. num.48.

Nouitius *qualiter dicatur in ſtatu dubio, q. 26. num. 10. & 11.*

Retinet beneficia ſecularia quæ habuit in ſeculo, ibid. num.12.

Eſt quoq; capax aliorum, ſi conferantur, ibid. nu.13.

Eſt capax retentionis, ſi concedatur in Commendam, & quomodo, ibid num.14.

Egreſſus ante profeſſionem, recuperat omnia donata cauſa ingreſſus, ibid. nu 23. Et remanet cum ſuis beneficijs, ibid. n.24. Non obſtante renunciatione, ibid. num.25. & 26.

Nullitas *ex Iuriſdictionis defectu, elidit iudicatum ex tribus conformibus, q 18. n.109 Modò nullitas ſit manifeſta. ibid num. 110.*

Notoria, quæ, ibid. num. 126.

Ex minus teſtium eſt ſanabilis, vbi data fuerunt interrogatoria, q. 11. num. 51. Modò totaliter non deficiat Iuriſdictio, ibid. num.52.

Nuncius, *quis? q.29. num. 72.*

O

OBeliſcorum *vſus, qui olim apud Aegyptios, q.30. num.21.*

Obligatio *Cameralis vulneratur, ſi aperiatur via cognoſcendi de quacumque exceptione, q.11. n.117.*

Obreptio *non cadit in his quæ conſiſtunt in Iure, q.4. num.22.*

Officium *quid ſit, q. 5. num.11.*

A Dignitate, Iuriſdictione diſtinguitur, q.6. nu.1.

Caret omni Iuriſdictione, ibid. num.2.

Cum præminentia gradus, dicitur Dignitas, ibid. num.5.

Seu eius qualitas in impetratione beneficij exprimenda, quò referatur, ibid. num. 35.

Onus *fructuum rei poſſeſſorem ſequitur, q. 20. num. 37.*

Opinari *in Iure, quid, q.29. num.2.*

Ordinarius, *an ſit capax cognitionis ſuper gratia de beneficio reſeruato, q. 12. num. 45.*

Ordo *pro ſimplici diſpoſitione graduum, q.35. num. 22. Item pro ſtatu cuiuſcunque perſonæ, ibid. num. 23 Item pro cætu perſonarum ab alijs diuerſarum, ibid. num.24.*

Pro diſpoſitione parium, diſpariumq. rerum ſua cuique loca tribuente, ibid num.25.

Sacerdotalis qualiter in Epiſcopum diffundatur, ibi. num.37.

P

PACTVM *ſuper hæreditate viuentis non confirmatur Iuramento, q. 8 num. 4. Etiamſi agatur de fauore eccleſiæ, ibid. num 5.*

Papa *non ſubijcitur ſtatutis Inferiorum, q.7. nu.141.*

Iudicat tamquam Deus, q. 12. num.50.

Ei militat quiſque Chriſtianus, q. 28 num. 5.

Solus verè ac propriè Monarcha dicitur, ibi. num.7.

Habet poteſtatem immediatè à Deo, ibid. nu. 9. & q. 30. num. 38.

Obtinet Imperium occidentale, q. 30. num.42.

Papæ *declaratio, non poteſt ſuberti, aut prætextu erroris, aut prætextu iniuſtitiæ q.12. num.63.*

Poteſtas circa inſtitutionem & deſtitutionem Imperatoris, vnde, q. 30. num.52.

Paria *ſunt non eſſe, vel non apparere, reſpectu vſus, q. 2. num 64. & q.13. num. 65.*

Parochia *pro diœceſi, q. 27. num.52.*

Parochialis *debet poſitiuè exprimi, q. 7. num. 23. Nec toleratur expreſſio dubitatiua, ibid. num.24.*

Parochus *poteſt ſibi adſciſcere coadiutorem in exercitio curæ, dum reſidet, q 27. num.166.*

Patronus *ante adeptam poſſeſſionem hæreditatis validè præſentat, q 19 num.30.*

Penſio *perpetua per ſolum Papam reſeruatur, q.19. nu 51. Aliàs conuentio eſſet ſimoniaca, ibid. n.52. Itaut inferior in hoc careat poteſtate, q. 29. n 186.*

Quid habeat pro ſubiecto, q 29 num.84 & 86.

Non eſt ſpirituale ex neceſſitate recitandi officium B.V. ibid. num.90.

Ex cauſa ceſſionis, vel reſignationis, cur nequeat redimi anticipatis ſolutionibus, ibid. num 93.

Quæ poſſet ex Indulto Apoſtolico reſeruari ex cauſa concordiæ inter duos collitigantes per inferiorem à Papa, non poteſt citra vitium ſimoniæ reſeruari ad fauorem tertij. ibid. num. 184.

Perduellionis *crimen, quid, q.30. num.65 Et qualiter differat à ſimplici crimine Maieſtatis, ibid. nu.66.*

Crimen reſoluit omnia Iura ab initio, ibid. num.67.

Crimen infert damnationem memoriæ, ibid. num.68. Et ſententia ſuper eo lata etiam poſt mortem retrotrahitur, ibid. nu.69. Et in hoc differt à crimine maieſtatis, ibid. num. 70.

Reus eſt magiſtratum offendens, ibid. n.117. & 118

Perduellis *Clericus, ex commiſſo contra Papam, priuatur beneficijs ipſo Iure, q. 30. num.71. & 72.*

An ſit tantum is, qui machinatur contra perſonam Principis, ex particulari odio, ibid. num 76.

Vnde arguatur hoſtilis animi, ibid. num.79.

Reputatur turbans publicam quietem per occupationem

nem areis, vel territorij, ibid. num. 80.
Perfectum id dicitur, cui nihil deeſt, q. 29. num. 26.
Periurium non diluitur ex non proſecutione, q 19. n. 32.
Permutatio ſecum trahit exequutionem, ibid. num. 10.
Non exigit actum collationis, neque propterea ſubycitur conſtitutioni contra diſpenſatos retinentes literis non expeditis, ibid. num. 11.
Perſonæ conditionem non explorans, excuſatur à dolo, ſed non à culpa, q. 14. num. 56.
Plus dictio, eſt taxatiua, q. 20. num. 106.
Pœna damnationis in metallum quanam ſit, q. 33. nu. 54. Et an ſit diuerſa a damnatione perpetui carceris, ibid. num. 55.
Priuationis, dum non applicatur perſona, licitè retinetur beneficium, ibid. num. 65.
Eadem, vbi non eſt inducta à Iure, pendet ab effectu ſententia, ibid. num. 66.
Eadem imminet Clerico ex quocumque delicto graui, ibid. num. 48. Puta homicidij, vel detruncationis membri, ibid. num. 49. Exigit tamen expreſſionem in ſententia, ibid. num. 50.
Dicitur qua minuit patrimonium noſtrum, q. 3. n. 3. Strictè tamen, ibid. num. 4.
Dicitur qua eſt intenſa ad coercitionem, ibid. num. 5.
Non incurritur niſi in caſibus à Iure expreſſis, ibid. num. 7.
Connectenda delicto, q. 18. num. 10.
Quid ſit, ibid. num. 11.
Remiſſa per Principem ante delictum, prouocat ad deliquendum, ibid. num 12.
Augetur ob atrocitatem delicti, ibid. num. 206.
Nullitatis ipſo Iure habet locum in expreſſis tantū, q. 19. num. 18.
Ea eſt infligenda quæ magis timeatur, q. 19. nu. 24.
Solius infamia cui eſt ludibrio, exilio cumulatur, ibi. num. 25.
Priuationis ipſo Iure, non mittitur exequutioni ante declaratoriam facti, q. 27. num. 63.
Priuationis ob non reſidentiam ipſo Iure incurſa, non poteſt remitti per inferiorem à Papa, ibid. num. 70.
Inhabilitatis ad obtinenda beneficia non priuat obtentis, q. 28. num. 60.
Populus Romanus, an per Legem Regiam tranſtulerit Imperium extinctiuè in ſeipſo, q. 30. num. 29.
Idem vt concurreret cum poteſtate Principis, ibid. num. 33.
Idem vt & qua ratione olim Principes abiecerit, ibi. num. 34.
Idem non poteſt Imperium in ſe reſumere, ibid. num. 36.
Populi vox duplicis eſt ſignificationis, q 28. num. 4.
Definitio, ibid. num. 8.
Poſſeſſio rei incorporalis, transfertur per inductionem in poſſeſſionem corporalium quibus adhæret, q. 13. num. 26.
Capta literis non expeditis dicitur vera Intruſio, ibi. num. 29. Etiamſi in ſupplicatione adſit clauſula ſubrogationis gratioſa, ibid. num. 30.
Quæ transfertur in vim ſtatuti de defuncto in hæredem, qualisnam ſit, ibid. num. 42. Probaturq. eſſe veram poſſeſſionem naturalem, & ciuilem, ibid. num. 43.
Defuncti, an ſit manutenibilis in perſona eius, in quē eſt continuata, pro compeſcendis turbationibus defuncto illatis, ibid. num. 46.
Quæ continuatur ex ſubrogatione, non impeditur per occupationem naturalis poſſeſſionis, ibid. num. 48.
Solo animo amittitur, q. 14. num. 13. Etiam concuſſo & perterrito, ibid. num. 14. Quod procedit etiam in beneficialibus, ibid num. 15.
Reſignantis ad effectum ſpolij, non probatur ex reſignatione, ibid. num. 106. Præcipuè ſi confeſſionum correſpectiuitas, deduceretur ex mandatis ſeorſim confectis, ibid. num. 107.
Beneficij, erat olim prohibita ante expeditionem literarum, q. 19. num. 3.
Capta in vim ſolius ſupplicationis, an ſit reſtituibilis, ibid. num. 55.
Vacua poteſt apprehendi ſine Exequutore, q. 22. num. 8.
Quandocunque poteſt apprehendi propria authoritate per prouiſum de beneficio, ſi vacet de Iure, & de facto, ibid. num. 10.
Apprehenſa propria authoritate ex ceſſione ſibi facta per collitigantem, temerè dicitur attentata, ibid. num. 31. Neque eſt alicuius effectus, ibid. num. 32. Non tamen dicitur violenta, num 33. Neque ſubycitur diſpoſitioni c. cum qui de prab. in 6. ibid. num. 34.
Apprehenſa ex Iudicis mandato iniquo ſemper eſt reuocabilis, ibid. num. 36. Neque incurritur pœna c. cum qui de prab. in 6. ibid. num. 37.
Pacifica quæ non eſt, vix reputatur poſſeſſio, q. 23. num. 26.
Nulliter capta, reputatur bona in præiudicium capientis, ibid. num. 42.
Vacua quæritur animo & facto, q. 24. num. 2.
De facto, contra non poſſidentem eſt manutenibilis, ibid. num. 3.
In beneficialibus exigit Titulum ſecundum aliquos vt ſit manutenibilis, ibid. nu. 8. Quæ opinio reprobatur, num. 9.
Sumitur pro Iure quo quis rem obtinet, ibid. nu. 23.
De facto, in beneficialibus, de nihilo inſeruit, ibid. nu. 24. & 25.
In beneficialibus reſpectu acquiſitionis ſemper eſt connexa titulo, ibid. num. 26.
Quæ habet plurimum Iuris, non acquiritur ſine Titulo, ibid. num. 27
Vbi Titulum exigit, inutiliter ſine eo apprehenditur, ibid. num. 28.
Dum apprehenditur, quod naturali apprehenſioni deficit, animus implet, q. 4. num. 68.
Capta in vim Breuis, lite pendente, eſt attentata, non obſtante clauſula facultatis apprehendendi poſſeſſionem ſine vitio ſpolij, niſi ſit ampliata hoc modo, etiam lite pendente, & ſine vitio attentatorum, q. 11. num. 53.
Capta vigore monitorij, præinſerto Breui, eſt legitima, quatenus vel nullus ſit intruſus, vel ſi intruſus ſit, is cedat poſſeſſioni, ibid. num. 77. Alias ſecus, ibid. num. 78.
Eadem eſt manutenibilis non obſtante contradictione habentis Titulū, ſed non poſſeſſionē, ibid. n. 80.

Authore Prætore adepta, iuſta præſumitur, ibid. num. 82.

De præterito probata præſumitur vſque ad obitum continuata, ibid. nu. 85. Niſi doceatur medio tempore occupata, ibid. num. 86.

De tempore obitus defuncti, ſubiecta clauſula Conſtito, poteſt probari præſumptiuè ex poſſeſſione de præterito, ibid. num. 89.

Cadit tantum in corporalibus, q. 13. num. 7. Secus in incorporalibus, ibid. n. 8. minuſq. vſucapio, ibi. n. 9.

Per Principem transfertur de perſona in perſonam ſiue traditione, ibid. n. 13. Requiruntur tamen termini habiles, & quinam ſint, ibid. num. 14.

Tradita ex actu ficto, ſuppletur per enixam voluntatem Principis, ibid. num. 15.

Defuncti, non continuatur in hæredem, ſed remanet extincta, ibid. num. 16.

Naturalis tandiu durat, quandiu corpore impletur, q. 13. num. 23.

Perpetuò decernitur in literis Apoſtolicis ipſi prouiſo, q. 2. num. 31.

In Collegiatis debet eſſe Capitularis, q. 5. nu. 33. Etiã reſeruata facultate eam apprehendendi propria auctoritate, in regreſſu, ibid. num. 34. Niſi exſtet particularis conſuetudo in contrarium, ibid. num. 35. Aut Capitulum impedierit, ibid. num 36. Vel in actibus ſucceſſiuis Collegialiter factis fuerit Canonicus admiſſus, ibid. num. 37.

Debet eſſe Capitularis, etiam vbi proceditur ad illius traditionem mediante exequutore, ibid. nu 38.

In collegiatis, in quo ſenſu dicatur valida, ſi à ſingulis non ab vniuerſis ſit tradita, ibid. num. 40.

Eadem quomodo poſſit ratificari per Capitulum, ibi. num. 41.

Vbi eſt neceſſaria Capitularis, debent proponi impedimenta ex facto Capitule prouenientia, ibid. n. 39.

Modo colorata ſit, operatur, vt non debeat amoueri poſſeſſor ſine citatione, q. 8. num. 25. & 26.

Quid ſit, ibid. n. 27. & quotuplex, ibid. num. 28.

Ciuilis, quomodò diſcernatur à naturali, ibid. n. 29.

Improba, non ſufficit vſucapioni, ibid. num. 30.

Intruſi contra decretum reſeruationis habetur pro vacua, ibid. num. 33.

Colorata quæ dicatur, ibid. num. 34.

Plurimum habet facti, ibid. num. 35. Tam dum apprehenditur, n. 36. quam dum retinetur, ibid. n. 37.

Eſt nomen Iuris, refertur que ad ciuilem, ibid. n. 51.

Colorata aliquibus ea dicta quæ eſt cum titulo ſaltim ex parte conferentis valido, ibid. num. 52.

Cui color ſuperuenit, non efformat legitimum contradictorem poſt gratiam conceſſam, ibid. num. 53.

Poſſeſſionis *cauſa non poteſt mutari in præiudicium tertij, q. 5. num. 43.*

Colorata ratio non reſpicit ſubſtantiam gratiæ, ſed articulum exequutionis, q. 8. num. 49.

Ciuilis retentio non poteſt allegari per Tertiũ, q. 11. num. 87. Niſi iſte Tertius ſit gratioſè ſubrogatus, ibid. num. 88.

Continuatio eſt quid diuerſum ab acceſſione temporum, pro implenda Vſucapione, q. 13. num. 18.

Poſſeſsionem *beneficij nactus ante literarum expeditionem, etiam citra vllius oppoſitionem, non facit fructus ſuos, q. 2. num. 4.*

Poſſeſsioni *qui renunciauit cõpellitur agere poſſeſſorio, antequam vel reſcindatur, vel declaretur nulla renunciatio, q. 14. nu. 17. Etiamſi prætendatur vis vel metus, ibid. num. 18. & 19.*

Poſſeſſor *quo caſu in iuſtificanda exceptione, non ſufficiat ei habere præſumptiuam probationem, ibidem num. 87.*

Priuatus aliquo caſu ipſo Iure, an adhuc ſit citandus, q. 22. num. 6.

Perpetuò eſt citandus, ibid. num. 9. Etiamſi prætendatur inducta vacatio ipſo Iure, q. 23. num. 45.

Debet manuteneri, dum diſcutitur an ſit locus decreto de dimittendo, q. 23. num. 37.

Non eſt, ſed occupator, qui ſine Titulo poſſeſsionem obtinet, q. 24. num. 22.

Incompatibilis, in quo datur poſsibilitas conceſſæ retentionis, neceſſariò eſt citandus, q. 26. n. 59. & 60.

Citari debet etiam in reali, q. 36. n. 39. Etiamſi procedatur ad exequutionem iudicati, ibid. n. 40. & 41.

Poſſeſſorium *adipiſcendæ, reſpuit pronunciationem ſuper titulo, q. 2. num. 32. & ineptus eſſet Iudex, qui ſuper eo pronunciaret, ibid. num. 33.*

Non admittit diſcuſſionem ſuper titulo, ibid. nu. 22. Etiamſi ſit poſſeſſorium adipiſcendæ, præterquàm incidenter, ibid num. 23.

Recuperandæ, exigit ſimplicẽ colorẽ, ibid. n. 24. Nec hunc quidem, vbi ſupponitur violentia, vel attentatum, ibid. num. 25.

Poſſideri *quod non poteſt ex natura rei vel caſu cõtingibili, abſolutè dicitur non poſſideri, q. 2. num. 63.*

Poſtulandus *ſi eligatur, actus caſſatur, q. 17. n. 227.*

Poſtulantes *poſſunt variare, ibid. num. 223. Niſi proceſſum fuerit ad præſentationem factam ſuperiori, ibid num 224 & 225.*

Poſtulare *non licet pueris, q. 7. num. 181.*

Poſtulatio *quatenus ſuſpendat electionem, q. 17. n. 221.*

Nullum Ius tribuit poſtulato, ibid. num. 222.

Non requirit conſenſum poſtulati, ibid. num. 229. & 230.

Duplex, ſolemnis & non ſolemnis, ibid. num. 231.

Fit cauſa vtilitatis eccleſiæ, ibid. num. 234.

Quod reijciatur, implicatur iniuria poſtulato, ibid. n. 235. Itaut poſſit vrgeri inferior à Papa eam admittere, ibid. num. 236.

Si cõcurrat cum electione, præualet electio, ibi. n. 239

Exigit duplo maiorem numerum ſuffragiorum, vt præualeat electioni, ibi. n. 241. Etiamſi poſtulatus ſit dignus, ibid. num. 242. Nec vſquam conſueuit per Papam admitti, ibid. num. 243.

Fieri poteſt de nondum profeſſo, ibid. nu. 256. Modo à Papa poſtuletur, ibid. num. 257.

Eo ipſo caſſatur, quod non admittitur per ſuperiorem ibid. num. 260.

Vbi eſt reiecta, euaneſcit omnis eius effectus, ib. n. 261

Poſtulationis *& electionis formulæ ancipites, antiquatæ, q. 17. num. 228.*

Poſtulatus, *ex ſola admiſsione per Papam plenum Ius acquirit, q. 17. num. 232. & 233.*

Solemniter à Papa, & æquitate & Iuſtitia videtur admittendus, ibid. n. 237. Præcipuè vbi poſtulatio eſt vnanimiter celebrata, ibid. nu. 238.

Adminiſtrans ante admiſsionem, ipſo Iure priuatur, ibid. num. 302.

Poten-

Potentia *impedita nullatenus æquiparatur actui, q. 2. num. 76.*
Reſpectu actus dicitur ens æquiuocè, ibid. num. 9.
Poteſtas *temporalis ſubijcitur ſpiritualis, q. 28. nu. 11.*
Spiritualis remanet diſtincta à temporali, ibidem num. 12.
Practica *non habetur, quod lege non cauetur, quaſi. 28. num. 4.*
Præbendæ *in eccleſia receptitia non numerata, non ſunt vacabiles, q. 8. num. 12.*
Prædicti *relatiuum, cuius ſit vis, ibid. num. 86.*
Prælatus *agit ſpolio nomine eccleſiæ pro recuperatione poſſeſſionis prædij quam numquam habuit, q. 13. num. 10.*
Præſcriptio *omnis interrumpitur per Bullam cœnæ Domini, q. 33. num. 19.*
Præſentatio *eſt actus temporalis, ſolumq; præambulum ius ad obtinendum ſpirituale trāſfert, q. 17. n. 166.*
Poſterior accumulatiuè facta non tollit priorem, ibi. num. 168.
Facta per vnum ex compatronis conſeruat ius alterius, ibid. num. 169.
Cur poſſit variari per laicum, ibid. num. 167.
Præſentatus *ſi decedat ante Inſtitutionem, nulla ex eius perſona inducitur Vacatio, q. 17 num. 2.*
Præſumere, *verbum, denotat dolum, & contemptum, q. 17. num. 324.*
Præſumptio *Iuris non ſufficit pro iuſtificatione circumſtantiæ poſitæ ſub conditione, q. 11. num. 92.*
Eadem non ſufficit pro fundanda intentione Actoris, ibid nu. 93. Neque eſt propriè probatio, nu. 94.
Iuris tantum, probationem in contrarium admittit, ſecus præſumptio Iuris & de Iure, q. 18. num. 103.
Fit in meliorem partem, q. 19. num. 39.
Præuentioni *eſt locus in aliquibus cauſis miſti fori, q. 36. num. 28.*
Princeps *gratiam à ſe factam interpretando, nemini iniuriam facit, q 3. num. 16.*
Facile ſubuenit diligentibus & ſolertibus, q. 9. n. 53.
Habet poteſtatem à Populo, q. 28. num. 10.
Refert Imaginem Reipublicæ, q. 30. num. 11.
Nulli magis, quam ſibi ſalutem Reipublicæ conuenire proſpicitur, ibid. num. 13.
Romanus, an fuerit ſolutus omnibus legibus Populi, ibid. num. 25.
Subditos inuitos non diſtrahit, ibid. num. 104. Decl. num. 105.
Solus rigorem Iuris remittit, q. 32. num. 20.
Principis *placitum qualiter in Iure æſtimetur, q. 1. n. 9.*
Præcepto non poteſt mora fieri, q. 11. n. 154.
Principes *Catholici, qualiter dicantur confœderati Romanæ eccleſiæ, ratione debitæ defenſionis, q. 30. num. 63.*
Principatus *legitimi forma, q. 30. num. 7.*
Humani origo immediatè à Populo, ibid. nu. 8.
Priuatio *ſupponit habitum, q. 10. num. 16.*
Ipſo iure non pro quocunque crimine eſt impoſita, ibid. num. 201. Et ideo exigitur expreſſio, ibid. nu. 202. Et in dubio refertur ad priuationem per ſententiam, ibid. num. 203.
Vbi eſt incurſa ipſo iure, nil refert quod Iudex ferat ſententiam priuationis, q. 27. num. 74.
Priuilegium *amittitur propter eius abuſum, q. 17. num. 264. Sed non ipſo Iure ibid. num. 265. & q. 18. num. 196. & 197.*
Pro, *dictio relata ad perſonam, vel officium, quid importet, q. 17. num. 319.*
Probatio *ſemiplena poteſt integrari per aliam ſemiplenam, q. 10. num. 51. Secus in materia obiectiua, q. 20. num. 96.*
Plena, poteſt conſiſt ex Iuris diſpoſitione, q. 11. num. 96. Etiam reſpectu circumſtantiæ poſitæ ſub conditione, ibid. num. 97.
Minus plena, ſufficit ad effectum differendi, dum expectatur plenior, ibid. num. 105.
Vbi eſt difficilis, admittitur quæ alias minus eſt ſufficiens, q. 28. num. 46.
In criminalibus requiritur exactiſſima, quaſt. 33. num. 105.
Per res euidentiam, numquam cenſetur excluſa, q 1. num. 45.
Procuratoris *Scientia non eſt Scientia Domini, neque ei nocet, q. 23. num. 47. Niſi Domino certiorato, ibid. num. 48.*
Ignorantia, excuſat dominum à dolo, q. 34. num. 18.
Vſus ad quid introductus, q. 27. num. 181.
Productio *litterarum Apoſtolicarum, qualiter fiat, q. 11. num. 83.*
Non poteſt iuſtificari per Teſtes, ibid. num. 84.
Prœmij *verba ſunt plurimum attendenda, q. 17. num. 270.*
Coarctantur ex verbis diſpoſitiuis, q. 32. num. 14.
Profeſſio *exigit annum XVI. expletum, q. 26. num. 32.*
Metu vitiatur, ibid. num. 34.
Exigit annum probationis continuum non interpolatum, ibid. num. 35. Et quo caſu idem annus non conſideretur, ibid. num. 37.
Tacita qualiter educatur, ibid. num. 38.
Tacita ex delatione habitus, eatenus attenditur, quatenus fuerit ſuſceptus ſolemniter de manu habentis poteſtatem, ibid. num. 39.
Tacita non abrogatur per Concilium, ibid. num 40.
Tacita nullo tempore inducitur per delationem habitus nouitiorum, ſi ſit diſtinctus, ibid. num. 43. Secus ſi ſit indiſtinctus, ibid. num. 44
Ex delatione habitus tunc inducitur, ſi delatio fiat in Conuentu, ibid. num. 45. Et ſi extra Conuentum, quid operetur, ibidem num. 46. Et quare exigatur delatio in Conuentu, ibidem num. 47.
Verbalis *& expreſſa, in quo reputetur fortior tacita, ibid. num. 48. Et dicitur magis certa, num. 49.*
Profeſſus *ante legitimam ætatem non eſt eligibilis, q. 26. num. 36.*
Profeſſores *Iuris, qualiter profiterentur ante tempora Theodoſij, q. 7. num. 156.*
Profeſſoribus *in Studio Romano, olim ſalaria authoritate Senatus deputata, ibid. num. 146.*
Interdictæ priuatæ lectiones, ibid. num. 147.
Pronomen *ipſe, eſt nota perſonaliſſima, quaſt. 11. num. 13.*
Prorſus & careat, *ſunt latæ ſententiæ dictiones, q. 29. nu. 159. & q. 30. num. 115.*
Protocollum, *reſpectu Inſtrumenti publicati, dicitur ſcriptura magis originalis, q. 2. num. 46.*

Protonotarius *creatus ab inferiori à Papa, an ſit curialis, q.11.num.134.*

Protonotarij *extra numerum impediuntur officium exercere, ibid.nu.141. Eximuntur tamen à Iuriſdictione Ordinariorum in cauſis non excedentibus ducatos 24.ibid.num.142. Modò tamen deferant habitum eius Dignitatis, ibid. num. 143.*

Creati à Legatis de latere, non ſunt Curiales, neque actu, neque habitu, ibid. num. 145.

Creati à Papa, quantumcumque extra numerum, ſunt familiares Papæ, ibid. num 146.

Prouiſio *etiam facta motu proprio, antequam ſit acceptata, dicitur prouiſio æquiuocè & imperfecta, q. 1. num. 24.*

Papæ, etiam motu proprio, cenſetur facta ſecundum modum, quo beneficium conſueuit prouideri, q.8. num 97.

Effectuatur ex conſenſu prouiſi, ibid.num 137.

Cenſetur facta tempore Reſcripti, Idoneitate per Executorem detecta, ibid.num.68.& 69.

Prouiſus a Papa, *ſi omiſſa expeditione literarum prouideatur ab Ordinario, & ſe intrudat virtute huius prouiſionis, incidit in Conſtitutionē Iulij III. q. 19. num. 40.*

Idem ſubit crimen ingratitudinis, ſi poſtmodum acceptet prouiſionem ab Ordinario, ibidem num.43.

Prouocans *alium, ipſe prius offendit, q. 30. num. 133. & 134.*

Prouocatus *in rixa, præſumitur ſine dolo offendiſſe, q.30.num.128.Decl.num.129.*

Excuſatur ab exceſſu, ibid. num. 130.

Offendens collitigantem, præſumitur offendiſſe ex noua cauſa prouocationis, ibid num.132.

Excuſatur à dolo, propter iram, ibid.num.136. & inde emollitur iuris pœna, ibid. num. 137.

Publicandi *forma in Reſignationibus, ſecundum aliquos omitti poterat ante Gregorianam, q. 21. num.2. Poſt Gregorianam verò ſecus, ibid. num. 3.& 4.*

Publicatio *non fit de ſimplici ceſſione vel reſignatione in manibus Papæ, id eſt ad nullius fauorem, ibid. nu. 7. Quemadmodum facta ad fauorem poſſeſſoris, ibid. num. 8.*

Fit de reſignatione ſimplici in manibus Ordinarij, ibid. num. 9. & 10.

Non cadit in ceſſionibus factis pro Vnionibus, ibid. num. 11.

Non exigitur ſi diſſoluatur, ſecus ſi declaretur nulla Vnio de beneficio reſignato, aut ceſſo, ibid.num.12.

Præſumitur præcipuè ex triennali, ibid. num. 13.

Aliter quam literis expeditis fieri nequit, ibidem num.16.

Quod non ſit facta, ſpectat onus ad Impetrantem, ibid.num.14. nec aliter quam per confeſſionem, aut literas expeditas iuſtificari poteſt, ibidem num.15.

Non facta, conuincitur ex non expeditione literarū iuſtificata per diligentias, etiam per confeſſionem Impetrantis, quod non ſint expedita, ibid.nu.17.

Quod non ſit facta, quo caſu non conſtituatur ex cōfeſſione partis, ibid.num.21.

Debet fieri per Impetrantem, ob non factam publicationem, ibid. num.22.

Liquidatur ex publico inſtrumento, ibid. num. 23.

Extra tempus facta, eſt nulla, ibid.num.36.

Eſt iterabilis, ideoque ex publicatione nulla non concluditur ad obiectum, ibid. num.37. Declar. num.38.

Reſignationis non inficitur ex errore Notarij in nomine reſignantis, q.34.num.19.

Publicationis *non facta ex cauſa impetrans, quæ teneatur iuſtificare, q.21.num.6.*

Non facta materia, eſt obiectiua, ibid.n.32. nec admittit excuſationem ex Iuris ignorantia, ibidem num 33.

Neceſſitas vbi remittitur per Indultum, illud neceſſariò eſt producendum, ibid. n.34.

Pudori *eſt parcendum, q.17.num.85.*

Purpuramentatium, *vas, cur dictum Caniculus, q. 1. num.11.*

Q

QValiſcunque, *dictio, cuius ſit energia, in qualificando ſubiectum, q.17.num.111.*

Qualitas *apud Iuriſconſultos, pro ſpecie vſurpata, q 4.n. 13.*

Generi ſuperinducta rem nouam facit, ibid.nu.14. Informatque ſubiectum, ibid.num.15.

Adijcit nomen ſpeciei ex ſe producta ſuppreſſo generis nomine, ibid.num.16.

Nomen ſignificat, ibid.num.17.

Beneficij, quæ de natura ipſius ſecundum Ius commune ineſt, non eſt neceſſariò narranda, ibid. nu. 20. & ſi narretur non eget iuſtificatione, ibidem num.21.

Naturalis præſumitur durare, & qui negat probare tenetur, ibid.num.23.

Inhærens beneficio de iure ſingulari eſt narranda & explicanda, ibid num.24.

Naturalis quando cedat accidentaria, ibid.num.32.

Per quā augetur pœna, redditur magis certa, q.33. num. 100.

Qualitates *quot generi adijciuntur, tot inde efformātur ſubiecta diuerſa ſpecie differentia, q.4.num.12.*

Alterantes ſubſtantiā beneficij quot ſint, ibid.n.25.

Subſtantificæ quæ dicantur, ibid.num.31.

Vbi plures exiguntur, omnes concurrere debent, q.7. num.54.

Quæ ſunt fundamentum Conſtitutionis, ſunt omnes probandæ, q.17.num.303.

Qui, *relatiuus, vis, q.30. num.26.*

Quicumque *dictio, eſt terminus effrenatæ ſignificationis, q.19.num.45.*

Quondam *dictio, relata ad hominem denotat eum defunctum, q.10.num.15.*

R

RAtio *naturalis ad deciſionē cauſarum, æquipollet caſus legis, q.28.n.50. Etiam pro reſtringenda lege poſitiua, ibid.n.51.*

Reſtringit diſpoſitionem, q.2. num.21.

Legis complectitur caſus non expreſſos per interpretationem, non per extenſionem, q.26.num.83.

Ratione

I N D E X.

Ratione *quod conſtat, ius dicitur, q.28. num. 52.*

Rectorem *eccleſiæ, vel Beneficiatum offendens clericus, priuatur ipſo Iure beneficio, quod in eadem eccleſia obtinet, q. 30. num. 113. Secus reſpectu eorum, quæ obtinet in alia eccleſia, ibid. num. 116.*

Recurſus, *vel ſupplicatio, ſuſpendit exequutionem ſententiæ, vbi loco appellationis ſuccedit, q. 18. n. 80 Alias ſecus, num. 81.*

Regiminis *locus, deſiderantibus negandus, fugientibus offerendus eſt, q. 17. num. 181.*

Regis *ad exemplum totus componitur Orbis, q. 33. num 102.*

Regula *Cancell. 45. de conſenſu in Reſignationibus adducitur, q. 16. num. 1. & 2.*

Eadem non eſt de dandis, ibid num. 3.

Eadem inuecta vt occurratur fraudibus, ibid. nu. 4. & 5.

Eadem qua ratione nitatur, ibid. num. 7.

Eidem vbi derogatur, ſi gratia reformetur, repetitur eadem derogatio, ibid. num. 57.

De valore, annullat gratiam ipſo Iure, q. 20. nu. 45.

Eadem reſpectu obituorum, qua ratione nitatur, ibid. num. 46.

Eadem reſpectu beneficiorum quæ prouidentur, introducta eſt, nè fiat fraus annatæ, ibid. nu. 47.

22. de exprimendo vero valore in vnionibus, Annatæ ſuffragatur, ibid. num. 48.

De valore, non inducit nouam vacationem, ſed ſimpliciter reſoluit gratiam, ibid. num. 102.

De vacantibus per ingreſſum, qualiter intelligatur, q. 26. num. 27.

De Triennali, defendit confidentiarium ignarum confidentiæ, q. 29. num. 120. Itemque prouiſum per ſimoniam, ibid. num. 121.

Eadem excipit ſimoniacum ingreſſum, ibid. nu. 124.

Conſtituit ſimoniacum in ſtatu meri furis, ibidem num. 125.

31. vt non valeant commiſſiones cauſarum, niſi literis expeditis, in ſui ratione diuerſa à Regula de non iudicando, q. 2. nu. 50.

Eiuſdem vis extinguitur, vbicunque oſtenduntur literæ expeditæ ante commiſſionem cauſæ, ibidem num. 51.

Eadem reſpicit impetrationes, non autem prouiſiones; Et in hoc conſiſtit eius ratio, ibid. num. 52.

Eadem, non impedit introduci litem reſpectu committentis. ibid. num. 53.

Secus vero reſpectu Rei, & Poſſeſſoris, ibid. num. 54.

Eadem procedit quatenus de ea detur, num. 55.

Eidem, ceſſante manifeſta ſuſpicione calumniæ, derogatur, ibid. num. 56. & quomodo derogatio hæc practicetur, num. 57.

Ne diſpenſationis ſuffragentur literis non expeditis, minimè reſtringitur ad forum contentioſum, ibid. num. 69.

27. de non iudicando iuxta formam ſupplicationis, quorſum tendat, ibid. num. 14.

Eadem non militat, cum agitur ſimpliciter de probando facto conceſſæ gratiæ, ibid. num. 34.

Eadem quid contineat, ibid. num. 20.

Eadem non habet locum in poſſeſſorio Recuperandæ, in quo ſufficit color ex ſola ſupplicatione, ibid. num. 26.

31. refertur, ibid. num. 15.

De expreſſione qualitatum beneficiorum, refertur, & eſt de dandis, q. 7. num. 1.

De concurrent. in Data, qualiter intelligatur, ibid. num. 85.

47 relata, q. 8. num. 8.

56. de clauſulis in beneficijs vacantibus ponendis, explicatur, q. 9. num. 1. 15. 19. 47. & 48.

De conſenſu Cardd. in prouiſionibus familiarium, non habet locum, niſi in vacantibus per mortem naturalem, q. 10. num. 13.

Reſeruatoria menſium afficit beneficia prius vacantia, de quibus Epiſcopus potuiſſet diſponere S. A. vacante, q. 11. num. 26.

De non iudican. &c. non habet locum, quando ſupplicatio inſeritur in literis, quæ expediuntur in forma Breuis, ibid. num. 67.

De infirmis reſignantibus adducitur, q. 15. num. 1. Et referuntur qui eam commentati ſunt, num. 2.

De XX. aufert ius Reſignatario, q. 15. num. 19. Neque in ea ſuſtinentur duæ Vacationes, ibid. num. 20.

Eadem inducit reſeruationem, facta reſignatione in Curia, ſecus ſi extra Curiam, ſecundum Sarnenſem, ibid. num. 24. Quæ diſtinctio reprobatur. num 25.

Eadem quod nullam inducat reſeruationem, aut affectionem, aliquibus viſum, ibid. num. 26. Contrarium tamen Rotæ, ibid. num. 27. & 28.

Eadem quatenus inducit reſeruationem, nititur vacationi per obitum, ibid. num. 29.

Eadē aliquibus viſa inducere duplicem vacationem, fictam vnam, & alteram veram, ibid. num. 35.

Eadem reſpectu vacationis per obitum, fictionem inducit, ibid. num. 39.

Eadem inuecta fuit pro ſimplici obſtaculo, & quare, ibid. num. 41.

Eadem præſumit fraudem admiſſam in reſignatione, ibid num. 42.

Eadem qualiter in fingendo ſupponat extrema habilia, ibid. num. 49

Eadem non afficit beneficium extra Curiam reſignatum, ibid. num. 57. Etiamſi contingat obitus in menſe Apoſtolico, ibid. num. 58.

Eadem hodie nullam inducit reſeruationem, ibidem num. 64.

Eadem reſpectu reſignatorum in Curia inducit reſeruationem in Curia, ibid. num. 66. Et defenſa Romani opinio, ibid. num. 67.

Eiuſdem clauſula, etiam vigore ſupplicationis, &c. *quorſum, ibid. num. 68.*

Regulæ *de non iudicando, &c. ſatisfactum cenſetur per qualemcumque expeditionem literarum, q. 2. num. 45.*

Regulæ *Cancellariæ 27. 31. & 52. an concordent in vno fine, q. 2. num. 16.*

Siue Conſtitutiones Clementis viij. & aliorum ſuper extendendis conſenſibus, ad quid introducta, q. 16. num. 25.

Earundē inobſeruantia, excuſat à pœnis, ibid. n. 26.

Relatio *ad Principem, in ſuſpendendo, habet eandem vim quam appellatio, & recuſatio, q. 17. num. 216.*

Debet eſſe formiter facta, ibid. num. 217. & 218.

Amit-

Amittit vim ſuam in ſuſpendendo, ſi immineat periculum deuolutionis, ibid. num. 219.

Religionis ingreſſus inducit vacationem beneficij ipſo Iure, q. 26. num. 8. & 9.

In profeſſione perficitur, ibid. nu. 16. & in emiſſione trium votorum, ibid. n. 17.

Vbi ſupponitur pro cauſa vacationis, qualiter concipiatur ſupplicatio, ibid nu. 29. Et qualiter procedatur ad eius iuſtificationem, ibid. nu. 30. Et an ſufficiat probatio ſemiplena, ibid. num. 31.

Non concluditur ex ingreſſu Monaſterij, cum ſuſceptione habitus. ibid. num. 15.

Remittentibus iura ſua, non datur regreſſus, q. 16 num. 28.

Res iudicata, qua ratione introducta, q. 18. num. 16. Et eius vis, ibid. num. 17. Et vnde procedat, ibid. num. 18.

Reſcriptum qualiter hodie circa manum Papæ concipiatur, q. 1. num. 12.

Qualiter aliena manu de ipſius Papæ mandato exaretur, ibid. num. 13.

Papa, ſeu ſubſcriptio olim etiam literis adiecta, ibid. num. 14.

Vnde dictum, ibid. num. 33.

Duplex, ad preces videlicet, & motu proprio, ibid. num. 37. & qualiter hæc diuerſitas reſcriptorum practicetur, ibid num. 38.

Quando dicatur motu proprio, ibid. num. 39.

Papæ, totum exaratur ipſius Papæ manu, ibid. num. 58.

Papæ, antequam regiſtretur, præſumitur benè perpenſum & conſideratum, ibid. num. 59.

Regulatur ex narratis in ſupplicatione, q. 4. nu. 2.

Exponitur à ſupplicatione, ibid. num. 3.

Cenſetur conformatum petitioni, ibid. num. 5

Exigit concurſum Intentionis reſcribentis cum petitione ſupplicis, ibid num. 6.

Reſtringitur ad limites narratorum in ſupplicatione, ibid num. 7.

Determinatum non interpretatur ſecundum petita, ibid. num. 9.

Principis præſeruat ius alterius, q. 8. num. 2.

Non debet decidere litem pendentem, q. 9. num. 31. Aut tollere Ius quæſitum litiganti, ibid. num. 32.

Impetratum lite pendente, non facta litis mentione eſt nullum, ibid. num. 33. Decl. num. 34.

Non eliditur ex modico alterius præiudicio, ibid. num. 40.

Non porrigitur ad futura, ſi oratio eſt indeterminata, q. 11. num. 38.

Ita interpretandum, nè ſit inutile, q. 13. num. 4.

Vbi deuiat à ſtylo, infert ſuſpicionem falſi, debetque Exequutor illud cum impetrante ad Principem remittere, q. 35. num. 8. Niſi malit eum interim, dũ Principem conſulit, in vinculis habere, ib. n. 9.

Reſcripti principalis forma antiquata, q. 1. num. 10.

Reſeruatio niſi poſitiuè narretur, gratia eſt nulla, q. 9. num. 22.

Turbida non attenditur, ibid. num. 25.

Quæ dicatur generalis, & quæ ſpecialis, ibid. nu. 26.

Vbi poſitiuè narratur, clauſula ſiuè præmiſſo ampliatur ad omnes reſeruationes, etiam clauſas in corpore Iuris, ibid. num. 27.

Quando dicatur poſitiuè narrari, ibid. num. 28.

Ratione menſis, ceſſat S. A. vacante, q. 11. num. 24. Niſi antea fuiſſet formata, ibid. num. 25.

Sub qua conceſſum eſt Breue, debet eſſe certa, ibid. num. 69. Et ea non iuſtificata exequutio remanet ſpoliatiua, non obſtante clauſula, ſine vitio ſpolij, ibid. num. 70.

Inducta ratione officij, non extinguitur ex ceſſatione exercitij illius, ibid. num. 147.

Beneficij, an præbeat iuſtam cauſam, vt literarum exequutio, vel cognitio ſuper validitate gratiæ, committatur extra Tribunal Ordinarij, q. 12. num. 46.

Reputatur Ordinarijs odioſa, ipſique Ordinarij odio inſectantur prouiſos Apoſtolicos, ibid. num. 48.

Pro obtinenda exequutione ſubrogationis gratioſæ, debet eſſe notoria & indubitabilis, q. 13. num. 69.

Reſidentia non poteſt niſi vno in loco obiri, q. 27. num. 6.

An exigatur in vnoquoque beneficio, ibid. num. 8.

Non exigitur in beneficio ſimplici ex generali conſuetudine, ibid. num. 9. Etiamſi ſit Capellania, ibid. num. 10.

In beneficio ſimplici, quo Iure nitatur, ibid. num. 11.

Non concluditur ex onere celebrandi miſſam, ib. n. 12 Niſi adiectum ſit, quod beneficiarius celebret per ſe ipſum, ibid. num. 13.

Vbi eſt iniuncta, non ſoluitur ex eo quod aliquando quis ſeruierit per ſubſtitutum, ibid. num. 14.

Præciſa poteſt iniungi ex ſtatuto eccleſiæ, abrogando conſuetudinem, ſiuè fiat per Capitulum ſine interuentu Epiſcopi, ibid. n. 15. ſiue per Epiſcopum ſine Capitulo, ibid. num. 16. & 17.

Quando nequeat induci ex ſtatuto, ibid. num. 18.

Quando poſſit remitti per Epiſcopum, ibid. num. 19.

Conſtituitur ex annexione ordinis, vel officij, ibid. num. 20.

Non cenſetur remiſſa, propter conceſſam aliquo caſu incompatibilium retentionem, ibid. num. 23.

An exigatur in beneficio, omninò eſt exprimendum, ibid. num. 25. Niſi gratia ſit facta motu proprio, ibid. num. 26. & 27.

Eſt narranda in Vnionibus, & ſuppreſſionibus, ibid. num. 28. Alias gratia eſt nulla, ibid. nu. 29.

Voluntaria, quæ dicatur, ibid. num. 30.

Præciſa, quæ dicatur, ibid. num. 31.

Continua, & diſcontinua, quomodo accipiatur, ibid. num. 32. Eſtque eadem cum cauſatiua, & præciſa, ibid. num. 34.

Cauſatiua, in quo differat à præciſa, ibid. num. 33.

Præciſa inducitur ex onere animarum, ibid. nu. 35. Itemque ex Iure ſingulari, ibid. num. 36.

In Curatis, an ſit de Iure Diuino, ibid. nu. 37.

Vbi relaxatur, quæ mala oriantur remiſſiuè, ibid. num. 38.

Perſonalis, ratione curæ animarum, qualiter fiat, ibid. num. 39. Et qualiter ſuper ea diſpenſari dicatur, ibid. num. 40.

Humano Iure impoſita, eſt diſpenſabilis pro arbitrio Papæ, etiam ſine cauſa, ibid. num. 41. Secus verò pro arbitrio Inferioris, quia exigitur cauſa, ibid. num. 42.

Cauſatiua ſi negligatur non inducit pœnã priuatio-

nis

Digitized by Google

nis ipſo Iure, ibid. num. 44. Nec poteſt Epiſcopus id ſtatuere, ibid. num. 45.

In cathedralibus & alijs maioribus ſi negligatur, nõ infert pœnam priuationis ipſo Iure, ibid. num. 46. Secus in Parochialibus, ibid. num. 47.

Reſidere *verbum quid ſignificet, q. 27. num. 1.*

Dicitur qui præſens eſt, ibid. num. 2. Modo habeat beneficium in loco, ibid. num. 3.

Apud beneficium, qualiter intelligatur, ibid. num. 4.

Intelligitur cum effectu, ibid. num. 5.

Is nolle præſumitur qui abeſt contra Iuris præceptum, ibid. num. 60.

Negligens is cui eſt cura animarum, ipſo Iure beneficium amittit, ibid. num. 58.

Nolens, non appellat à ſententia priuationis, ibid. num. 75. Modo ſit rectè lata, ibid num. 76.

Qui iurauit, non obligatur, ſi beneficium talem reſidentiam non exigat, q. 23. num. 14.

Reſignans *poteſt pœnitere re integra, q. 16. num. 20.*

Poſt præſtitum conſenſum ſupplicationi datatæ, & regiſtratæ, non poteſt pœnitere, ibid. num. 27.

An poſſit pœnitere, obſeruatur vtrum res ſit integra, ibid. num. 33.

Qualiter debeat denunciare deſtitutionem mandati ad reſignandum. ibid. num. 40.

Simpliciter, ſi incubat poſſeſſioni poſt reſignationem, non facit fructus ſuos, ibid. num. 47.

Simpliciter, ſi poſtmodum alienet alienari ſolita, non tenet alienatio in præiudicium ſucceſſorum, ibid. num. 49

Ad fauorem, licitè incumbit poſſeſſioni, donec ea per reſignatarium apprehendatur, ibid. num. 50. Et ſi alienet ſolita alienari, tenet alienatio, ibid. nu. 51. non poteſt tamen recedere à reſignatione, ibi. n. 52.

Cum penſione libera & exempta, regreditur ad poſſeſſionem, ſi reſignatarius non præſtiterit conſenſum ſub eadem qualitate, ibid. num. 60.

Cum penſione cum clauſula, Dummodo remaneant tot pro Rectore, *ſi talis clauſula non iuſtificetur, non poteſt regredi ad beneficium reſignatum, ibid. num. 61.*

Si repellatur ad beneficium prætexu penſionis non ſolutæ, an & quomodo extinguatur penſio, vt non poſſit eius reſeruatio conualeſcere, ibid num. 62.

Non poteſt pœnitere, ſi reſignatarius alteri cedat ante expeditas literas, ibid. num. 35.

Facta reſignatione illico deſtituitur poſſeſſione, & Interdictis poſſeſſorijs, q. 14. num. 12.

Quod deſtituatur beneficio, aliud, & longe aliud beneficium reſignatario acquiri, ibid num. 50.

Non habet regreſſum ad beneficium mortuo Reſignatario, nondum iuſtificatis literis, ibid num 52.

Reſpectu beneficij reſignati habetur pro mortuo, ibid. nu. 72.

Agit ſpolio contra Tertium ante publicationem reſignationis, ſi ſpolietur, ibid. num. 90. Secus contra ipſum Reſignatarium, ibid. num. 91. Aut reſignatarij ſucceſſorem, ibid. num. 92. Niſi reſignatio ſit facta ſub conditione, ibid. num. 93.

Agit ſpolio contra reſignatarium, ſi capta eſſet poſſeſſio lite mota ſuper validitate reſignationis, ibid. n. 94. Secus ſi capta eſſet ante litem motam, ibidem num. 95.

Si agat ſpolio, ei obſtat exceptio ſpontaneæ abdicationis poſſeſſionis, ibid. num. 111. Decl. num. 112.

Reſignatarius *vbi minus idoneus eſt repertus pro obtinendo beneficio, an reſignans valeat regredi ad beneficium reſignatum, ibid. num. 55.*

Vbi eſt defunctus ante iuſtificatas literas in forma Dignum, nihil intelligitur ex eius perſona vacare, ibid. num. 58.

Vbi eſt reprobatus, qualiter prouidebitur beneficium, ibid. num. 63.

Non conſequitur Ius à reſignante, ſed à Papa tantum, ibid. num. 71. & 98.

Vt poſſit iuuari reſignatione, tenetur iuſtificare publicationem, ibid. num. 88.

Si intra xx. defungatur in menſe ordinario, ad quem pertineat beneficij prouiſio, q. 15. num. 21.

Eius vices ſubit Impetrans ex capite non factæ publicationis, q. 21. num. 31.

Reſignatio, *an irritetur per Regulam de Infirmis, q. 15. num. 3.*

Eſt correſpectiua collationi ad fauorem eius, cuius contemplatione fit, ibid. num. 4.

In caſu Regulæ de Infirmis, non cenſetur facta ſub conditione, ibid num. 16.

Vbi nulla eſt, nulla poteſt dari vacatio, ibid. num. 44

Facta in curia, vti afficiat beneficium, ibid. nu. 62.

Vbi exiſtit nulla ex defectu Conſenſus, non intrat Conſtitutio de publicandis, q. 21. num. 40.

Facta per procuratorem mortuus, eſt nulla, q. 8. n. 60.

Duplex eſt, q. 14. num. 3.

Simplex, exigit cauſæ cognitionem, ibid. num. 4.

Tacita inducitur ex patientia, vt alteri conferatur beneficium, ibid num. 5. Et an ex ſola conniuentia, num. 6. Et quid reſpectu iuris ad rem, ibidem num. 7.

Ad fauorem non poteſt fieri, niſi coram Romano Pontifice, ibid. num. 8. Aliàs foret ſimoniaca, ibid. n. 9.

Exigit conſenſum ſimultaneum reſignantis, & eius in cuius manibus fit, ad effectum Vacationis, ibid. num. 10.

Simplex vbi fit in manibus Papæ, adijcitur decretum Vacationis, ibid. num. 11.

Ad fauorem inducit Vacationem, ibid. num. 20. Etiamſi facta ſit cauſa permutationis, ibid. nu. 21. Et quo momento huiuſmodi Vacatio inducatur, ibid. num. 22.

Ad fauorem ſub qua forma fiat, ibid. num. 23.

Eius actus ex ſe non inducit Vacationem, ibid. n. 24.

Ante admiſſionem ſuperioris implicat deſtitutionem poſſeſſionis & tituli, ibid. num. 25. Quod declaratur num. 26.

Ad fauorem vbi admittitur per Papam, non cenſetur admiſſa ad fauorem alterius, quàm Reſignatarij, ibid. num. 36. & 37.

Vbi eſt facta ad fauorem, ſi alteri prouideatur quam Reſignatario, non impeditur Papa conferre Reſignatario, ibid. num. 41.

Ad fauorem an inducat reſeruationem beneficij, ibid. num. 43.

Ex vacatione apud ſedem, reſtringitur ad modum vacandi per obitum, ibid. num. 44.

Vbi eſt acceptata, illicò dicitur conſumpta Vacatio, ibid. num. 51.

Ad

Ad fauorem, habet ſubintellectam conditionem, quatenus beneficium reſignatario acquiratur, & quomodo hoc procedat, ibid.num.53.
An poſſit fieri de beneficio, ad quod quis fuit ordinatus, ibid. num. 75. Et an hoc caſu Reſignatario competat actio ſpolij, ibid.num.76. Et an decreto Concilij in hac parte ſatisfieri poſſit per æquipollens, ibid.num.77. Et quomodo id ſe habeat reſpectu permutationis, ibid.num.78.
An poſſit fieri de beneficio Iuris patronatus, ibid.nu. 79. Et an detur regreſſus reſignatario abſq. nouo titulo, ibid.num.80.
Eſt nulla poſt aſſecutionem incompatibilis, ibid. num.81.
Vbi non eſt publicata, Reſignans legitimè incumbit poſſeſſioni, ibid. num.89.
Non concludit ad poſſeſſionem Reſignantis, ibid.nu. 101. & 102.
Reſignationis *ad fauorem admiſſio, conformat mentem admittentis cum mente reſignantis, ibid.num.38.*
Materia, pleniſsime tractata per Flaminium Pariſium, ibid. num.1.
Admiſsio per Papam afficit beneficium, ibid.num.45.
Reſignationi *adiecta cōditio, ſi certa penſio valide reſeruetur, quid importet, ibid.num.74.*
Procurator qui conſenſit, principali mortuo poteſt cogi ad conſentiendum expeditioni literarum, q.16. num.6.
Reſponſum *indefinitum intelligitur ſecundum interrogationem finitam, q. 4. num.4.*
Reſtitutio *in Integrum non ſuſpendit exequutionem, in terminis Clem. Vt calumnijs, q.18 nu.83.*
Non committitur ſuſpenſiuè contra tres conformes, ibid.num.133. Secus vero contra vnam latam ex reſcripto appellatione remota, ibid.num.134.
Aduerſus ſententiam, non ſuſpendit, ſi fuerit præuentum in exequendo, alias ſecus, ibid.nu.135. neque attenditur, an cauſa ſit clara, vel turbida, ibid.nu. 136. Et dicitur præuentum, ſi ſimpliciter ſit petita, ibid. num. 137. & num. 138. modo ſit admiſſa per Iudicis decretum, ibid.num.139. & 140.
Vt dicatur inta præuentum, an ſufficiat, quod fuerit petita coram Iudice qui pronunciauit, ibidem num.141.
An poſſit concedi per Delegatum, qui tulit ſententiam, ibid.num.142.
Qualiter imploranda, ex vſu Curiæ ad effectum præuentionis, ibid. num.144.
Non admittitur contra obligationem Cameralem, etiam præueniendo eius exequutionem, ibid. num. 145. & 146.
Fundatur ſuper læſione, ibid.num.148.
Petita aduerſus iudicatum præſumitur per calumniā non docto de cauſis reſtitutionis, ibid.num.149.
Qualiter promoueatur in Curia eius cauſa, ibidem num.150.
Prout de Iure, non aufert Ius quæſitum, neq; ex parte Principis reſcribentis, ibid.nu.151. Neque ex parte Iudicis pro ea iudicantis, ibid.num.152.
Eius Iudex non comperta cauſa iudicatum exequitur, ibid num.153.
Vbi eſt commiſſa, dicitur lis integrata & repoſita, ibid.num.154.
Dicitur actus ſuſpenſiuus, ibid.num.160.
An detur eccleſiæ vel minori cōtra iudicati exequutionem plenariè factam, ibid. num. 161. & 162.
Suſpendit effectum iudicati, læſione comperta, & inde remota præſumptione calumniæ, ibidem num.159.
Paſſo ſententiam contumacialem, poſt annum non datur in præiudicium iuris alteri quæſiti, cui Papa de beneficio prouidit, ibid.num.166.
Plenaria facta per Papam, tollit omnem effectum priuationis beneficij, ibid. num.169. Et tamen non niſi ex cauſa boni publici conceditur, ibid. n.170.
Ad publicandum, qualiter ſuam obtineat vim, q. 21. num.35.
Retinendi *indultum an contineat gratiam prouiſiuam tanquam de vacanti, vel potius ſimpliciter impediat vacationem, q. 26.num.58.*
Retrotractio *non admittitur, vbi extrema deſinunt eſſe habilia, q.14.num.64.65. & 66.*
Nūquam fit in præiudicium iuris alteri quæſiti aut in Reſcriptis, aut in ſententijs, q. 18.num. 64.
Qualiter fiat, q. 26.num.28.
Reuiſio *regulariter non ſuſpendit exequutionem ſententiæ, q. 18.num. 82.*
Reus *vbi actor probauit ſuam Intentionem, tenetur eodem modo probare ſuam exceptionem, q.18.n.185*
Rotæ *Auditores in procedendo ſunt Iudices ordinarij, in pronunciando vero delegati, q. 32.num.18.*

S

SACRAMENTVM *confirmationis perficit ætatem in baptiſmate regenerati, q. 36.num 49.*
Scholaris *quātumcunque doctus, non eſt capax Dignitatum requirentium gradum Doctoratus, q. 7. num. 55.*
Schiſmaticus *ipſo Iure priuatur omni beneficio eccleſiaſtico, q. 28. num.35.*
Scientia *ex coniecturis conſtituitur, q.1. num.30.*
De Priuatione beneficij, vel gratia Apoſtolica, non benè colligitur ex ſola præſentia in Curia, ibid. num. 31.
Vnius obiecti arguit ſcientiam illius adiuncti, q. 9. num.49.
Omnium contentorum in ſcriptura præſumitur in eo cui ſciptura ipſa eſt inſinuata, q.16.num.41. Probari tamen debet factum Inſinuationis, ibid.n.42.
Scriptum *minus quàm dictum, quomodo deprehendatur q.7.num.125.*
Scrutatores *an poſſint in electionibus excedere numerū trium, q.17.n.9. Eſt tamen tutius, quod non excedant tres, licet non vitietur electio ex exceſſu, ibid. num.20. & 21.*
Eorum officium in quibus conſiſtat, ibid.num.23.
Ad eos ſpectat Votorum Collatio, ibid.num. 25. Et quorſum ea fiat, num. 26. Et ſub qua forma, nu.27. & 35. Eademque implicat publicationem nominum eorum, qui votarunt, num. 28. Et an decreto Concilij aduerſetur, num.29.
Scrutinium *quid ſit, q. 17.num.6.*
Semper interuenit in electione, ibid.num.7.
Publicari, eſt idem quod publicari Vota in communi, ibid.num.24.

Prout eſt ſimplex actus ſerutationis, quid operetur, ibid. num. 50.

Poſtquam eſt publicatum, intercipit variandi facultatem in electoribus, ibid. num. 51. Modò ſi qui poſſit electio in perſona vnius, pro quo ſtet maior pars Votorum, ibid. num. 52.

Poſtquam eſt publicatum, quæritur Ius ſerutato ad proſequendam electionem, ibid. nu. 53. Perficiturq. electionis actus quoad formam naturalem, ſecus quoad accidentariam, ibid. num. 54. dummodo electus ſit præſens & acceptet, ibid. nu. 55.

Publicari, implicat vocationem electe, ad ſuam electionem promouendam, & ab eo omnis ambitionis ſpiritus excutitur, ibid. num. 58.

Senatus *Maieſtate Principis illuſtratur, q. 30. nu. 18.*

Sententia *quid, q. 18. num. 1.*

Legis fit cum maiori cognitione cauſæ, quàm ſententia hominis, ibid. num 3.

Eadem maioris eſt virtutis, quàm ſententia Iudicis, ibid. num. 5.

Eadem fertur ex ſuppoſito facti liquidandi, ſententia vero Iudicis ex ſuppoſito facti liquide, ibidem num 6.

Tranſit in iudicatum, ſi non ſit appellatum, etiamſi non iuſtificetur ex actis, ibid. num. 19. Etiam in materia Cenſurarum, ibidem num. 20. Nec poteſt deinceps tractari de illius iniuſtitia, vel iniquitate, ibid. num. 21.

Legis, in materia pœnali perpetuò exigit miniſterium & auctoritatem Iudicis circa facti declarationem ibid. num. 22.

Declaratoria, vbi lex mandat puniri, eſt de eſſentia pœnæ. vbi verò punit, eſt de eſſentia exequutionis tantum, ibid. num. 25.

Declaratoria circa incurſum pœnæ, vel facti, an ſit neceſſaria, ibid. num. 26.

Eadem requiritur, ſi prætendatur Vaſſallus priuatus ex quacumque cauſa, ibid. num. 27.

Declaratoria non eſt neceſſaria in his pœnis. quæ non exigunt factum hominis pro exequutione, ibid. num. 30. Contrarium tamen eſt verius, num 31. Niſi factum ſit notorium, ibid. num. 32.

Legis, trahit ſecum exequutionem, ibid. num. 51.

Quæ infert pœnam ex ſuppoſitione notory, eſt appellabilis, ibid. num. 53.

Declaratoria facti, ex quo lex pœnam ipſo Iure irrogat, eſt appellabilis, ibid. num. 54. & 55.

Declaratoria ſuſpenditur in exequutione, vſquequò ſententia tranſierit in Iudicatum, ibid. num. 56.

Eadē lata ſuper incurſu pœnæ priuationis beneficy, etiamſi ſuſpenſa per appellationem, impedit nouam vacationem ex perſona condemnati, ibid. num. 58. & 59.

Eadem operatur, nè condemnatus faciat interim fructus ſuos, ibid. num. 60.

Diffinitiua venit tantum appellatione ſententiæ, ibid. n. 64. Et quidem quæ eſt exequibilis, ibid. num. 65.

Exequibilis ea eſt, ex qua profluit actio iudicati, ibi. num. 66.

Tunc dicitur effectum ſuū ſortita, vbi in iudicatum tranſiuit, ibid. num. 67.

Suſpenditur appellatione, ibid. num. 68.

Quando ſuſpendatur per appellationem, ibid. nu. 71.

Non poteſt conſiderari vbi deficit Iuriſdictio, ibid. num. 115.

Præſumitur ritè & iuſtè lata, ibid. num. 122.

Contumacialis, *magis propter contumaciam, quam propter delictum lata dicitur, ibid. nu. 165.*

Eadem etiam poſt annum non probat delictum, ibid. nu. 167. Probat tamen priuationem, quod ſufficit pro iuſtificatione gratiæ, ibid. num. 168.

Eſt aut condemnatoria, aut abſolutoria, ibidem num. 171.

Declaratoria exigitur ſuper violēta occupatione, vt inter diſpoſitio c. eum qui de præb. in 6. q. 22. n. 4. Declar. num. 5.

Declaratoria, an ſit neceſſaria, vbi pœna priuationis eſt inducta ipſo Iure, ibid. num. 7.

Certa non poteſt ferri ſuper incerto, q. 2. num. 18.

Super cenſuris, dicitur interloquutoria, q. 12. n. 16. Idemque dicitur de ſententia ſuper immiſſione, ibi. num. 17.

Pendet à probationibus, ibid. nu. 42.

Iuris, inducitur per clauſulam eo ipſo, *q. 17. nu. 301.*

Sine actis, quo caſu probet, q. 28. num. 47.

Eius verbis eſt inhærendum, q. 33. num. 51. Et non expreſſum cenſetur omiſſum in condemnatione, ibi. num. 52.

Non patitur illationem abſque neceſſitate, ibidem num. 57.

Sententiæ *reputantur diuiduæ, in æſtimāda earum conformitate, q. 18. num. 105. Suntquè in parte conformi exequibiles, ibid. num. 106.*

Earum conformitas pendet ab Identitate ſubiecti, ib. num. 104. Nec ex verborum cortice, ſed ex ſubſtantia, ibid. num. 107.

Duæ conformes habentes vim trium ex ſtatuto non poſſunt in exequutione impediri, aut agendo, aut excipiendo, ibid. num. 93.

Aliena, non tam facile per Tribunalia ſuprema exequuntur, ibid. n. 156. Et in ſpecie per Rotam, quæ excutit earum Iuſtitiam, ibid. n. 157. eaſque paſſim reuocat. ibid. num. 158.

Sequeſtrum *iudiciale, non poteſt remoueri in præiudicium tertij collitigantis, etiam de conſenſu illius, ad cuius inſtantiam fuit appoſitum, q. 11. num. 45.*

Durat vſque ad finem litis, ibid. num. 46.

Iterum decernitur vbi eſt attentatè relaxatum, ibid. num. 47.

An concedatur, vbi reſeruatio eſt turbida, & agitur ad exequutionem Breuis, ibid. num. 161.

Aliud a Iure permiſſum, aliud præceptum, & aliud prohibitum, ibid. num. 162.

A Iure prohibitum, niſi expreſſè ſit permiſſum, aut iuſſum, ibid. num. 163. & 164.

Qui dicit eſſe permiſſum, id probare tenetur, ibid. num. 165.

Duobus tantum caſibus præcipitur, videlicet Clem. vn. & Extr. Pij IV. ibid. num. 166.

Iuſſum ex Conſtitutione Pij IV. pertinet tantum ad fructus, ibid. num. 167.

Præceptum ex Clem. vn. datur ex vna tantum ſententia, etiam in poſſeſſorio, ibid. num. 168. Ordinario tamen & appellabili, ibid. num. 169.

Idem non conceditur, vbi fuit appellatum, & ſuſpenſus effectus ſententiæ, ibid. num. 170.

Eſt

Eſt odioſius ipſa Immiſſione, ibid num.171.
Poſſeſſionis, vno tantum caſu permiſſum propter attentatum, ibid.num.172. & 173.
Permittitur vbi initium poſſeſſionis eſt in confeſſo apud Intruſum, ibid.num.174.
Qualiter cenſeatur poſitum in Iudicis arbitrio, ibid. num.175.
Permittitur vbi Iudex ſuſpicatur iudicium poſſe reddi eluſorium, aut ex fructuum dilapidatione. ibid. num.176 Aut ex totali abſumptione, ibid.nu.177.
Permiſſum in caſu timoris, nè reddatur iudicium eluſorium, cum quo moderamine conſueuerit per Rotam decerni, ibid.num.178.
Fructuum, eget cauſa cognitione, ibid.num.179. Et partis citatione, ibid. nu.180. nec creditur Iudici circa huiuſmodi cauſam, ibid.nu.181. Niſi in quacunque modica dilatione verſetur periculum, ibid. num.182.
Decretum parte non citata, eſt appellabile, ibid.num. 183. Et vbi eſſet remota appellatio, poſſet dari de nullitate, ibid.num.184.
De facto conceſſum, de facto reuocatur, ibidem num.185.
Qui violat, priuatur ipſo Iure beneficio, vel Iure quod in illo habet, q.22.num.40. & 41.
Vbi violatur, aperitur via Ordinario prouidendi de beneficio ſuper quo litigatur in Curia, ibid.n.42. & 43
Eius violatio non excuſatur à temeritate, prætextu nullitatis ſententiæ, ibid.num.44. Etiamſi à ſententia fuiſſet appellatum, ibid. nu.45. Et declaratur Put.deciſ.46.lib.2. ibid.num.46.
Seruus *pœna, non efficitur à principio ingenuè natus, q. 10.num. 4.*
Seù, *dictio, quando ſtet expoſitiuè, q.12.num.12.*
Sigillum *continet ſubſcriptionem ſigillantis, q.12. num.51.*
Signatura *qualiter conſueuerit reſcribere contra ſententias latas pro exequutione Breuis fauore prouiſi Apoſtolici, q 11.num 72.*
Gratia, quod munus obeat, q.32. num.22. Et in ea exigitur citatio partis, vbi tangitur Ius Tertij, ibid. num.23.
Simon Magus, *qua intentione Baptiſmum ſuſcepirit, q.29.num.4.*
Eius opinio, ſtulta, blaſphema, & hæretica, ibid. num.6. Et omnium hæreſeon anteſignana, ibidem num.7.
Hæreticorum hæreſiarcha, princeps, & pater, ibidem num.9.
Quo Iure condemnatus à Petro Apoſtolorum Principe, ibid.num.13.
Simonia, *vox, analoga eſt & æquiuoca, q.29.num.1.*
Quoad actum externum, cui cauſa referatur, ibid. num.15.
Eius affectus fouetur in ambitione, & auaritia, ibid. num.16.
Per æquiparationem dicitur ſacrilegium, ibid.n.19.
Ad inſtar criminis Maieſtatis plectitur, ibid.n.20.
Externa, per quandam æquiparationem ita dicta, ibid.num.21.
Mentalis impropriè ita dicta, ibid.nu.24.
Realis, qualiter attinetur, ibid. num.29.
Vnde diſtincta in realem, mentalem, & conuentionalem, ibid.num.30.
Definitur, ibid.num.35.
Habet quid ſpirituale pro ſubiecto, ibid.num.37.
Eius cauſa finalis quid ſit, ibid. num.38.
Similitudinaria, non niſi à Iure humano prohibita, ibid.num 41.
Non poteſt conſtitui extra conuentionem, ibid. num. 42. Neque attenditur tractatus, ibid.nu.43.
In foro externo nullatenus punibilis, extra pactum, ibid. num.44. Sufficit tamen ad hunc effectum pactum tacitum, ibid num.45.
Non arguitur ex munere ſubſequuto, ibid. num. 47. & 48.
Vbi educitur ex pacto, debet concludi ad tempus, ante applicationem rei ſpiritualis, ibid.nu.49. Et idem pactum debet carere omni æquiuoco, ibid. num.51.
Non incurritur ex retributione rei temporalis, non præcedente præciſa obligatione, ibid.num.53.
Vbi interuenit pactum, id iuſtificatur ex coniecturis & præſumptionibus, ibid.num.54. Quæ tamen debent eſſe plures, ibid.nu.55. & Iuris, non hominis, ibid.num.56. Et ſingulæ probatæ per duos teſtes omni exceptione maiores, ibid.num.58.
Ad effectum puniendi aliter non poteſt conſtitui, quàm ex euidentia facti, ibid.num.60. Quamuis aliud ſit, cum obijcitur ſimonia per modum exceptionis, ibid.num 61.
Vbi proponitur per modum accuſationis, ſeù ad effectum incurſus pœnæ, duæ ſemiplenæ probationes nuſquam coniunguntur, ibid.num.62.
Vbi intenditur probari ex teſtibus, materia eſt conſtringenda ex actuū correſpectiuitate, ibid.n.64. Nec admittuntur teſtes excommunicati, vel eodem crimine irretiti, aut inſtigatores, ibid.num.65.
Non probatur per teſtes ſingulares, ibid. nu. 66. Niſi concurrant adminicula, ibid.num 67.
Probatur ex iudiciali confeſſione partis, ibidem num.68. Etiam facta in iudicio criminali, ibid. num.69.
Contra Reſignatarium, non iuſtificatur ex confeſſione Reſignantis, ibid.num.73.
Optimè probatur per Inſtrumentum quoad pactum, ibid.num 75.
Non committitur niſi circa ſubiectum, aut ſpirituale, aut ſpirituali annexum, ibid. num. 76. Et qualiter circa id conſtituatur iſta annexio rei ſpiritualis ad temporale, ibid.num.77.
Cadit in Iurepatronatus, ibid.num.80.
Non cadit in Penſione, ibid. num. 81. 82. 85. 92 & 96. Niſi aliquo modo implicetur beneficium, ibid. num.89. Vel fuiſſet reſeruata & conceſſa in titulum perpetui beneficij, ibid.num.89.
Committitur ex retributione rei temporalis pro ſpirituali, quæcumque ea ſit, ibid num.98.
Cauſatur ex pacto de ineunda permutatione, ibidem num.100. Et multo magis ex ipſa permutatione, ſi non acceſſerit auctoritas ſuperioris, ibid.nu. 101.
Cadit in permutatione beneficij facta ſub ſpe futurarum nuptiarum, aut ſimili, ibid.num.104.
Facit, vt nullus titulus ſit collatus, ibid. num 123.
Non committitur, ſi quid detur pro tuendo, non pro acquirendo ſpirituali, ibid. num.127. Et ſi poſſit
dari

Digitized by Google

dari ex cauſa diuerſa magis proportionabili,ibid. num.128.
Non incurritur, ſi quid detur petitori per poſſeſſorem ad redimendas moleſtias, ibid. num. 129.ſecus vero ſi petitor det poſſeſſori,ibid.num.130.
Poteſt iniri nedum inter collatarium & collatorem, ſed etiam inter collatarium, & omnem perſonam, que facilius promouere prouiſionem poſſit, ibid. num 135.
Cauſatur, dum remouetur impedimentum iuridicum per corruptionem concurrentis vel impedientis,ibid.num.138.
Ex parte conferentis non conſumitur, niſi per receptionem temporalitatis ſibi promiſſa,ibid.nu.140.
Realis qualiter per Doctores conſideretur, ibid. num.151.
Verè incurritur per Examinatores recipientes pro examine, teneanturq. dimittere qua obtinent beneficia,ibid.num. 153.Sed tamen interim dum non dimittunt, non dicuntur priuati ex ſententia Iuris, ibid.num.154.Quamuis remaneant ipſo Iure ſuſpenſi, ibid.num.155.
Reſiſtit acquiſitioni beneficij ab initio, ibid.num.160.
Ceſſat, vbi pactum eſt initum ſub beneplacito, vel conſenſu Papa,ibid.nu.166. Reiecta diſtinctione inter beneficia habentia exequutionem clauium, vel adminiſtrationem Ordinis, & alia, ibidem num.167.
Excluditur ex ſola intentione, data ſeparabilitate rei temporalis, à ſpirituali, ibid.num.169.
Qua ratione non poſſit cadere in actu authorizato per Summum Pontificem,ibid. nu.170.Et quanta cum aduerſione idem S P.pacta aliàs ſimoniaca expendat,ibid.num.172.
Nullo modo poteſt conſiderari in Papa,ibid.nu.173 Cum ſit eius expers, ibid num.176.
Dum non purgatur auctoritate Papa, ſub cuius beneplacito inita eſt, ſemper annullat actum, ibid. nu.177.Et ſic non attenditur aliud tempus, quam confirmationis Apoſtolicæ,ibid num 178.
Non intelligitur purgari ex auctoritate Papa, niſi omnia bona fide, & verbis claris ſint expoſita, ibi. num.179.
Cadit in concordia inita ſub beneplacito Apoſtolico, & mox ſimpliciter confirmata per Epiſcopum in parte per eum confirmabili, ibid.num.183.
Non cadit circa exactionem annatæ, q.20. num.30.
Contrahitur,ſi pecunia pro collatione beneficij ſoluatur, ibid.num.31.
In quo radicetur, dum agitur de collatione,ibi.n.33.
Simon acus citra opinionem quam habuit Simon,in quo *ſenſu vocetur hæreticus, q. 29. num. 17. Neque aliter dicitur talis, quam largo modo, ibidem num.18.*
Reputatur collator, qui alium ſupponit vel ſubſtituit, vt ſibi conferatur beneficium, ibid.num.111.
Prouiſus, etiamſi ignoranter,tenetur ad beneficij dimiſſionem. ibid num.117.Niſi id in eius fraudem commiſſum fuiſſet,aut eo reluctante,ibi. n.118. Et propterea dicitur habere titulum coloratum, ibid. num.119.
De facto ſpoliatus non reſtituitur,ibid.num.126.
Reputatur qui promiſit releuare indemnes beneficiatos ipſum recipientes, ibid.num.131.Etiam reſpectu annexorum,ibid.num.132.
Prouiſus, ſecundum aliquos, non videbatur ipſo Iure priuatus beneficio per ſacros Canones, ibidem num.156.
Prouiſus, vtrum priuetur obtentis.ibid.num. 161.
Idem incurrit pœnam inhabilitatis ad obtinendum alia in futurum, ibid.num. 162. Et quatenus valeat Epiſcopus deſuper diſpenſare, ibid.num.163.
Dum retinet beneficium,dicitur perſeuerare in peccato, ibid.num.165.
Simoniaci primi omnium hæretici, q. 29. num. 10.
Reputantur ſe examini pro alijs ſubijcientes, ibid. num.110.
Beneficiary quibus pœnis ſubijciantur, ibidem num.133.
Mediatores ſimpliciter excommunicantur, ibidem num.134.
Sodomiæ crimen *implicat apoſtaſiam à natura, q. 31. num.17.& 18.*
Inducit priuationem beneficij ipſo Iure, ibid.nu. 59. & 60.Et eſt caſus conceſſa actualis degradationis Ordinarij,ibid.num.61.
Eſt deteſtabile, ibid.num.62. Et ſceleſtius, quàm permixtio cum propria matre, ibid. num.63.
Virgilio Iurenè vel iniuria probro datum, ibidem num.64.
Vti cadat ſub Conſtitutione Pij V. contra huiuſmodi nefarios edita, ibid. num.66.
Exigit notorietatem circa vſum & exercitium,ibid. nu.67. Et Impetrationes ex hoc capite impracticabiles, ibid.num.68.
Solemnia *præſumuntur ex lapſu decennij cum obſeruantia, q. 25. num 32.*
Solitum *ex vnico actu conſtituitur,q.8.num.113.*
Sordes, *non contrahuntur in Indicijs, niſi mediante pecunia, q.32. num.32.Nec refert, pecunia ſoluatur Iudici, vel eius domeſticis, ibid.num.33.*
Non contrahuntur per eum, qui ex odio, vel gratia iudicat, ibid. num.35.
Poſſunt concurrere cum gratia, ibid.num.39.
Sortiri, *idem quod per ſortem nanciſci,q.36.n.78.*
Sortitionis *in eccleſia tres gradus, ibid.num.79.*
Sortiti *ex dedicatione perſona Diuino cultui, quàm diuerſi ab alijs ſortitis ſimpliciter per baptiſmum, ibid num.80.*
Spes *non impedit variationem & priuationem in eo, à quo originatur actus, q. 16 num. 22. Niſi ſimul quaratur ex Iuris diſpoſitione, ibid.num 23.*
Spiritualia, *qualiter æſtimentur, & diuidantur,q.29. num.33. & 34*
Spoliatus *nõ auditur in beneficialibus,niſi coloret ſuam poſſeſſionem, q. 11. num. 10.*
Spolij *primum extremum plenè probandum, q. 14. num.96.Et qualiter deducenda probatio præcipuè contra Tertium, ibid.num 97.*
Sponſalia *de futuro non inducunt beneficij vacationem, q. 26. num.74.*
Status *mutatio reſpectu beneficij, cum quo perſona eſt incompatibilis, implicat eius renunciationem, q.26.num.86.*
Statum *meliorem deſeruiſſe, tranſgreſſio eſt, ibidem num.85.*

Dd Statu-

Statutum *Vrbis de duabus Conformibus, vindicat ſibi locum etiam in ſacro Rota Auditorio inter Ciues, Incolas, & diſtrictuales*, q. 18. num.84.

Idem obtinet in ciuilibus non in criminalibus, ibid. num.87.

Idem obtinet etiam inter Tyburtinos, ibid. num.85. *tamquam diſtrictuales*, ibid.num.86.

Statuta *Vrbis, veluti à laicis condita, non ligant perſonas eccleſiaſticas*, ibid.num.89.

Confirmata per Papam non afficiunt eccleſiaſticos, niſi in caſibus expreſſis, ibid.num.91.

Stipendium *militare non poteſt obligari*, q.29.num.94.

Stipendia *victus, naturali ratione debentur à Populo Principibus, & alijs inuigilantibus communi vtilitati*, q 20.num.27.

Studium *Theologia tam reſpectu docentium, quam diſcentium, relaxat onus reſidendi*, q.27.num.195. *Etiam in ſenibus*, ibid. num. 196. *Modò accedat Epiſcopi licentia*, ibid.num.197.

Studij *tempus, de quo in c.cum ex eo de elect.in 6.debet eſſe vtile*, ibid.num.170.

Studij cauſa *quot abeſſe ab eccleſia poſſint, eſt arbitrarium*, q.27.num.151.

Poteſt differri promotio ad Sacerdotium, ſed non promotio ad Subdiaconatum, ibid.num.157.

Si petita licentia denegetur in caſu cap. cum ex eo de elect. in 6, datur recurſus ad ſuperiorem, ibid. num. 161. *Non vt ipſe det licentiam, ſed vt compellat ad dandum*, ibid.num.162.

Diſpenſatio ſuper reſidentia, ſoli Epiſcopo ſpectat, ibid.num.164.

Studijs *aliquibus generalibus indultum eſt, vt in ijs tā Regulares, quàm ſeculares Clerici impunè audiant leges, & Phyſicam*, ibid.num.207.

Stultus *non debet eſſe melioris cōditionis, quàm ſapiens*, q. 23. num.41.

Subdiaconus, *perpetua continentia obnoxius*, q.36.n.4. & 5.

Implicitè emittit Votum caſtitatis, ibid. num.6. & *illud Votum diuerſum ab emiſſo à Regularibus in Profeſſione*, ibid.num.7. *eodem tamen continentia vinculo vterque adſtringitur, licet in ipſo promotionis actu promotus hoc non intenderet*, ibid.n.8.

Officij Diuini recitatio ei incumbit, non ſecus ac Diacono & Presbytero, ibid.num.10.

Ei imprimitur character indelebilis, ibid.num.42.

Degradatur, antequam laicus in eum poteſtate vtatur, ibid. num.43.

Subreptio *cauſatur ex taciturnitate eorum, quæ veriſimiliter potuiſſent Principem à conceſſione retrahere*, q.11.num.57.

Subrogatio *gratioſa cenſetur conceſſa ex facultate literas expediendi per eius viam*, q.13.num.6.

Eadem regulatur ſecundum terminos ſtatuti continuantis poſſeſſionem in haredem, ibid.num.17.

Eadem ad poſſeſſionem, qualiter transferat poſſeſſionem in ſubrogatum, ibid.num.25.

Eadem ad poſſeſſionem, quid ſit, ibid.num.27.

Eadem non cenſetur data, niſi literis expeditis, ibid. num.28.

Eadem expedita ad partem, non ſuffragatur ceſſante reſeruatione, etiamſi beneficium vacauerit apud Sedem, ibid.num.32.

Eadem qualiter diſtinguatur à rigoroſa, ibidem num.33.

Rigoroſa, eget iuſtificatione narratorum, & iuris illius, in cuius locum facta eſt ſubrogatio, ibid. num.34.

Non expedita ad partem, ſed in literis principalibus eget iuſtificatione omnium narratorum corā Exequutore, ibid.num. 35. *Pramiſſa autem iuſtificatione huiuſmodi obtinet ſuam prarogatiuam in articulo adipiſcenda*, ibid. nu. 36. *Niſi litera eſſent in forma commiſſaria*, ibid.num.37.

Gratioſa, poteſt ad partem expediri, quamuis prius fuiſſet expedita in alia forma, aut in literis principalibus, ibid.num.38.

Gratioſa, habet idem priuilegium, ſiuè ex clauſulis generalibus deſumpta, ſiuè ex ſpeciali reſcripto conceſſa ſit, ibid num.39.

Regulatur ſecundum terminos l.fin C.de ed.D.Adr. toll. ibid.num.41.

Ad poſſeſſionem, fit cum omni Iure quod habebat deceſſor, ibid.num.44.

Superueniens, purgat vitium antecedens, ibidem num.56.

Infert Interdicto adipiſcenda naturam poſſeſſorij Recuperanda, ibid. num.58.

Qualiter expediatur, ibid.num.59.

Conceditur etiam pro Iure ad rem, ibid num.60.

Non extenditur vltra expreſſa, ibid.num.61.

Expreſſè non facta ad poſſeſſionem, ad eam non extenditur, ibid.num.62. Decl.num.63.

Nuſquam extenditur ad fructus, niſi hoc contineatur in diſpoſitiua, ibid num. 64.

Simplex ad Ius defuncti, eget canonizatione, nec ideo habet viam exequutiuam, ibid.num 66.

Nō mittitur exequutioni, vbi reſeruatio eſt turbida, ibid.num.70. *Et qualiter inferatur, vel excludatur turbiditas*, ibid.num.71.

Ad partem, conceditur Reſignatario, q. 14. num.46.

Itemque ceſſionario collitigantis, ibid.num.47.

An ſuffragetur apprehendenti poſſeſſionem literis non expeditis, q.19.num.56.

Subrogationis *gratioſa clauſula, multiplicem reſpicit gratiam*, q 13 num.1.

Eiuſdem ad poſſeſſionem maior eſt, quam Breuis prarogatiua, ibid.num.2.

Eiuſdē vigore decernitur Immiſſio ſubrogato, etiamſi poſſeſſio, ad quam eſt facta ſubrogatio pratendatur vitioſa, ibid.num.78. Decl.nu.79.

Subrogationi *gratioſa, qualiter conſtituatur legitimus contradictor*, ibid.num. 75.

Subrogationibus *duabus concurrentibus praualet qua eſt pura*, ibid.num.76. *Et qua dicatur conditionalis*, ibid.num.77.

Subrogatus *gratioſè, an poſſit intentare interdictum Retinenda*, ibid.num.40.

Simpliciter repraſentat perſonam in cuius locum eſt ſubrogatus, ibid.num. 45.

Ei decernitur immiſſio reſpectu eius poſſeſſionis, qua fuit manutenibilis in praceſſore, ibid.num.47.

Non vtitur actione ſpolij ex perſona deceſſoris, ibid. num. 49. *Niſi aliud Papa decernat*, ibidem num.50.

An habeat actionē ſpolij, ſi poſſeſſio naturalis occu-
pitur

Digitized by Google

petur, antequam ipſe illam apprehendat, ibidem num. 51.
Ei competit Interdictum Adipiſcenda, ex remedio l. ſi. C. de ed. Diu. Adr. toll. ibid. num. 52.
Vbi poſſeſſio eſt vacua, poteſt eam apprehendere propria auctoritate, ibid. num. 53. Etiam lite pendente, ibid num. 54. Et quid ſi fuerit inhibitus, ibid. num. 55.
Quæ teneatur probare pro obtinenda Immiſſione, ibid. num. 57.
Ad omne Ius & proſequutionem litis in ſtatu, & terminis &c. ſortitur eandem viam exequutiuam, qua competebat ei in cuius locum fuit ſubrogatus, ibid. num 67.
Gratiosi *immittitur in poſſeſſionem, non obſtãte exceptione, quod ſit eccleſia receptitia, & non numerata, ibid. num. 68.*
Suffragari *verbum, qualiter in Iure ſumatur, q. 2. num. 68.*
Supplicans *Papa debet vti ſermone qui poſſit à Papa intelligi, q. 3. num. 12.*
Supplicatio *non niſi benè excuſſa regiſtratur, q. 2. num 47.*
Sola ſine literis, ſufficit pro abſolutoria, ibidem num. 35.
Quo caſu præualeat literis, vt potius ſecundum eam iudicetur, ibid num. 44
Quod benè concipiatur, quantum interſit, q. 4. num 10.
Pro obtinendo beneficio commendato, ſub qua forma concipienda, q. 8. num. 131.
Suſpenſio *perpetua, habet vim depoſitionis, q. 33. n. 43.*

T

TACITE *quid cenſeatur ſcriptum q 3. num. 20. & 21.*
Temeritas, *quid, q 17 num 266.*
Vnde, q. 11. num. 31.
Stulta, quæ, q. 17 num 269.
Tempus *momentaneum, non videtur conſiderabile, q. 14. num 30.*
Vti retrahatur, q. 15. num. 54.
Tempore *licito præſumitur quid factum in dubio pro euitando delicto, q. 29. num 50.*
Ter *factum, dicitur frequẽter & ſæpè factum, q. 8. n. 114*
Terrulæ *eccleſia, poſſunt propria auctoritate beneficiarij alienari, q 25. num 23.*
Tertius *quis dicatur in actione ſpolij, q. 14. num. 98.*
Teſtamentum *breue quodnam dicatur, q. 11. num. 61.*
Pro forma ſubſtantifica deſiderat numerum ſeptem teſtium, q. 17. num. 10.
Non patitur defectum formæ, ſi adhibeantur teſtes vltra ſeptem, ibid. num. 11.
Teſtium *repulſatio, non admittitur poſt publicationem, niſi fuerit proteſtatum, propter ſuſpicionem calumniæ, q. 16 num. 14 Ideo ceſſat ſuſpicio hæc, ſi à principio iuratum ſit de calumnia, ibidem num 15.*
Eadem vis in litibus exercendis, quæ eſt publici Inſtrumenti, q. 29. num. 63.

Textus explicati & declarati.

Tex. *in can. Presbyteri. q. 1. & cap. Inſinuatum. 13. de ſimon. q. 29. num. 158.*
c. penult. de ſimon. ibid. num. 164.
c. ſi quis obiecerit 1. q. 3. ibid. num. 171.
c. Sanctorum, 1. q. 1. ibid. num. 158.
l. 1. de Conſtit. Princip. q. 30. num. 28.
c. cum ad verum, 96. diſt. ibid. num. 62.
c. quibuſdam de pœn. ibid. num. 114.
c. ſi quis laicus 22. q. 5. ibid. num. 145. & 155.
Nouell. *Iuſtiniani 83. q. 33. num. 3. 4. 5. & 7.*
c. At ſi clerici §. de adulterijs de Iudic. ibid. nu. 38.
l. 1. de re milit. ibid. num. 78.
c. Rurſus 11. q. 3. ibid. num. 99.
c. vlt. de pœn. ibid. num. 101.
c. olim diſt. 95. q. 35. num. 43.
c. ſi propter de reſcrip. in. 6. q. 20. num. 9.
c. vlt. de magiſt. q. 27. num. 201. 202. & 204.
c. vt commiſſi, & cap. ad abolendam de hæret. q. 28. n. 26. 27 30. & 31.
c. ſtatutum il 2. de hæret. in 6. ibid. num. 61.
c. de multa de præb. q 23. n. 4.
Extrauag Execrabilis eo. ibid. num. 5.
c. Ordinarij de off. ord. in 6. ibid. num. 6.
Extrau Vt quos virtutis § Vt autem, non inducebat priuationis pœnam, ibid. num. 7.
can. Terrulas 12. quaſt. 2. qualiter procedat, q. 25. num. 25.
c ex tua de cler. non reſid. explicatus, q. 27. n. 48. & 57.
c. 2. eo. tit. expenſus, ibid. num. 50. & 51.
c. extirpanda § qui verò de præbend ibid. num. 59.
l. Seruitutes §. ſi ſublatum de ſer. Vrban. expenditur, q 4 num. 64.
c. ſtatutum de Reſcrip. in 6. reſtringitur ad Canonicos Cathedralis, q. 5. num 13.
clem. quia contingit §. Vt autem de relig. domib. quomodò intelligatur. q. 6 num. 11.
c. 1. de conſang & affin. q. 7. num 103.
c. ſuſceptum de reſcrip. in. 6. q. 8 num. 54.
l. vlt. C. de ſacroſ. eccleſ. q. 10. num 70.
c. ſtatutum de præb. in 6. an hodie ſit reuocatus, q 11. num 159.
l. Cum hæredes de acq. poſſ. non militat in beneficialibus, q. 13. num. 19.
c. quidam 12. de renunc. qualiter procedat, & practicetur in curia, q. 16. num. 34.
c. Accepta de renunc. loquitur in reſignatione ſimplici, ibid. num. 48.
l. Barbarius ff. de off. Prat. an procedat in Iure ſuffragij pro electionibus, q 17. num. 38.
c. ſi forte de elect. in 6. ibid. num. 183.
c. Auaritia de elect. in 6. ibid num. 262.
Idem productus ad minora beneficia, q. 19. num. 2.
c eum qui, de præb. in 6. hodie ferè eſt impracticabilis, q. 22. num. 38 & 39.
Theologia, *& Ius Cannonicum, plurimum inter ſe communicant, circa Interpretationem legis Diuinæ, q. 7. num. 86. Habentque ſe ad inuicem eodem modo quo theorica & Practica. ibid num. 87.*
Sola, quod non ſufficiat eccleſia regiminis, in quo ſenſu per Hoſtienſem, & alios enunciatum, ibidem num. 104.
Theologus *ſine ſcientia canonica, non ſufficit adminiſtrationi eccleſia, q. 7. num. 95.*

Dd 2 *Vel*

Digitized by Google

Vel Iuris Canonici Doctor, quamuis mediocris, præfertur in Dignitatibus eccleſiaſticis ſupremo Doctori Iuris ciuilis tantum, ibid. num. 92.

Eatenus præfertur puro Canoniſtæ, in ijs quæ pertinent ad forum conſcientiæ, quatenus Theologus ſit etiam peritus legum & Canonum, ibidem num. 97.

Circa quæ debeat præferri Canoniſta, vel è contra, ibid. num. 99.

Canonum peritus, non facilè diſſentiat ab opinione Canoniſtarum, ibid. num. 101.

Eius officium eſt perpendere Ius Diuinum, ibidem num. 102.

Sine ſcientia Iuriſprudentiæ, quanta ſit exiſtimationis, q. 27. num. 203.

Titulus *coloratus etiam in ſpolio conſtituitur ex confeſſione partis, q. 14. num. 104. Secus verò ad effectum adiudicationis in petitorio, ibid. n. 105.*

Sua *poſſeſſionis à nemine cogi poteſt exhiberi, q. 24. num. 1.*

Vbi exigitur à ſuperiore, debet per poſſeſſorem beneficij exhiberi, ibid. nu. 10. & 11. Et qua reſponſione ſatisfiat, ibid. num. 29.

Quis ſit exhibendus, vt ſatisfiat inquiſitioni Ordinarij ſuper eo, ibid. num 30.

Apoſtolicus non poteſt aliter iuſtificari, quam per literas, ibid. num. 31. Et quid de titulo Inferioris à Papa, ibid. num. 32.

Ex ſimplici conſenſu ordinarij collatoris, ſiuè explicito, ſiue implicito, ſufficit pro ſatisfactione neceſſitati exhibendi, vbi ſuper eo inquiritur, ibid. n. 34.

Quominus exhibeatur, dum ſuper eo inquiritur, nulla iuuat præſcriptio ex ſola poſſeſſione, ibidem num. 35.

Quando petitur exhiberi, quo caſu appelletur, vel non, ibid. num. 36.

Quod exhibeatur, poteſt cogi Beneficiarius per Epiſcopum, ibid. num. 20. & 21.

Beneficialis deſtruitur deſtructa eccleſia, q. 4. n. 59. & 60.

Habilis ad acquirendum in futurum, non cauſat ius iure de præſenti. q. 8. num. 142.

Tituli *extinctio in Eccleſia non numerata, qualiter fieri intelligatur, q. 17. num. 151.*

Defectus, non impedit acquiſitionem poſſeſſionis, q. 24. num. 5.

Cognitio, adhibetur in adipiſcenda poſſeſſione beneficij, ibid. num. 6. Secus in retinenda, ibid. num. 7.

Exhibitio iuſtè petitur per eum, ad quem pertinet facultas inſtituendi & deſtituendi, ibid. num. 14.

Exhibitio conſueta generaliter proponi per Epiſcopos in ingreſſu ſuarum eccleſiarum, ibid. nu. 15. Et particulariter vbi vrget ſuſpicio aliqua de illius defectu, ibid. num. 16.

Exhibitio dum petitur ab Ordinario corā alio ſuperiore, quo caſu is dicatur conſtituere partem formalem, ibid. num. 37.

Defectus vt dicatur notorius, quominus intret Regula de annali, qualiter conſtituatur, q. 28. num. 51.

Toga *& forus pueris ante annum xvij. interdicta, q. 7. num. 182.*

Tonſura *clericalis an ſit ordo, q. 35. num 20.*

An ſit ſacramentum, vel imprimat characterem, ibid. num. 21.

In quo ſenſu dicatur ordo, ibid. num. 27.

Eccleſiaſtica, quid conferat, ibid. nu. 29. Eius forma, ibid. num. 30.

Conuerſi, aut ad Religionis habitum recepti, quam vim obtineat, ibid. num. 31.

Triennalis *curſus nō impeditur, ſi commiſſa cauſa, ante expeditionem literarum, cum derogatione Regulæ, actor differat ſeruare terminum ad articulandum, q. 2. num. 58.*

Turba *conſtituitur numero decem hominum, q. 18. n. 42.*

V

VACATIO *non inducitur ex ſola porrectione ſupplicationis ſuper reſignatione, q. 14. nu. 27. Et non vacatio, videntur concurrere in actu momentaneo, ibid. num. 32.*

Propriè non videtur cadere in reſignatione ad fauorem, ibid. num. 33. quod tamen refellitur ibid. num. 34.

Præcedens conſumitur per acceptationem collationis, ibid. num 61.

Præcedens impedit ſequentem, ibid. num. 62.

Duplex, & vtraque vera, an admittatur in caſu Regulæ de xx. q. 15. num. 30.

Per obitum inducta per Regulam de xx. eſt vera non ficta Vacatio, ibid. nu. 32. licet aliqui contrarium exiſtimauerint, ibid. num. 36.

Duplex & vtraque vera, non poteſt concurrere, ibid. num. 34.

Per obitum, inducta per Regulam de xx. aliquibus viſa eſt non inficere reſignationem, & omnes eius effectus, ibid. num. 38.

Eò contingit vbi quis defungitur, ibid. nu. 59.

Per ſententiam, quotuplex, reſpectu ſubiecti, q. 17. num. 1.

Non datur in eccleſia non numerata, ſed receptitia, ibid. num. 148. Decl. num. 149.

Ipſo Iure, in duabus principalibus cauſis conſiſtit, q. 18. num. 186.

Non inducitur ex perſona habentis ſolum ius ad rem q. 8. num. 132.

Non conſumitur per ſolam ſignaturam, etiam regiſtrata ſupplicatione, vbi adiecta eſt clauſula reſtrictiua expeditionis literarum ad formam Dignum &c. ibid. num. 141.

Certus eius modus, non eſt neceſſariò exprimendus in prouiſionibus de deuoluto, ibidem num. 143. & 144.

Eius modus non mutatur per deuolutionem, ibid. num. 145.

Eius modus ſi narretur in deuolutis, quæ clauſula detur, ibid. num. 146.

De Iure, ſola attenditur, ibid. num. 24. & q. 20. num. 118. Nec conſumitur per prouiſionem de facto, ibid. num. 119.

Non plures quàm duo eius modi, q. 9. num. 2.

Eius modi, quinam ſubalternentur ceſſioni. ibidem num. 10.

Plures habet modos reſpectu conſequutiuorum, ibid. num. 12.

Qua

I N D E X.

Qua ſententiam expectat, dicitur detegi, non induci, ibid. num. 14.

Eius modus difficilius ampliatur ad ſpecialiter reſeruata, ibid. num. 17. Decl. num. 18.

An inducatur per reſignationem, q. 14. num. 2.

Ipſo Iure, exigit declaratoriam circa factum, q. 17. num. 304.

Solo Reſcripto conſumitur, q. 1. num. 16. etiam reſpectu praecedentis reſeruationis, ibid. num. 17.

Inducitur ex ſola ſignatura, etiam ſi Prouiſus moriatur ante literarum expeditionem, ibid. nu. 18.

Sola collatione conſumitur, ibid. num. 19.

Eius modus, de Iure communi non eſt exprimendus in prouiſionibus beneficiorum, q. 8. num. 9. Etiam reſpectu gratia ſi neutri, ibid. num. 10.

Eius modus ſi non detur, non poteſt conſiſtere prouiſio de beneficio, ibid. num. 11. Ideoque certus modus ſemper eſt exprimendus, praterquam in noua prouiſione, ibid. num. 12. Et id ex Regula Cancell. ibid. num. 13.

Vbi plures modi narrantur, ſufficit alterum verificari, ibid. num. 14. Et quando datur hac alternatiua, requiritur expreſſa derogatio Regula, ibid. num. 15.

Duplex, de Iure, & de facto, ibid. num. 19.

Duplex qualiter circa idem beneficium poſsit concurrere, ibid. num. 20.

Vbi narratur Papa, intelligitur tam de Iure, quàm de facto, ibid. num. 21. Niſi facta ſit mentio de poſſeſſione alterius, num. 22.

Narrata debet adeſſe de tempore Data, ibidem num. 41.

Narrata, niſi probetur, gratia eſt nulla, ibidem num. 42. Pracipuè ex clauſula, dummodo, &c. *num. 43.*

Quod ei occurratur, fauorabile eſt beneficijs, ibi. n. 55

Si vera ſit, non videtur curandum, quomodo inducta, ibid. num. 56.

Vbi expreſſus eſt modus vnus, implicatur negatiua alterius ex eadem perſona, ibid. num. 57. Et ponitur exemplum in reſignatione, num. 58. & in vacatione per ſententiam, num. 59.

Supponit beneficium eſſe collatiuum, ibid. num. 81.

Siuè eius modus verificatur ex aſſertione Papa, dum ducitur ex Iuris diſpoſitione, q. 28. num. 95.

Ipſo Iure, ſi per Papam in literis ſupponatur propter aliquod crimen, ſtatur literis, etiamſi ius hoc minimè diſponat, ibid. num. 96.

Vacationum *duarum concurſus, ex eadem perſona, an detur, q. 15. num. 9.*

Valetudo *aduerſa, ex qua deducitur contumacia excuſatio, probatur teſtimonio medicorum, q. 27. n. 113. Item Iuramento proprio, concurrente veriſimilitudine, ibid. num. 114.*

Valor *beneficij ideo iuſtificandus, quia narratur, q. 20. num 49.*

Ex ſtylo & Regula Cancellaria exprimendus, ibid. num. 50. Et an in gratijs qua fiunt motu proprio, ibid. num. 51. & 52.

An ſit iuſtificandus, ſi non negetur, ibid. n. 53. Et quid in ſi extraiudicialiter procedatur, ibid. nu. 54.

Debet iuſtificari, etiamſi non negetur per partem, ibid. num. 55.

Eius probatio debet percutere tempus gratia, ibidem num. 56.

De vno tempore, non concludit ad Valorem de alio tempore, ibid. num. 57. Etiam ex confeſſione partis, ibid. num. 58.

Probatur ex confeſſione partis, ſi contemporanea ſit, aut paulo ante emanauerit, ibidem num. 59. & 60.

De vno anno, non concludit ad valorem vniformem, ibid. num. 61.

Fructuum, ex triennio continuo vniformis efficitur, ibid. num. 63.

Beneficij, conſtituitur ex valore fructuum per tres annos, ibid. num. 64.

Obtentorum, contentatur leuiſsima probatione, ibid. num. 67. Etiam per vnum teſtem de fama, ibid. nu. 68 Et de certioratione per literas, ibid. num. 69. Modo hac leuiſsima probatio in ſuo genere ſit perfecta, ibid. num. 70.

Obtentorum, non eget probatione, vbicunque offertur dimiſsio, ibid. num. 71. Siue fiat ex neceſsitate decreti, ibid. num. 72. Siue ex mera voluntate, ibid. num. 73.

Non facilè praſumitur excedere, ibid. num. 75.

Pro iuſtificatione gratia, ex ſemiplena probatione conſtituitur, ibid. num. 76. Itaut vnus teſtis ſufficiat, ibid. num. 77. Declar. num. 78.

Probatur per famam, ibid. num. 79. & 80. Debet tamen percutere tempus praſens & prateritum, ibid. num. 81. Declar. num 82.

Non conſtituitur ex teſtibus referentibus ſe ad arrendamenta, ibid. num. 83. Aut de auditu, ibid. num. 84.

Non probatur ex teſtibus ignorantibus qualitatis beneficij, ibid. num. 85.

Qualiter in gratijs prouiſiuis exprimatur, ibidem num. 86

Per non exceſſum, qualiter articuletur, ibid. nu. 87. & 88.

Quando deducitur per modum obiectus, qualiter articulandus ex ſententia Gomeſij, ibid num. 89.

Vbi deducitur in impetrante ex Regula de Valore, eſt materia obiectiua, ibid. num. 90.

Probandus, ex practica Sarnenſis, ibidem num. 92. & 93.

Beneficij impetrati ex commiſſo in regulam, perpetuò eſt iuſtificandus per decennium, ibid. n. 94. Quemadmodum, & vbi obijcitur contra Penſionarium, num. 95.

Eius exceſſus, non conſtituitur aliter quam deductis oneribus, ibid. num. 98. Vt ideo opus ſit probatione taxatiuè facta, ibid. num. 99. Decl. num. 100.

Falsò expreſſus, ex quibus excuſetur, ibidem num. 101.

Quomodò exprimatur in Impetratione beneficij ob non expreſſum Valorem, ibid. num. 103.

Veri, vbi non eſt expreſſus in reſignatione, non abdicatur Ius à reſignante, q. 21. num. 39.

Valoris *probatione onera an ſint per Reum, vel per Actorem probanda, q. 20. num. 97.*

Vectigalibus *& tributis fraus fieri non poteſt abſque peccato mortali, q. 36. num. 59.*

Vendi

I N D E X.

Venditio *quid differat à promiſſione de vendendo, q. 8. num. 140.*

Non concludit ad alienationem, q. 25. num. 4.

Verba *affectata, vel obſoleta Iuriſconſulti vbique ſtomachabantur, q 3. num. 10.*

Quæ dicantur ambigua, & quæ obſcura, ibid. nu. 11.

Ambigua expoſita Principi, declarantur ſecundum ſenſum eiuſdem Principis, ibid. num. 15.

Indicant perſonam proferentis, q. 28. num. 106.

Suppoſitiua nihil diſponunt, q. 9. num 36.

Vicarius *perpetuus in ſolo exercitio curæ, dicitur habere titulum perpetuum in eccleſia, q 27. num. 159.*

Et ſubijcitur neceſſitati examinis, ibid. nu. 160.

A ſolo Epiſcopo deputatur in caſu c. cum ex eo, de elect. in 6 ibid. num. 163.

In beneficio curato, quo caſu poſſit dimitti per Rectorem abſuturum propria auctoritate, ibidem num. 165.

Deputatus iuxta terminos cap. cum ex eo, de elect. in 6. an poſsit reuocari ad nutum Epiſcopi, ibidem num 171.

Idem non eſt intitulatus, nec filius eccleſiæ, ibidem num. 172.

Violentia *in adipiſcenda poſſeſsione, qualiter conſtituatur, q. 22. num. 29. & q 10. num. 35.*

Non minus cum Iudice, quàm ſine Iudice dicitur inferri, q. 22. num. 35.

Violenter *occupans beneficium, amittit Ius, quod in illo habet, ibid. num 1. Et quidem ipſo iure, num. 2. Proceditque in omnibus beneficijs, ibid. num. 3.*

Violentus *terminus, qualiter ſumatur in cap. cum qui, de preb in 6 ibid. num. 28.*

Virgilius *apud Brunduſium, quo tempore obijt, q. 31. num. 65.*

Vita *hominis longiſsimum tempus habet in centum annis, ibid. num 67.*

Eſt probanda per eum qui ſe fundat in illa, etiamſi is non exceſſerit 100. annos, ibid. num. 68. Declarat. num. 69.

Longè vltra 100. annos ab aliquibus producta, ibid. num. 75. Et in ſpecie a Zozimo in annis 120. ibid. num. 74.

Quod vltra 100. protrahatur, aliquibus viſum fabuloſum, ibid. num. 73.

Vnio *impedit Vacationem, q. 8. num. 84. Declar. n. 85.*

Extinguit præteritam Vacationem, & eam tollit in futurum, ibid. num. 86.

Vbi eſt inualida, declarata nullitate, beneficium vacat vt prius, ibid. num. 87. Secus verò ſi valida diſſoluatur, num. 88.

Vniones *etiam conſiſtoriales ſuſpenduntur in reſignationibus ad fauorem, q. 14. num. 49*

Vniuerſitas *repræſentatur in maiori parte de facto congregata, q. 17. num. 120 & 127 Modò actus ſit factus tanquam ab vniuerſis, ibid. num. 128.*

Eius actus de Iure non exigit vocationem abſentium, modò confectus ſit à maiori parte, ibidem num. 118:

Vniuerſitas *quæcunque ſtudij generalis, gradum ſufficientem confert; quod tamen hic declaratur, q. 7. num 140.*

Studij generalis Romana, quo tempore inſtituta, ibid num. 145.

Eadem inter alias famoſa, ibid. num. 150.

Study Bononiæ creditur inſtituta ex diplomate Lotharij Imperatoris, ibid. num. 154.

Vniuerſitates *Studiorum generalium, quæ ſint, ibidem num. 142.*

Eædem ideo adeuntur, vt ſtudentes ibi optimis moribus induantur, ibid. num. 157.

Voluntas *coacta, voluntas eſt, q 14. num. 16.*

Contrahentium præſumitur talis, vt ſit conſentanea Legis diſpoſitioni, ibid. num. 57.

Votum *in electionibus proferentium nomina, quo caſu perpetuò ſint tegenda, q. 17. num. 31.*

Votorum *maior pars in plures, quàm duos directa, computatur reſpectu maioris partis Capituli, ibid. num. 171. & 172. Decl. num. 173.*

Vſucapio, *quid, q 8. num. 31.*

Qualiter aliquando poſſeſſio nuncupata, ibidem num. 32.

Vſus *quid ſit, q. 18 num 187 Et denotat actum conſumatum, & confirmatum, q. 26. nu 100.*

Vtile *per inutile vitiatur, vbi quid eſt pro forma inductum, q. 17. num. 12. & 13.*

Z

ZELI *ad zelum collatio, qualiter fiat in electionibus, q. 17. num. 41.*

F I N I S.

Digitized by Google

R E G E S T V M.

✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

A a Bb Cc Dd.

Omnes ſunt Terniones, præter D d, & ✠ Duerniones.

In totum ſunt Folia 82.



ROMAE,

Ex Typographia Franciſci Corbelletti. M D C X X X V.

SVPERIORVM PERMISSV.

ANT 1.316.577

Digitized by Google

Digitized by Google